effectū in creatura scz quietem siue delectationē seu
fruitionē qua creatura rōnalis fruit deo qui est finis
quo quiescit in deo.deus aūt est finis in quo quiesci
tur.et sic hec dictio cōnotat duplicē finem cum dico
Confitemini dn̄o qm̄ bonus.hoc aūt nomen qui est:
significat deū vt primū ens.i.ens nō ab alio.cum aūt
ens sit primū intelligibile et p se offerēs se itellectui
fm q noiat omnia:addita hac priuatiōe non ab aliq̄
efficit propriū nomen dei scz ens.nō ab alio:siue vere
ens.qd aūt per priuationē efficit prius nomē dei:nō E
oportet q ipsuz significet per imaginē creature.illa
enim auctoritas damas.proprie intelligit de noibus
dei positiuis.vel potest dici q q̄uis hoc nomen:qui Ar pt dici
est.non dicat translatiue de deo:non tn̄ intelligimus
deum per ipm sine imagine:vel signo:vel nota crea=
ture.Idē enī dicit qui est.⁊ ens per se.hic aūt intel=
ligit negatio scz ens nō per aliud.vnde nō intelligit
ibi deus sine nota vel distinctione aliqua:qz ipsa pri=
uatio est quasi quedā nota siue distinctio.

¶De significatione huius nois deus.

Tertio q̄rit de significatione huius nois deus. Tertia q̄o
et probatur q significat diuinam essentiam vel hui⁹ capli.
naturam:quia tres persone sunt deus quibus nichil Prīa ratō
est cōe nisi natura diuina. Item sicut humanitas est F
natura hois:sic diuinitas est natura dei.cōstat aūt q Scōa ratō
hoc nomen deus significat diuinitatē:ergo significat
naturā diuinam.¶Cōtra dicit damascenus q deus In opposi=
est nomen opatōis.dr enī a theym grece qd est crea tum.
re vel currere vel fouere.currit enī p oēs effect⁹ fouē
do eos.vnde attigit a fine vsq ad finē fortiter.vel dr
a theym qd est ardere:qz deus noster ignis cōsumēs
est.vel dicit a theaste qd est ɔtēplari:quia ipse videt
oia.Item hoc nomen deus significat deum:aut sub Tertia rō.
propria imagine/aut sub imagine creature.Si sub G
propria:g intelligimus deum sub propria imagine.
et hoc impossibile est.Si sub imagine creature:non
est ratio quare potius sub vna imagie q̄ sub alia.qz
per omnes creaturas cognoscit deus:ergo significat

deum sub multis imaginibus. ḡ equiuoce. et ita est equiuocū. Sic enī est in noībus creaturarū ꝙ ea que diuersas imagīes/vel diuersos intellectꝰ significant:

Solutio.

equiuoca sūt. ¶ Solutio. dicimus ꝙ hoc nomē deus. est nomen diuine nature: ⁊ est nomen operatōis. sed aliter ⁊ aliter. Nature nomen est proprie ⁊ principaliter. opatiōis vero tanq̄ adminiculi ad intelligēdū

M Nota.

deum. sicut ꝓnomen demonstratiuū dicit significare proprie ⁊ principaliter substantiā. tn̄ accidentia que possunt oculis cōspici dicit significare. non proprie: sed vt adminicula ad cognoscendū substātiam. Et si hoc mō sub diuersis imaginibus creaturaꝝ sigificet deum: tamē non sequit ꝙ sit equiuocū. propter tres

Pria cā.

causas. Prima est quia deus nō habet vnam solam imaginem: sed multas. quia non est sicut vna natura determiāta. sicut dicit aristoteles de itellectu hūano ꝙ non est vna natura deteriata: sed capax est cuiusl3.

Scd̄a cā.

Scd̄a causa est. quia q̄uis ibi sint diuerse imagines rerum: tn̄ oēs ibi sunt fm eādem habitudinē. sc3 fm

I Tertia cā.

habitudinē effectus ad causam. Tertia causa est. q2 vnicū est propriū ⁊ principale significatū huius noīs deus: ⁊ ille imagines nō sunt ibi nisi vt adminicula: vn̄ non faciunt ipsum equiuocū. sicut hoc pronomen iste non fit equiuocū demonstrando sortem hodie: ⁊ demōstrādo sortem cras. q̄uis sub diuersis accidētibus cōspiciatur hodie sortes: et cras.

¶ De suppositiōe huius noīs deus.

quarta q̄o huiꝰ capli. Nota.

Quarto dicēdū de suppositiōe huius noīs deus. Sed prenotandū est ꝙ noīm dictorum de deo essentialiū quedā sunt substantiua: vt deus. creator. et q̄dā adiectiua: vt sublimis. eternus. ⁊ silia. Prio dicēdū est de noībus substātiuis. Taliū quedā sunt

K Nota.

quasi cōcretiua: vt deus. creator. quedā abstractiua: quedam media inter hec. Quasi cōcretiua sunt q̄ ad silitudinē noīm naturaliū cōcretiuoꝝ significāt deitatem quasi formam in supposito: vt hoc nomē deus.

Triplicia noīa dicūt de deo.

Abstractiua aūt sunt que solā deitatē significant: nō vt in subiecto: vt deitas. potentia. essentia: ⁊ similia. Media aūt sunt que q̄nq3 sic accipiūtur: vt lumen. sapientia. Est ergo gn̄alit verum ꝙ nomen abstractiuū nullomō potest trahi per aliquā violentiā ad supponendū pro persona. vnde oēs tales sunt false: deitas generat deitatem. potētia generat potentiā. natura generat naturā. essentia generat essentiā. Sed oīa

L

quasi cōcretiua licet essentialia sint: trahi possunt ad supponēdū pro ꝑsona. Vn̄ tales sūt vere: deus gn̄at deum. creator generat creatorē. quia talia noīa per verba notionalia vel propōnes notionales trahūtur ad supponēdū pro personis. vt deus generat deum. deus de deo. Silr est in noībus q̄ media sūt inter quasi concretiua ⁊ abstractiua. Unde dicit lumen de

Nota d̄ humana sapientia.

lumine: sapiētia de sapientia. tn̄ hoc nomen sapiētia naturaliter ē abstractiuū: sed ex vsu frequēter sumit quasi more cōcretiuoꝝ. Ideo autē noīa q̄si cōcretiua potius possunt trahi ad supponendū pro persona: q̄ noīa abstractiua. quia ꝑsona: res est disticta sua pro-

M

prietate. et ideo significari habet per subiectū: nō vt forma. et ideo potius habet supponi ꝑ nomen quasi cōcretiuū: q̄ per abstractiuū. ¶ Obicit aūt sic. deus

In ꝯtrariū arguitur.

generat deū: ergo generat seip3 deum: vel aliū deū. Si dicat ꝙ generat se deum: ḡ deus generat se. ⁊ ita aliqua ꝑsona generat se. qd̄ manifeste falsum est. Si dicat ꝙ deus generat aliū deum: ergo vnus deus est: et alius deus est: ḡ plures dij sūt. ¶ Solutio. prima

Solutio.

argumētatio non valet. deus generat deū: ḡ generat se deū vel aliū deum. q2 propter hoc ꝙ res supposite per noīatiuū ⁊ accusatiuū prime ꝓpositiōis ⁊ in parte sunt idem/⁊ in parte diuersa siue distincta: concludit vniuersalē identitatē vel vniuersalē distictionē. quia cum dico: deus generat deū. hec dictio deū supponit pro alia ꝑsona q̄ hec dictio deus. et ideo non potest

N

ibi vere poni relatiuū reciprocū et idētitatis: ꝓpter aliā ꝑsonā suppositā. Quia vero supponit illā ꝑsonā sub eadē deitate siue sub eadē natura quā h3 ꝑsona prius supposita: ideo nō potest ibi de poni relatiuū

Utraq3 est falsa.

diuersitatis qd̄ notat distinctionē. nulla aūt distictio est in diuina natura. et ideo hec ē falsa: deus generat aliū deum. fm hoc ꝙ hec dictio aliū tenet adiectiue. Est enī regula theologica ꝙ nō habet locū distictio:

Regula generalis.

vbi non est ex diuersis causis vnio. q̄n enī oēs hoīes vniunt in hac specie homo ex diuersis causis: sc3 per suas diuersas hūanitates: ideo locū habet distinctio in hac specie homo. et vere potest dici vnus homo ⁊ alius homo. S3 q2 tres ꝑsone vniūtur in hoc ꝙ dico deus ex vna sola causa: scil3 ex vna deitate sola: ideo

O

non habet hic locum distinctio: vt dicat vnus deus ⁊ alꝰ deus. est ḡ alietas siue distinctio nature extranea in hac materia. Et ideo patet ꝙ ē hic fallacia fm accidēs. deus generat deum: ḡ se deum vel aliū deum.

correlariū.

non enī habet hic locū distictio sicut in naturalibus: sed extranea est in hac materia distictio. tamē in hac propositiōe deus generat deum vel aliū deum. si hec dictio aliū teneat substātiue: et hec dictio deum per

Distinctio

appositionē innitat ei: vera est illa propositio. Sunt aūt due opiniōes de hoc noīe deus. Dicūt enī quidā

Duplex opinio.

ꝙ hoc nomen deus cū sit essentiale: nō supponat per se nisi pro essentia: nisi trahat per violētiā ad suppo-

P

nendū pro ꝑsona per verbū notionale: vel ꝑ ꝓpōem notionalē. vnde dicunt ꝙ hoc nomen deus supponit tm̄ pro eēntia cum dico deus ē. et nullomō supponit hic pro ꝑsona. Contra hāc opinionem multipliciter

Contra ar. primo.

obicit. primo sic. Hoc nomen hō supponit naturalit pro oīni eo cui inest humanitas. Silr hoc nomen asinus supponit pro omni eo cui inest asinitas. ⁊ hoc nomen album silr: ⁊ sic de silibus. ergo hoc nomē

Q

deus supponit naturaliter pro oī eo cui inest deitas. ergo supponit ꝓ patre: filio: ⁊ spiritu scō. sed cōstat ꝙ habet suā naturalē suppositiōnē cū dico: deus est. ergo supponit hic pro patre: filio ⁊ spiritu scō. et ita supponit pro tribus personis. ⁊ ita supponit hic pro

Scd̄a ratō

ꝑsona. Item hoc nomen deus impositū est a deitate. Querit ergo cum sit impositū: aut impositū est soli essentie: aut soli ꝑsone: aut essentie et etiā ꝑsone. Si soli essentie: ḡ idem est deus p̄cise ꝙ essentia diuina. sed hec est falsa: essentia diuīa generat essentiā: ergo hec ē falsā deus generat deum. Si enī ille terminus deus precise equiualet huic termino essentia diuina: et ille terminus eēntia diuīa nō potest trahi ad supponēdū pro ꝑsona: sequit ꝙ hoc nomē deus nō possit

R

trahi ad supponendū pro ꝑsona. Si vero dicat ꝙ hoc nomē deus ipositū est soli ꝑsone/vel ꝑsone ⁊ eēntie: ex hoc sequit ꝙ hoc nomen deus ex impositione sua supponat ꝓ persona: ḡ naturalit supponit ꝓ ꝑsona. si naturalē suā suppositiōem habet cū dico: deus est. ergo supponit pro ꝑsona hic. Item forma vel natura

Tertia rō.

non agit ꝓprie loquēdo: sed habēs formā. Creature aūt sūt signa vel imagīes vel note auctoris. ḡ ꝓprie

non sunt signa deitatis: sed potiꝰ habentis deitatē. ḡ cū ꝓprie sint signa dei: hoc nomē deus magis ꝓpe habet supponere pro habēte deitatē q̄ ꝓ deitate. ḡ magis ꝓprie supponit pro ꝑsona q̄ pro diuina essen-

Probatio opinionis.

tia. Et hoc videt velle hylarius qui dicit ꝙ in creaturis apparet effectꝰ patris et filii et spūssancti: et in illo effectu videtur pater et filius et spūssanctꝰ et ita creatura signū est patris et filii et spūssancti. Cum ḡ hoc nomen deus sit nomen operationis: signū est patris et filii et spūssancti: et ita supponit patrē et filiu3

Alia probatio.

et spiritū sanctū. Dicunt etiā isti qui sustinent predictā opinionē: ꝙ cū dico deus gn̄at: hoc nomē deꝰ non supponit nisi pro patre. dicūt enī ꝙ nō supponit pro essentia ne cogant cōcedere pro essentia: hanc deꝰ non

Cōtra opinionem.

generat. Sed ab eis queritur que causa aufert huic termino deus suppositionē pro essentia cū dico deus generat sc3 aut cōgruitas aut veritas locutionis: nō

T

possunt dicere ꝙ ꝯgruitas hoc exigat. q2 hec est congrua essentia gn̄at: si dicat ꝙ v̄itas locutiōis hoc exigat. cū dico ḡ hō currit: iste terminꝰ homo supponit tantūmō ꝓ currētibꝰ ergo hec est vera: oīs hō currit quibusdā currentibꝰ quibusdā nō. p3 ergo ꝙ p̄dicta

Alia opio q̄ etiam est doctorum.

opinio nulla sit. Alioꝝ ē opinio cui ꝯsentimꝰ: ꝙ hoc nomē deus habet suppositionē naturaliter tam pro essentia q̄ pro ꝑsona. q̄n impositū est a deitate: ⁊ impositū est habenti diuinitatē: sicut hoc nomē homo impositū est ab humanitate et impositū est habenti humanitatē. habēs aūt deitatē intelligit ꝑsona diuina: similiter essentia diuina: sicut enī in naturalibus forma est principiū agēdi illius cuiꝰ est. ita deitas est principiū agēdi in patre et filio et spūscō. quicquid

U

enī agit pater vel filius vel spūssanctus deitate sua tāq̄ forma siue natura agit: diuina etiā essentia seipa

Resolutio doctorum.

agit. vnde quasi forma siue natura suiꝑsiꝰ est. ⁊ ideo a seipsa denominat cū d̄r essentia diuina est. Dicimꝰ ergo ꝙ hoc nomen deꝰ supponit tam pro essentia q̄

Cōtra predicta.

pro ꝑsona cū dicit deus est. ¶ Sed cōtra hoc obicit secundū enī hoc ꝓbat ꝙ hec est vera: deus nō est pat. quia hoc nomē deus potest ibi vere teneri pro filio. sicut hec est vera homo nō est sortes quia plato nō ē sortes Ex hoc etiā sequit ꝙ hec nō est vera: deus nō est trinitas: quia pater nō est trinitas vel filius: quod

Solutio. X

videt incōuenies. ¶ Solutio. dicimꝰ ꝙ hec est falsa deus non est pater. et hec similiter deꝰ nō est trinitas quia licet hoc nomē deꝰ supponat pro qualibet triū personaꝝ: tamē quia supponit pro eis indistincte sc3 sub vnica singulari deitate. ista negatiua particularis que sequit remouet pro quolibet supposito. tanq̄ si preponeretur. vnde ille due sūt equipollentes. deus nō est pater. nō deꝰ est pater. hoc aūt argumentū non valet. deus est et ille non est trinitas. ḡ deus nō est trinitas. in prima enī fit abnegatio tantū ꝓ vna ꝑsona propter naturā pronomīs cuiꝰ ꝓpriū est pro ꝓpo nomie poni et certas significare ꝑsonas. et ita ꝓ vnica certa ꝑsona tenet cū dico. deus est et ille nō est tri

Y

nitas. vnde sic fit abnegatio ꝓ vnica ꝑsona. in cōclusione aūt fit abnegatio ꝓ qualibet ꝑsona/et etiā ꝓ di-

Nota.

uina essentia. vnde est ibi fallatia equocatiōis. ¶ Notandū aūt ꝙ hoc nomē deus tripliciter accipit. naturaliter. adoptiue. nūcupatiue. naturaliter scd̄m ꝙ cōuenit soli deo qui solus naturaliter est deus. adoptiue aūt cōuenit sāctis qui participes sūt sūme bonitatis dei: de quibꝰ dicit ego dixi dii estis. nuncupatiue autē dicit deꝰ idolū a gentilibꝰ. solo enī nomie dicit idolū deus q2 res noīs. i. deitas nō cōuenit ei. ¶ S3

Z q̄o incidēs Ar ꝙ sic.

queritur vtrū in eadē significatiōe accipiat gentilis hoc nomen deus in qua christianꝰ. videt ꝙ ita. quia ille gentilis credit idolū esse deū. Quod multiplicit

Pria ratō

ꝓbatur. Quia credit idolū esse rē omnipotentē. vn̄ legit in legendis sanctoꝝ ꝙ gentiles vocabāt deos suos omipotentes imortales. et filii israel de vitulo cōflatili dicebāt hii sūt dii tui israel q̄ eduxerūt te de

A

terra egypti Exodi. 32. q̄n crediderūt ꝙ vitulus ille fecisset oīa mirabilia q̄ viderūt in mari rubro. Et ita crediderūt vitulū illū esse omnipotentē: eodēmodo gentilis credit ydolū esse omipotētē. Sed idem est prorsus res omipotens ꝙ deus. ergo gētilis credit

Scd̄a ratō

ydolū esse deū. ¶ Item gentilis credit idolū rē esse omnipotentē. ḡ credit omnipotentiā inesse ydolo et idē est prorsus omipotētia ꝙ diuinitas. ḡ gētilis credit in idolo esse deitatē. ergo credit idolum habere

Tertia rō.

deitatē. ergo credit idolū esse deū. ¶ Itē cū dicitur idolū est deus. hoc nomē deꝰ aut significat verū deū aut idolū scd̄m gentilē. si dicat ꝙ significat idolū. ḡ idē est idolū est deus. ꝙ idolū est idolū. sed in hoc nō errat gētilis ꝙ dicit idolū est idolū. ḡ et in hoc nō errat idolū est deꝰ. ergo nō errat in hoc ꝙ dicit idolu3 est deus. qd̄ falsū est. Si dicatur ꝙ in hac ꝓpositione idolū est deus. hoc nomē idolū significat verū deu3 secundū paganos: habeo ꝓpositū: quia secundū hoc

Quarta rō

hoc nomē deꝰ habet vnā significationē secundū paganos et scd̄m christianos: ⁊ ex hoc sequit ꝙ hoc nomē deus non habet nisi duas significatiōes. ¶ Preterea si hoc nomen deus sumitur a pagano pro vero deo, ergo paganus in hac propositiōe asserit idolum esse

In oppositum.

deū et scd̄m cōscientiā. ḡ credit idolū esse deū. ¶ S3 ꝯtra. gentilis quādo cogitat de dijs suis: cogitat de demonibus vel idolis. q̄n oīs dii gentiū demonia.

B

ergo q̄n cogitat de deo suo: nō cogitat de deo. ⁊ si nō cogitat de deo: nichil credit de deo: et si nichil credit de deo: non credit deū esse idolū. et si non credit deū esse idolū: nō credit idolū esse deum. Cū ergo gentilis nūq̄ cogitet de deo vero quia nescit cogitare nisi de deo suo: sequit ꝙ gētilis nō credit idolū esse deū.

Solutio. Duo genera gētiliū.

quod tamē prius ꝓbatū est. ¶ Solutio. duo fuerūt genera gentiliū. quidā qui ꝑ creaturas cognouerūt deū: s3 q2 nō sicut deū glificauerūt: nec grās egerūt obscuratū est insipiens cor eoꝝ. vt dicit apls. et stulti facti sunt: ita vt seruirent potius creature q̄ creatori

C

De istis verum est q̄n ipsi crediderunt de idolo ipm esse deū qui bene poterāt cogitare de vero deo quē prius cognouerāt: sicut multi suspicati sunt mel/fel esse. vt dicit aristoteles. et sicut dicit aliq̄s de sorte ꝙ sit plato. Fuerūt aūt alii gentiles qui nūq̄ cognouerūt deū: s3 idola sua credebāt esse oīpotētia: et posse iuuare in omni articulo. talis gentilis nō credit idolum esse deum: quia nihil cogitat de deo. Scd̄m hoc ergo dicendum ꝙ hec argumentatio non valet. ille gētilis credit idolū esse rem omnipotētem: ḡ credit idolum esse deū: licet enī naturaliter idem sit res oīpotēs ꝙ deus. tn̄ hec vox res oīpotēs potest trahi ad supponēdū ꝓ aliquo ad quod supponendū non potest trahi hec dictio deus. sicut etiam vox ista aīal rationale potest trahi ad supponendū pro aliquo ad qd̄ non potest trahi hec dictio hō. vt si aliq̄s cogitet

D

rōnabilitatē ī brunello cōstat ꝙ ipē cogitat de asino rōnali. sicut aliq̄s cogitat de montibus aureis quos desiderat Si autē cogitat de asino rationali: cogitat

de animali rationali.nō tñ cogitat de homine.Sicut ergo hec argumētatio nō valet.iste cogitat de aīali rationali ergo cogitat de homie. ita nō valet hec argumentatio. gentilis credit ydolū esse rē omnipotē tem ergo credit ydolū esse deū.et est ibi fallacia cōse

Fallacia cō sequentis.

quentis a supiori ad inferius.sicut enim hec vox aīal rationale cū verbo cogitādi supior est ad hāc dictio nem homo: ita hec vox res omps cū verbo credendi supior est ad hūc terminū deus. eo modo dicimus ꝙ

Siliter hec nō valet

hec argumentatio nō valet. gentilis credit ydolū ha bere deitatē.ergo credit ydolū esse deū. et sicut ī pdi cto casu nōvalet argumētatio.iste credit brunellū ha

E

bere rationalē aīaz ergo credit brunellū eē hoīez. eē eñ rationale cū quibusdā verbis superius est ad esse hominē vnde non est mirū si in credulitate ydolatrie

Ad vltimū

largius sumit oīpotens ꝗ deus. Ad vltimū dicimus ꝙ ꝗuis in hac ꝓpositione ydolū est deus: hoc nomē deus supponat pro ydolo ꝗtū ad ydolatrā. tñ errat concedendo illā.qm ponit omnipotentiā in illo ydo lo in quo non est ponenda. ¶Utrū hoc nomē deus pma significati one habeat plurale.

q̄stio quīta huꝰ capꝉi.

F

Pria ratō

QUinto queritur vtrū hoc nomē deus in prima significatione possit habere plurale qđ ꝓbatur rōnibus et auctoritatibus. Rationibꝰ sic. hoc nomē deus significat deū secundū ꝙ est principiū creatura rū.Non eñ pōt deꝰ intelligi scđm se in hac vita ergo cū intelligit deus intelligitur per speculū creaturaꝝ ergo isti duo termini.deus ꝛ principiū creaturarum idē prorsus significant. sed hec vox principiū creatu rarū habet plurale:qr vere dicit ꝙ manichei credunt plura principia rerū esse.ergo et hoc nomē deus ha

Scđa ratō

bet plurale. Itē idē est deus ꝙ essentia diuina vel p sona diuina.sed cōstat ꝙ iste terminus essentia habet

G

plurale quia vere potest dici nō sūt plures essentie di uine. similit iste terminꝰ psona diuina habet plurale

Tertia rō.

ergo iste terminꝰ deus. Preterea forma huꝰ termi ni deus significari potest in plurali:ergo ꝛ suppositū huius termini deus potest significari pluraliter scz essentia diuina est psona. ꝗ cū forma huꝰ termini deꝰ scz essentia possit significari pluraliter nichil impedit quin hec dictio deus possit habere plurale. Item in

Quarta rō

simbolo anastasij dicit nō plures dij sed vnus est deꝰ. et vbi nos habemus deus in pricipio genesis hebrei habēt eleoinvel eloin qđ est plurale et interpretatur

Quita rō.

H

dijvel iudices. Itē in eplā ad gala.vbi aplūs dicit ser uiebatis hijs qui nō sūt dij.dicit glo.qui sūt dij nō na tura:sed hoim opiniōe ꝗ hoc nomē deus hꝫ plurale

In opposi tum.

¶Contra deus est ꝓpriū nomē ergo nō habet plura le. ¶Solutio.dicimꝰ ꝙ hoc nomē deus nō pt habe

Solutio q̄ stionis

re plurale.dicimꝰ eñ ꝙ hoc nomē deus cū sit absolu tissimū importat omia sua indiuiduantia vel oīa que

Ad pmam

sunt ipe singularitꝰvt omipotētiā sūmā bonitatē.ꝛc. que nō pmittūt ipm habere plurale nec est verum ꝙ hoc nomē deus et iste terminꝰ primū principiū crea turarū equipolleant ꝗtū ad significationē licet equi

Duo gña.

polleant ꝗtū ad suppositionē.Sūt autē duo genera eorū que nō predicant de pluribus sed de vno solo. vnū est cuꝰ ymaginatio nō ꝓhibet ipm predicari de

I

pluribus.sicut sol luna fenix.Aliud est cuꝰ ymagina tio ipsū ꝓhibet pdicari de pluribꝰ vt socrates. talis est differētia inter hoc nomē deus et hūc terminū pri mū pncipiū creaturaꝝ. qr hoc nomen deus fm rē nō predicat de pluribꝰ ꝛ eius ymaginatio ꝓhibet ipsum predicari de pluribꝰ:sed iste terminus pmū principiū creaturarū fm rē non predicat de pluribus sed eius ymaginatio nō ꝓhibet ipsū pdicari de pluribus. Ad

Ad scđam

scđo obiectū potest patere solutō ex pdictis.qr qñqꝫ duo termini equipollēt et tamēvnus potest trahi ad supponendū pro aliquo.alius aūt nō potest trahi ad supponēdū ꝓ illo.sicut est in diffinitione et diffinito.

Ad terciā.

Ad tercio obiectū dicimꝰ ꝙ re vera forma huius ter mini deus potest pluraliter significari. vnomō scilicꝫ

K

respectu pluriū suppositoꝝ.sicut significatur per hoc nomē diuīe.cū dicit psone diuine. sed nō potest signi ficari pluralit ita vt in se recipiat pluralitatē vel disti ctionē.ad hoc autē ꝙ hoc nomē deus haberet plura le exigeret ꝙ diuinitas in se reciperet distinctionē.et ꝙ plures essēt forme quaꝝ q̄libetvltraqꝫ eēt deitas

Ad q̄rtam

Ad aliō dicimꝰ ꝙ hec vox dij:est vox nō significatiua sicut hec vox adiacēs.auctores aūt qñqꝫ melius exp mūt veritatē fidei per vocē nō significatiuā ꝗ p vocē significatiuā. est ergo sensus nō sūt plures dij. i. non sūt plures qui habēt plures naturas quaꝝ quelibet sit deitas. Eodē mō cū dicit seruiebatis his qui non

Ad quitā.

sunt dij natura sed hoim opinione id est q̄ nō habent naturalit deitatē. de hoc nomīe eloyn.dicimus ꝙ re uera plurale est in hebreo .sed est qđ cōplexū signifi catiōe ꝛ potest supponere ꝓ vna psona vel ꝓ pluribꝰ psōis.vñ qñ ita exponit eloyn.i.dijvl iudices exponit p vocē nō significatiuā.i. diuīe psone que habēt iudi care mundū. ꝛ sic dicendū est ꝙ hoc nomē deus non habet plurale. qđ intelligēdū est secūdū pmā signifi cationē scꝫ scđm ꝙ deus dicit natura.in scđa eñ signi ficatione fm ꝙ deus dicitur adoptiue bene habet plurale.vnde deus deorū dñs locutus est: et ego di xi dij estis.Similiter in tertia significatione secundū

Responsio questionis

ꝙ deꝰ dicit nūcupatiue hꝫ plurale. scđm hoc eñ sup ponit ꝓ diuersis rebꝰ:vt cū dicit dij gentiū demonia

M

sed nota ꝙ cū hec sit tercia significatio huꝰ nominis deus:nō habet causā hoc nomē deus nisi cū adiūcto

Hec argu mētatio nō vꝫ:sꝫ ē fallā equocatōis

vnde hec argumētatio nō valet:iste gentilis cogitat de deo suo.ergo cogitat de deo.et ibi est fallacia eq uocationis. Per pdicta patꝫ solutio ad quādā obie

Obiectio nis solutio

ctionē que solet fieri:cū hoc nomē deꝰ sit pure essen tiale et tamē pt trahi ad supponēdū ꝓ psona. quare simult hoc nomē eēntia cū sit pure eēntiale nō potest trahi ad supponēdū ꝓ persona. dicit eñ augustinus sepe ꝙ essentia est de essentia. sicut sapiētia de sapien tia.lumen de lumīe. ¶Solutio patet ex iādictis.qr

Solutio.

hoc nomē essentia impositū est soli essentie siue natu re.hoc autē nomē deus impositū est habenti deitatē

N

et ideo habet supponere ꝓ qualibet psona q̄ habet deitatē.sed cū hoc nomē essentia impositū sit nature siue essentie nullomō potest supponere nisi ꝓ essētia Joachim tamē dixit ꝙ hoc nomē essentia bñ potest

Opio ioa chim.

supponere pro psona.vnde dixit ꝙ hec est vera essen tia generat essentiā.ꝛ ausus est dicere ꝙ magister pe trus et sequaces eius erant heretici.et opposuit con tra magistrū petrū qui ita ꝓbat ꝙ essentia non gñat essentiā cū vnica sit essentia si essentia generauit essen tiam essētia genuit seipsam. qđ estimpossibile. re linquit ergo ꝙ essentia nō genuit essentiā .Sed obi

Arguit io achim ꝯtra magistrū.

cit ioachim contra hanc probationē quia eodemmō potuisti petre dicere: vnicꝰ est deus ꝗ si deus genuit deū deus genuit seipsū.sed hoc est impossibile ergo

O

non deus genuit deū.sicut ergo licet vnicus sit deus tamē se deus genuit deuꝫ, nec inde sequitur ꝙ deus

genuit se eodē mō lꝫ vnica sit essentia nichil impedit quin essētia genuerit essentiā.nec inde sequit ꝙ essen

Opinio do ctorum.

tia genuit se. ¶Solutio.dicimꝰ ꝙ ioachim bene op ponit ꝗtum ad formā argumētationis:sed nō bene opponit ꝗtū ad naturā terminoꝝ. qm eñ hoc nomē essentia talis nature est ꝙ nō potest supponere nisi ꝓ essentia cū soli essentie impositū sit deo rōe termini. nō vꝫ illa argumtatio.vnica est eēntia:eēntia genuit essentiā:ꝗ eēntia genuit seipsā. tenꝫ autē talis modꝰ arguēdi in qbusdā naturalibus terminis.vnicꝰ est hō

P

et hic videt hominē:ergo videt seipm.sed non tenet hec forma arguēdi in hoc noīe deus qđ habet suppo nere tam ꝓ essentia ꝗ ꝓ psona. pro essentia eñ verū

Quare io achim fuit cōdēnatus in cōcilio. arguit ꝯ se doctor.

est ꝙ vnicus est deus.sed ꝓ pluribꝰ psonisverū est ꝙ deus genuit deū.nec inde sequit ꝙ deus genuit se vt dictū est superius.Ex pdictis patet ꝙ merito dānatꝰ fuit propter hoc dictū ioachim in cōcilio sub inocen cio tertio. Sed videtur ꝙ hoc nomē essentia debeat supponere ꝓ psona.quia oñe nomē supponit fm exi gentiā sue forme.vnde hoc nomen deus supponit ꝓ omni eo cui inest deitas:ꝛ ita pro psona. sed essentia cū sit pma forma est sibi forma. vnde dr essentia diui

Q

na:ergo debet supponere ꝓ omni eo cui inest. et ita pro psona quia forma huꝰ nois essentia inest persoe.

Solutio.

¶Solutio.ꝗuis forma huꝰnominis essētia insit p sonis: tñ non eis cōuenit fm qđ significat per hoc no men essentia.idē eñ est essentia ꝙ natura faciens esse siue informās ens fm qđ ens.vel informās ad esse.in formare autē vel facere esse nō cōuenit personis licet illa factio vel informatio nichil aliud sit ꝗ ipsa essen tia.qđ postea plenius dicetur in tractatu de essētia ꝛ persona.

¶De hac propositione deus est trinus et vnus.

Ar primo.

SExto queritur de hac propositione deus est tri nus et vnus.videt eñ esse falsa.quia si deus est trinus ꝗ vnus deus et alius deus et tercꝰ deus est.ꝛ

Secundo.

hoc est falsū.item hoc nomen deus aut supponit pro essentia aut ꝓ persona.si pro psona:nulla est trina et

Tertio.

R

vna:ergo illa est falsa.itē hec dictio nūeralis respicit formā: ergo hoc nomen trinus respicit formā huius nominis deus:ergo ponit distinctionē in illa: ergo il

Euasio.

la ꝓpositio est falsa. Si dicatur ꝙ supponit ꝓ tribus psonis siꝉꝗ ꝓ trinitate. ꝗ is ē sensꝰ:trinitas est trina

Arguit.

et vna.ꝛ hoc est falsū.qr trinitas nō est nisi vna si sup ponat ꝓ essentia:ergo is est sensus.essentia est trina ꝛ vna.sed hec est falsa. qr hec dictio trina ponit distin ctionem in essentia q̄ non distinguit nec distinguitur

Solutio aliquorum

Ad hoc dixerūt quidā ꝙ hec dictio trinus nullā rem significat. sed solū intellectuꝫ: sed hoc non pt esse:qr intellectus est similitudo rei: ergo si significat intel lectū significat rē. Preterea si hec dictio trinus nul

S

lam rē significat cū dicitur deus est trinus et vnus ꝗ nulla res predicatur ibi de deo:ergo illa vox non est

opio alioꝝ

propositio. Alij dixerūt ꝙ hoc nomē deus aliquādo supponit tñ pro vna psona.vt cū dicitur deus gñat. aliqñ pro duabusvt cū dicitur deus procedit a patre aliquādo ꝓ tribus simul vt cū dicitur deꝰ ē trinitas hoc aūt ē qr vnica et singularis deitas ē invna psona

damascenꝰ

est in duabꝰ:est ꝛ in tribus.et hoc videt velle dama scenꝰ:q̄ dicit ꝙ oportet scire ꝙ aliud est cōsiderare re aliud est considerare ratione tantum ꝛ cogitatione in creaturis. Consideratio diuersitatis est in re quia diuerse sunt nature petri et pauli in re:vnde et diuer se voluntates.vnitas autem et coniunctio earū est in ratione tñ.ecōuerso aūt est in psonis diuinis.qr eaꝝ vnitas et indiuisio est in re.vnde earū eadē estvolun

T

tas ꝛ eadē operatio. ex hoc ergovidetur ꝙ hec natu ra deus indistincte supponit aliquādo vna suppositi one pro tribus psonis.Similiter dicit hylarius ꝙ cū

Hylarius.

dicit hec est vita eterna vt cognoscāt te vnū deū īclu ditur deus filius in hoc ꝙ dr vnū deū.similiter dicit augustinus ꝙ in hoc verbo apl̄i imortali inuisibili so

Augustinꝰ

li deo.ꝛc.fit ibi sermo de tota trinitate.vnde dicit in libro de trinitate.quidā dicūt patrem nō apparuisse in subiecta creatura.Non attendētes ꝓpter imbecil litatē intellectꝰ sui ꝙ cū dicit apostolus imortali inui sibili soli deo honor et gloria.ꝛc.indisticte fit ibi ser mo de trinitate.quia pater aliqñ apparuit idistincte aliquādo distincte.distincte vt danieli antiquꝰ dierū

V

dicit apparuisse.danielis septimo.a quo dicit ibi filꝰ homis accepisse regnū sicut dicit augustinꝰ in libro de trinitate.capꝉo vlti.dicit eñ ibi. Aspiciebā donec throni positi sint et vetustus dierū sedebat:et paulo post aspiciebā in visu noctis et ecce cū nubibus celi filius hominis venit et datus est principatus ei ꝛ ho nor regū.ꝛc. Ecce apparet ꝙ pater aliquando distin cte apparuit in substantia creata. Indistincte autem apparuit cū filio et spūsancto abrahe sub ilice mābre ibi tres vidit et vnū adorauit ita dicit beatus augu

Augustinꝰ

stinꝰ in libro de trinitate. capitulo.xi. Cum tres visi sint nec quisꝗ in eis vel forma vel etatevel potestate

X

maior ceterisvisus est.cur nō hic accipiamusvisibili ter insinuatā per creaturā visibilē trinitatis equali tatē:atqꝫ in tribus personis vnā eandēqꝫ substantiā nam ne quisꝗ putaret vnū in tribus fuisse maiorē et eum dñm dei filiū intelligendū.duos autē alios an

q̄d signifi cēt tres an geli abrahe

gelos eius quia cū tres visi sintvni dño illic loquitur abrahā. Sancta scriptura futuris talibus cogitatio

Y

nibus atqꝫ opinionibus nō pretermisit occurrere qñ paulopost duos angelos dixit venisse ad loth in qbꝰ ille vir iustus qui de sodomorū incendio meruit libe rari ad vnū dñm loquit.dñs ꝗ ad quē abrahā loque batur intelligitur trinitas.ꝛ ita hoc nomē deus siue hoc nomē dñs supponere potest vna suppositione ꝓ tribus psonis. pōt ergo dici et ita nobis videt scđm

Opinio do ctorum.

auctoritates sanctoꝝ ꝙ cū dicit deus est trinus ꝛ vnꝰ hoc nomē deus supponit indistincte pro tribꝰ psonis et hec dictio vnꝰ respicit formā tñ.et hec dictio trinꝰ significat ternariū theologicū personarū prout indi stincte supponuntur per hoc nomē deus. qr determi nat illū ternariū in psonis fm ꝙ sūt vnius nature. qr

Z

trinus dicitur ab his noībus tres et vnus et ita respi cit et suppositionē et formā significatā quia p primo significatū.i. ternariū respicit tñ suppositionē. ꝗtū ad fm significatū scꝫ vnitatē respicit formā.et ita ptꝫ

Equocatio huius no minis trinꝰ

ꝙ hoc nomē trinus non sequit regulā alioꝝ nominū numeraliū:quia ꝗtū ad primo significatū nō respicit formā significatā sed tñ suppositū.vnde patet ꝙ hec argumentatio non valet.trinus deus est: ergo vnus

Ad pmam in cōtrariū

et alius et tertius deus est.quia prius hoc adiectiuū trinus in pma ꝓpositione respicit suppositū tñ ꝗtū ad ternariū primo significatū. et hoc fuit institutū a theologis vt determinaret indistinctā suppositionē huꝰ nominis deus. in cōclusione autē noīa numera

A

lia respiciūt formā fm cōem naturā nominuꝫ nume raliū.qr eñ hoc nomē deꝰ supponere potest ꝓ tribꝰ personis sub vna forma vna suppositione ideo inētū

fuit hoc adiectiuū trinus ad determinandū talē sup
positionē ponendo ternariū in suppositis et vnitatē
in forma et ideo nō sequit naturā alioꝝ nominū nu=
meraliū. Eodēmō dicendū est de hac locutione mo=
nadi trine gloriā canamus.nec sequitur deus est tri=
nus q̄ trinitas sit vna: licet hoc nomē de⁹ supponat
B ibi pro tribus persōis.quia hec dictio trinitas signi=
ficat distinctionē et in illa distinctione supponit pro
trib⁹ psonis.vñ hec dictio trina nō determinat suppo
sitionē indistinctā sꝫ distinctā .vnde vult distinguere
ipsā distinctionē ⁊ triplicare trinitatē.vnde ad hoc ꝙ
trinitas esset trina et vna exigeret ꝙ tres essent trini
alia solutio tates Vel pōt dici ꝙ hoc nomē deus supponit ꝑ diui
na essentia.et hec dictio trinus nō respicit formā nec
ponit distinctionē in eēntia.sed significat distinctionē
oblique.vñ hec estvera.essentia est trina.i.triūvna.i.
Arguitur. trib⁹ psonis cōis.Sꝫ obicit.eēntia est trina ⁊vna:ḡ ē
triū vna: ḡ est vna et vna ḡ due.qd falsū est.¶Solu
Solutio. tio.eēntia est trina.i.cōis tribus psonis.et vna.i.sin=
gularis⁊ īdiuisa in se. diuisa autē ab aliis essentiis.fit
eñ copulatio inter cōitatē ⁊ vnitatē ꝑpter priuatio=
C nem que significatur per hoc nomen vna.

¶Utrum essentia diuina possit suppon.

Primo arḡ ꝙ non. SEptimo queritur vtrū diuina essētia possit sup
poni vel significari per ꝓnoīa masculini gener
substātiua.Probat ꝙ nō.quia si posset hec esset vera
ille qui est pater est filius qd est hereticū dicere.Sed
In opposi tum. probatur ꝙ possit supponi.nā super illū locū.ps.Cō
placeat tibi dñe .⁊c.dicit glosa tibi vni deo. sed ille
terminus vni deo supponit pro eēntia: ergo hoc pro
Secundo. nonen tibi supponit ꝑ essentia.Itē sup idē dicit glo
D sa tibi trinitati: ergo hoc nomē tibi supponit ꝑ trini
tate.⁊ ita ille due glose cōtradicūt. itē in ysa.nōne co
Tertio. gnouerūt me.vbi dicit glosa.me dñꝫ vnū ductu pme
rōnis.et loquit de gentib⁹ q̄ nō cognouerūt aliquā p
sonarū:sed tm̄ diuinā essentiā. et ita hoc ꝓnomē me
Quarto. supponit ꝑ essentia. itē exo. qui est misit me ad vos
vbi dicit hiero. merito dñs qui vere est nomē eēntie
tenuit.⁊ ita iste termin⁹ q̄ est supponit ꝑ essentia.itē
Quinto cū dicit ego sum qui sum:aut suppōitur essentia aut
persona.sed nō psona quia qua ratione vna eadē rati
Sexto. one et alia:ergo essentia.item moyses per hancvocē
ego sum qui sum nō intelligebat aliquā psonā:ergo
solū intelligebat essentiā:ergo hocꝓnomē ego sup=
Septimo. ponit ibi ꝑ essentia.itē vere dicit.deus est et ille est
E trinitas.et ꝯstat ꝙ hoc relatiuū ille supponit ꝑ essen
tia. eadē rōne hoc ꝓnomē iste potest supponere pro
Octauo essentia. itē sit salus illi decus atq; virtus qui supra
celi residens cacumen totius mundi machinā guber
nat trinus et vnus.nō potest dici ꝙ hocꝓnomē illi et
hoc nomē qui supponāt pro psona. quia nulla psona
est trina et vna nec potest dici ꝙ supponant ꝑ tribus
personis simul. quia ƒm hoc hec esset vera aliquis ē
Nono. trinitas: ergo relinquitur ꝙ supponit ꝑ essentia. itē
pronomē masculini generis et neutri nō differūt nisi
in significatione sexus. sed in rebus diuinis nō est se=
xus:ergo q̄tū ad res diuinas equipollēt.sed ꝓnomē
neutri potest supponere ꝑ essentia : ergo pronomen
Solutio secūdū aliq̄s masculini.¶Solutio secundū illos qui dicūt ꝙ hoc
nomē deus naturaliter nō habet supponere nisi pro
essentia.dicendū est ꝙ cū dr complaceat tibi dñe. ⁊c.
F hoc ꝓnomen tibi tenetur pro diuina eēntia.et tenet
adiectiue et sub intelligitur tibi vni deo sicut adiun=
git glo.qd aūt dicit alia glo.tibi trinitati exponendū solutio dictorum.
est sic.tibi essentie q̄ est trinitas.nos vero dicimus ꝙ
hoc pronomen tibi tenet pro trinitate et tenet adie=
ctiue.vnde subintelligit tibi trinitati.ad trinitatē eñ
sit sermo qd notat per ꝑpositionē verbi cōplaceat q̄
exigit pluralitatē ⁊ ƒm hoc nō vsq;quaq; ꝑprie dicit
tibi vni deo.quia hec dictio vni nō habꝫ ibi nisi vnita
tem forme cū ibi sit pluralitas suppositoꝝ.Ad secū= Ad scdam
dum obiectū dicimus ꝙ cuꝫ dicitur nonne cognoue=
runt me:hoc ꝓnomē me supponit ꝑ diuina eēntia. sꝫ
ponitur in neutro genere. vel si est masculini gener
ponitur adiectiue per subintellectū hu⁹ nois dñm.
sicut supplet glo.Ad tertio obiectū dicim⁹ ꝙ iste ter Ad tertiā.
minus qui est supponit pro persona nec aliter dicitur G
esse nomen essentie.nisi ꝑpter hoc verbū est qd signi
ficat essentiā.sed eā non significat vt in essentia sedvt
in persona.similiter cū dicit ego sum qui sum.hoc ꝓ=
nomen ego supponit ꝑ persona.scꝫ pro filio dei sicut
dicit glo.super illud ysa.Ecce ego ad gentes q̄ nescie
bant me.filius loquit qui dixit moysi ego suꝫ qui sū
magis autē suppōit ꝑ filio dei q̄ pro psona alia quia
ibi agit de liberatione hūani generis que facta est au
ctoritate ⁊ ministerio filii dei:et moyses magis intel H
lexit de filio dei q̄ de alia psona. quia ibi dictū est ei
descendi liberare eos sicut in daniele.vbi dicitur fili⁹
hominis veniebat:et vsq; ad antiquū dierū peruenit
intelligit ꝙ antiquus dierū sit pater per hoc ꝙ dicit
dedit ei potestatē ⁊ honorē. Ad q̄rto obiectū dicim⁹ Ad q̄rtā.
ꝙ nō est simile de ꝓnoīe relatiuo et demonstratiuo.
quia relatiuū trahit suppositionē suā a suo antecedē
te. vnde si añs supponit pro essētia ⁊ relatiuū ꝑ essē= I
tia.sed ꝓnomen demonstratiuū substātiuū importat
distinctionē et rōnalitatem.nō enī substantiuat vt di
cunt grāmatici nisi ad rōnalia propter distinctionem
ergo quā importat nō potest supponere ꝑ essentia.
Ad quinto obiectū dicimus ꝙ cū dr sit laus illi . ⁊c. Ad quītā.
hoc pronomen illi ponitur adiectiue et subintelligit
hoc nomen deo et sic fit suppositio pro essentia.bene
eñ dicit ego deus/tu de⁹ / ille deus . quia huiusmōi K
pronomina nō sunt partitiua . Ad vltimo obiectū di Ad vltimū
cimus ꝙ neutrū genus non tm̄ differt a masculino in
sexu.sed in cōsignificatione rōnalitatis et distinctiōis
que importatur p masculinum et nō per neutrū.in si
gnificatione autē distinctionis ⁊ rationalitat cōsistit
psonalitas.et ꝑpter hoc cū dicit:iste est supponit tm̄
persona.Sed obicit.constat ꝙ diuina essentia ratio= Obiectio.
nalis est.distinguēda est.est eñ singularis et re et in=
tellectu.eius enī ymaginatio prohibet illā predicari
de pluribus:ergo est distincta a qualibet alia essētia
ergo nec distinctio nec rōnalitas nec illa simul sūpta
impediūt quin possit diuina essentia demonstrari per
hoc ꝓnomen iste.Ad hoc potest dici ꝙ diuina eēntia ad obiectionem.
distincta est vt forma sed nō vt ypostasis. sed hoc pro
nomen iste importat distinctionē substātie subiecte⁊
propter hoc non potest demonstrare essentiā diuinā.
vel potest dici plan⁹ ꝙ hoc pronomen iste duplicem alia solutō
distinctionē exigit:scꝫ distinctionē singularitatis et di
stinctionē incōicabilitatis.pmā autē nō habet diuina
essentia sed secūdā.est enī cōicabilis a tribus psonis⁊
ꝑpter hoc nō pōt demōstrari per hoc pronomen iste.

¶De multiplicitate adiectiuorum de deo dictorū.

DIcto de nominibus substantiuis de deo dictis
dicendū est de adiectiuis de deo dictis:siue sint

nomia siue verba.Et primo de multiplicitate huius
modi adiectiuorū⁊ modis p̄dicādi eorumdē. Scdo
vtrū aliquod nomē dicatur vniuoce de deo et creatu
ris.Tercio de noib⁹ decē p̄dicamētoꝝ dictis de deo
Diuisio nominū dictorū de deo. Sciendū ergo ꝙ nominū huiusmodi siue verborū q̄
dicūtur de deo quedā essentiā pure significāt: nichil
alid cōnotando.vt hoc verbū est et hoc nomen ens
M quedā significāt essentiā cōnotādo p̄uatione. vt eter
nus immēsus. quedā tm̄ essētiā significāt.sꝫ aliter q̄
hocverbū est:vt cū dicit. deus cognoscit se vel scit se
significatur diuina essentia: nichil aliud cōnotādo. sꝫ
significatur vt scientia. quedā significant diuinā essen
tiā et cōnotant effectū in creatura vel in actu.vt cau=
sat iustificat. vel in habitu. vt iust⁹ misericors.vel in
Ar contra predicta. potentia.vt oīpotens.Sed obicit de illis que notāt
in actu effectum in creatura cum dicitur . deus creat
hanc aīam . hoc verbū creat significat diuinā eēntiā
vt actionē. deus enī seipso agit nō aliqua actione ac
cidentali. et ꝑponitur ibi effectus in creatura cū po
tētia de deo aut nō.si de deo sꝫ ille effectus non inest
deo:ergo falso predicat de illo:ergo illa locutio est
N falsa.Si non:contra solus deus ibi subicit:sed nichil
predicat vel compredicatur in aliqua ꝑpositiōe nisi
de re substantiali termini:ergo ille effectus cōpredi=
Secundo. catur de deo.item huiusmodi noīa misericors iustus
et cōsimilia translata sunt per cōformitatē a creatur
ad cratorē. sed cū dicitur sortes ꝑcutit vel sortes est
iustus nichil p̄dicat vel cōpredicatur nisi percussio vl
iusticia:ergo cū hmōi noīa predicant de deo tm̄: vnū
Tertio. debet p̄dicari vel cōpredicari. itē cū dr deus cogno=
scit se.hoc verbū cognoscit tm̄ significat diuinā essen
O tiā nichil aliud cōnotando: ḡ cū dicit deus creat. hoc
verbū creat debet tm̄ significare diuinā eēntiā.nichil
alid connotando.itē dicit boetius et btūs dionysius
Quarto. ꝙ deus est substantia sup oēm substantiā . et iusticia
sup omnē iusticiā. et sic de aliis: ergo cū sic dicit iste
homo est iustus.nichil p̄dicat vel cōpredicatur nisi iu
sticia causata.sic cū dr de⁹ est iust⁹.nichil p̄dicat vl cō=
Solutio. p̄dicat nisi iusticia incausata. scꝫ diuīa eēntia . ¶So
lutio. sicut ī dyaleticis multiplex ē p̄dicādi mod⁹.sic
⁊ in theologicis.est enī modus p̄dicandi idēptitatis
vt cū dr sortes est hō.siliter in theologicis.cū dicitur
P pater est deus.et alius in habitudine forme ad subie
ctum vt cū dicitur sortes est albus . similiter in theo
logicis.vt cū dr de⁹ est iustus.est alius habitudine ef
fectus ad causam.vt medicina est sana.et in tali mo=
do nō oportet ꝙ forma predicati insit subiecto. ⁊iste
modus predicandi est hic deus creat hanc animā.vñ
non oportet ꝙ effectus predicat⁹ insit deo : sed ꝙ ad
ipsum ꝑtineat:vt effectus ad causam.est alius mod⁹
predicandi in habitudine conseruati ad conseruans.
vt hec dieta est sana.similiter ī theologicis. vt hic cō
tinet de⁹oīa.i.conseruat.Est ali⁹ in habitudine signa
ti ad signans.vt vrina est sana.iste autē modus nō est
In hoc pꝫ solutō pmi in deo.quia deus secundū qd est deus nullius creatu
re est signum.sed potius econtra.Ad secundo obie=
Ad scdm. ctum dicimus ꝙ sicut hoc nomen pater solum pa=
trem significat.sed ex vi relationis dat intelligere fi
liationem in filio.et sicut hoc verbum percutit non
significat nisi actionem principaliter: sed ex vi signi=
ficādi actiue dat intelligere aliquid in re passa quod
intelligitur illi vt effectus agentis. et ita cōpredica=
Q tur quodammodo de agente. Eodemmodo dicim⁹
deus in hac deus creat hanc animam, nec dicimus ꝙ
in hac deus creat hanc animam cōpredicetur aliquid
non eo modo quo in hac:iste percutit istum. Ad ter Ad tertiū.
tio obiectum dicimus ꝙ non est simile de hoc verbo
cognoscit et de hoc verbo creat.quia hoc verbum co
gnoscit non est actiuū ymo potius in voce passiua si
gnificat passionem sicut verbum sentiendi.vnde non actiua
est vere transitiuū.Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ si= Ad q̄rtū.
cut cum dicitur sortes est iustus.hoc nomē iustus so
lam iusticiam significat. similiter cum dicitur deus ē
iustus solam iusticiam significat. sed non sequitur ꝙ R
non cōnotet effectum.quia in ratione iusticie claudi=
tur effectus.iusticia eī est reddere vnicuiq; qd suū est opio aliq̄ꝝ
Dicūt aūt quidā ꝙ cum dicitur deus creat .hocver=
bum creat non significat nec predicat diuinam essen=
tiam:sed tm̄ effectum qui est creatura . Sed contra Ar contra.
deus est proprie actor ita enī ad ipsum pertinet age=
re ꝙ nullomodo ad ipsum pertinet pati : ergo sicut
cōtigit ipsum significari vt qualitatem: sic ymo mul=
to fortius contigit ipsum significari vt actionem. et
maxime per hoc verbum creat. quia creare ad ipsuꝫ
pertinet:ergo cum dicitur deus creat.hoc verbū cre
at significat diuinā essentiam.Item quidam dicūt ꝙ Alia opiō.
cum dicitur deus est iustus . predicatur tantū diuina
essentia.et nullus effectus cōpredicatur et hoc ꝓbāt
sicut prima iusticia influit effectus suos in reb⁹ crea
tis.sic primū ens influit effect⁹ suos in rebus creatis S
sed cū dicitur deus est ens.non predicat vel ꝯpredica
tur nisi diuina essentia . eadē ratione cū dicitur deus Solutō rationis dicte
est iustus.non predicatur vel cōpredicat nisi diuina opinionis.
essentia.Sed ad hoc dicendum ꝙ non est simile quia
q̄uis primum ens influens sit effectus suos. tamen
hoc nomen ens non significat hoc in habitudine il=
la vel in illo fluxu. Sed cum dicitur deus est iustus
hoc nomen iustus signifat diuinam essentiam:vt qua
litatem habitum . vnde significat in habitudine ad
actum.solet queri de hac locutione deus est iustus ⁊ querit hic.
misericors.etvidetur ꝙ sitvera.quia in multis locis
sacre scripture inuenitur.vnde dulcis ⁊ rectus domi Prima rō
nus et iterum patiens et multum misericors . sed si
est vera hec non est propter principale significatum T
illorum adiectiuorum.illud enim vnum est.sed pro=
pter connotata que sunt diuersa.sed si eadem ratio=
ne hec esset vera : deus est iusticia et misericordia et
propter eadem connotata . Preterea talis locutio Secunda.
inuenitur in sacra scriptura . vnde in p̄s . misericor=
dia ⁊veritas tua sēper susceperūt me.⁊ in paulo pme
ad coꝝ. Factus est tibi sapientia et iusticia et sancti=
ficatio et redemptio. Sed cōtra esse iusticiā.est esse In opposi
quid.⁊ esse misericordiam est esse quid.et ita si deus tum.
est iusticia et misericordia:deus est quid et quid⁊ ita
plura.¶ Solutio.dictio copulatiua cū copulat ad= Solutio.
iectiua cōiungit copulata per illa adiectiua et et: q̄a
cum dicitur deus est iustus et misericors: copulātur
diuersa connotata per illa adiectiua.habet copulata
coniunctio illud quod exigit.vnde illa locutio estve
ra.sed cum copulat inter substantiua vult copulare
supposita.et quia cum dicitur deus est iusticia et mi V
sericordia:non supponuntur hec cōnotata. non enim
inuenit in hoc dicto et diuersitatem quam exigit.vñ
proprie loquēdo falsum est:recipi tamen potest. sed
improprie propter diuersa cōnotata que ibi sunt.q;
quandoq; per improprias locutiōes magis exprimi=
tur veritas fidei q̄ per proprias.

¶De nominibus adiectiuis de deo relatiue dictis

Queritur de noībus adiectiuis relatiue dictis
In q̄nto ca de deo.notandū autē ꝙ significāt ipsam diuinā
pitulo que essentiā in habitudine ad creaturā nullū cōnotando
rūtur tria. effectum:vt dn̄s/ creator/que sunt adiectiua significa
Adiectiua tione.vt cum dicitur deus est dn̄s.sed quia dn̄s dicit
relatiua. in habitudine ad seruū.constat ꝙ hoc nomē dn̄s prin
cipaliter significat essentiā diuinā. queritur ergo q̄d
Questio. cōpredicet.cōstat aūt ꝙ nō seruitutē.illam autē nō p̄
Prima rō dicat de deo.hoc enī absurdū esset dicere ꝙ seruitus
X predicaretur de deo. Preterea non posset assignari
Secunda. in qua habitudine p̄dicaret de deo.qm̄ cū dico deus
est dn̄s hoīm. non notat deus vt causa sed pure no=
tatur quomō dn̄s se habeat ad suū seruū et econtra.
ergo nō potest dici ꝙ ibi predicatur seruitus de deo
in habitudine effectus ad causā.et constat ꝙ in nulla
alia habitudine.relinquit ergo ꝙ nullomō seruitus
cōpredicatur de deo. ⁊ ita cū dicit. deus est dn̄s hoīz
non p̄dicatur vel cōpredicat de deo nisi diuina eēntia
et ita ex hoc videtur ꝙ deus ab eterno fuit dn̄s:ergo
ab eterno habuit seruū qđ falsum est.Ad hoc dicunt
ad q̄stionē. porretani ꝙ hoc nomē dn̄s significat quādā relatio=
nē q̄ est dominiū q̄ dn̄s est dn̄s. et illa relatio nō inest
Opīo por= diuine eēntie. sed assistit ei et incepit ei assistere ex tē
retani. pore quādo scz incepit habere seruū.eodēmō hoc no
men creator significat quandam relationē qua deus
est creator.⁊ illa relatio incepit assistere diuine essen=
Cōtra illaz tie quando creature inceperunt oriri ab ea. Sed ꝙ
opinionē. hec solutio nulla sit patere potest per hoc ꝙ sicut ali
quis habet ab albedine ꝙ sit albus:ita deus a domi
nio habet ꝙ sit dn̄s:sed dominiū creatura est:ergo a
creatura habet deus ꝙ sit dn̄s:ergo creatura causa ē
et dat et ꝙ sit dn̄s.qđ aperte hereticū est.eodēmodo
creatio qua deus est creator est quedā relatio creata
a qua habet de⁹ vt sit creator oīm.qđ est absurdū.s.
ꝙ aliqua creatura sit causa. et det deo vt sit creator
Scđa ratō celi et terre.Preterea illa creatio est creatura:ergo
Z creatur aliqua creatione: ergo se creatione vel alia
creatione.si alia creatione:iterum illa creata:erit se
creatiōe vel alia creatione.sed sic erit p̄cedere in infi
nitū:ergo erit aliqua creatio q̄ seipsa creata est.⁊ ita
Tertia rō. creatio est causa suijpsius et prior seipsa. Preterea
dicit ambrosius ꝙ non est creatura ille per quē facta
est oīs creatura:ergo creatio non est creatura.Item
Quarta rō dicit augustinus ꝙ deus dn̄s est per accidēs.non per
accidens suū:sed p accidēs creature. Itē đt boetius
Quinta rō ꝙ dominiū est potestas cohercendi subditos.ḡ deus
habet a creatura cohercere subditos:ergo nō per se
opinio do= potest cohercere subditos:ḡ non est summe potens.
ctoris. qđ est hereticū. Nos aūt dicimus ꝙ hoc nomen dn̄s
significat diuinam eēntiā:vt dn̄ium.dominiū enī est
A potestas cohercēdi subditos (vt dicit boetius) deus
aūt seipso potest cohercere subditos.vn̄ ipsa diuina
essentia est dominium quo dn̄atur suis subditis.Ex
hoc ḡ modo significandi quo diuina eēntia significat
vt dn̄ium ⁊ vt relatio:innuit et coasserit seruitus de
creatura vnde deus/dn̄s ab eterno non fuit:eodē mō
videt alicui ꝙ sic eēt dicendū in ista:deus creat hanc
idem dicūt aīam.scz ꝙ ex mō significandi quo deus significatur
q̄dā đ crea vt actio coasserit effect⁹ de creatura:⁊ ꝙ iste effectus
tura creare nō predicet de deo sed de creatura.sed nō potest dici
B ꝙ cum dico:deus creat hāc aīam.iste effectus ostēda
tur pertinere ad deum tāꝗ ad suā causam ⁊ ideo bn̄
compredicat de deo.sed cum dico:deus ē dn̄s crea=
turarū.sic p̄cise ostēdit quomō dn̄s se habeat ad rem
sibi subiectā ⁊ ecōuerso.nec ostēdit sic aliq̄d ptinere
ad deū tāꝗ effectus vel alio mō.Et ideo in hac:deus
est dn̄s oīm.sic nichil cōpredicat de deo.similiter in hac
deus est creator creaturaꝝ.sed ex modo significandi
aliq̄d cōpredicat de creaturis.ergo cum dicit:deus
incepit esse:domin⁹ deus incepit eē creator.inceptio
notatur non circa rem predicatam principaliter:sed
circa rem compredicatam.

¶Utrum aliquod nomen dicatur
vniuoce de deo ⁊ de creaturis.

Queritur vtrū aliquod nomen dicatur vniuoce
de deo et de creatura.Arguit ꝙ sic.quia mul= *Arguit.*
totiens inuenitur in sacra scriptura:deus est melior/
iustior quolz hoīe.nulla aūt collatio est:nisi ista noīa *C*
bon⁹/iustus/vniuoce dicerētur de deo ⁊ de creatura.
igit.Sz videt hoc eē impossibile:qr hoc nomē iustus *In oppoᵐ*
s̄m ꝙ dicitur de petro significat iusticiam creatā:sed
creatum ⁊ increatū non vniuocant in aliq̄ vno:ergo
iustus nō dicit de deo ⁊ petro vniuoce. Preterea si *Scđo ar.*
deus est iustior petro:ḡ iusticia dei est magis intēsa
ꝙ iusticia petri.sed iusticia dei nichil aliđ est ꝙ diuia
essentia:ḡ diuina essentia magis intensa est ꝙ iusticia
petri.et hoc est manifeste falsum:quia illius esse siue
essentia nō suscipit magis et minus. ¶Solutio.Re *Solutio.*
vera iusticia causata ⁊ iusticia incausata ī nullo cōue= *D*
niunt:nec in genere/nec in specie/nec in p̄prio/nec in
accidente:ideo equiuoce dicit iustus de deo ⁊ petro.
sed qm̄ aliquomō cōueniūt in effectu:ideo vniuocant
in hoc noīe iustus.Sicut enīz iusticie create est red=
dere vnicuiꝗ qđ suū est:ita illudidē conuenit iusticie
increate.et ideo qr iusticia īcreata cōuenit cū iusticia
creata in suo effectu eēntiali:ideo vniuocant.et cum
iusticia creata sit virt⁹ ⁊ teneat mediū in sua opatōe:
iusticia increata magis tenet mediū.Mediū enim in
qualibet virtute latitudinē habet.qđ mediū iusticia
increata sūme tenet.Et iđo dicit deus magis iustus *E*
quolibet alio sctō:p̄pter effectū in quo magis tenet *quō vniuo=*
mediū iusticia increata.Vn̄ iusticia increata in se non *cātur in*
est magis intensa ꝙ iusticia creata:sed in suo effectu. *effectu.*
Vn̄ est fallacia accidentis:si quis sic inferat.Iusticia
increata magis est intēsa ꝙ iusticia creata:et iusticia *fallacia ac=*
increata nihil aliud est ꝙ diuina essentia:ergo eēntia *cidētis.*
diuia magis est intēsa ꝙ iusticia cretata:qm̄ effectus
in quo est intēsio nō significat per hoc nomen eēntia
sicut per hoc nomen iusticia.vnde dicimus ꝙ hec est
v͞a:deus est iustus/⁊ petrus est talis.theologice lo=
quēdo.quia diuina essentia significat vt qualitas per *F*
hoc nomen iustus:similiter ⁊ deus ⁊ petrus est iustus.
Et sic ex predictis patet solutio ad obiecta.

¶De diuisione noīm dictorum de deo.

Queritur de diuisione noīm dictoꝝ de deo.quia
ioh.damas.facit sic.primum nomen dei ipsius
demonstrat ipsū est.et nō quid est.s̄m est nomē ope=
ratiōis.ille vero īcorporale et sine principio ⁊ vnige
nitū et increatū et incorporeū.et sine tempore et in=
uisibile.et quecūꝗ talia quid nō est significāt qm̄ nō
incepit esse nec corrūpitur nec creatus est.nec est cor
poreus nec videtur.bonū autē et iustū et sanctū.et
quecūꝗ talia noīa sequūtur naturā nō ipsam essētiā.
ostendūt et eoꝝ que regunt rex est.et eorū que con=
dūtur conditor est. et eorū que pascuntur pastor est.
omnia ergo noīa cōprehendit damas. hac supradicta

q̄nꝗ sūt ge que in quinꝗ membra potest redigi.primū genus.
nera noīm est nomen quod significat substantiam et nō quid est
q̄ dicunt de sicut hoc nomen quid est.quod significat substantiā
deo. gratia verbi non significat quid est.i. aliquam perso
G nalem substantiam ymo pelagus substantie et abys=
sum.Secundum genus est nomen operatiōis vt hoc
nomen deus.qđ qualiter intelligendū sit superius di
ctum est. Tertium genus est nomen quod significat
de deo quid non est vt inuisibile incomprehensibile.
et similia et de istis superius dictum est. Quartum
genus est nomen quod sequitur naturam et non ostē
dit substantiam: vt bonus iustus sanctus et similia.
Quintum genus est nomen dictum secundum habi=
H tudinem:vt domin⁹ conditor pastor et similia. sed cō
tra illud qđ de quarto membro dicitur obicit sic.hoc
nomē iustus de deo predicat diuinam essentiam. Q[uod]
probatur per hoc ꝙ deus ab eterno fuit iustus et ta=
li iusticia que est communis tribus personis. sed
Cōtra q̄rtū nichil est cōe tribus p̄sonis essentialit nisi eēntiale: ḡ
arguitur. hoc nomē iustus significat de deo diuinā essētiā. boe
Scđo ar. tius etiā dicit ꝙ noīa quantitatis et qualitatis dicta
de deo substātiā significāt.et ita videt mētiri damas.
cū dicit ꝙ ista bonus iustus non predicant substantiā
Responsio de deo.sed sequuntur naturam diuinā.Ad hoc dicen
dum ꝙ ista nomina bonus iustus significāt diuinam
I essentiam:vt habitum qui in alijs rebus sequūtur na
turam siue substantiam rei.et ideo quia talia nomīa
non significant essentiam vt essentiam.sed vt habituz
Cōtra diui dicit damas.ꝙ non significant substantiam.sed sequū
sionē ar. tur substātiam. videtur autem ꝙ predicta diuisio sit
diminuta quia verba et nomina de sex predicamētis
institutis predicantur de deo vt cum dicitur: deus cre
at deus iustificat/deus irascitur/deus semper est/ de⁹
vbiꝗ est/deus sedet super cherubin/deus ē amictus
lumine sicut vestimento et ysa. .xlix. hijs omnibus
velut ornamento vestieris.isti vero modi predicandi
non continentur sub aliquo nec sub aliquibus illorū
quinꝗ.primum enim genus pertinet ad substantiam.
secundum ad operationem.tertium ad priuationem
Solutio. quartum ad qualitatē.quintum ad relationē.¶So
lutio.ad hoc dicimus ꝙ re vera omnia predicamen=
ta predicantur de deo.⁊ sicut dicit boetius talia erūt
K predicata qualia permiserint subiecta.cū enī de crea
Alij dicūt turis predicamenta dicuntur.quedam eorum signifi
talia sunt cant substantiam quedā accidētia cum vero in diuinā
subiecta q̄= vertūtur predicationem omnia mutantur. hoc enim
lia p̄mittūt nomen deus dictum de deo substantiam videtur si=
ab eorū p̄= gnificare.sed talem substantiam significat que sit vl=
dicatis. tra omnem substātiam.cum autem dicitur deus est
iustus significare videtur qualitatem.sed non accidē
talem sed eam que sit ipsa substantia.ymo vltra om=
nem substantiam eodemmodo cum dicitur deus ma
gnus:omnia autem alia predicamēta sicut dicit boe
tius non predicantur de rebus quia non significant
L res q̄ sūt absolute de rebus vel in reb⁹.sz significāt ex
trinsecus dependentia. vnde et per hoc oēs alie pre=
dicationes ad predicamentum relationis reducun=
tur. vnde omnia septem vltima predicamenta intelli
git damascenus comprehendi sub predicatione ha=
Ostēdit h bitudinum quam ipse posuit quinto loco. predica=
quō p̄dica= mentum autem relationis dictum de deo significat
mēta dicūt diuinam essentiam:vt causam.cum autem duplex sit
de deo
passio:scilicz corporalis et animalis.corporalis de ip
so non predicatur:sed animalis.vt cum dicitur: ira=
tus est furore dominus.p quod ostenditur quomo=
do se habeat ad maleficia scilz vt punitor. Ira enim
dei nichil aliud intelligitur ꝙ inflictio pene.Predi=
camentū autem situs predicatur de deo.vt cum dici
tur:qui sedes sup cherubin.in quo significatur quo=
modo se habeat ad superiores creaturas: scilicet vt
excedens eas.Predicamentum autem quādo dictū *M*
de deo significat qualiter se habeat eēntia diuina ad
temporalia scilicet vt concomitans ea.vt cuz dicitur
deus est semper.quia nec presentia nec preterita nec
futura vnꝗ potuerunt nec poterunt esse sine eius cō
comitantia.Predicamētum autem vbi significat di
uinam essentiam vt presentem omni loco.vt cum di=
citur deus est vbiꝗ.Predicamentum vero habitus
diuinam significat essentiam vt exterius a creaturis
sibi inherentibus declaratam.vt cum dicitur amict⁹
lumine sicut vestimēto:id est creaturis luminosis ad
herentibus ei/et ipsum exterius declarantibus.Pa
tet ergo ꝙ per omnia talia predicamenta significa=
tur diuina essentia vt habitudo.quia per predicamē *N*
tum actionis et passionis significatur vt causa.per p̄=
dicamentum quando significatur vt concomitantia.
per predicamētum vbi vt presentialitas.per predica
mentum situs vt excellentia.per predicamētum au=
tem habitus in habitudine declarati ad declarantia
sibi adherentia et conformia.de predicamento autē
relationis dictum est:quoniam significat diuinam es *Nota de re*
sentiam vt habitudinem: quia videlicet significatur *latione.*
in habitudine ad creaturas.quando autem tale pre=
dicatum significat habitudinem persone ad personā
non significat diuinam essentiam sed notionem.sicut
ista nomina pater/fili⁹.⁊ est generalis regula ꝙ quo *Rl̄a ḡnalis*
tienscunꝗ diuina essentia siue deus predicatur in ha
bitudine ad creaturas:illa habitudo nichil aliud est *O*
ꝙ essentia:vt patet ex dictis.Et notandum ꝙ cuz de *De causali*
us non sit causa materialis/ sed efficiens et formalis *tate dei.*
et finalis vel nunꝗ vel raro inueniuntur verba passi
ua corporalia dici de deo:sed passiua que ptinent ad
animam bene dicuntur de deo.Sed istud videtur es *Contra ista*
se falsum.dicitur enim septimo ad hebreos. Rursuz *arguit p̄io*
crucifigentes sibimetipsis filium dei.et secundū vnā
expositionem is est sensus. Homines per peccatum
mortale expellunt dominum a se.ergo deus expelli
tur et deus crucifigitur.Et in tertio malachie. Uos *Secundo.*
me configitis tota gens:ergo deus configitur. Itez *Tertio.*
ad Hebreos decimo. quanto magis putatis mereri
supplicia deteriora qui filiū dei conculcauerunt. ⁊c.
ergo filius dei conculcatur.et ita corporalia passiua *P*
dicuntur de deo.et iste modus predicandi nō est sub
aliquo illorum quinꝗ:ergo insufficiens est indiuisio
damascem. Forte dicetur ꝙ improprie dicitur deus *Dicet forte*
expelli:quia scilicet gratia eius expellitur. Sed con *Contra ar.*
tra. deus magis dicitur proprie haberi ꝙ gratia:qr
gratia habetur vt est instrumentum vel vt vas quo
deus habetur vt panis celestis:ergo magis proprie
dicitur deus expelli ꝙ gratia. ¶Solutio. huiusmo *Solutio.*
di predicationes indirete sunt.idē est enī deus expel
lit ab hac aīa:ꝙ hec aīa spoliat se deo.p mortale eñ
pctm̄ agit in se ⁊ non in deū.vn̄ ipsa patit nō de⁹.facit

Q

enim ꝙ deus non habeatur ab ipsa et facit ꝙ gratia non sit in ipsa. quia ergo indirecte predicantur talia de deo non oportet cõtineri super aliquo quinqꝫ modorum.

¶ Primo determinandum est de hoc nomine persona. Capitulum quintum.

In hoc capitulo sunt sex q̃stiões Primo. De hoc nomie ꝑsona.

DIcto de nominibus essentialibus que dicuntur de personis et de essentia. dicendū est de nominibus personalib⁹. Et primo de hoc nomine persona quid significaret de eius diffinitione. Secundo vtrum in eadē significatione dicatur hoc nomen persona de personis creatis et increatis. Tertio vtrum hoc nomen dicatur de deo per essentiam vel per relationem. Quarto vtrum persona idem sit cum essentia. vtrum scilꝫ vere dici possit ꝙ persona est essentia. Quinto quid remaneat abstracta personalitate et ꝑsona. Sexto de nominibus materialibus dictis de persona.

R *q̃d est ꝑsona*

Circa primū capitulum sic obicitur. Persona sic describitur a boetio in libro de duabus naturis et vna persona xp̄i. persona est rationalis nature indiuidua substantia.

Cõtra diffinitionē ar.

Contra hanc diffinitionē sic obicit. pater et fili⁹ et spūssanctus sūt tres persone: ergo sūt tres nature rationales indiuidue substātie: ergo pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie: ergo est eorū vna substantia qd̄ est contra fidē.

nō *Scd̄o ar.*

Item dicit augustinus ꝙ pater et filius et spiritussanctus sūt tres res quibus fruendū est et sunt per se existentes hoc constat: ergo sunt tres res per se existentes. sed res per se existens est descriptio substantie: ergo sunt tres substātie.

S *Tertio ar.*

Item dicit magister in sententijs ꝙ pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie. i. tres entes: ergo sunt tres omnipotentes ⁊ tres eterni. quia nullum nomē magis est essentiale ꝙ̄ hoc nomen ens. vnde si illud dicitur pluraliter de tribus personis multo fortius et alia. hoc autem est contra simbolum.

Pro declaratione p̄dictorum.

Ad predictorum euidentiā notandum ꝙ hec quattuor nomina latina essentia/subsistentia/persona/substātia eq̄pollent istis quattuor grecis nominibus vsia vsiosis ypostasis prosopon. essētia siue vsia est forma inq̄tum facit simpliciter esse ⁊ propter hoc essentia vsia solam negatiuā significat nec vnq̄ trāsumitur ad significādum personas.

T *natura*

substantia siue vsiosis est forma generalis siue specialis in quod facit eē quid: vt animalitas que facit esse animal: humanitas que facit esse hominem. vel subsistentia et vsiosis dicitur ipsū subiectū prout sua substantialis forma est quid non indigēs accidentibus vt sit. ideo hoc nomē subsistentia quandoqꝫ per similitudinem trāslatum ad significandum personas: vt dicatur pater et filius et spiritussanctus tres subsistentie. i. tres que verum sunt nō indigentes aliq̄ alia re vt sint.

V

substantia siue ypostasis dicitur indiuiduum primi predicamenti siue prima substantia. quia dicitur substantia siue ypostasis quia substat accidentibus eam indiuiduantib⁹ siue discernētibus. hoc modo sumit aristoteles hoc nomen substantia in primo predicamentorum: vt dicit substantia est que proprie et principaliter et maxime dicitur. ideo hoc nomen ypostasis apud grecos per similitudinem translatum ad patrem ad filium ⁊ ad spiritumsanctum: et hoc nomen substantia apud nos. quia sicut indiuiduum primi predicamēti distinctum est suis accidentibus. ita pater et filius et spiritussanctus distincti sunt suis notionibus. et ideo dixerunt greci patrem et filium ⁊ spiritumsanctū tres ypostases: id est tres res distinctas. et latini dixerunt patrem et filium et spiritūsanctū esse tres substātias in eadē significatione prorsus qua ipsi greci sumunt hoc nomen ypostasis. sed hec significatio nō est vsitata.

X

modo persona siue prosopon proprie dict⁹ est homo laruatus qui representabat certos homines: vt cremetani ⁊ iunonē. dicebatur enim prosopon a pro quod est inde et sopon quod est facies: quasi in facie habeant laruam. et ex hoc inoleuit cõsuetudo dicere vt homines dicerentur persone. et ex hac significatione translata sunt nomina per similitudinem ad patrem et filium et spiritusanctū: quia sicut certi homines distincti sunt suis proprijs qualitatib⁹: ita pater et filius et spiritussanctus distincti sunt proprijs notionibus secundum hanc translatiuam significationē persona idem est ꝙ ypostasis: id est res distincta rationalis.

Y *Solutio.*

Ex hac distinctione patet solutio ad predictam obiectionem. Boecius enim in illa diffinitione hoc nomen substantia sumit secūdum ꝙ equipollet huic nomini greco ypostasis: et secundum hoc concedendum est ꝙ pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie: id est tres res distincte. sed modo nō est in vsu in hac significatione hoc nomen substantia: immo ponitur pro essentia. et dicitur ꝙ pater et filius et spiritussanctus sunt vna substantia siue vnius substantie. Et secundum ꝙ dicitur hoc nomen substantia de christo inquantum est homo: sumitur secūdum ꝙ est genus.

Ad secūdū

Ad secundo obiectum dicimus ꝙ non valet hec argumentatio: pater et filius et spiritussanctus sunt tres per se existētes: ergo sunt tres substantie: si sumatur substantia secundū ꝙ sumitur in primo predicamēto.

Z

ibi enī sumitur prout est apta nata subsistere vel substare accidētibus et suscipere cõtraria. sic autē non cõuenit personis diuinis. sed si sumat sicut Boecius sumit in diffinitione ꝑsone tūc cõcedenda est conclusio.

Ad tertiū.

Ad tertio obiectum dicim⁹ ꝙ pater et filius et spūssanctus sunt tres entes vt hec dictio entes sumatur participialiter. i. tres qui sunt. q₂ hoc nomen qui personale est. sed si sumatur noīaliter et substantiue falsa est. et he similiter false sunt: tres eterni sunt: tres oīpotentes sunt: secundū ꝙ illa noīa sumuntur substātiue. q₂ nullū substantiuū recipit plurale nisi distinctio sit in sua forma. sed si sumatur adiectiue vera est.

Nō hic deē cōgruitate *A*

Videtur autē per predicta ꝙ hec est incōgrua: persona est rationalis et indiuidua substātia. q₂ hoc nomen persona significat rem distinctam et prout est distincta: et hoc nomē indiuidua significat distinctionē: ergo ibi bis significat distinctio et ita videt locutio nugatoria ꝓpter eiusdem inutilē repetitionem.

Ad idem.

Item videt ꝙ aīa secūdum huiusmodi diffinitionē sit persona: q₂ aīa est substantia distincta suis accidētibus et ita substātia indiuidua. et cõstat ꝙ est rationalis nature: ergo aīa est rationalis: nec indiuidua substātia: ergo est persona.

ʒ hec ar. *Solutio.* *Duplex distinctio.*

Cõtra: aīa nō est per se vna: ergo non est ꝑsona. Solutio ad premissa. Notādū est ꝙ duplex est distinctio: est enī distinctio singularis que opponit vniuersalitati q̄ distictio cõstat ex ꝓprietatib⁹ quas in nullo ē alio reperire eas dem. et istā distinctionē notat hoc nomē subā positū

B

in illa diffinitiõe et est distinctio incõmunicabilitatis qua aliquid non potest cõicari vt pars. Ex hoc patet ꝙ nō est ibi repetitio eiusdē. quoniā est ibi alia distinctio que notatur per hoc nomen substantia. alia que notat per hoc nomē indiuidua. Primā distinctionē habet aīa nō scd̄am. ipsa non est indiuidua substātia sm̄ ꝙ hoc nomē indiuidua sumit in illa diffinitiõe. ⁊ ita patet ꝙ anima non est persona et etiam tertia distinctio que notatur per hoc nomē indiuidua que impedit ne christus secundum ꝙ homo sit persona. sed de illa dicetur alias.

C

¶ Utrum hoc nomen persona dicatur vniuoce de ꝑsonis creatis et increatis: et vtrū de increatis.

Dictū boetij.

SEcundo videndum est vtrum hoc nomen persona dicatur vniuoce de personis creatis et increatis et etiam an vniuoce dicatur de personis increatis. dicit boetius in libro de duabus naturis et vna persona christi ꝙ hoc nomen persona dicitur vniuoce de personis creatis et increatis.

cõtrariū ar

Sed contra. persōe create et persone increate in nullo conueniunt nec in genere nec in specie nec in differētia nec in ꝓprio nec in accidente: et omnis vniuocatio est secundū aliquā conuenientiam: ergo nichil dicetur vniuoce de personis creatis et increatis: ergo nec persona.

Ad idem.

Item dicit augustinus ꝙ omnia nomina que dicunt de deo trāslatiue dicuntur de ipso preter hoc nomen qui est: ergo hoc nomē ꝑsona methaphorice dr̄ de personis increatis ⁊ proprie de personis creatis: ergo equiuoce.

Ad idem.

Item videtur ꝙ equiuoce dicatur de personis increatis. quia nichil est commune patri et filio et spiritui sancto nisi essentia. sed hoc nomen persona non vniuocat patrem et filiū et spiritumsanctū in essentia. quia non est datum ab essentia. quia secundū hoc nō essent tres persone sicut nec tres essentie: ergo hoc nomen persona nō est vniuocū ad tres personas increatas.

D *Si dicatur*

si dicat ꝙ intellect⁹ tante potestatis est ꝙ p̄t vnire ea que non sunt vnita in re. probatur. hoc est falsum ponatur enim ꝙ isti tres homines sortes plato ⁊ cicero non cõmunicant in aliqua forma in qua cõmunicant alij: intellectus non potest vnire istos tres homines precise in aliquo nomine quia illud nomen esset datū ab aliqua forma illa: vel cõmunicaretur istis tribus solis vel cõmunicaret istis et alijs. Si illis solis hoc est contra positum. si illis ⁊ alijs ergo nomen.

Cõtra hoc

Ad idem.

Item hoc nomen pater significat patrem non vt personam quia sic significaret ideꝫ ꝙ hoc nomen persona ⁊ hoc nomen filius significat filium non vt personam. sed hoc nomē ꝑsona significat vtrūqꝫ vt personā. ꝗ cõmune et non vt essentiam: ergo aliquid est cõe tribus ꝑsonis preter essentiam qd̄ falsum est.

E *Solutio.* *Triplex vniuocatio*

¶ Solutio. triplex ē vniuocatio. est enim quedā vniuocatio per cõformitatem sicut hoc nomen homo est vniuocum ad omnes homines et album ad omnia alba. Secunda vniuocatio est secundum generalem naturam intellectus. est enim intellectus ymago dei habens similitudinem cum qualibet re et propter hoc intellectus ymago est cuiuslibet. vnde cū vtitur seipso sicut ymagine sub ipso intelligit omnia et hoc modo vniuocum est res ad personas certas et incertas. in illa diuisione rerum quedā sunt quibus fruendum quedā sunt quibus vtendum. Tertia vniuocatio est per denominationem forme que est ex parte anime vt intelligibile opabile et similia. ⁊ hoc mō vniuocū est hoc nomē notatiō ad ꝓꝓetates ꝑsonales.

quarta vniuocatio.

Quarta vniuocatio est sm̄ ꝯueniētiā effectuū sicut dictū est sup⁹ de hoc noīe iustus. et hoc modo hoc nomen persona vniuocum est ad personas creatas et increatas. quia rationalitas creata et rationalitas increata cõueniunt in effectu.

F *Solutiō ad duas rões.*

Et ex hoc patꝫ solutio ad duas primas obiectiones. hec enim est falsa: persone create et ꝑsone increate in nullo cõueniunt: q₂ conueniunt in effectu licet non conueniant in aliquo quod in ipsis sit vniuoce. etiam dicitur quantū ad secundam vniuocationeꝫ quia substantia indiuidua que ponitur in diffinitione persone idē est ꝙ res per se existens distincta. Si autem queratur vtrum significatio huius noīs persona proprie dicit vniuocum per conuenientiam effectuum propria an methaphorica. dicim⁹ ꝙ est mixta: q₂ quantuꝫ ad effectus propria est.

G *Quīta vniuocatio.*

Quinta vniuocatio est per conuenientiam in priuatione vel in negatione sicut non albū est vniuocum ad omne quod nō participat albedinem: et hoc modo persona vniuocū est ad omnes personas increatas. q₂ hoc nomen pater significat paternitatem que distinguit patrē ⁊ facit ipsum non esse filium nec esse spiritumsanctū: sed nō significat illam vt distinctionem. vnde nō importat illam priuationē nisi per cõsequens. sed hoc nomē persona significat vt distinctionē: vnde importat priuationem que cōis est tribus personis: quia quelibet nō est alia.

Ad vltimū

per hoc patet solutio ad vltimo obiectū. Cõcedimus enim ꝙ nichil est qd̄ sit cõmune tribus personis preter essentiam: sed in priuatione cõmunicant et hoc non est inconueniens.

¶ Utrum hoc nomen persona dicatur de deo secundum essentiam vel secundum relationem.

H *Ar primo.*

CIrca tercium capitulū queritur vtrum hoc nomen persona dicatur de deo secundū essentiam vel secundum relationem. Primo sic obicitur. dicit magister in sententijs ꝙ omne nomē dictum secūduꝫ essentiam dicitur de tribus personis simul singulariter et nō pluraliter propter hoc nomē persona. si ergo cõgrua est exceptio oportet ꝙ hoc nomen ꝑsona predicetur secundū essentiā. et si secundum essentiaꝫ ergo est nomen essentiale.

Secundo.

Item dicit beatus augustinus ꝙ omne nomen dictū de deo dicitur secunduꝫ essentiam vel secundum relationē: ergo hoc nomē ꝑsona cum dicitur de deo aut dicitur secundū essentiaꝫ vel secundum relationem. si dicatur ꝙ secundū essentiam: ergo est nomen essentiale. si dicatur ꝙ secundū relationē: ergo dicitur de deo relatiue. quod falsum est. q₂ absoluta habet tantū predicationē hoc nomen persona.

I *Tertio.*

Item dicit beatus augustinus ꝙ pater fili⁹ et spiritussanctus ideo dicuntur tres persone: q₂ cõe est eis id quod est persona: sed non est eis cõmune nisi essentia: ergo videtur ꝙ idem sit persona precise ꝙ essentia.

Quarto.

Preterea si ideo sunt tres persone quia cõmune est eis id qd̄ est persona: eadem ratione sunt tres essentie. quia commune est eis id quod est essentia.

Solutio. *Ad primū*

Solutio. Ad primum obiectum dicimus ꝙ hoc nomen persona partim dicitur secundum essentiam/ partim secundum relationeꝫ. quia in diffinitione ei⁹ expresse significatur essentia per hāc vocem rationalis nature. et ibi etiam designatur relatio scilicet distinctio. q₂ ergo hoc nomē ꝑsona dr̄ scd̄m essentiā: excipit ab illa scd̄a. q₂ non primo significat distinctionē

ideo dicitur pluraliter de patre et filio et spiritusancto: potius q̄ nomina que mere significant essentiaz.

Ad secūdū

Ad secundo obiectum dicimus q̄ hec argumentatio non valet hoc nomen persona dicatur secundū relationem: ergo dicitur relatiue. quia dici secundum relationem nichil aliud est q̄ significare relationem. dici vero relatiue est dici in relatione ad alia extra. sicut cū dico iste est magnus: hoc nomē magnus dicat secundū relationē: qz significat relationē. et nō tamē dicitur relatiue: qz refert rem substantiatim ad aliquid extra. includit eñ in se id quod ad aliq̄d dicit. idē eñ est magnus q̄ excedens homines mediocris statura. Similiter hoc nomē persona dicitur secūdū relationē: et includit in se id ad quod dicitur sua relatio. qz is est sensus: persona. i. res rationalis nature distincta ab alia. Ad aliud obiectū dicimus q̄ est cōmunitas secundū intelligentiā/secundū predicationē siue suppositionē. et est cōmunitas secundum rē. Est enim secundū rem sine realiter cōmune tribus ps̄onis et oibus fruentibus ea. hoc autē quod dico ps̄ona est cōe secundum intelligentiā vel suppositionem tantū non secūdū rem sicut hoc q̄d dico homo. sicut eñ hoc nomen homo significat humanitatem cōiter ita hoc nomen ps̄ona cōiter personam significat & distinctionē. Et sicut in cōi significatione huius termini homo cōprehenduntur plures hoīes et plures humanitates: ita in cōi significatione huius noīs ps̄ona cōprehenduntur plures distinctiones et plures ps̄one. et ideo sicut Sortes et Plato et Cicero sunt plures hoīes: ita pater et filius & spūssanctus sunt plures ps̄one. Et per hoc patet solutio ad vltimo obiectum.

Ad vltimū

Item pr̄obat q̄ hoc nomen persona sit pure essentiale. qz dicit beatus Augustinus q̄ idē est esse personā patris q̄ esse essentiam patris. et ita videtur secundū hoc q̄ hoc nomē ps̄ona pure significat essentiā.

Item pr̄z

Ad idem.

cum beatus Johānes dixisset: tres sunt qui testimonium perhibēt in celo: pater et verbū et spūssanctus quesierūt heretici: qui tres? et dicit beat⁹ augustin⁹ q̄ responsum fuit tres persone: nōn illoz diceretur sed nec taceretur. et dictū est tres ps̄one. i. tres entes et ita pater et filius et spūssanctus dicuntur tres persone. i. tres substantie. i. tres entes. si ergo hoc nomen persone equalet huic noī entes: et cōstat q̄ hoc nomē entes est nomē essentiale pure: ergo et hoc nomen persona est nomen essentiale pure. Preterea si pater et filius et spūssanctus sunt tres entes: eadem ratione sunt tres eterni: vt hoc nomē eterni teneatur substātiue sicut hoc nomen entes. quod est cōtra simbolum. Ad hoc dicimus q̄ hoc nomen persona habet tres significationes. Prima est secundū q̄ mere significat essentiā. hanc enz habuit anteq̄ facta esset hec interrogatio ab hereticis: quoniā tunc bene concedit⁹ q̄ pater et filius et spūssanctus sunt vna persona: id est quedam res que est per se vna. et secundū hanc significationez dicit beatus Augustinus q̄ esse personam est esse essentiam: et q̄ nichil aliud est dicere personam patris q̄ essentiam patris. hec significatio decidit ab vsu. Secūda significatio est trāslatiua significatio secundum quam translatum est hoc nomen persona a naturalibus ad patrem et filium & spiritum sanctum. et secundū hoc significat distinctionē primo ex necessitate coacti sunt latini respondere ad illam interrogationem hereticorum. et ideo trāstulerunt hoc nomen persona hoc predicto modo et responderunt tres persone: nō vt illud diceretur: id est non quia hoc esset secundum primam et propriam significationem quam tunc habebat hoc nomen persona. sed ideo dictum est tres persone: ne taceretur id est translatum est hoc nomen persona ad significandū distinctionē ad hoc vt responderetur hereticis ne si taceretur videretur esse conclusum. dicimus ergo q̄ cum dicitur pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie. i. tres entes. hoc nomē entes est participium nomen & idem est entes q̄ qui sūt: sicut idem est currens q̄ qui currit sicut dicit primus. Sciēdum hoc ergo q̄ hec dicto entes includit in se hanc dictionem qui intellectus huius dictionis qui significat distinctionem personalem. sed hoc nomen eternus nullam significat distinctionem. etiam quādo tenetur substantiue. & ideo non possunt dici tres eterni sicut tres entes. Et notādum q̄ quidā magne auctoritatis dixerunt q̄ hoc nomen persona supponit essētiam et in singulari et in plurali. sed in singulari significat distinctionem singulariter. et in plurali pluraliter. & hoc idem vult ipsa nominis ethimologia. quia persona dicitur q̄si pro se vna siue per se vnum. dicit ergo q̄ is est sensus pater est persona. i. per se vnum id est distinctus. & significat hoc nomē persona distinctionē non in suo supposito sed in patre. similiter cū dicitur pater et filius et spiritussanctus sunt tres per sone. i. sunt vnū per se. i. distincti et hoc volunt probare per illam interrogationem hereticoz qui tres quia sicut hoc nomen aliqui nō potest supponere nisi pro essentia. ita hoc nomen qui non potest interrogare nisi pro essētia. Sed ad hāc interrogationē q̄ tres responsum est persone: ergo si competens est data responsio hoc nomē persone supponit pro essentia.

Ad idem.

Ad interrogationem erit dicendum essentia nō potest cōpetenter responderi nisi essentia. Preterea hec interrogatio qui tres data est super auctoritatē: vt videt Johanni. qui dixit tres sunt qui testimonium perhibent in celo pater verbum et. ss. qua auctoritate certificauit et de personis & de earum notionibus. non restabat ergo questio nisi de essentia: quoniā in deitate non est nisi persona vel essentia vel notio: ergo cū quesitum est qui tres quesitum est de essentia et congrue responsum est persona: ergo hoc nomen persona supponit pro essentia q̄ ipsi concedunt predictis rationib⁹. Sed q̄ eoz solutio nulla sit potestate p̄z hoc modo. quia ex eorum opinione sequitur q̄ persona que est pater sit filius: quia hoc nomen persona non supponit nisi essentiam: ergo hoc nomen qui supponit essētiam: ergo cum hec sit vera essentia que est pater est filius: similiter hec entvera persona que est pater est filius. non enim potest dici q̄ hoc nomen persona supponat essentiam nō absolute. sed respectiue scz respectu distinctionis. quoniā sm eos per hoc nomen persona non significatur distinctio respectu essētie siue in essentia. Item secundum eos hec est incōgrua aliqua persona est. quia hoc nomen persona nō habet circa quod significat distinctionem circa suum suppositum. et non habet ibi aliud circa quod illam significet sm eos & cum responsum sit tres persone a christianis ad predictam iterrogationem nulla facta est certificatio de essenta. idem enim est secūdū eos p̄sona. i. per se vnū hoc aūt nomen vnū ē ita gñale q̄ nō specificat: et ita de nullo certifiat & sic nō certificat de eētia, ppē has & mltas alias rōes abvsu exsufflata

Ad idem.

Contra p̄dicta.

Ad idem.

Responsio doctoris.

est opinio illa: nos autē dicimus q̄ cum quesitum est qui tres fuit quesito ab hereticis de nomine plurali essentiali quod est substātiuū huⁱ⁹ nominis tres vel de significato talis noīs. sed hoc fuit impossibile q̄ talis nomē responderēt scz pure essentiale plurale. sed responsū est. tres ps̄one per qd certificatur de eētia de qua fiebat questio. qm̄ hoc nomē ps̄ona intelligit essentia. sicut patz p̄ diffinitionē persone que talis est Persona est rationalis nature indiuidua substantia per hoc q̄ dz rōnalis nature specificat sic essentia siue natura. & ideo certificatū est illud quod erat in q̄stione lz nō mere: quia nō potuit sine distinctiōe certificari pluraliter essentia. qm̄ nullū plurale mere cōuenit persons diuinis: vt ptz ex predictis. per hoc patet q̄ nullomodo melⁱ⁹ potuit respōderi ad illā interrogationē hereticoz q̄ illomō quo responderūt xp̄iani.

Responsio

Quarto queritur vtrum persona sit essentia. et vtrū deus sit deitas. Probatur q̄ persona sit essentia. quia dicit boetius in libro de ebdomadibus q̄vere simplici idē est q̄d est & quo est. & dei⁹ simplicissimū est: q̄ idē est q̄d est & quo est. et ita idē est deus q̄ deitas: q̄ de⁹ ē deitas. similiter cū pat sit simplicissim⁹ idē est pater et q̄ est. sed quo est est eētia vel deitas: ergo pater est essentia: ergo ps̄ona ē eētia. Item dicit augustinus q̄ pater est quicq̄d ipse pater habet. excepto q̄ filiū habet et nō est fil⁹: ergo cū habeat eētiā pater est essentia. et ita ps̄ona est essentia. Sz contra dicit magr̄ ostendēs quātulācūq̄ differentiā proposituū ostendētes erimus qm̄ nō idē sed ps̄ona generat persona generatur. eētia nec generat nec generatur ergo ps̄ona et essentia nō sūt idē. Item in naturis bene tenet: quia si hec res ē illa suppositа hac re supponit illa. & hoc est propter idēptitatē eētialē quā significat hocverbū est: ergo si hec est vera ps̄ona est essentia. suppositа persona supponit essentia ,ppter ps̄imilē idēptitatē quā notat hoc verbū est. Item si hec est vera sortes est homo idē supponitur per subiectum et predicatum: ergo si hec est vera: persona est essentia idē supponitur per subiectū & predicatū et ita suppositа persona supponit essentia. Sed cōtra aliquid est nomen de essētia q̄d de nulla ps̄ona potest esse nomē hec enī est vera: eētia est quelibet ps̄ona & nulla ps̄ona est quelibet essentia: ergo suppositа ps̄ona nō supponitur essentia. Item deitas siue essentia est forma dei vel ps̄one. vnde ad phil⁹. ij. qui cū in forma dei essz &c. ergo deus vel persona est informatū deitate vel essentia. sed informās et informatū relatiue dicuntur sicut igitur hec est falsa. pater est filius p̄opter naturā relationis: ita hec debet esse falsa deus est deitas & hec ps̄ona est essentia. p̄opter naturā relationis que est informantis ad formatū. ité esse in pluribus nō ee in pluribus sunt opposita: ergo nō sunt in eodē: sed sunt in persona et in essentia. quia nulla ps̄ona est in plurib⁹ & eētia est in plurib⁹: q̄ ps̄ona et eētia nō sūt idē. Solutio. concedim⁹ q̄ ps̄ona est essentia et deitas. Et ad oppositas rationes concedimus q̄ principia fidei sunt quozum vnum est q̄ deus est simplicissimus ex quo sequitur q̄ persona est essentia et deus est deitas. Aliud est q̄ aliquid cōuenit essentie qd nulli persone: et ex hoc sequitur q̄ suppositа persona non supponitur essentia. Ad primo ergo obiectum dicimus q̄ generare vel generari non est differentia persone ad essentiam. sed persone ad personam. ex hoc enim q̄ pater generat sequit⁹ q̄ nō sit ille quem generat: sed nō sequitur q̄ nō sit essentia. vnde nō assignatur p̄ hoc differētia inter ppositа. Ad secūdū & tertio obiectū dicim⁹ q̄ nō est simile de naturalibus et theologicis reb⁹. ppter duas causas similū sumptas Prima est: qz in naturalibus eētia idētificatur se p̄ ps̄one: qz vnica essentia est ps̄ona vnica. et plures ps̄one plures essentie. sed in theologicis vnica eētia numero est plures ps̄one. Secūda est: qz in naturis q̄cūq̄ ,ppietas est ps̄one/est et essentie. sed nō est ita in theologicis. qz ,ppietas patris est paternitas que nō est ,ppietas essentie. vnde in theologicis suppositа ps̄ona nō supponit essentia. sed in naturis suppositа ps̄ona supponit essentia: nisi alt̄s velit dicere q̄ vnus et idē homo est plures ps̄one. vt ille qui est decan⁹ & archidiaconus. sed scm̄ hoc oportebit dicere q̄ suppositо decano supponit homo. Ad quarto obiectum dicim⁹ q̄ deitas siue natura diuina non est forma dei sed cōforma. vnde non ,pcedit obiectio. sicut enī sortes p̄ formā suā que nō est ipse agit: sic deus p̄ naturam vel deitatem que ipse est agit. Ad vltimo obiectum dicimus q̄ non valet hec argumentatio: esse in pluribus et non esse in pluribus non sunt in eodem: sed sunt in persona et in essentia: ergo ps̄ona et essentia nō sunt idem. qm̄ in prima iste terminus eodem vnicā habet suppositionem: aut tantum p̄o persona aut tantū p̄o essentia. in secunda due sunt suppositiones. vna p̄o essentia: altera p̄o persona. et est instā tia hic: actuale et artificiale non sunt in eodem: et sunt in ere et statua: ergo statua et es non sunt idem. Sed iterum negatur q̄ persona non sit essentia: qz dicit hylarius q̄ aliud est natura: aliud res nature. vt aliud est igneitas: aliud ignis. ergo aliud est de⁹: aliud natura dei. et ita deus nō est deitas. Si dicatur q̄ non est simile de naturalibus et diuinis. Contra: hylarius procedit a naturalibus ad diuina per similitudinem. Item dicit boecius in libro de ybdabus naturis etvna persona x̄pi: q̄ nestoriius dicebat in x̄po duas esse personas: sicut duas naturas entes. nō vnicaz naturam sicut vnicam personam. distinguenda ergo sunt et separanda propzijs actionibus natura et persona. ergo secūdum hoc natura et persona diuersas habent diffinitiones quas ibidem ponit boecius. est enim natura p̄out ibi accipitur/vnuscuiusq̄ specifica differentia: et persona est rationalis nature indiui dua substantia. sed quozum diffinitiones sunt diuerse ipsa sunt diuersa: ergo ps̄ona et natura sunt diuersa: ergo persona non est natura siue essentia. Item dicit damascenus de ypos q̄ non est deitas. deitatē enī solum patrem/aut solum filium/aut solum spiritum sanctum dici nunq̄ audiuimus. deitas enim naturaz manifestat. ypostasis vero personam. sicut humanitas naturam hominis et etiā ypostasim. natura vero diuina in vnaquaq̄ ypostasi. i. personarū denominatione dicitur. ergo secundum hoc persona nō est deitas. Item esse in qualibet persona dicitur de diuina essentia: ergo vel secūdum substātiam vel secundum relationem. si secundum substātiam: ergo dicitur de qualibet persona per se: et hoc est falsum. si secundū relationem: ergo secundum relationem illa essentia distinguitur a qualibet persona: ergo sicut pater nō est filius a quo distinguitur p̄ paternitatē sic essentia nō est ps̄ona. Item pater genuit filiū aut sm q̄ pater

Ad idem.

Ad secūdū

ponit illas causas.

Ad q̄rtum

Ad vltimū

Ad idem.

Iterū ar.

Si dicat.

Cōtra ar.

Secundo.

damascen⁹

aut fm qd inest sibi aut fm qd de⁹ aut fm quod iste.
quidā dicūt nō scdm qd pater ymo potius fm qd ge
nuit est pater: nec fm q innascit.qz innascibilitas pri
uatio est.vnde nō est origo filij:ergo nō est fili⁹:eadē
ratione nō est pater neqz spūssanctus: ergo deitas nō
E est persona.si secundū q iste.contra iste ab aliqua p-
prietate est iste.quia iste discretiuū est: ergo vel a pa
Ad idem. ternitate vel innascitatevel deitate ⁊ indevt pri⁹.Itē
esse ab alio et non esse ab alio sunt in psona.⁊ in essē-
tia et non secundū idem cum sint opposita : ergo se-
cundum diuersa: ergo persona ⁊ essentia sunt diuer-
Opio gil- sa propter has et consimiles rationes.dixit magister
berti. gilbertus et sequaces eius q deitas nō est deus ⁊ q
hoc nomen deus nō pōt supponere pro essentia . sed
Af contra contra hoc obicitur.deitas siue diuina natura aut est
ens aut non ens.si dicat q non ens:hoc prima fronte
Ad idem. hereticū est. Preterea si est nō ens cōtra. deitas dat
patri vt sit deus . ergo a non ente habet pater vt sit
deus.sed hoc est hereticū et reprobabile.si vero dei-
F tas est ens aut alia essentia est ens: aut seipsa. si alia
sic ibitur in infinitū . si seipsa:ergo diuina essētia seip
sa est.sed deus non seipō est nec est sua essentia:ergo
alia est essentia diuina q̄ deus. quia qd per se est tale
est magis tale:ergo deus non sūme est qd est hereti-
Ad idem. cum. Item essentia diuina est res diuina. sed res di-
uina est deus:ergo essentia diuina est deus. Itē essen
Ad idem. tia diuina causauit omnia : ergo est causatrix oīm:g̃
est causator : ergo est deus. propter has rationes et
opinio p̄di quasdā auctoritates que dicte sūt superius reproba
cta ē falsa. ta est hec opinio.vnde dicimus q deus est deitas et
Opinio do persona est essentia.et ad auctoritatē hylarij. dicim⁹
ctoris. q res nature et natura non sunt prorsus idem. et ob
hoc dicit aliud esse natura et aliud rem nature. Per
G sona vero pprietatē habet per quam distiguitur. sz
essentia nō habet.vnde sicut diceret aliquis q homo
differt ab animali per hoc q abūdat ab ipso.animal
vero nō differt ab homine quia non abundat ab ipso
ymo tota essentia animalis clauditur in homine. sic
quodāmodo differt persona ab essentia inq̄tū habz
proprietatem.essentia vero nō differt a persona que
nullam habz proprietatē.vnde non est ibi mutua dif
ferentia.sed tm̄ ex parte altera et sic patet qualiter p
Ad boeciū sona et essentia non sunt prorsus idē. Ad auctoritatē
Duplex se boetij distinguēda est duplex separatio:scz separatio
paratio. fm rem et separatio secundū intellectum.separatio-
ne secundum rem nō est: vt separata persona et essen
H tia. sed separatiōe secundū intellectum separate sūt
tm̄ sicut persona et natura nō sunt diuersa sic nec dif-
finitiones earū diuerse sunt proprie loquēdo. In dif
nitione persone cadit natura: vt pz per p̄dicta ⁊ ipsa
diffinitio nature probat de persona qz persona est sua
pfectiua substantialis differentia siue sua substantia
lis perfectio. vnde soluendū est per interemptionem
I non enī sūt diffinitiōes diuerse sicut nec diffinita . Ad
Ad dama- auctoritatē damas. dicimus q sic intelligenda est: de
scenum. ipostasi deitatem dicere non possumus.i.de vna sola
ypostasi deitatē dicere non possumus. ⁊ hunc intelle
ctum tenuit ipse cum dixit deitatē esse solum patrē.
aut solum filiū. aut solū spūsanctū. nūq̄ audiuimus
filium aūt esse deitatē bene audiuim⁹. quia xp̄us est
dei virtus et dei sapientia . que sine dubio essentiam
Ad primā significat. Ad primā rationem dicimus q esse in qua
K libet persona dicitur de essentia fm relationē.non tm̄
propter hoc distinguitur essentia a persona . quia qd

dicit boetius in libro de trinitate. deus est quantus
sine quātitate.qualis sine qualitate.sed non est rela-
tus sine relatione.intelligendū est tm̄ de relationib⁹
personalibus. Pater enī non est relatus ad filiū sine
relatione.quia paternitas non significat diuinā essen
tiam.sed quādo diuina essētia significatur vt relatio
tunc deus est relatus sine relatione . sicut cū dicitur
deus est domin⁹vel actor creaturarū.vnde per huius
modi relatiōem non distinguitur essentia a persona.
eodemmodo dicimus hic.essentia diuina est in qua- L
libet persona . essentia est hic relata sine relatione.
seipsa enim est in qualibet persona nō aliqua proprie
tate distinctiua. Ad secundā rationē dicimus q deus Ad secūdā
pater genuit filiū non inq̄tū pater nec inq̄tum inna-
scibilis nec inq̄tum iste nec inq̄tū deus . quia si hoc
eadē ratione et filius genuisset filiū.sed inq̄tum de⁹
innascibilis. inq̄tum enī est fons toti⁹ bonitatis: qui
non est ab alio voluit ab eterno cōicare suum esse et
delicias suas:vt iocunda esset possessio sicut superius M
dictum est. Sicut ergo sortes inq̄tū sortes exvirtute
humanitatis generat filium:vt saluetur esse in specie
cum indiuiduū sit corruptibile. sic pater inq̄tū deus
innascibilis exvirtute diuinitatis genuit filiū:vt com
municaret alij suas delicias. Sed nonvidetur soluta
obiectio ppter hoc:quia si pater ex virtute deitatis Cōtra solu
genuit filiū:ergo deitas est origo filij. ⁊ hoc videtur tionem.
velle augustinus qui sic exponit illud verbū exvtero
ante luciferū genui te.id est ex mea essētia:ergo essē- N
tia diuina refertur ad personam vt origo vel causa:
ergo essentia nō est psona. Solutio.sicut in natu- Solutio.
ris forme non agūt pprie loquēdo . sed subiecta ear Forma p-
per virtutē formarū. Sicut fortitudo athlete pprie prie nō agit
loquendo non superat aliū. sed athleta ex fortitudie sz suppo^m.
sic essentia diuina vel deitas nō generat nec est causa
filij pprie loquendo.sed pater ex deitate. nec ex hoc
sequit q deitas non sit psona. imo potius subtiliter O
inspicienti seqt q eētia sit psona ppter omnimodā
simplicitatē q̄ ibi est. Ad tertiā rationē dicim⁹ q hec Ad tertiā.
argumētatio nōvalet.esse in alio nō esse in alio sūt in
persona et essentia. et nō secundū idē: ergo fm diuer
sa.qz sufficit oppositioni fm affirmationē et negatio
nē vt sit differētia fmvnā proprietatē existentē in vno Quō spēs
et absentiā eiusdē pprietatis in alio quomodo dixi- differt a ge
mus superius specē differre a genere et indiuiduū a nere⁊ idiui
specie et personā ab essentia. vnde sufficit differentia duū a spē.
ex altera parte. Et est instātia sortes non p̄dicatur de P
pluribus. homo predicat de plurib⁹: ergo sortes nō
est homo.si aūt fiat hec argumētatio:magis differūt
opposita fm affirmationē et negationē q̄ relatiē op
posita.sz ppt relatiuā oppositionē hec estvera.pater
nō est fili⁹:ergo ppter oppositionē affirmatiōis et ne
gatiōis hec est vera.psona nō est essentia. Soluendū Solutio.
aūt p interemptionē prie.regla eiz.oppositio enī exi Regula.
git mutuā differētiā.sed oppositioni scdm affirmati- Q
onē et negationē sufficit dfa ex altera parte.sed iterū
obicitur.intellect⁹distinguit psonā ab essentia. vnde Iterū af.
boeti⁹. separāda sūt natura⁊ psona pprijs diffinitio-
nib⁹. illi distinctiōi aūt aliqd rñdet in re aut nichil: si
nichil:g̃ cū i revnica sit ēentia diuia i re nō ē nisivnica R
psōa diuia.sivo aliqd rñdet in re. g̃ fm rē dfnt psona
et eētia:g̃ psona nō est eētia. Solutio.intellect⁹ Solutio.
aliqñ facit distinctionē p suā abstractionē aliqñ p rei
pprietatē: et cū p suā abstractionē nō oportet aliqd
respōdere in re: sicut cū intellect⁹ abstrahit albedinē

a subiecto nō oportet illā esse abstractā in re.nec tm̄
est mendacium in illa abstractione:quia huiusmodi
abstrahere nichil alind est q̄ intelligere albedinem:
non intellecto subiecto.qñ aūt facit distinctionē p rei
proprietatem:tunc illi distinctioni aliquid respondet
in re.vñ distinctioni quā facit inter personā ⁊ essentiā
S aliquid respōdet in re. Sed hec distinguēda est. In-
tellectus distiguit personam ab essentia. Si enim sic
intelligat:intellectus ponit personā non esse eēntiā.
falsa est.si aūt sic intelligatur:intellectus ponit aliqd
inesse persone:quod non essentie:vera est. Q autem
Nota ista. predictorum solutio vera sit:patet per augustinum
qui dicit in libro de trinitate:q nefas est dicere deum
subiacere bonitati sue: ⁊ non esse suā bonitatē. Item
in eodem.trinitatem personarum dicimus essevnam
T summam essentiam: ⁊ vnam summam essentiam esse
trinitatem. Item in eodem.filius nō eo estverbum:
quo est.sed quo est ⁊ est sapientia ⁊ potentia. Et per
hoc patet q non ex toto idem est persona: ⁊ natura ⁊
Cōtra af. notio. Sed cōtra hoc qd dictū est q persona ⁊ eēntia
differūt ex parte altera obicitur.quia notio que inest
psone ⁊ non inest essentie:est ipsa psona ⁊ ipsa eēntia.
ergo per notionem non differt persona ab essentia.
Respōsio. Ad hoc dicendum est q hec argumētatio nonvalet.
deberet addi:et notio inest essentie et inest persone.
V Ob hoc enim solū dicimus psonā differre ab eēntia:
Iter af. quia notio inest persone ⁊ non inest essentie. Sic iter
obicitur.essentia diuīa predicatur de qualibet trium
personarū:ergo predicatur de pluribus differētibus
solo numero ⁊ in eo qd q̄d est:ergo est species. ⁊ hoc
falsum:quia oporteret plures essentias diuinas esse.
Ad istd dr Ad hoc dicendum est q ratio speciei sic intelligitur.
species est quod predicatur de pluribus cōtentis sub
Nota rōez specie:vel de pluribus essentijs.sed pater et filius et
speciei. spiritus sctūs nō sunt plures essentie:nec sunt cōtenti
X sub essentia.quia supposita essentia:non supponitur
Iter af. persona. Sed cōtra hoc qd dictū est q inter personā
⁊ essentiam non est mutua differētia sed tm̄ ex altera
obicitur:quia essentia est cōmunis tribus personis ⁊
illa cōmunitas est in re:ergo illa cōitas inest essentie
⁊ non inest alicui persone:ergo aliqua pprietas inest
essentie q̄ non inest persone ⁊ ecōtra.g̃ ibi est mutua
Scdo. differentia. Item differētia se habet ad personam:vt
informās ad informatum.g̃ informatio inest essentie
Y ⁊ non inest persone.quia persona non se habet vt in-
formans.ergo aliqua proprietas inest essentie:q̄ non
Tertio. inest persone. Item hoc nomē essentia datum est ab
aliqua forma que inest essentie.hoc certum est.sicut
humanitas a qua datum est hoc nomen homo inest
homini.aut illa forma inest persone aut non:si inest:
sed termin⁹ supponit p eo cui inest sua forma:ergo
hoc nomen eēntia supponit pro psona.et hoc falsum
Z si nō inest psone ergo aliqua forma inest essentie que
Quarto. nō inest psone. ⁊ inde vt prius. Itē dicit augustinus
in libro de trinitate.q filius dei nō eo est verbū quo
est.sed quo est:est essentia.est deus.est sapiētia.ergo
forma q̄ est essentia:nō inest persone et inest essentie:
ergo aliqua forma inest essentie que non inest psone.
Ad istud. Ad hoc dicēdū est q eēntia diuina seipa est seipsa:
⁊ cōmunis seipa ⁊ informās.vnde ipsa est cōitas illa:
illa informatio illa forma a qua datum ē hoc nomen
Nota. eēntia. Sz aliter significat vt eēntia:aliter vt cōitas:
aliter vt informatio:et prout significat vt eētia inest
persone.prout significat alijs modis:nō inest psone.

Cōcedimus ergo q nulla pprietas inest essentie que Opio doc-
non insit persone. Nec valet hec argumētatio.cōitas toris.
inest essentie et non inest alicui persone.ergo aliqua solutobie
pprietas inest essentie:q̄ non inest persone.sed bene ctiones.
sequitur:ergo aliqua pprietas aliquomō intellecta A
inest essentie:quo modo intellecta non inest persone
Eodem mō dicendū est ad alias obiectōes. Sciendū Dictū por-
autē q quia posuit magister gilbertus solam formā retani.
predicari:negauit hanc/diuina eēntia est pater.quia
paternitas non inest diuine essentie. Sed contra pre- ɔtra opini-
dictā solutionem obicit. Si essentia diuina prout est onē illius.
significata vt cōmunitas vel vt forma a qua datū est B
hoc nomen essentia non inest persone.querit:aut illi
modo significandi respōdet aliquid in re:aut nichil.
si aliquid:ergo aliqd in re impedit ne essentia diuina
sic significata insit persone.illud nō est priuatio:quia
in tali modo significandi nō datur intelligi priuatio.
est g̃ aliqua positiua dispositio.ergo aliqua pprietas
realis inest eēntie:q̄ nō inest psone.si vo nihil rñdet:
ergo nihil impedit qn diuia eētia sic significata insit C
persone.ergo forma a qua datū est hoc nomen essen-
tia:inest persone.ergo hoc nomen essentia supponit
pro persona. Idem videtur per augustinū qui dicit Ad idē au-
in libro de trinitate q sicut deus de deo:sic eētia de gustinus.
eētia.ergo fm hoc essentia generat essentiam. ⁊ ita
hoc nomē essentia supponit pro persona. Item eisdē Ad idem.
rationibus quibus ostēsum est superius q deus ge-
nuit deum:potest ostēdi q essentia diuina genuit es-
sentiā diuinam.quia essentia diuīa benignissima est:
largissima et potentissima est.ergo potuit ab eterno
dare suā essentiā alijs:cum sit fons desideratissimus. D
ergo ab eterno potuit:voluit ⁊ sciuit generare.ergo
eētia genuit essentiā. Sed ɔtra:hoc nomen natura Cōtra ista.
fm boetiū cōmune est ad naturam creatam: ⁊ ad na-
turam increatam.ergo et essentia.ergo bene dicitur
hec essentia(demōstrata diuina essentia)demonstrat.
ergo hec eētia genuit hanc essentiā.eadem demon-
strata.g̃ eadem essentia genuit se.qd est impossibile.
Item hoc nomē deus cum sit nomen absolutum(vt Scdo af.
dicitur)dat intelligere oēs quasi proprietates.vnde E
dat intelligere quasi collectionem proprietatū:quaz
collectio in nullo alio reperit.g̃ forma hui⁹ termini
deus:simplicissima est.scilz deitas.ergo hoc nomen
deitas nullomō potest supponere pro pluribus.ergo
nullomō potest supponere pro patre.quia si posset:
eadem ratione ⁊ pro filio ⁊ spiritu sctō.et ita natura
diuina non generat nec generat. Item natura diuina Tertio.
cōis est tribus personis.sed nature rerum discretarū F
discrete sunt:et constat q ille non generant.quia hec
humanitas non generat:sed iste homo.siliter natura
cōmunis non generat.hec enim est falsa:essentia que
est quelibet psona generat.quia hoc nomen essentia
nō potest ibi supponere p patre. ⁊ solus pater gñat.
sic g̃ habetur vera:nulla natura cōis vel ppria gñat. Opio doc-
sed omnis natura est cōmunis vel ppria:ergo nulla toris.
natura generat.quod cōcedimus. Et ad primo obie Ad primū
ctum dicimus q essentia diuīa seipsa est. ⁊ ipsa est sua in ɔtrariū.
forma.vnde abstractissima ⁊ simplicissima est ⁊ nullo G
modo habet concretionem vel quasi concretionem.
deus autē ⁊ persona quasi concretiōem habet. Dici-
mus ergo q sicut dictum ē q forma a qua datur hoc
nomen essentia inest persone:sed non sic intellecta. ⁊
aliquid impedit in re scilicz priuatio aliqua videlicet H
abstractio vl simplicitas omnimoda:sicut q essentia

divina non insit persone vt cõmunitas:impedit que=
Ad secũdũ dam priuatio.scz indistinctio. Ad scdo obiectũ dici=
mus q̃ nõ valet hec argumẽtatio. essentia est de essẽ
tia:ergo essentia genuit essentiam.quia prima recipi
Nota hic. tur improprie sub hoc sẽsu pater sm essentiã genuit
filiũ sm essentiã. Sed vltima nec ꝓprie nec ĩproprie
Argumen vel per essentiã. si dicat q per participationẽ: g illud
tũ añ oppo qđ predicat non est id de quo predicat. si dicat q per
situm. essentiã: ergo illud qđ pdicat nec actu nec intellectu
M potest separari ab eodẽ de quo pdicat. ergo gñatio
(demõstrato pr̃e) nõ potest separari ab isto: nec actu
In oppo si nec intellectu. Sed 9tra. cũ dico ĩnascibilis. sic intel-
tum. ligo patrẽ: nec sic intelligo paternitatẽ. ergo paterni
tas potest separari a patre intellectu. sed 9tra. aliqđ
predicat de aliquo per participationẽ: g nec actu nec
ĩtellectu potest separari ab eo de quo predicatur: vt
substãtialis differẽtia. sed id qđ predicat per essentiã
multo familiarius predicat q aliquid qđ predicatur
per participationẽ. ergo quicq̃d predicat per eẽntiã:
nec actu nec intellectu potest separari a patre. quod
Opinio do cõcedimus. Sicut enĩ in hoc quod dico homo intel-
ctoris. ligũtur oĩa superiora non distincte sed quodãmodo
implicite: ita cum dico ĩnascibilis intelligo patrem:
licet nõ distincte sed quodã ineffabili modo qui non
posset reperiri in naturalibus. innascibilis id ẽ pater
est paternitas. et ideo necesse est q illo intellecto in-
telligatur aliquomõ paternitas.

Utrum potentia generãdi sit in filio.

Tertia q̃o Tertio ca. notandum est q cõis est oĩm opinio
hui9 capli. q cum dicit: pater potest gñare filiũ. hoc verbũ
Cõis opĩo potest predicat diuinã essentiã. Sed 9tra hoc multi-
Contra ar- pliciter obicit. potẽtia generãdi filiũ nichil aliud est
guit pmo. q diuina eẽntia: sed diuia eẽntia cõmunis est tribus
personis: g potentia generãdi filium cõis est tribus
personis. et per 9sequẽs potẽtia generãdi filiũ est in
filio: ergo filius potest generare. qđ falsum est. qr nõ
potest eẽ nisi vnicus filius in trinitate. Item quicq̃d
Secũdo ar potest pater potest filius τ ecõuerso: s3 pater potest
gñare filiũ: g filius potest generare filiũ. Similis est
Alr arguit obiectio si sic dicam9. quicq̃d potest pater põt filius
τ spũs sctũs et ecõuerso: sed filius τ s. s. potest mitti:
Iter aliter g pater põt mitti. Uel sic. quicq̃d põt pr̃ potest fili9:
arguitur. fili9 potest audire a patre: ergo pater potest audire
N a patre. qđ falsum est. quia audire a patre est habere
sciã3 a pr̃e vel esse a patre. sicut dt btũs augustinus.
Opinio do Dicimus q iste tres argumẽtatiões vltie nõ valent.
ctoris. τ est ibi duplex fallacia. Primo est ibi fallacia ex cõ-
Est hic du- mutatiõe predicamẽti: qm̃ ipse proponit pdicamẽtũ
plex fallã. substãtie: postea assumit τ cõcludit predicamentum
relatiõis. posse enĩ generare non est posse quid. quia
supposita gñatiõe non supponit quid: sed que. siliter
posse mitti: posse audire: nõ est simpliciter posse qđ.
et ita ista duo verba mitti τ audire non tm̃ predicãt
diuinam essentiã: sed etiam cõnotant relationem sc3
Scđa fallã. esse ab alio. Scđa fallacia ẽ in illis argumẽtatiõibus
ex eo q res verbi in assumptione retorquet ad vnam
personã: in cõclusiõe ad aliam. et ideo est ibi fallacia
fm accidẽs. propter solum primam rõem non valet
Nõ istã ar- hec argumẽtatio. quicq̃d potest eẽ pater potest esse
gumentati filius: s3 pater potest eẽ pater: ergo filius potest esse
onem. pater. quia posse esse patrem non est posse esse quid.
propter solã scđam rõem nõ valet hec argumẽtatio:
Silr hec nõ quecũq3 potentia est in patre est in filio: sed potentia
valet. generãdi est in patre: g potẽtia generãdi est in filio.
qr res gerũdiui verbi psonalis prius in assumptione
retorquet ad vnam psonã: in cõclusione ad aliã. sicut
patet in talibus argumentationibus. quicq̃d scit iste
scit anima eius: sed iste scit citharizare: ergo aĩa eius Silr hec nõ
scit citharizare. Siliter et hoc: quicq̃d vult iste vult valet.
pater eius vt sit ita: s3 iste vult ducere vxorẽ: g pater Similiter
eius vult ducere vxorem. non sequit. posito q pater ista nõ val3
eius non velit ducere vxorem: sed vult q filius suus
ducat vxorẽ. Notandum tñ q hec est duplex. potẽtia
generãdi est in filio. quia si hoc gerundiuũ generãdi
sit gerundiuũ verbi psonalis actiui falsa est vt dictũ
est: τ fm hoc ẽ incõgrua vl imperfecta: potẽtia gñandi
est diuina essentia. quia res gerundiui non potest ibi
retorq̃ri ad aliqđ suppositũ. sed fm q illđ gerũdiuũ O
est gerũdiuũ verbi impersonalis vera ẽ hec. potẽtia
gñandi est in filio. i. potẽtia qua aliquis potest gñare
est in filio. et in hoc sensu hec est vera: deus scit artẽ
inueniẽdi. i. artem qua aliqs inuenit. nec tñ sequit: g
deus scit inuenire. impediente fallacia fm accidens.
quia res gerundiui que retorq̃bat ad generare sup-
positum in cõclusione: retorquet ad deum.

Utrum paternitas sit potentia generãdi proprie.

Circa quartum capitulũ sic obicit. sicut se habet q̃rta q̃stio
innascibilitas ad patrẽ ita se habet nascibilitas hui9 capli.
ad filium: sed innascibilitas est proprietas notiõalis Ar primo.
patris: g nascibilitas est pprietas notiõalis filij. sed
nascibilitas idem est q potẽtia nascendi: sicut muta-
bilitas idem est q potẽtia mutãdi: τ risibilitas idem
est q potẽtia ridẽdi. g iste terminus potẽtia nascẽdi
siue potentia generãdi passiue qđ idem est: supponit
notionẽ filij nõ essentiã. ergo cum dicit: pater potest
generare. hoc verbum potest copulat notiõem: non
essentiã. Item regula est. cuius est actus eius est po Scđo ar.
tentia: sed actus generãdi est proprius patris: ergo
τ potẽtia est propria patris: sed essentia non propria
est pr̃is. relinquit ergo q illa potẽtia ppria sit notio
patris. Item cum dicit: pater potest gñare filiũ. ista Tertio ar.
duo verba potest/gñare/constringunt vel cõstruũtur
inter se. ergo mediãte aliqua habitudine. qm̃ si non
esset ibi aliq̃ habitudo nec aliqua ligatio: τ ita nulla
cõstructio. querit ergo q sit illa habitudo? τ non po-
terit dici nisi habitudo originis. Ex illa g ppositiõe
proprie sequit q diuina eẽntia habeat se vt origo ad
generationẽ filij. ergo diuina eẽntia generat filium.
qđ necessario improbatũ est in sentẽtijs: quia seqret
q diuina eẽntia nõ esset filius. Solutio. ad primo Solutõ ad
obiectum dicimus q si nascibilitas dicat ipsa filiatio primũ.
vera est prima ppositio: sicut se habet innascibilitas P
τc. si aũt nascibilitas dicat potẽtia nascendi falsa est.
et sic soluit instãtia per distinctionẽ equiuocationis.
Ad scđo obiectũ dicimus q hec propositio in rebus Ad scđm
naturalibus vera est: sed non est vera generaliter in
theologicis. et hoc ideo contingit qr in naturalibus
vna sola potentia vnius solius est: sed in theologicis
vna sola potẽtia pluriũ est. Et ideo non valet hec ar-
gumẽtatio. cuius est actus/eius est potẽtia: s3 actus
generãdi proprius est patris: ergo potẽtia generãdi
propria est patris. impediente fallacia fm cõsequẽs.
sicut hic. cuius est risibilitas/eius est sensibilitas: sed Falla cõse
risibilitas proprium est hoĩs: g sensibilitas propriũ quentis
est hoĩs. fit enim ibi processus ab inferiori ad supius Nõ dictu3
in negatiõe que intelligit in hac dictione proprium. hoc.
Ad vltimo obiectum dicimus q hec est vera: eẽntia Ad vltimũ

se habet vt origo ad generationē filij:sed non per se
nec ſm se:sed tm̄ prout ē in patre se habet vt origo
ad generatiōez filij.sicut ꝛ in naturalibus forme non
agunt per se:sed subiecta formis suis agūt proprie.
hec nō valz Vñ non valet hec argumētatio.potentia qua sortes
generat platonē se habuit vt origo ad generatiōem
platonis:ergo illa potētia generat platonē.Eodem
silr̄ hec non valet. mō nonvalet hec argumētatio.eētia diuīa se habet
vt origo ad filium:ergo essentia diuīa generat filiū.
Falla accidentis. impedit enī fallacia accidētis:cum enim deberet de-
noīare subiectum denoīat naturā.ꝙ aūt ita sit appet
per hoc quod dicit̄ in psalmo.Ex vtero ante luciferū
q̄d sit vterꝰ genui te.Vterus enī dei patris ē eius sūma bonitas
que nō permisit ipz esse sterilē vt supra dictū est:que
summa bonitas in patre est origo filij.et illā originē
Q notat hec ꝑpositio ex.cū dicit̄ Ex vtero ante luciferū
genui te.

¶De innascibilitate. Ca.vij.

Quita q̄o huiꝰ capl'i. DIcto de paternitate ꝛ filiatione dicendū est de
innascibilitate.de qua multe sunt opiniones.
Quidā dixerūt ꝙ innascibilitas est quedā ꝓprietas
Pria opio q̄ inest patri:ex eo ꝙ ipe a nullo est/ꝛ alij sunt ab eo.
Cōtra hāc. Sed ꝯtra.ꝙ ipse a nullo est hec negatio est:ꝙ alij ab
ipso sint/affirmatio est:sed ex affirmatiōe ꝛ negatiōe
nichil est:cum negatio nichil sit.ꝗ innascibilitas non
Scdo ar. est ꝓprietas ex illis nata. Itē ꝙ alij sint a patre hoc
in alijs est/non in patre:ꝗ ex hoc nō debet esse aliqua
Tertia rō. ꝓprietas in pr̄e sed in alijs. Item si aliqua ꝓprietas
inest patri ex eo ꝙ ipse a nullo est/ꝛ alie persone sunt
ab ipso:eadem rōne aliqua proprietas inest spūi scō
ex eo ꝙ nulla persona est ab ipso ꝛ ipse est ab alijs.ꝛ
silr̄ aliqua proprietas inest filio ex eo ꝙ ipse est ab
aliquo/ꝛ alius ab eo:ꝛ ita plures erūt notiōes q̄ di-
Expō opionis. stincte sint supius.propter hoc exponūt ꝙ sic intelli-
gendū est:innascibilitas est ꝓprietas q̄ inest patri ex
eo ꝙ ipse a nullo est/ꝛ ipe est principium alioꝝ.Sed
Alia ratio iteꝝ obicit̄.pater nō est principiū alioꝝ:nisi ꝑ gñatio
Cōtra hoc arguit̄. nem/vel spirationē/vel per creatiōem:ergo ſm hoc
innascibilitas nō est aliqua noua notio alia a gñatiōe
Alia opio vel spiratione.Alij dixerunt ꝙ innascibilitas est vl̄is
auctoritas siue principalitas q̄ in solo patre ē.eētia
enim diuina nō habet auctoritatē:nisi respectu crea-
turarū.Sed ꝯtra.aut dicit̄ vniuersalis principalitas
cōtra scdaz arguit̄. qꝛ pater est principiū oīm:aut qꝛ est vl̄ter intellecta.
si primo mō ergo illa principalitas vniuersalis nō est
aliud q̄ gñatio/vel spiratio/vl̄ creatio.si dicitur vl̄is
principalitas quia est vl̄ter intellecta:nō ꝓpter hoc
erit alia notio q̄ generatio vel spiratio:nisi ponatur
R homo cōis qui nō sit sortes vel plato.ꝛ sic de alijs.ſꝫ
Alia opio. hoc nichil est. Alij dicūt ꝙ innascibilitas est fontalis
plenitudo q̄ est in pr̄e ꝛ nō est ad aliq̄d.sicut grāma-
tica licet sit alicuius:nō tñ est ad aliquid.ita fontalis
plenitudo licet sit alicuius plenitudo tamen non est
Cōtra hāc arguit̄. ad aliq̄d. Sed cōtra.dicit augustinus ꝙ quicq̄d dicit̄
de deo:aut dicit̄ ſm essentiā aut ſm relatiōem.ergo
fontalis plenitudo si nō dicit̄ de patre ſm relatiōem:
dicit̄ de eo ſm essentiā.ergo fontalis plenitudo dicit̄
de essentia diuina:ꝗ ꝛ innascibilitas.ꝛ hoc falsuz est.
Scdo ar. Itē fons inq̄tū fons habet fluere:ergo est ad aliq̄d.
Alia opio doctoris. Alij dicūt (quibus consentimus) ꝙ innascibilitas est
notio patris per modū priuatiōis.est enī innascibili-
tas priuatio essendi ab alio in eo a quo sunt oēs alij:
scꝫ in patre.dignitas enī est patri a quo sunt oēs alij/
nō esse ab alio:sicut dignitas est alicui regi nō habere
regnum ab alio.et per hoc distinguit̄ pater ab alijs Nō similitudinē.
personis:sicut ouis non signata ab oue signata.Nec
sequit̄ innascibilitas est notio:ergo est.sicut nō sequi q̄re nō seq̄t̄
tur passio christi est articulus:ꝗ passio christi est.et ꝙ ꝓpt̄ dictuz suum.
ita sit videt̄ per augustinū qui dicit ꝙ ingenitus non
dicit̄ de patre q̄d sit sed quid non sit:ꝛ prepositio illa
priuatiua nō mutat predicamentū.Aristoteles enim
dicit ꝙ sicut risibile est proprium hoīs:ita nō risibile
est proprium non hoīs.et ita negatio distinctiua est.
Itē probat augustinus ꝙ innascibilitas ē alia notio Scdo ꝓpt̄ idem.
q̄ paternitas.qꝛ si pater nūq̄ genuisset filiū:nichilo-
minus eēt ingenitus vel inascibilis.ſꝫ si nō genuisset
non eēt pater.ꝛ ita paternitas non esset ſꝫ innascibili
tas esset.ergo innascibilitas proprie est alia notio q̄ S
paternitas. Sed videt̄ prima propositio eē falsa:qꝛ Contra primam ar.
si pater nunq̄ genuisset nō eēt pater:ꝛ ita paternitas
non esset:ergo hec persona nō esset.quia paternitas
facit hāc personā.ꝛ ita si pater nūq̄ genuisset simpli-
citer nō esset:ꝛ ita non eēt ingenitus vel innascibilis.
Ad hoc dicendum est ꝙ augustinus nō habuit hunc Solutio.
respectū ad naturā essendi sed ad naturā intelligēdi.
cōcedimus enī ꝙ si pater non genuisset non esset:sed Cōcedit doctor.
intellecto ꝙ nō genuit bñ potest intelligi ꝙ sit inge-
nitus vel innascibilis:quia intellecta innascibilitate
non intelligit̄ paternitas ad minus distincte.si vero
aliq̄s velit dicere qꝛ priuatiōes dicunt̄ de ente ꝛ non Alr̄ p̄t dici
ente:posset dicere ꝙ hec argumētatio nōvalet.pater Contra arrium.
nō est:ꝗ non est ingenitus.Ex p̄dictis pꝫ ꝙ deceptus
fuit arrius volēs probare ꝙ pater est maior filio hac
argumētatione.pater est innascibilis vel ingenitus:
filius est genitus:ꝗ pater est maior filio.nōvalet hec Hec argumētatio nō valet.
argumētatio propter cōmutationem predicamenti:
quia innascibilis pertinet ad p̄dicamentū relationis:
maior pertinet ad predicamentum substātie:cum sit Nō causam
adiectiuum quātitatiuū.Dicimus ꝗ ꝙ innascibilitas
notio est priuatiua in eo a quo fluit quicquid fluere Opinio doctoris.
potest.s.in patre notio est quia per eam cognoscitur
pater ꝛ discernit̄.proprietas est qꝛ ei soli conuenit.si
enī essent due ꝑsone in deitate quaꝝ vtraq̄ nō eēt ab
alio:nō esset summa germanitas ꝛ summa iocūditas
ibi.Sciēdū est etiā ꝙ cum dicit̄ pater est actor filij ꝛ Notandū ē
spūs sancti:hoc nomē actor significat cōiter paterni-
tatem ꝛ spiratiōez:ꝛ p̄terea innascibilitatē.qꝛ prout
auctoritas dicit̄ esse in solo patre tm̄ valet actor q̄tū T
principiū sine principio.sed qd̄ dictū est ꝙ innascibili
tas est notio priuatiua:videt̄ esse ꝯtra illud qd̄ supra Cōtra ar.
dictū est:scꝫ ꝙ pater inq̄tū deus innascibilis generat
filiū.priuatio enī cum nō sit nec est causa nec cōcausa
gñatiōis.ergo hec est falsa:pater ſm ꝙ deus innasci-
bilis gñat.¶Solutio.proprie loquēdo sola eētia Solutio.
diuina origo est generatiōis.vnde Ex vtero ante lu-
ciferū genui te.id est ex mea essentia.tñ cū circūstātia
priuatiōis:sicut aliq̄s diues largus non vult cōedere
solus:ꝛ cum nō hēat socios secū querit socios extra.
vnde est ꝙ q̄rit socios extra?ex sola largitate est:tñ
ſm ꝙ est cum hac negatione sine socijs.Silr̄ deus
pater ex sua redūdātissima largitate cum nō habeat
sociū ante quia a nullo est:quodāmō querit extra et
generat aliū cui cōicaret delicias suas.Posset tñ eē Vel alit̄ dicitur.
negatio causa materialis in cōsideratiōe:sicut aliq̄s
dat indigēti quo mō indiget:indigentia tñ nichil est.
Adhuc obicit̄ de illa locutiōe:si pater non genuisset
filiū nichilominus esset ingenitus vel innascibilis.et

Primo videtur ꝙ vera sit simpliciter.quia deus dicit in euā
gelio Johannis octauo.est pater meus qui glorifi-
cat me quem vos dicitis ꝙ deus vester est: ergo pa-
trem nouerunt iudei.sed non inquantum pater est:
quia iudei nō distingunt personas:ergo inq̄tum in-
nascibilis est: et ita cognoscitur ille qui est pater in-
quantum innascibilis vel ingenitus sine paternita-
Scdo ar. te. Item iudei et gentiles philosophi bene conce-
dunt istam . ille qui est a nullo creauit celum et ter-
ram: ergo ille qui est innascibilis creauit celum et
terram . de patre vero inquantum est pater nichil
A sciunt: ergo q̄tum ad illos nullomodo intellecta pa
ternitate vera est hec.iste creauit celū ꝛ terram demō
strato illo qui est innascibilis:ergo pater et si non ge
nuisset nichilominus esset ille qui est innascibilis: er
go nichilominus esset persona. quia iste terminus il
Tertio ad idem. le qui est non potest supponere nisi pro persona.Itē
dictū est ꝙ deus pater non inq̄tum pater sed inq̄tū
deus innascibilis generat filium aut innascibilis dicit
principium a quo fluūt omnia aut principium a quo
omnia possunt fluere.si primo modo ergo innascibi-
lis dicit fluxuz filij ergo paternitatem: ergo pater se
cundum ꝙ pater generat et hoc falsum.si innascibi-
lis dicit principium a quo omnia possunt fluere dicit
ergo patrem nō prout est pater.sed prout potest ge-
nerare . sed potest intelligi posse generare et si nō ge
neret. ponatur ergo ꝙ non genueritvel intelligatur
Sic formatur ratio. intelligetur tamen posse generare.Inde sic iste est in
nascibilis:ergo iste potest generare : ergo iste est.et
itaverū est simpliciter ꝙ q̄uis pater non genuisset ni
q̄rto ad idē chilominꝰ esset et esset ingenitus.Item predicta ꝓpo
sitio non mutat suppositionem terminoꝝ:ergo cum
dicitur ille qui est potest generare. terminus ille qui
est supponit pro persona et tantum pro vna persona.
quia in deitate non est nisi vnus qui possit generare:
ergo supponit tantum pro ista persona ꝛ ita pater et
si non genuisset nichilominus esset ꝛ esset hec perso-
In ꝯrm̄ ar. na. Sed cōtra.si pater non genuisset non haberet pa
ternitatem. et ita non haberet esse personale cum pa
ternitas faciat personam:nec haberet esse nocionale
cū nō esset ꝑsonalis:ergo si esset non esset nisi essentia
id est non haberet nisi esse essentiale:ergo non posset
Scdo ad idem generare.quia essentia nō potest generare.Itē si iste
demonstrato patre non potest generare est eadem re
demonstrato filio quia potest generari est: et si hoc
X ergo filius est ergo pater est:ergo pater nō potest in
Solutio telligi posse generare quin genuerit.¶Solutio. si-
Duplex respectus. cut dictum est si respectus habeatur ad naturam et
essentiam rei diuine falsum est qd̄ dicit augustinꝰ.qꝛ
secundum naturam rerum diuinarum si pater po-
test generare generat cum sciat et velit . vnde si non
generat non potest generare . et ita si non genuisset
P non esset. vel potest haberi respectus ad naturam in
tellectus et hoc dupliciter.vel ad naturam intelle-
iterū dupl'r ctus fidei vel ad naturam intellectus humani me-
thaphorici . si ad naturam intellectus fidei iterum
falsum est. ponit enim intellectus fidei ꝙ si potest ge
nerare generat.ſꝫ habito respectu ad naturam intel
Nō ista. lectus humani methaphorici verum est qd̄ dicit au-
Z gustinus loquendo de diuinis sicut loquimur de hu-
manis.Adam enim et si nullum genuisset:nichilomi
nus esset ingenitus.et licet pater non haberet pater-
nitatem in actu:tamen haberet esse personale.distin-
gueretur enim ab ipo paternitate existente illi in po
tentia:per hoc ꝙ dico potens generare. Ad vltimo Ad aliud.
obiectum dicimus ꝙ non valet hec argumentatio pa
ter quia potest generare est : ergo filius quia potest
generari est: quia potētia generandi actiue sequitur
esse rei vel cōcomitatur:sed potentia generandi pas-
siue precedit esse rei.Ex predictis videtur ꝙ hec sit ve
ra. pater inq̄tum potest generare generat: quia po-
tentia generandi est originalis causa generationis: si
cut ibi contingit dicere causam.ergo hec est falsa: pa
ter inq̄tum deus innascibilis generat:quia vnius rei
non sunt diuerse cause in eodem genere cause.dictuz
est autem ꝙ vera est.¶Solutio.hec estvera:deꝰ pa Solutio.
ter inq̄tum deus innascibilis generat. et hec vox in- Quid importat inq̄tum.
q̄tum notat causam quasi primā ꝛ per se.hec iterum
vera est: deus pater inq̄tuz potest generare generat
vt notetur qualiscunq̄ causa non prima:vel quasi pri A
ma.sicut hec est vera:homo inq̄tū homo potest ge-
nerare.non tamen penitus est simile de homine ꝛ de dissimilitudo.
deo:quia hec est vera.homo inq̄tū homo potest ge-
nerare.Sed hec est falsa. deus inq̄tū deus potest ge
nerare: quia non cuilibet qui deus est querunt posse
generare.et sicut hec est vera: pater inq̄tū potest ge
nerare generat:ita hec est vera.filius inq̄tum potest
generari generatur.vt notetur quasi causa materia-
lis.Item hec est vera.filius inq̄tum deus generatur
vt notetur quasi finisvel terminus generationis.dei
tas enim prout est in filio data vel donabilis est pro-
ut est in patre dans vel datrix est. Ex predictis patet
qualiter intelligendū sit de innascibilitate et philoso
phi et iudei patrē cognouerūt vt innascibilē.Vñ glo Nullus errauit ꝯ p̄rē
sa dicit super apocalipsim ꝙ de patre nullus errauit sic itelligit̄
qd̄ verum est q̄tum in se est. sed in comparatione ad
filium error aliquis fuit de patre.

¶De communi spiratione.

DIcto de tribus notionibus:scilicet paternitate
filiatione et innascibilitate:dicendum est de cō Sexta q̄o
muni spiratione qua pater et filius communiter spi- huius capl'i
rant spiritumsanctum qua scilicet pater est principi-
um spiritussancti:et filius principium spiritussancti.
et dicit Augustinus ꝙ pater et filius sunt vnum prin
cipium spiritussancti.queratur ergo pro quo reddat
locutionem veram iste terminus principium.si dica- Querit̄ ꝗ.
tur ꝙ pro persona sed pater est persona: ergo filius
est eadem persona. non potest autem dici ꝙ iste ter-
minus principium teneatur prō essentia:quia essentia
non spirat spiritumsanctum . Ad hoc dixerunt qui-
dam ꝙ hec estvera et propria:pater ꝛ filius sunt vnū Pria opio
principium spiritussancti:dicentes ꝙ hoc nomen prin
cipium non supponit ibi pro essentia nec pro persona
sed pro communi spiratione que etiam est et pater ꝛ B
filius:eo tamen supposito nō supponit pater vel filiꝰ
nec simul pater et filius . Sicut diuina essentia est
tres persone et est quelibet illarum : ea tamen sup-
posita non supponuntur tres persone nec aliqua il-

hec opio recessit ab vsu

larum. Hec solutio recessit ab vsu: quoniam non potuit de facili sustineri. Est autem regula: q omnis

Regula

terminus supponit secundum exigentiam sue forme vt iste terminus homo supponit naturaliter pro omni eo cui inest humanitas. similiter iste terminus album supponit pro omni eo cui inest albedo. et sic de talibus: ergo iste terminus principium supponit pro omni eo cui inest forma a qua imponitur: scilicet cōmunis spiratio: sed ipsa inest tam patri q̄ filio: ergo iste terminus principium naturaliter supponit tam

hec rō sufficit

pro patre q̄ pro principio. Hec ratio sufficiens est ad improbandum predictam opinionem.

Alia opio.

Cōis autem opinio est q ꝓprie loquēdo hec est falsa pater ⁊ fili⁹ sunt vnū principiū spiritussancti. sed dicūt q augustinus sumit hoc nomen principiū adiectiue in illa locutione. vnde is est sensus. pater ⁊ filius sunt vnū principiū spiritussancti. pater ⁊ fili⁹ vna spiratiōe spirāt spm sanctū.

ꝓbat q illa proprie sit vera.

sed probatur q illa ꝓprie loquēdo vera est et ſm hoc hoc nomen principiū tenetur substantiue. dicit enim boecius in principio sui libri de trinitate q philosophi ex proprijs suis rationibus ita argumentant. sortes est homo plato est homo cicero ē homo ergo sortes et plato et cicero sunt homīes. theologici autē ex proprijs suis rationib⁹ ita argumētātur. pater est deus/ filius est de⁹/ spūssanctus est deus: ergo pater et filius et spiritussanctus sunt vnus deus. inferunt autē ph̄i pluraliter propter pluralitatē humanitatum que sunt in pluribus hominibus.

C

theologi autem singulariter propter singularitatē deitatis fit talis illatio singulariter. pater est deus filius est de⁹ spiritussanctus est deus: ergo pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus sunt vnus de⁹: eadē ratiōe propter singularitatē spiratiōis. fiet aūt talis illatio singulariter. pater est principiū spūssancti filius est principiū spūssancti: ergo pater et filius sunt vnū principiū spūssancti: ergo sicut hec ꝓpositio proprie est vera. pater et filius et spūssanct⁹ sunt vnus deus. ita hec erit ꝓprie vera pater

Scda rō.

et filius sūt vnū principium spūssancti. Preterea hoc nomen principiū supponit pro patre ideo q spiratio inest patri. similiter supponit pro filio. quia spiratio inest filio: ergo eodemmodo supponit pro illis duob⁹ insimul quia eadē spiratio inest illis duob⁹ sil: ergo hec est ꝓprie vera pater et filius sunt vnū principiū spūssancti: vt hoc nomē principium teneatur ꝓ

Opio doctoris.

duabus psonis simul. qd concedimus hac ratione sequentes beatū augustinū. hec similiter est vera pater et filius sunt vnum principiū spiritussancti ſm q hec dictio vnum respicit solā formam. quia pater et fili⁹

hec nō valz

vna spiratione sunt principiū spūassncti. nec valet hec argumentatio. pater et filius sunt vnum principium spiritussancti: ergo pater est pricipium spiritussancti et filius est idem principium impediente fallacia vniuocationis vel equiuocationis. q in prima hoc nomen principium supponit pro duabus psonis simul

Arguit ꝑ simile.

in conclusione vero oportet q teneatur pro vna sicut hic. ista duo dolia sunt vinum: ergo hoc dolium est vinum et illud dolium est idem vinum.

Ad obiectum patz

Ad cōsequens obiectū patet solutio. quia cum dicitur pater et fili⁹ sunt vnū principium spiritussancti: hoc nomen principium non tenetur pro essentia. nec tenetur pro persona. sed pro duabus personis simul. licet autem hec ꝓprie sit vera. pater et filius sunt vnum principium spiritussancti non tamen est proprijssime vera. secūdum

D

enim rectissimam determinationem oporteret q hec dictio vnum significaret vnitatem non solum forme: sed etiam suppositi cum pater principium sit spūsscti et fili⁹ pncipiū sit spūsscti.

Inuestigatio augusti

inuestigat aug. vtrū pr̄ ⁊ fili⁹ sint plura principia spiritussancti aut vnuz. et ipse determinat q pater et filius non sunt plura principia spiritussancti sed vnum principium.

Cōtra ar.

Sed contra hoc principium spiritussancti est demonstrato patre. similiter principium spiritussancti est demōstrato filio. et hoc principium non est illud principiū: ergo hoc principium spiritussancti ⁊ illud principiū spūssancti non sunt nisi pater et filius: ergo pater et filius sunt principia spiritussancti: ergo sunt plura principia spiritussancti.

Scdo ar.

Item iste terminus principiū spiritussancti equiualet huic termino persona spirās spiritūsanctuz sed pater et filius sunt plures persone spirantes spiritumsanctū: ergo pater et filius sunt plura principia spiritussancti.

Tertio ar.

Preterea hoc nomen principiū supponit pro pluribus personis: ergo q̄tum ad suppositu3 potest trāsferri plurale.

Alr arguit

Similiter q̄tum ad formaz q forma pluraliter significat cū dicitur forme spirantes spiritūsanctū: ergo hoc nomen principium potest trāsferri ad plurale in ista significatione sic et cōgrue et ita hec erit vera pater ⁊ filius sunt plura principia spiritussancti.

Quarto ar

Item indirecte hec notio spiratio quia vna est facit patrem et filium esse principium qui illa notione spirant spiritumsanctū: ergo eadem ratione

E

due notiones scʒ generatio et spiratio: quarū vtraq3 pater est principiū faciunt patrem esse duo principia: ergo secundū hoc pater est multa principia: ⁊ hoc falsum.

Ad primū.

Ad primo obiectuz dicimus q hec est incōgrua hoc principium est: demonstrato patre siue filio: siue hoc nomen principiū teneatur substātiue vel adiectiue. q si teneatur substantiue cōstat q non potest demonstrare nisi essentiam. si autez teneatur adiectiue falsa est. q hec dictio principiū quantum ad formam singularis est. sicut hec est incōgrua: iste deus vel ali

Nō causaz.

quis deus est. q sicut dictum est nō habet locum distinctio vbi nō est ex diuersis causis vnio.

Ad scdm.

Ad secūdo obiectum dicimus q iste terminus principiuz et iste terminus persona spirās spiritumsanctum non prorsus equipollent.

Drn̄t pricipiū ⁊ psona

quia iste terminus principiū non significat nisi vnicam formam singularē que prohibet ipsum transferri in plurale. sed hoc nomē persona spirans spiritumsanctum propter personalitatem quaz significat potest transferri ad plurale. hoc autem nomen principium solum datum est a spiratione singulari. et idcirco licet spiratio possit significari pluraliter vno modo respectu plurium personarum: tamen q non potest in se et secundum se recipere distinctionem: ideo non potest transferri ad plurale. hoc enim exigeretur ad hoc vt haberet plurale sicut dictuz est de hoc nomine deus.

Ad vltimū

Ad vltimo obiectum dicimus q generatio et spiratio non faciunt patrem duo principia: quia non sunt eiusdem generis vnitates. pater nitas enim talis vnitas est que facit patrem indiuisuz

F

in se et indistinctum a quolibet alio. et hoc non facit spiratio: cum habeat esse in pluribus.

Ad idem.

Item dicendū est q hec non est proprijssime vera. pater et filius sūt vnum principium spiritussancti. Sed probatur q immo sic. Plures notiones personas faciunt esse plures ꝓprie: ergo per locū a contrarijs vna notio ꝓprie faciet esse vnū: ergo vna notio ꝓprie faciet esse patrē

et filium esse vnum principium spiritussancti vel aliquid aliud vnum: cōstat q non nisi vnum principium spiritussancti: ergo pater et filius sunt proprie vnum principium spiritussancti quod est contra communē

Opio doctoris.

opinionē omnium. Nos autem bene concedimus q sunt proprie vnum principium spiritussancti licʒ non proprijssime quia spiratio quasi preuenit personaruz pluralitatem. ⁊ ideo eas non potest penitus vnire sicut proprie dicit vnus populus ⁊ tamen nō proprijssime: quia vnitas siue vnio qua populus dicitur vnus

Ar iteruz.

non est proprijssime vnitas. Sed videtur q hec sit vera: pater est vnum principium spiritussancti et filius est idem principium. quia sicut hec dictio vnum respicit formam: ita hec dictio idem. sed hec est vera: filius eadem notione est principium spiritussancti: ergo

Solutio.

illa est vera. ¶ Solutio. licet hec dictio idē respiciat formā: tn̄ q nō solam formā sed refert idē suppositū est em̄ relatiuuʒ idēptitatis in grāmatica: ꝓpter hoc illa est falsa. sil'r hec est falsa: filius est aliud principiū ꝓpter formā. Unde sicut nō valʒ hec argumentatio: deus genuit deū: ergo se deū vel aliū deū. ita nō valet hec: pater ⁊ filius sunt vnū principiū: ergo idē princi-

q̄o incidēs.

piū vel aliō. querit postea de causa originali spirationis. pater spirat spm̄sanctū nō scd̄m q spirator: q sic

G

Arguitur.

idē esset causa sui/ nec scd̄m q deus. q sic ipe spiraret se: nec scd̄m q pater vel innascibilis. q scd̄m hoc fili⁹ non spiraret: ergo vt videtur nō est aliqua causa ori-

Solutio.

ginalis spirationis: ergo spiratio nō est. ¶ Solutio patet quodāmodo ꝑ predicta: q si respiciam⁹ ad naturā rei vel ad intellectū fidei sicut hec est vera. pr̄ secundū q potest generare generat. ita hec est vera. pater inq̄tum pōt spirare spirat. Si vero respiciamus ad intellectū humanum ⁊ loquamur de deo: ad proportionē in naturis nō est per se vera. sicut hec nō est

Nō diligēt

per se vera. sortes inq̄tum pōt currere currit. sed hec est per se vera. pater inq̄tum sūme bonus ⁊ processibilis spirat. sicut hec est vera per se. de⁹ pater inq̄tū deus innascibilis generat: sed innascibilitas nocio est persone. importat em̄ dignitatē vt dictū est: sʒ improcessibilitas nō importat dignitatē. vnde nō est nocio persone.

¶ De processione qua spiritussanctus procedit a patre et filio.

Septia q̄o hui⁹ capli.

Dicto de communi spiratione qua pater et fili⁹ spirant spiritumsanctum. Dicendum est de processione qua spiritussanctus procedit ab vtroq3. quia nota vna correlationū per consequens et alia cognoscitur.

Queritur.

Queritur tamen circa sextuʒ capitulum quomodo spiritussanctus procedit vt amor. dū enim pater et filius spirant spiritūsauctum tanq̄ amoreʒ qui est nexus et cōcordia patris et filij. Et ideo dicit au-

Augustin⁹

gustinus q pater et filius diligunt se spiritu sancto.

In ꝯriū ar.

Sed videtur q hoc sit falsum: quia diligere est esse. Sed pater et filius non sunt spiritu sancto. quia non habent esse suum a spiritu sancto. sed potius spiritus-

H

sanctus ab eis. ergo hec est falsa. pater et filius diligunt se spiritu sancto.

Scdo ar.

Preterea si pater diligit dilectione qua spirat eadem ratione est sapiens sapiētia quam ipse gignit: ergo secundum hoc ab illa esset. quoniam esse sapientem siue sapere est esse. ⁊ ideo ipse non est sapiens sapientia quā ipse gignit. sed eadē

ratione pater non diligit dilectione quam ipse spirat quia diligere est ibi esse. ⁊ ita oporteret q pater esset dilectione quam ipse spirat.

Pria opio

Ad hoc dicunt quidam q cum dicitur: pater et filius diligunt se spiritusancto: iste ablatiuus spiritusancto non est ibi causatiuus sed signatiuus. ipse enim spiritussanctus non est causa vel quasi causa quare pater et filius diligunt se. sed est signum q pater et filius diligunt se. quia enim pater et filius simul eodem modo concorditer spirant spiritumsanctum signum est q pater et filius diligunt se. sed filius non est ita expresse signum q pater sit sapiens. et ideo nō cōceditur hec pater est sapiens filio vel sapiētia generata. hec eni filius factus est homo iudicauit nobis scientiā patris. tn̄ inq̄tum est ab eterno deus nō est ita expresse signū q pater sit sapiens sicut spūssanctus expresse est signū q pater ⁊

opio ꝑpositiui.

filius diligūt se. magister prepositiuus dicebat q cū dicitur pater ⁊ filius diligūt se spūsancto is est sensus pater et filius diligūt se per spm̄sanctū ⁊ hec dictio ꝑ

Regula.

notat subauctoritatē. est eni regula q hec dictio per iuncta cū verbis transitiuis notat subauctoritatē cū alijs. cū ei dico rex corripit ciues hui⁹ ciuitatis per ꝑpositū hec dictio per. notat subauctoritatē et est sensus. prepositus corripit et hoc a rege habet.

I

Si autē dicā iste est bonus per illum. hec dictio per. notat auctoritatē. similiter cū dico pater et filius diligunt se spūsancto vel ꝑ spiritūsanctū. sic notat subauctoritas per ablatiuū vel per hanc dictionē per. propter trāsitionē huius verbi diligūt. et ideo est vera et est sens⁹ pater et fili⁹ diligunt se spūsancto vel per spm̄sanctū id est spūssanctus diligit patrē et filium et hoc habet a patre et filio. sed hec est falsa pater est sapiens filio vel per filiū. q sic notatur auctoritas per ablatiuū vl' per prepositionem cū non sit ibi verbum trāsitiuum vnde illa prepositio exigeret q filius esset auctor patris: vt sit sapiens et ita vt sit. ⁊ ideo illa est falsa. vide-

ꝯ opiones arguitur prio ꝯ pmā

tur q ille opiniones nulle sint. Primo obicitur contra primam. q enim pater diligit filium qui est sūma sapientia cuius radij sunt omnes sapientie create propter quod de ea dicitur omnis sapiētia a domio deo est et cum eo fuit semper et est ante euum. hoc inq̄ q deus genuerit talē sapiētiā expressissimū signū est q pater est sapiens: ergo eodēmodo quo hec est vera pater et filius diligunt se spiritusancto secundū q notatur signum per ablatiuum. ita hec est vera pater est sapiens filio.

Scdo ar.

Preterea signum non conuenit eis quorum est signum. si ergo spiritussanctus est tātum signum quo pater et filius diligunt se. secundum hoc non erit spiritussanctus nexus patris et filij quod falsum est. non enim est nexus patris et filij spiritussanctus: nisi quia ipse est amor patris et filij.

eodēmō ar ꝯscdam.

Consimilis obiectio potest fieri contra secūdam opinionem. per hoc enim q spiritussanctus diligit patrem et filium. et hoc habet a patre et a filio non est spiritussanctus nexus patris et filij. sicut si ego diligo aliquos duos non propter hoc illi sunt connexi immo forte inimici sunt adinuicem: ergo spiritussanctus non est nexus

K

patris et filij in hoc q pater et filius diligunt se spiritusancto quod falsum est. non enim posset assignari in quo alio modo esset nexus et concordia amoris vl' aliorum.

Tertio ar.

Item spiritussanctus procedit a patre et filio per modum benignitatis. et ita vt donum et vt primum donum. sed primū donū est amor: ꝭ spiritussanctus est amor quo pater diligit filiū et econuerso

Sed amor proprie loquendo informat amantem in
quo est:ergo proprie loquēdo spūsanct⁹ informat patrē
et filium:ergo cū dicit pater et fili⁹ diligūt se spiritu
sancto:ille ablatiu⁹ ppie formalis est.qd concedunt
opio alior qdam dicētes q dilectio ppie dr de spūsancto. Et il
Soluūtur obiectiões las duas primas obiectiones soluūt p distinctionē di
lectōnis.aliqñ em̄ sumit dilectio essentialiter:vt in.i.
ca.ad colloceñ. Trāstulit in regnū dilectionis sue.a=
liqñ psonaliter scdz q amor ppie dr de spūsancto.et
Dilectō capit dupl'r secūdū istos. sic sumit dilectio cū dr pater & fili⁹ diligūt se spūsctō.
& sic hoc verbū diligunt nō significat esse:sed sapere &
intelligere significat esse. Et q spūsanct⁹ dicat amor
Ar primo. ppie et nō a ppietate tm̄. probat multis medijs.
dicit augusti. q spūsanctus est donū eterna relatiōe
ergo ppie est donū.sed nō est donū nisi inq̄tū est a=
mor.q2 oē donū aut est intrinsecū et sic amor:aut ex=
trinsecū sicut illud qd ex amore datur.ergo amor p=
Scdo ar. prie dr de spūsancto. Itez dictum est superi⁹ q filius
L sm q deus genit⁹ est a patre put deitas est quasi cā
finalis gñationis:hoc mō nō est hec vera.spūsanctus
inq̄tum deus pcedit a patre & filio.q2 sm hoc illa p
cessio esset gñalis.intētio em̄ gñalis est dare suū esse.
q̄re spūsanct⁹ dr amor Procedit ergo spūsanctus a patre & filio inq̄tuz a=
mor. Et ita amor ppie dr de spūsancto pter finem
quē habet ista emanatio:cū emanatio filij habeat fi=
nem cōem scz deitatē. Forte illud cōcedet aliqs cum
dicet hāc esse falsam:pater & filius diligūt se spūsctō
Arguit ꝯ. sm q ablatiuus ille formalis est. Sz ꝯtra hoc primo
& summo verbo oia sunt dicibilia:ergo prio & sūmo
amore oia sunt amabilia formaliter:ergo pater & fi=
lius diligūt se spūsctō prout ablatiuus formalis est.
Scdo ar. Item in deo sunt oia bona:ergo in deo est amor na=
turalis & amor gratuit⁹.de naturali dicit apl'us. Trā
stulit in regnū filij dilectionis sue. ibi dilectio sumit
Dilectō sumitur essētialiter. essentialiter.q2 si sumeret psonaliter p spūsctō:ergo
filius esset filius spūsancti.ita dicit Augusti. Cū er=
go dilectio dei naturalis sit eētialis oz q amor gra
Amor gratuit⁹ & nāl'. tuitus sit psonalis:licet in deo idē sit amor gratuit⁹
q naturalis:sicut psona idē q essentia.tñ vno noiato
nō noiatur alius.& sic amor gratuitus proprie dr de
Tertio spūsctō. Itē aīa similis est deo in amore gratuito scz
De imagie et simtudie caritate & alijs virtutib⁹:& est ymago illius q̄tuz ad
naturalia scz q̄tū ad potētiā cognoscēdi & diligendi:
ergo in deo oz aliqd respōdere & similitudini & yma=
gini.& ita in deo est amor naturalis & gratuit⁹.& inde
Quarto vt prius. Itē dicit augustin⁹ Non est alter duor quo
genitus a genitore diligit:genitorēq3 suū diligit.nec
dono alicuius supioris:sz suo pprio dono seruāt vni
tatē:ergo suo pprio dono sunt cōcordes formaliter
ergo spūsctūs ppie amor est et nexus & cōcordia pa
Cōtra ar. tris & filij. Sed cōtra.diligere aliqd est velle ei bonū
sz pater & filius diligūt se spūsctō:ergo volūt sibi bo
nū spūsctō. Sz velle in deo est eē.probo. posse/scire/
velle/sunt tria pncipia:sz tā posse q scire est in deo eē
ergo velle in deo ē eē:ergo diligere est eē:ergo sicut
pater & filius nō sunt spūsctō:ita nō diligunt se spūscō
Scdo ar. formaliter. Itē vnica est beatitudo patris & filij & spi
ritussancti:sz nichil est cōe trinitati nisi essentia: ergo
btitudo significat eētiā:sz btitudo cōsistit in cogni=
tione & dilectōe:ergo dilectio significat eētiā:ergo non
dr ppie de spūsctō. Itē amor siue sumat in habitu si
ue in actu qualitas est:cū em̄ sumit in actu passio est
in tertia specie qualitatis. Sed noia qualitatis dicta
de deo nō recedūt a pdicamēto substātie:ergo amor
dictus de deo significat essentiam:ergo non dicitur p
prie de spūsancto. Ad pdicta dicimus sine preiudicio rñsio doctoris sine preiudicio.
melior sētētie q hec est vba pr & fili⁹ diligūt se spūsctō
sm q ablatiuus ille formalis est vel q̄si formalis. Et
prima obiectio soluēda est p distinctionē voluntatis Ad primū.
sicut eñi in deo duplex est amor naturalis scz et gra=
tuit⁹.ita duplex est velle scz naturale et velle qd ē tm̄ duplex velle in deo.
per modū mere liberalitatis.quo noiato nō noiatur
esse.sed amor pcedēs qui inq̄tū est pcedēs intelligit
psona nō eētia cū essentia ipa nō pcedat. Scda ob= obiectō soluitur
iectio soluit p interemptionē hui⁹ beatitudo ꝯsistit
in cognitiōe et dilectione īmo ipsa dilectio nō est de M
eētia beatitudinis.sz est cōsūmatio beatitudinis.di nota istud.
cit eñi beat⁹ augustin⁹ q dilectio nō facit beatū. sed Augustin⁹
fruitio.et dñs in euāgelio.hec est vita etña vt cogno
scāt te.&c.et augustin⁹ sup illud verbū qui nō credit Augustin⁹
iā iudicat⁹ est. dicit q vita & beatitudo est credere et
cognoscē.nō credere aūt et nō cognoscere dānatio ē.
Qui eñi nō credit iam est in inferno spūali et in tene
bris spūalib⁹.amor aūt cū est sine visione lāguor est.
Vñ in cāticis amore lāgueo. vñ cū sit languor nō est In cāticis.
beatitudo nec pars illi⁹ sm se nec etiā ꝯsūmatio sm
se nisi inq̄tū est in visione illa. Ad tertio obiectū dici Ad tertiū.
mus q amor nō sequit regulā alior noim qualitati=
uor pter multas causas. Prima est q2 amor passio Prima cā
est vel passibilis q̄litas. Est autē passibilis q̄litas vel
passio inferēs vel illata parū vel diu durās cū subie=
cto. Amor aūt in deo nō est illat⁹.sed tm̄ inferēs. vñ Amor aūt in deo & in creatā dñt
semp in actu est et pter hoc magis ptinet ad pdica
mentū actionis.& sic ad pdicamentū relatiōis magis
q ad pdicamentū substātie.sicut si semp et insepabi=
liter calor ignis calefaceret cui⁹ eē trāsiret quodāmō Nō hic.
in agere. Scda causa est q2 amor vinculū et vnitio est Scda cā.
forme essentialit et sic ptinet ad pdicamentū relatio=
nis. Tertia est q2 amor gratuit⁹ q in deo est pcedēs Tertia cā.
est et ita psonalis. Sz sm hoc videt q spūsanct⁹ bea Contra dicta ar.
tior sit q pater & fili⁹.q2 pat diligit filiū spūsancto: ergo
nō p se.et spūsanct⁹ diligit patrē et filiū seipō.sz qd p
se tale magis est tale q qd nō p se est tale:ergo magis
diligit spūsanct⁹ q pater et fili⁹: ergo maiorē habet
dilectionē:ergo et maiorē cognitionē. q2 ibi cognitio et
dilectio pares sūt:ergo maior est spūsanct⁹ q pat & fili⁹.
¶Solutio.hec argumētatio nō valz. spūs diligit p Solutio.
se.pater & fili⁹ p spūsanctū:ergo spūs magis.q2 q̄uis
pater et fili⁹ nō p se diligāt tm̄ nō p aliud īmo p spū=
sanctū qui est amor eor et est in ipsis inseparabiliter
sicut in dilectione naturali nō sequit eētia diuina p Simtudo.
se diligit:pater nō p se diligit:ergo eētia diuina magis
diligit.licz eñi non p se diligat pater tamē nō p aliud
quia p essentiā diuinā que ipse est. Unde nō habz hic N
locū regula alior q sic itelligit qd p se tale magis est quō intelligit rña cōis
tale q illud qd per aliud est tale. Item cū dicitur pa
ter et filius diligunt se spūsancto.diligere autez dicit Arguit ꝯ.
sm substātiā aut sm relationē.si sm substantiā:ergo
illa est falsa.si sm relationem:ergo dilectio significat
relationem et hoc est falsum.quia nō significat pater
nitatem nec filiationem nec spirationem nec processi
onem. Quis enim amor procedit non tamen impor=
tat processionem. ¶ Solutio.multpliciter dicitur Solutio.
aliqd pdicari sm relationē. Primo cū aliqd pdicat pdicatio relatiā multiplex.
relatiue vt pater est filij pater. Scdo cū predicat ab=
solute qd significat relationē itrisece q̄si vt cū dr pat
est persona. Tertio cū pdicat ipsa relatio:vt cū dr pa
ter est paternitas. Quarto ex modo significandi vel

cū natura ipsi⁹ rei importat relatio ex mō significādi
vt cū dicit iste est demōstrato patre ex vi demōstratio
nis significat relatio distinguēs. ex natura eñi rei ali
quando significatur relatio per hoc nomen dilectio
augustinus sicut per hoc nomē donum. Est enim spiritussanctus
Solutō rationis. donū relatiōe eterna vt dicit augustin⁹.et sic pz solu=
tio ad pdictā obiectionē. Itē querit q̄re ptermittit
apl'us spūsanctū cū dicit grā vobis & pax a deo patre
Prīa opio et a domino nro iesu xpo. Ad hoc dicunt quidā q in
patre et filio intelligitur spūsanctus sicut in vinctis
ꝯ hoc ar. vinculū.sed hoc videt esse falsū.q2 in patre et filio sm
q pater et fili⁹ nō intelligit spūsanct⁹ nec inq̄tū iūcti
sunt. quia intellecto q non spirāt nichilominus iūcti
sunt naturali dilectione.quia se diligūt. Et ad hoc di
Opinio doctoris. cimus q non ptermittit spiritussanctus . intelligitur
eñi in grā et pace tanq in donis suis.nō eñi datur do
quō dat spiritussctūs. nū extrinsecū nisi prius detur donū intrinsecū. Ex p=
missis patet quare simpliciter dicit deus caritas est &
q̄re deus dr caritas. non dicit deus caritas mea sicut dicitur deus est spes
mea.deus est fortitudo mea. hec eñi vltima dicūtur
tm̄ per causā.q2 deus nō est ipsa spes sed causa eius.
Sz essentialiter deus caritas est sicut deus spūs est.
O augustinus Vñ augustin⁹ non dicturi sumus caritatē propterea
dñm deū esse q2 illa caritas illa sit substantia que dei
digna sit nomine. quasi dicat.hec non est ratio quare
dicimus caritatē.sed q donū sit dei sicut dictū est deo
tu es patientia mea nō quia dei substantia est patien
tia nra. sz quia ab ipso nobis est.vnde alibi ab ipō est
patiētia mea. tale eñi est:tu es patiētia.quale est. tu
diuīsitas locutionū. es dñe spes mea.et deus meus.et misericordia mea.
non est autē dictū. dñe caritas mea aut tu es caritas
mea.aut deus caritas mea.sed ita dictum est deus ca
Seqt aliō Cōtra grecos. ritas est.sicut dictum est deus spūs est. Ex predictis
etiā patet q errāt greci dicentes spūsanctum tantuz
procedere a patre.q2 non inuenitur in scriptura q p
rō friuola. cedat a filio.sed hec ratio friuola est : procedit enim
per modū benignitatis:& eadē est benignitas prīs & fi
greci nitūt pbare. lij.sz p rōnē naturalē nitūt illud pbare dicētes q vni⁹
effectus vna est causa ppria. sed spūsanctus non est
nisi vnus effectus vel quasi effectus : ergo non habet
nisi vnicam causam propriam: ergo a solo patre pro=
Rñsio āselmi. cedit . Sed ad hoc respondet anselmus cantuariēsis
q spiritussanctus non procedit a patre et filio inq̄tū
diuisi sūt.sed inq̄tū vnus q2 inq̄tū de⁹ q2 pcedit p mo
obiectō pt fieri ꝯ āselmum. dū benignitatis et eadē ē beignitas prīs & filij. Sz sm
hoc videt q spūsctūs pcedit a se. Itē obicit ꝯtra gre
cos q2 pat spirat spūsanctū:ergo vel inq̄tū pat vel iq̄tū
arꝯ grecos deus.& nō inq̄tum pater q2 relatio in naturis non est
principiū agendi.calidū eñi nō calefacit q2 ꝯtrariū fri
gido.sz q2 calidū.ergo pater inq̄tū de⁹ spirat spūsanctū
Scda ratō ꝯ grecos. ergo et fili⁹ cū sit idē deus. Itē spūsanctus pcedit a
patre p modū benignitatis et eadē benignitas est in
Tertia rō ad idem. filio:ergo pcedit a filio. Itē inuenit spūs xpi spūs filij:ergo
pcedit a filio. Itē iohīs xvi.nō ei loquet a semetipō
q̄rta rō. sed quicqd vel quecūq audiet loquet.si audiet: ergo di=
P scet. sz q̄cūq discit a prīa & vera sapiētia discit:ergo a
Quīta ad idem. filio.et ita spūsanct⁹ pcedit a filio.ad idē facit illud
quod in eodē capl'o. ille me clarificabit q2 de meo ac
pz iprobatio grecor cipiet.hijs et multis alijs modis pōt iprobari error
grecorū. dicim⁹ cū anselmo q spūsanct⁹ nō pcedit a
Opio doctoris. patre et filio sm q diuisi sūt. sz sm q vn⁹ deus inspi=
rabilis sicut dictū est superius.

¶De eis que appropriate et nō ppie dicunt de per
sonis. Hic incipit octauum capitulum.

Octauo dicendū est de eis que nō proprie sed ap
propriate dicunt de personis. Et primo dicēdū
est quare potentia appropriatur patri & sapientia fi=
lio et bonitas spūsctō. Secundo de illa auctoritate
apostoli ex ipō et p ipm et in ipō sunt oia. quare pri=
mū appropriatur patri. secūdū filio. tertiū spūsācto
Tertio de illis que tantū appropriātur filio et spūs=
sancto. Queritur ergo in primis cū eadē sit potētia Questio.
in tribus personis.quare patri appropriat potentia.
Ad hoc assignat augustinus rationē dicens. q2 hoc Augustin⁹ rationē assignat.
fit ad remouendū carnalē intellectū. Solent eñi pa=
tres pter antiquitatē esse imbecilles & impotentes
et ne istud intelligatur de deo patre.appropriatur ei
potētia. Item solent filij propter iuuentutē esse insi
pientes. & ne hoc intelligatur de deo filio appropria
tur ei sapientia. Item hoc nomē spūs sonat in super
biam & indignationē. Unde nō permanebit spiritus
meus in homine in eternū:q2 caro est.& ne hoc intel=
ligatur de spūsctō.appropriatur ei bonitas siue beni
gnitas. Secūda ratio est.q2 sicut ex patre procedit fi Scda rō.
lius & ex vtroq spūssctūs. ita ex potentia & sapientia
procedit bona volūtas que est bonitas aīme. Tertia Tertia rō.
ratio est quare filio appropriat sapientia. Vident eñi
philosophi q sine intellectu nō est beatitudo. & q in
intelligentia maxime cōsistit beatitudo. Unde cū de⁹ Q
sit beatissimus posuerūt ipm esse summā & primā in=
telligentiā. Viderūt etiā q nullius rei sine socio io=
cunda est possessio. posuerūt etiā sūmū intellectū ab
eterno sociū habuisse qd vocauerūt noyn et mūdum
archetypū qui est filius. Et augustinus vocat filiū ar Augustin⁹
cem vel artē omipotentis dei plenā oim rationū vi=
uentiū:q2 eñi imediate est a sūmo intellectu.ideo di
citur sapientia. Sapientia eñi que est proles intelle=
ctus.et ideo dicitur noys arx vel ars mūdus archety
pus. Patet ergo quare sapiētia appropriatur filio. Et sic patet
Quarta ratio.q2 filius est verbū et ymago dei prīs: Quarta rō
et speculū rationale in quo videntur omīa. ipe enim
perfecte loquitur bonitatē dei prīs: & i eo pōt pfecte
videri bonitas prīs qui nō inuidet suā equalitatē. vi
sio vero ad sapientiā ptinet.nec tm̄ pr in hoc speculo
videt:sz oia ibi vidētur. q2 expressissime ibi videt cā
oim scz bonitas dei.& iō q2 i ipō sciūtur oia dr sapīa.

¶De illa auctoritate apostoli ex ipō & per ipm
et in ipō sunt omnia.

Secundo notandum est q sicut artifex operatur q̄re pr operat p filiū.
per artē siue p sapientiā suā:ita pater dr opera
ri per filiū.ideo etiā pater dr operari p filiū:q2 filius pbat p simile
est verbū eternū & ineternū quo pr expsse loqtur suā Alia ratio
bonitatē vt supi⁹ dictū est. Creature aūt sunt vbū ex Quō creature sūt verbum dei.
teri⁹ qb⁹ tanq vbo exteriori pr loqtur suā bonitatē
Ois autē loquēs loqtur exteri⁹ p verbū interi⁹. & iō
pater loqtur exteri⁹.i.facit opa exteriora p verbū in
teri⁹.& iō pater opat p filiū. Dicit tamē ambrosi⁹ cū Dictuz ambrosij.
exponit illa vba apl'i:ex ipso & p ipsum & in ipso sunt
oia.q idē est esse ex ipso & p ipm & in ipso. Sz cōtra=
rius est beat⁹ augu. dicēs q sic distingunt psone:dicit
q apostolus dixit ex ipso pter patrē. p ipz pter fi
liū.in ipso pter spūsctm̄. Et vident esse cōtrarij be Exponit augusti. dictū pauli.
atus augu.& beat⁹ ambro.pz:si idē est ex ipso & p ipz
& in ipso videt q copl'atiua ꝯiūctio incōgrue apponat
Ad hoc dicim⁹ q beat⁹ ambro.respectū habuit ad p R
prietatē & nō ad appropriationē.& ppt hoc qd ppe si= Opio doctoris.
gnificāt voces dixit q idē est ex ipō & p ipm & in ipso
nichilominus tm̄ q̄tum ad appropriationē diuersa cō=

quõ ĩtelligitur dictum ambrosij.
notaꝛ.Significant ergo q̃tũ ad ꝓprietatẽ iste tres
prepositiones causalitatem quã habẽt tres persone
ad creaturas: et ad hoc habuit respectũ beatus am
brosius. Quãtũ aũt ad appropriationẽ hec ꝑpositio
ex preter causalitatẽ significat auctoritatẽ primam q̃
soli patri iest. Similiter hec ꝑpositio per preter cau
salitatẽ significat subauctoritatẽ que inest filio respe
ctu patris:et hec prepositio in.significat conseruatio
expõ auctoris.
nem in esse que pertinet ad dei bonitatẽ que appro-
priatur spirituisãcto.⁊ ideo hoc quod dico in ipo ap
propriaꝛ spirituisancto simpliciter:ergo nõ est idẽ eẽ
ex ipso et per ipsũ et in ipso. Sed q̃tũ ad propriã si-
gnificationẽ prepositionum ẜm q per prepositiones
non significatur nisi causalitas. Sigillatim eñ vere
potest dici omnia sunt ex patre:oĩa sunt ex filio: ⁊ ex
spiritusancto. Similiter omnia sunt per patrẽ ⁊ filiũ
et spm̃sanctũ. et omnia sũt in patre et filio et spũsan-
cto.sed cũ dicitur oĩa sũt ex patre per filiũ hec prepo
sitio per notat subauctoritatẽ respectu patris: ⁊ cau
salitatẽ respectu creaturarũ.hec eñ ꝑpositio ex notat
causam efficientẽ et ideo cũ dicitur oĩa sunt ex patre
vel a patre per filiũ idẽ est ac si diceretur pater opera
tur omnia per filiũ.Constat autẽ q hec prepositio ꝑ
Contra dicta arguiꝛ.
notat hic subauctoritatẽ ẜm ꝯsuetudinẽ sacre scriptu
re.Sed cõtra hec est vera pater operatur omnia per
S
filiũ.quia filius habet a patre q operatur omnia:er-
go etiã hec est vera pater scit oĩa per filiũ.q2 q filius
Ad idem.
scit omnia hoc habꝫ a patre.Preterea apostolus di
cit q deus pater predestinauit nos per xp̃m . ergo ꝑ
locũ a pari vel simili prescuit oĩa per xp̃m.eadẽ rõne
Contra augustinum.
prescuit oĩa ꝑ filiũ:ergo scit oĩa ꝑ filiũ:ergo est sciẽs
siue sapiẽs ꝑ filiũ. quã negat btũs augustin⁹. ¶ So
Solutio.
lutio.si hoc verbũ scire teneaꝛ ꝓ approbare vera est
hec de⁹ scit oĩa per filiũ.q2 ẜm hoc illud verbũ scire
Scire capꝛ dupliciter.
est verbũ transitiuũ cũ connotet effectũ in creatura.si
autẽ scire sumaꝛ ꝓ simplici noticia falsa est hec.deus
scit omnia per filiũ q2 ẜm hoc:hoc verbũ scire non est
vere transitiuũ cum non cõnotet effectum in creatu-
Argumentatõ nõ valꝫ
ra vt postea diceꝛ. Nõ valet ergo hec argumentatio
pater predestinauit nos per filiũ : ergo prescuit nos
per filium.licet fiat processus ab inferiori ad superi⁹
tamẽ variatur significatio ꝑpositionis:q2 pri⁹ adiũgi
tur cũ verbo transitiuo et in cõclusione nõ.ẜm tamen
cõmunẽ vsũ loquẽdi hec ꝑpositio per cũ verbo trãsi-
vsus cõis ⁊ vsus sacre scripture differũt.
tiuo põt notare vtrũlibꝫ scꝫ auctoritatẽ ⁊ subauctori
tatẽ.Unde vtraq istaꝝ cõcediꝛ seruus operaꝛ ꝑ dñm
dñs operaꝛ per seruũ. sed ẜm vsũ sacre scripture non
notat nisi subauctoritatẽ cũ verbo trãsitiuo. frequẽꝛ
eñ diciꝛ in sacra scriptura q pater operatur per filiũ
vt ibi:omia per ipsũ facta sunt.⁊ ibi in principio fecit
deus celum et terrã.⁊c. pater per principiũ.i. ꝑ filiũ
et ibi omnia in sapientia tua dñe fecisti. Unde in tali
materia non sunt concedende propositiones nisi ẜm
modũ loquẽdi sacre scripture.Sed iterũ obiciꝛ.hoc
Iterum ar̃
vbũ approbat nõ ponit aliquẽ effectũ in re approba
ta.q2 si ego approbo aliq̃d nõ ꝓpꝛ hoc ego facio illd
q2 approbare dꝫ de deo trãsitiue: ğ dictũ de deo nõ si
gnificat effectũ in re approbata:ğ hec est falsa paꝛ ap
Opĩo doctorꝫ ꝓ demonstratione.
probat ꝑ filiũ.qd cõcedim⁹ si hoc vbũ approbat nõ cõ
notet effectũ. si vero cõnotet vera est. de nomib⁹ eñ
nolum⁹ cõcedere.tñ ex vi rei bñ sequiꝛ deus vult vel
approbat aliq̃d:ğ facit vel fecit vel faciet illud.⁊c.Itẽ
T
sciendũ est q nõ valet hec argumẽtatio . spũsanctus
ꝓcedit a filio per patrẽ:ergo spiratur a filio ꝑ patrẽ.

q2 hoc verbũ procedit significat nõ transitiue nec vt
effectũ.Unde hec ꝑpositio per cũ illo verbo ponit au
ctoritatẽ in re sui casualis.sed hoc verbũ spiraꝛ q2 pas
siuũ est significat vt effectũ.et hoc verbũ spirat vt ac
Spirari et procedere differunt.
tum trãseuntẽ.Uñ cũ hmõi verbis vel verbo hec ꝑ-
positio per/scdm vsuꝫ sacre scripture ponit subaucto
ritatẽ in re sui casualis.vnde hec est falsa:filius spirat
ꝑ patrẽ.⁊ hec vera.pater spirat ꝑ filiũ. verũ est tñ q
idem est ꝓcedere q̃tũ ad formã q spirari:sed modus
significandi alius est.

¶De illis que appropriaꝛ tantũ filio et spiritui sancto. Ca.viij.

TErtio queriꝛ de illis que tñ appropriaꝛ filio
et spiritusancto:sicut est mitti et ꝓcedere.pa-
ter eñ nunq̃ legiꝛ missus.vt dicit Augustin⁹. Est au
Duplex ꝓcessio.
tem ꝓcessio duplex.scꝫ ꝓcessio eterna:qua fili⁹ eter-
naliter ꝓcedit a patre:et spũssanctus ab vtroq.Et ꝓ
cessio tẽporalis qua mittiꝛ et filius et spũssanctus in
corda fideliũ.de qua ꝓcessione siue missione hic dicẽ
Quid processio.
dum est p̃mo.Quid sit ista ꝓcessio.Scdo vtrũ spũs-
sanctus det se ⁊ mittat se.Tertio vtrũ idẽ sit simpli-
citer dari spm̃sanctũ ⁊ dari gratiã eius.Quarto vtrũ
cũ datur pater et filius et spũssanct⁹:detur vn⁹ panis
Pria q̃o.
aut plures.Circa primũ ꝓbatur q ꝓcessio tẽporalis
Ar̃ de ꝓcessione tpali.
sit diuina essentia:q2 regula est theologica q oẽ adie
ctiuum dictũ de deo siue sit nomẽ siue sit verbũ qd si
gnificat siue cõnotat effectũ in creatura significat pri
cipaliter diuinã essentiã.et ratio istius est:q2 ille effe
ctus a tota trinitate est inq̃tũ trinitas est deus:ergo
ꝓcessio illa est diuina eẽntia.sed diuina essentia est e-
terna: ergo illa ꝓcessio est.eterna:nõ ergo tẽporalis
Solutio.
¶Solutio.hec argumẽtatio nõ valet: processio est
diuina essentia:⁊ diuina essentia est eterna:ergo pro-
Silitudo.
cessio est eterna.Instãtia.actio a deo est: et pctm̃ est
U
actio:ergo pctm̃ est a deo.Uel sic:es est a natura : et
Aliter.
statua est es:ergo statua est a natura.Et in oĩbus hu
Fallacia accidentis.
iusmodi argumẽtationib⁹ est fallacia accidentis.qm̃
ꝓprie a libero arbitrio est pctm̃.vnde nõn recipit no
minationẽ nisi a libero arbitrio. ⁊ statua ꝓpe ab ar-
Assignat causam
te est.vnde nõ recipit denoĩationẽ a natura. Simili-
ter effectus cõnotatus ꝑ hũc terminũ ꝓcessus/tẽpo-
ralis est tñ.vnde nõ recipit oppositã denoĩationem.

¶Utrum spũssanctus det se et mittat se.

Scdaq̃stio hui⁹ capꝛ.
SEcundo q̃ritur vtrũ spũssanctus det se ⁊ mittat
Ar̃ duab⁹ rõnibus
se.Et probat Augustin⁹ duobus argumẽtis q
spũssanctus dat se.Quorũ primũ est. Si spũssanctus
nõ potest dare se:et pater et fili⁹ possunt dare spiritũ
sanctũ:aliq̃d possunt pater ⁊ fili⁹ qd nõ potest spũssan
Scda rõ.
ctus.et hoc falsum est.Secundũ est. si pater ⁊ filius
dãt spm̃sanctũ et spũssanctus nõ dat spm̃sanctum: ali
quid faciũt pater ⁊ filius qd non facit spũssanctus: er
Cõtra has ꝓbatões ar̃
go nõ sunt indiuisa opera trinitatis.Sed videꝛ q he
ꝓbatiões nõ valeãt.q2 dare spm̃sctm̃ nõ est dare q̃d:
Sicut nõ seq̃tur paꝛ põt gñare filiũ:fili⁹ nõ põt gña-
re filiũ.ergo aliq̃d põt pater qd non põt fili⁹.q2 posse
Solutio.
gñare filiũ nõ est posse q̃d.Et ad hoc dicẽdũ ẽ q ꝓpe
loquẽdo dare spm̃sctm̃ nõ est dare q̃d:sed ꝯuertibile
q2 cũ daꝛ spũssctũs daꝛ eius gr̃a q̃ est q̃d.⁊ ꝓpter hãc
Hec sũt cõcedende
ꝯuertibilitatẽ necessarie sunt ille argumẽtatões.Uñ
cõcedẽda ẽ hec.spũssctũs dat se ⁊ daꝛ a se:ĩfundit se ⁊
Nõ icidẽs opĩo mgr̃i
ĩfundiꝛ a se.Sꝫ q̃riꝛ vtꝝ hec sit vera.spũssctũs mittit
se.⁊ cõcedit illã mgr̃ in sẽtẽtijs auctoritate augustini
Arguit ꝯ.
q̃ dicit q fili⁹ misit se in carnẽ.Si eñ hec est vera:ea-
dem rõne hec est vera:filius mittit se in corda fideliũ

Sicut enim inq̃tũ deus incarnauit se.et ob hoc diciꝛ
se misisse in carnẽ: ita filius inq̃tum filius infundit se
X
et ob hoc debet dici mittere se in corda fidelium: ⁊ si
hoc:ergo spiritussanctus mittit se in corda fidelium:
Ar̃ iterum
ergo spiritus mittitur a se.cõtra.au: hoc verbũ mitti
tur importat subauctoritatem aut nõ.si nõ:ergo hoc
verbum mittit nõ importat auctoritatem : ergo hec
est vera pater mittit se et mittitur a se.et hoc est con
tra augustinũ.sed hoc verbũ mittitur importat sub-
auctoritatẽ et respectu missi ad mittentẽ:ergo spiri-
tussanctus habet subauctoritatem ad seipsum et hoc
Pria opio
falsum.Ad hoc dicũt quidã q hec est vera.spiritussã-
ctus mittitur a se. et hoc verbum mittitur importat
subauctoritatẽ nõ ad mittentẽ :sed ad aliquẽ indeter
minate.Unde is est sensus.spũssanctus daꝛ a se ⁊ ha-
Dicit scdo opinio.
bet subauctoritatẽ ad aliquem. Dicunt etiã q hoc
verbũ mittit nõ iportat auctoritatẽ.q2 hec esset falsa
spũssanct⁹ mittit se cũ spũssãct⁹ nullã habeat auctorita
Dicit tcio illa opinio
tẽ.q2 nulla ꝑsona ab eo est.dicunt etiã q hec est falsa
pater mittit se.non q2 hoc verbũ mittit importet au
ctoritateꝫ ad missum . sed quia sequeretur hec pater
Solutio nulla est.
mittitur a se. et ita pater haberet subauctoritatẽ ad
aliquem . Sed hec solutio nulla videtur esse quia si
Primo.
passiuum notat subauctoritatem actiuum debet no-
Secundo.
tare auctoritatẽ. Item ex hac pater mittit se non de-
bet sequi hec pater mittitur a se. quia ẜm hanc solu-
tionem hoc verbũ mittitur nõ est vere passiuũ huius
Alia opio melior.
verbi mittit.ꝓpter hoc videꝛ meli⁹ esse dicẽdũ q hec
est falsa spiritussanct⁹ mittit se.ista tamẽ est vera fili⁹
misit se. quia ẜm q deus habet auctoritatẽ ad se ho-
Triplex missio.
minẽ. Sꝫ est sciendũ q triplex est missio filij.vna ẜm
quã mittitur in corda fideliũ. et ẜm illam a solo pa-
tre mittitur.Alia qua missus est in carnẽ.et ẜm hanc
similiter missus est a solo patre . quia ẜm q deus in-
Nõ diligẽꝛ
carnatus est et ẜm q deus non habet subauctoritatẽ
ad patrem.Alia ẜm quã missus est ad predicandum
Y
Unde in ysaya.euangelizare pauperibus misit me et
ẜm hoc missus est a tota trinitate:q2 vero dicit augu
Expoĩt augustinũ.
stinus filius misit se in carnẽ.posset sic exponi misit se
ẜm carnẽ.vel potest dici q hoc verbũ misit ibi potest
sumi improprie et nullam importat auctoritatem.⁊
Contra dicta ar̃.
est sensus filiũs dei incarnauit se.Sed obicitur cõtra
predicta.dicit eñ augustinus q spũssanctus inq̃tum
est donũ refertur eterna relatione ad patrẽ ⁊ filiũ. in
q̃tum datus vel donatus refertur ad illũ qui dedit
et ad illum cui datur. Sed concessum est q spiritus
sanctus datur a se : ergo refertur a se vt ad dantem:
Solutio aliquorũ.
ergo distinguitur a se quod est impossibile. Ad hoc
dicũt illi qui respondent ẜm opinionem magistri.q
hec est duplex: spiritussanctus datur a se quia si illa ꝑ
positio a importat causalitem respectu effectus ꝯno-
tati per hoc verbum datur vera est . Si vero preter
illam causalitatẽ importet auctoritatem ad illũ cui
datur falsa est.quia spũssanctus nõ habet auctoritatẽ
a se : hec autẽ spũssanctus mittiꝛ a patre et filio vera
est in vtraq illarũ significationũ. Et cum dicit augu-
stinus q spũssanctus inq̃tũ dat refertur ad dantẽ nõ
intelligit q ad quẽlibet dantẽ referaꝛ.sꝫ tñ ad patrẽ
Ar̃ q augustin⁹ repugñt sibiipsi.
et filiũ . Sed videꝛ augustinus esse contrarius sibi-
ipsi:probat eñ sicut dictum est q spũssanctus dat se
et datur a se : si datus ẜm ipsũ augustinũ refertur ad
Hec obiectio vꝛ ꝯ augustinũ et doctorem.
dantẽ:ergo spiritussãct⁹ refertur ad se. Hec obiectio
est cõtra nos ⁊ ꝯtra augustinũ.Itẽ q̃ ratiõe ꝓbatũ est
q spũssanct⁹ dat se. aliter eñ nõ eẽnt indiuisa opera

trinitatis:probari potest etiã q spiritussanct⁹ mittit
se.aliter enꝫ non essent indiuisa opera trinitatis: q2
Opĩo doctoris.
pater ⁊ filius mittũt spiritumsanctũ. Ad hoc dicim⁹
q Augustinus sumit aliq̃n verbum dandi ꝓ infusio
Z
ne:aliq̃n pro missione.secundũ q pro infusione nulla
importatur subauctoritas vel auctoritas:et secundũ
hoc hec est vera.spiritussanct⁹ dat se et datur a se.si ꝓ
missione falsa est:q2 importatur auctoritas vel sub-
auctoritas proprie loquẽdo.et secũdũ hoc dicit Au-
gustinus q spiritussanct⁹ inq̃tum datus refertur ad
dantem secundũ q datio nõ importat auctoritatẽ vel
datio ⁊ missio drñ.
subauctoritatẽ.Non est simile de datione ⁊ missione
Unde patet q non sequitur:spũssanctus dat se:ergo
mittit se.Nec valet.pater et filius mittũt spiritũsan-
ctum:et spiritussanct⁹ nõ mittit spiritũsanctum:ergo
aliquid faciũt pater ⁊ filius quod nõ facit spiritussan
ctus.mutatur eñ ad aliquid in quid. q2 mittere pre
ter causalitatẽ quã significat respectu effectus causa
Iterũ ar̃ ꝓpter dictuꝫ augustini.
ti notionẽ importat.Itẽ solet obici de hoc quod di-
cit Augustin⁹:q filius q2 insufflando in apostolis de
dit eis spiritũsanctum:significauit q eternaliter ꝓce
dit ab ipso spiritussanct⁹:ergo q2 spiritussanctus pro
cedit a se tẽporaliter/significatur q eternaliter pro-
Opĩo doctoris.
cedit spiritussanct⁹ a se.Sed negamus hanc:spũssan-
ctus ꝓcedit a se temporaliter.q2 hoc verbũ procedit
subauctoritatẽ importat magis expresse q̃ hoc ver-
bum mittitur.aut si vera est impropria est. et ꝓpter
Aliud ad oppositũ.
hoc nõ est simile.Item licet secundũ predictã regu-
lam hoc verbũ mittiꝛ principaliter significet diuinaꝫ
essentiã:et hoc nomẽ missio supponat diuinã essenti-
am:tñ hec est falsa diuina essentia est missa. q2 secun-
dum hoc pater esset missus. Et ratio hui⁹ est: q2 sub
auctoritas que importaꝛ per hoc nomen missio non
copulatur supposito huius noĩs missio scilicꝫ diuine
essentie:sed illi supposito cui inest diuina essentia scꝫ
Nota de noĩbus.
filio et spũisancto.Noĩa enim abstractiua quedaꝫ co
pulant non suo supposito sed supposito sui suppositi
A
sicut maternitas importata ꝑ hoc nomẽ paternitas
nõ copulatur paternitati sed supposito paternitatis
Cõcreta et abstracta.
scꝫ patri.sed secus est de concretiuis noĩbus. illa eñ
quicquid copulãt suo supposito copulant. Unde cũ
diciꝛ diuina essentia est missa subauctoritas notatur
diuine essentie: ⁊ propter hoc illa est falsa.Unde hoc
nomen missus vel missa nõ habet dici nisi de ꝑsona.

¶Utrum spiritussanctus proprie detur aut dicatur dari tãtũ q2 eius gr̃a datur.

Tertia q̃o hui⁹ capꝛ.
TErtio queriꝛ vtrum spiritussanct⁹ ꝓprie detur
aut dicatur dari tantum q2 eius gratia datur.
Ar̃ primo.
Et ꝓbatur multis modis q non ꝓprie datur. Pri-
mo sic.iste cui modo infundiꝛ de nouo gratia nichil
habet qd nõ haberet prius ꝑter gr̃am:q2 spm̃sanctuꝫ
habebat prius cũ vbiq sit essentialiter. ergo hac in-
Scdo ar̃.
fusione nõ infundiꝛ spũssanctus ꝓprie loquendo.Itẽ
Tertio ar̃.
sola gratia infundiꝛ isti:ergo nõ spiritussanct⁹.Item
gratia nõ est spiritussanct⁹:ergo dare gratiam nõ est
dare spiritũsanctũ:ergo est intelligere vnuꝫ sine alio
quarto ar̃.
intellecto.Itẽ huic detur gratia et nõ spũssanctus: ⁊
alij detur gratia ⁊ spũssanct⁹:iste cui sola data est gra
tia habet fidẽ spem et caritatem quibus fruitur deo
sicut et ille alius:ergo et ille alius non magis habet
deum q̃ iste:ergo ei non est datus nisi propter gra-
tiam sibi datam.et ita non proprie datur spiritussan-
Quito ar̃.
ctus. Item angeli non aliter habent deum nisi per

B visionem siue cognitionem et dilectionẽ: nõ ergo ha
bent eum per se:ergo nõ est ei datus per se.eadẽ ra=
In opposi= tione nec nobis. Sed cõtra panis corporalis ꝓprijssi
tum. me datur:ergo panis spiritualis proprijssime datur.
sed spiritussanctus est panis spiritualis.vnde panem
Ad idẽ ar. nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Iterũ beat⁹ qui
mãducat panẽ in regno dei:ergo spiritussanctus pro
Tertio ar. prijssime datur. Item spũssanctus ꝓprijssime amor ẽ
⁊ primũ donũ.sʒ quicquid datur ꝓprie ex amore dat̃.
Si enĩ ex timore detur redemptio est.si datur vt det̃
negociatio est: ergo cum ex amore dentur alia dona
amor ꝓprijssime datur ⁊ ita spũssanct⁹ ꝓprijssime da
Responsio tur. Ad hoc enĩ videtur dicendũ ꝙ gratia ꝓprie dat̃
vt insit et vt faciat animã frui deo:et spũssanctus pro
prie datur vt cibus spũalis.et ita vtrũqʒ datur suo mõ
Ad primũ Et ad primo obiectum dicimus ꝙ nõ valet hec argu
obiectum. mentatio.nichil habet iste quod nõ haberet pr⁹pter
gratiã:ergo spũssanctus nõ infunditur ei ꝓprie.sicut
Siltitudo. non valet iste nichil tenet nisi frenum: ergo nõ tenet
equũ. Per gratiã enĩ et in gratia habetur et datur
spũssanctus. Itẽ nõ valet alia ratione qꝛ in gratia da
tur spũssanctus: vt contentũ in continente quodãmõ
Est enim spũssanctus ꝓpria et inseparabilis materia
Spũssãct⁹ gratie circa quã negociatur grã. vnde quodãmõ in
continet̃ in gratia cõtinetur.vnde sicut cũ datur vas plenũ vino
grã quodã datur vinũ ꝓprie:sic cũ datur gratia datur spũssanct⁹
modo. in ea.non est vsqʒquaqʒ simile quia vinũ nõ est mate=
Ad secũdũ ria vasis. Ad secundo obiectũ dicimus ꝙ nõ valʒ hec
argumentatio.sola gratia infũditur nõ ergo spũssan
C ctus.instantia solũ vas plenũ vino.datur non ergo vi
Ad tertiũ. num datur. Ad tertio obiectũ dicim⁹ ꝙ nõ valet hec
argumentatio dare gratiã non est dare spiritũsanctũ
ergo est intelligere vinũ sine alio. nõ enĩ est intellige
Ad q̃rtum re vas plenũ vino sine vino. Similiter patet solutio
ad quarto obiectũ. nõ enĩ sequitur angeli non aliter
habẽt deũ nisi per cognitionẽ ⁊ dilectionem nõ ergo
Ar̃ ꝯ hanc habent deũ per se. Sed obicitur contra hanc solutio
solutionẽ. nẽ. spũssanctus datur per gratiã sicut equus tenetur
per frenũ.sed cõstat ꝙ frenũ tenetur imediate ⁊ equ⁹
mediate.vnde magis prope tenetur frenũ q̃ equus:
ergo magis ꝓprie datur gratia q̃ spũssanctus.non er
Scd̃o ar. go spũssanctus ꝓprijssime datur. Item videt̃ ꝙ idem
sit penitus dare gratiã ⁊ dare spũsanctũ: qꝛ dare vi=
neam nichil aliud est q̃ dare liberã potestatẽ vtendi
vinea et fructibus ad voluntatẽ eius cui datur: ergo
dare spiritũsanctum nichil aliud est q̃ dare liberam
potestatem fruendi spiritusancto. sed illa potestas
libera est gratia. vnde dedit eis potestatem filios
dei fieri. ergo dare spiritumsanctum nichil aliud est
Tertio ar. q̃ dare gratiã. Item cuʒ infundit̃ isti gratia infundit̃
spũssanct⁹:et vnica est ibi infusio:ergo idẽ est simpli=
quarto ar. citer infundere gratiã et infũdere spũsanctum. Iteʒ
ꝓbatur ꝙ spũssanct⁹ magis ꝓprie est donũ q̃ gratia
quia spũssanctus nõ est donũ nisi inq̃tũ panis.similit̃
gratia non est donũ nisi inq̃tũ panis.vñ in euangelio
Amice accomoda michi tres panes.i.fidem spem et
caritatem.sed spũssanctus est verius panis q̃ gratia
qꝛ est panis q̃ nos reficit.⁊ gratia est panis quo refici
mur:g̃ spũssanct⁹ magis ꝓprie est donũ q̃ grã. Itẽ nõ
quinto ar. ẽ donũ nisi ꝙ vtile.sʒ nichil vtili⁹ deo vt dicit augustin⁹
D ergo spũssanctus magis ꝓprie donum est q̃ gratia.
In cõtrari= Sed contra.deus nõ est vtilis nisi inq̃tum facit nos
um arguĩt. frui se:sed hoc idẽ facit gratia:ergo de⁹ nõ est magis
Solutio. vtilis q̃ gratia nec econuerso. ¶Solutio.ad primo

obiectũ dicimus ꝙ dare multipliciter dicit̃ de donis ad primũ.
extrinsecis et intrinsecis. Dat̃ enĩ gratia vt insit.hoc
modo nõ datur ager vel vinea. Sed dicit̃ dari extrin
secũ inq̃tum dat̃ libera potestas fruendi vel vtẽdi eo
ergo gratia vt insit. Datur autẽ deus vel spũssanctus
inq̃tum datur libera potestas fruendi deo. Et qꝛ da
re equiuocum est non valet hec argumentatio.gra=
tia datur sine medio:et spũssanctus datur per medi=
um:ergo magis ꝓprie datur gratia q̃ spũssanctus. Equiuocatio
et non est ibi cõparatio cũ ibi sit equiuocatio. et etiã Alia solu=
si ibi esset vniuocatio adhuc nõ sequeretur.sicut non tio posset
sequitur:aer videtur sine medio/coloratũ non videt̃ dari.
sine medio/imo per mediũ: ergo magis proprie vi=
detur aer q̃ coloratum.qꝛ hec regula ꝓpter vnũqđ= Quõ intel
ꝙ tale et illud magis.locũ habet in vniuocis.vel qñ ligit̃ regu=
vnum est aliquale per alterum tale. Ad secundo ob la cõis
iectum dicimus ꝙ non valet hec argumentatio:dare Ad secũdũ
spiritũsanctum est dare liberam potestatem fruendi
deo.et illa libera potestas est gratia:ergo dare spiri
tumsanctũ est dare gratiã.quia iste terminus libera
potestas et si supponat pro gratia:tamẽ non in ratio
ne gratie Unde est ibi fallacia accidẽtis sicut hic.hoc Fallã acci=
dulce est hoc coloratuʒ:ergo gustare dulce est gusta dentis.
re hoc coloratũ. Preterea cũ dicitur dare spiritũsan Item.
ctum importatur hec gratia que dat̃ et materia eius E
scʒ deus.sed cũ dicitur dare gratiam non importatur
materia. Est ergo dare equiuocũ sicut cedo est equi= Equiuocatio
uocum qñ importat dare locum:et quãdo importat de dare.
dare tantũ. Ad tertio obiectuʒ dicimus ꝙ non valet Ad tertiũ.
hec argumentatio:vnica infusione infunditur gratia
et spiritussanct⁹:ergo idem est infundere gratiam et
spiritũsanctum. Instãtia.vnico desiderio desidero de Nõ istud.
um et desidero deũ michi:ergo idem est desiderare
deum et desiderare deũ michi. Ad quarto obiectuʒ Ad quartũ
dicimus ꝙ spũssanctus est donũ non solum inq̃tũ pa
nis:sed ꝓpter alias vtilitates. Ad quinto obiectũ di Ad quintũ
cimus ꝙ re vera deus est vtilior q̃ gratia.si eniʒ gra
tia facit nos frui deo hoc idẽ facit deus. Et preterea Alia cã.
est materia fruitionis:qꝛ est dulcedo fruitionis et cõ
seruãs est ipsam gratiã. Non tamen sequit̃ ex hoc ꝙ
magis proprie detur:qꝛ dari equiuocum est vt dictũ
est. Sed sequeret̃ ꝙ esset melius donũ nisi similiter
qꝛ donũ equiuocuʒ illis scilicet spũsancto et gratie.

QUarto queritur vtrũ pater et filius sunt vn⁹ pa Quarta q̃=
nis inq̃tuʒ dant̃ aut multi panes ex parte sua. stio huius
Probatur ꝙ tantũ vnus:qꝛ vnica est bonitas et sua capituli.
uitas et dulcedo quia reficiũt nos:ergo sunt tantum Ar̃ primo.
vnus panis. Sed cõtra.filius dei nõ solum inq̃tum In ꝯrũ ar.
deus diligit nos sed etiã inq̃tum homo.nec pater in
q̃tum deus solũ reficit nos sed etiam inq̃tum gene=
rat filiũ sibi equalem:ergo ex parte personaruʒ sunt
diuerse origines dilectionis et refectionis nostre: er=
go sunt multi panes. Item beatitudo nostra non so= Scd̃o ar.
lum consistit in cognitione dei inq̃tum est deus:sed
etiam in cognitione trinitatis. Unde hec est vita no= F
stra eterna.⁊c.ergo trinitas ex parte sua habet mul=
tas origines dilectionis nostre. vnde vt prius. ¶So Solutio.
lutio.trinitas ex parte sua non est nisi vnus panis:sed Quõ ẽ vn⁹
quãtum ad nos est multiplex:sicut spiritussanctus in ⁊quõ mlti=
se vnicus est:sed quãtum ad nos multiplex est. Sol= plex.
uenduʒ ergo est per interemptionem huius diuerse
sunt origines dilectionis.⁊c.imo vnica est origo sci=
licet bonitas et suauitas dei. Et qñ obijcitur ꝙ filius ad obiectũ

dei inq̃tum hõ nos delectat/bene ꝯcedimus:sed hoc
habet a deitate.vñ si tollat̃ deitas:iam non delectat.
similiter ꝙ pater inq̃tum generãs filium nos delectat:
hoc habet a deitate ⁊ bonitate sua que est gñationis
(vt supra dictum est)origo.

¶De his que appropriant̃ vni ꝑsone tñ.

VLtimo q̃rit̃ de eis que appropriant̃ vni ꝑsone
tñ. Querit̃ ergo in primis quare spiritui sctõ
querit̃ prĩo appropriatur docere.vñ Docebit vos oẽm veritatẽ.
Spũs sctũs docebit vos oĩa.⁊ illud. Unctio docebit
vos de oĩbus.g̃ spũs sctũs illuminat.sed potius ista
debent̃ appropriari filio qui est sapientia:quoniã ad
sapientiã proprie pertinet docere ⁊ illumiãre:nõ ad
bonitatẽ.queritur g̃ quare appropriẽt̃ spiritui sctõ
Opinio do ea que videntur potius appropriãda filio. Ad quod
ctoris. dicimus ꝙ re vera indiuisa sunt opera trinitatis:et si
spũs sctũs docet ⁊ illumĩat:idem facit pater ⁊ filius.
sed quia spũs sctũs est amor proprie ⁊ donũ vt dictũ
est supius:ideo appropriant̃ ei dona posteriora que
G procedũt ex amore proprie.ideo etiã talia de spiritu
sctõ dicunt̃:vt dona q̃ nobis a deo dant̃ intelligimus
dari nobis ex puro amore. Ex hoc manifestũ esse põt
ꝙ nõ tñ quia spirat̃ essentialiter a patre ⁊ filio ⁊ spũ
q̃r e dr̃ spũs sctõ dicitur spũs sctũs vel spiramen:sed quia inspirat̃
sanctus. nobis id est occulte infundit̃ ad illuĩationẽ ⁊ sctifica=
Etiã patʒ. tionẽ cordium nostrorũ. Patet etiam quare dicitur
digitus dei.sicut enĩ digito corporali ostendũtur res
corpales oculis corporalibus:ita digito qui est spũs
Etiã dicit̃. sctũs ostendunt̃ res spũales oculis spũalibus. Dicit̃
etiã digitus ꝓpter discretionẽ donorũ:qꝛ et discrete
dat:⁊ discreta sunt que dat.vnde diuisiones gratiarũ
sunt.et cum hoc sicut decẽ sunt digiti:sic sunt decem
Deceʒ opa opera misericordie q̃ dat spũs sctũs:septem corpalia
mie. ⁊ tria spũalia.scʒ corripere/docere/idulgere. Et sicut
in quolibet digito sũt tres iũcture:ita in q̃libʒ bono
opere sunt quasi tres iũcture.scʒ numerus/mẽsura/⁊
Bonitas a põdus:siue species/modus/⁊ ordo.quia deus oĩa in
ct⁹ i tribus numero pondere ⁊ mensura disposuit.sicut in datiõe
elemosine (si meritoria est)ista tria opʒ esse.primum
est vt fiat ꝓpter deũ.et sic habet numerũ siue speciẽ.
scd̃m est vt detur tantũ q̃tum dandũ est.et sic habet
mẽsurã siue modum.tertium est vt detur cui dandũ
est/⁊ qñ/⁊ vbi.et sic habet pondus siue ordinẽ.circũ=
augustinus stantie enim ordinãt actionẽ. Et dicit augustinus ꝙ
vbi hec tria sunt:species/modus/⁊ ordo/bonum est.
vbi maxime sunt/maxime bonũ est:vbi mediocriter
sunt/mediocriter bonũ est:⁊ vbi minime sunt/mĩme
q̃stio icidẽs bonũ est. Querit̃ postea cum spũs sctũs oĩno sit sĩlis
patri:quare non dicat̃ imago p̃ris sicut filius. Huius
Triplex rõ ratio triplex est. Prima:qꝛ filius imitat̃ patrẽ quasi
Pria ratõ in exterioribus dispositionibus.qꝛ sicut pater spirat
H spiritũ sctm̃:sic ⁊ filius. Secũda est ꝙ imago proprie
Scd̃a rõ. representat rem a qua deducta est:sed spiritus sctũs
nullũ tale proprie representat:quia nõ tñ est ab vno
Tertia rõ. sed a pluribus. Tertia est per modũ emanatiõis qua
emanat filius a patre.generãs enim intẽdit dare qđ
habet genito:⁊ ꝑfecte generare sibi simile.et ꝓpter
hoc filius non solum appropriate sed proprie dicitur
imago p̃ris.cui dicit. Omnia mea tua sunt:⁊ oĩa tua
mea sunt.hec aũt ꝓprie dicunt̃ de filio.s.filius/vbũ/
imago/speculũ. Ex p̃dictis aliq̃tenus elucescit qualr̃
intelligende sunt due difficillime auctoritates. Una

augustini scʒ hec.in patre est eternitas:in filio equa= auctoritas
litas:in spũ sctõ eternitatis/equalitatisqʒ cõnexio.et augustini
oĩa sunt eterna propter patrẽ:equalia ꝓpter filium: quõ itellgi
cõnexa propter spiritũ sctm̃. Altera est hylarij:⁊ hec tur.
est.vnitas est in p̃re:spẽs in imagine:vsus in numine
vel munere. Sed querit̃.cum eadem sit eternitas in q̃o incidẽs
tribus personis:quare appropriet̃ p̃ri eternitas.similis
est q̃stio: quare appropriet̃ filio equalitas.ꝓpterea Arguitur.
ꝙ si oĩa sint equalia propter filiũ:g̃ pater est equalis
spiritui sctõ propter filiũ:g̃ habet equalitatẽ a filio.
et hoc falsum. ¶Solutio.eternitas appropriat̃ p̃ri Solutio.
tantum ꝓpter primam auctoritatẽ.caret enim pater
principio non solũ inceptionis:sed etiã principio frm
ꝙ a nullo est. Equalitas aũt appropriat̃ filio duabus Nõ ista.
de causis. Prima est qꝛ equalitas quasi primo est in Pria cã.
filio:qꝛ ipse imediate procedit a patre tñ. Scd̃a est. Scd̃a cã.
quia filius in hoc adequat̃ patri:quia sicut pater dat
suã summã bonitatẽ spiritui sctõ:ita ⁊ filius.dicũtur
aũt omnia equalia propter filium:quia filius in quo
quasi prĩo est equalitas.dat equalitatẽ spiritui sctõ:
in quo complet̃ ⁊ ꝯsummat̃ equalitas personarũ. Un I
hec dictio propter:non cõnotat causam quasi gñalẽ
que dat oĩbus personis equalitatẽ:sed q̃si cõpletiuã
⁊ cõsummatiuã.vñ non sequit̃ ꝙ pater hẽat equali= ptʒ solutio
tatẽ a filio quasi propter spiritũ sctm̃ sunt ꝯnexa oĩa. ad auctori
hoc supius dictũ est. Sed de auctoritate hylarij q̃rit̃ tatẽ augu.
quare vnitas appropriet̃ patri:cum eadem sit vnitas ad auctori
in tribus personis.similiter quare appropriet̃ filio pul= tatẽ hyla.
chritudo. Sic enĩ exponit augustin⁹.spũs i imagine q̃o incidẽs
id est pulchritudo in filio.videtur etiam ꝙ falsuʒ est
qđ dicit vsus in munere:quia spũ sctõ non est vtendũ
sed fruendũ tñ. ¶Solutio.vnitas appropriat̃ patri Solutio.
duabus de causis. Prima est qꝛ sicut vnitas est prin= Pria cã.
cipium oĩm numerorũ:ita pater est principium oĩm.
Scd̃a est quia sicut vnitas in se ducta nõ generat nisi Scd̃a cã.
se:ita pater quasi in se ductus non generat nisi filium
qui est eiusdẽ substãtie cum ipso. Pulchritudo autẽ pulcritudo
appropriatur filio duabus de causis. Prima ẽ quia atribuit̃ fi=
pater lux prima ẽ siue prima intelligẽtia siue meõria lio ꝓpt̃ du=
naturalis:de qua quasi lapidicia exit filius/exit spũs as causas.
sctũs. Primum aũt qđ a luce ꝓcedit:splendor est.et Prima.
filius est splendor p̃ris vt dicit̃ ad hebreos.⁊ in libro
sapiẽtie dicit̃ candor lucis etne.splẽdor aũt ⁊ candor
ad pulchritudinẽ pertinẽt.⁊ propter hoc species siue
pulchritudo appropriatur filio. Scd̃a ratio est:quia Secunda.
filius est sapiẽtia ⁊ speculum ⁊ exemplar oĩm rerum
viuentiũ:et ars oĩm artium in eternum. Un vt causa
formalis est species:⁊ ꝓpter hoc species appropriat̃
filio.vsus similiter appropriat̃ mũeri duabus de causis. vsus appro
Prima q̃tũ ad ipsos:qꝛ pater ⁊ filius fruũtur se spũ p̃at muneri
sctõ:quia diligunt se spũ sctõ.vt sumat̃ vsus pro frui= ꝓpt̃ duas
tione. Secũda est q̃tũ ad nos:quia per spiritũ sctm̃ causas.
dantur nobis omnia dona que sunt nobis vtilia.⁊ sic K
vsus sumit̃ proprie.

¶De illis que dicuntur de deo
in comparatione ad creaturas.

DIcto de illis que dicunt̃ de deo sine cõparatiõe
ad creaturas:dicendũ est de illis que dicunt̃ de
deo in comparatione ad creaturas.sicut de scientia ⁊
potestate/⁊ volũtate/⁊ iusticia/⁊ misericordia dei:et
qualiter sit sp ⁊ vbiqʒ. Et primo dicẽdũ est de sciẽtia
dei:quia gñalior est. Circa quam inquiramus primo De scia q̃=
qualiter deus scit oĩa.scd̃o de multiplicatione huius rit multa.

verbi scire ſm ꝙ dicitur de deo:⁊ vtrum deus plura possit scire ꝙ sciat.tertio de predestinatione ⁊ de his que ad predestinatiōem pertinēt.quarto vtrum non appositio grē sit effectus reprobatiōis diuine.quīto q̄d sit illud occultū dei iudiciū quo deus reprobauit esau.sicut dicit btūs augustinus.Propter qđ exclamat apostolus O altitudo.⁊c̄.sextovtrū aliqđ bonū creatū insit homini ex eo ꝙ est p̄destinatus.septimo quō intelligenda sit illa auctoritas apl̄i:Quos deus predestinauit:hos ⁊ vocauit.⁊c̄.octauo vtrum aliqs possit facere ꝙ sit predestinatus.nono vtꝝ deus predestinet aliquē:quia est bonus.decimo vidēdum est quō intelligenda est illa auctoritas beati ābrosij qui dicit ꝙ predestiatio iuuat precibus sctōꝝ.vndecimo quō deus presciat vel preuideat res immutabiliter: que tamen mutabiliter ⁊ cōtingēter sunt presciētia. duodecimo ⁊ vltimo vtrū deus presciat aliq̄d anteꝙ sit verum.

Notādū ē.

Notādū aūt ꝙ hoc verbū scit:duas habet significatiōes.qn̄qꝫ enim scire idem est ꝙ approbare. et ſm hoc deus scit tantū bona.qn̄qꝫ scire idem est ꝙ simpliciter cognoscere:⁊ ſm hoc deus scit tam bona ꝙ mala.

scire capitꝰ dupliciter. Queritꝰ ꝫ primo. R

Queritꝰ aūt quid significet hoc verbū scit.in hac significatiōe cum dicitur:deus scit omnia.Si enī dicatꝰ ꝙ pure significat diuinā eēntiā:ꝫ idē significat ꝙ hoc verbū est.ergo si hec ē vera:deus scit oīa.hec erit vera:deus est oīa.qđ patet esse falsum.Relinquitꝰ ergo ꝙ hoc verbū scit:aliquē effectū cōnotat in creaturis.

Arguitur.

Sed ſm hoc probatur ꝙ hec ē falsa:deus scit mala vel maliciā:q2 malū vel malicia nō est effectus dei.nec aliqs effectus dei in malo est:siue in malicia.

Solutio.

❡Solutio.dicimus ꝙ scire de deo dicitꝰ p̄ siītudinē naturaliū.in qualibet aūt sciētia est assimilatio intellectus ad rem.vnde hocverbū scit significat diuinam essentiā vt exemplar.

Augustinꝰ

sicut enī dicit btūs augustinus ꝙ visio qua videtꝰ coloratū est imago colorati ī oclo. siue ꝫ dicat hoc btūs augustinus per eēntiā siue per causam:

quare deꝰ dꝛ scire oīa

patet ꝙ deus dicitꝰ scire oīa quodāmō ꝓpter sue exēplaritatis imaginē.⁊ ex hoc modo significādi ꝙ hocverbū scit significat diuinā essentiā vt exēplar: cōnotat in creaturis quādā imitationē qua creature imitantꝰ summū bonum.in omnibus enim creaturis expressum est aliqđ vestigium summi boni.

Arꝰ ꝯ hoc.

Sed ſm hoc etiā videtur ꝙ deus nesciat mala:quia nullomō imitantꝰ deum nec deus est aliq̄mō exemplar maloꝝ: ergo hec ē falsa deus scit mala.

scđo ad idē

Preterea sil'e simili cognoscitur:et nulla ē similitudo dei ad mala vel ad maliciam:q2nō est cōuentio christi ad belial.ꝫ deus non cognoscit mala.

cōtrariū dicit gregorius.

Sed ꝯtra.dicit btūs gregorius ꝙ prophete videbāt in libro vite ea q̄ prophetabāt: sꝫ mala ꝓphetabāt.ergo in libro vite malavidebāt: ergo mala scripta sunt in libro vite.sed cōstat ꝙ non sunt ibi scripta nisi per exemplaritatē.ergo libervite est exēplar maloꝝ:ergo imago ⁊ siītudo maloꝝ.qđ primo improbatū est.

Secundo ad idem. M

Preterea si deus non cogſcit mala per exēplaritatē:queritur quō cognoscit.cum res non habeāt cognosci naturaliter nisi per aliquā assimilationē.vnde intellectus quo aīa res apprehēdit ⁊ cognoscit est anime passio:rei autē similitudo.

Tertio dicit dionysiꝰ

Preterea dicit btūs dionysiꝰ ꝙ eoipso ꝙ deus cogſcit se/cognoscit omnia:quia est causa oīm:q2 ipse nō est causa mali.ꝫ non eo ꝙ cognoscit se/cognoscit malū: nec per aliđ:ergo nullomō cognoscit malū.

Quarto ad idem.

Item si cognoscit malū:aut per se cognoscit aut per aliud.si per se:ergo per exemplar.ꝫ deus est exēplar mali.si per aliđ sed per se cognoscit bonum:ꝫ magis cogſcit bonum ꝙ malū.

In ꝯtrariū arguitur.

Cōtra.vtrūqꝫ summe cognoscit:nō ergo alteꝝ magis.

scđo ad idē

Item si malū nō cognoscitꝰ per se sed per priuationē sui oppositi.sed ipm malū est priuatio sui oppositi:ꝫ malū cogſcitꝰ p̄ se.

Solutio.

❡Solutio. cōcedimus ꝙ malū cognoscitꝰ per exēplar:sed nō per propriū exemplar sed per exēplar sui oppositi.sicut cecitas non cognoscitꝰ per suā oppositionē:sed p̄ hoc ꝙ visus deficit vbi debet esse.Cognoscitꝰ ergo malū ſm hoc sine malicia.non per exēplaritatē sui:sed per exēplaritatē sue oppositiōis.et sic soluūtur due prīe obiectiōes.

Soluūtꝰ p̄ hoc duo p̄ma.

Ad tertiū.

Ad tertio obiectū dicimus ꝙ prophete legebāt malū in libro vite nō per propriū exēplar:sꝫ per priuationē sui oppositi.vt iam dicetꝰ.

Ad q̄rtum

Ad quarto obiectū dicimus ꝙ licet deus nō sit causa mali:est tm̄ causa boni per qđ cognoscitꝰ malū.

Ad quītū.

Ad q̄nto obiectū dicimus ꝙ hec est duplex:deus p̄ se cognoscit malū. quia si hec vox per se determiet verbū in cōparatiōe ad noīatiuū vera est:quia sua eēntia cognoscit deus q̄cq̄d cognoscit. vt excludatꝰ oīs immediatio:qualis est in aīa nostra.

Aīa dupl'r cognoscitꝰ. R

anima enī quedā cognoscit per suas imagines:vt res extrīsecas.quedam per sui p̄sentiā: vt scire/cogitare/diligere:⁊ cōsimilia.seipsam etiam cognoscit per reflexionē quādā ipsius supra se.si aūt hec vox per se determinetverbū in comparatione ad accusatiuū falsa ē.nec sequitꝰ ex hoc ꝙ magis cogſcat bonū ꝙ malū.

Ad vltimū hoꝰ ccogſcitꝰ malū.

Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ malū cognoscitꝰ per priuatiōem boni.hoc mō.Si bonitas eēt in anima/scripta esset in libro vite ⁊ ibi videretꝰ:⁊ quia ibi nō est scripta nec per hoc videtꝰ:scitur ꝙ non est in aīa.⁊ ita malū est ibi.sicut silētiū cognosco per priuationē auditus.hoc mō.si aliquis eēt hic loquēs ego audirem:et quia non audio/certum est michi ꝙ nullus hic loquitꝰ.

❡De hoc verbo scire dicto de deo.

Mltiplicitꝰ deꝰ dꝛ scire

SEcundo dicendū est ꝙ hoc verbū scire dictū de deo multipliciter accipitꝰ.qn̄qꝫ pro approbare: qn̄qꝫ pro simplici noticia.et sic dupliciter.vno modo significat diuinā essentiā vt visionē:⁊ per hāc scientiā scit deus tm̄ ea que fuerunt futura:quia visio exigit rei p̄sentiā:⁊ deo p̄sentia sunt quecūqꝫ fuerūt futura. Scđo mō significat diuinam essentiā vt intelligentiā siue vt scientiam largissime sumptam.et ſm hāc scit deus omne excogitabile siue sit siue non sit:siue nec sit/nec possit esse.

Scire triplicitꝰ suitꝰ.

Scđm hoc scire de deo tres habet significatiōes.In prīa significatiōe vera est hec.deus potest scire plura ꝙ scit.siue intelligatur cōiūcta siue diuisa.⁊ hec siliter vera sciētia dei potest augmētari. vt intelligatꝰ augmentū q̄tū ad numerū rerū scitarū. Hec enī est vera:deus plura approbat ꝙ approbauerit.In tertia significatiōe falsa estvtroqꝫ modo:quia deus nō potest excogitare plura ꝙ possit excogitare.

Nō sensuꝫ ꝯpositū et diuisum O

In scđa significatione vera est hec:deus potest scire plura ꝙ sciat.ſm ꝙ intelligitꝰ diuisa:falsa autē ſm ꝙ itelligitꝰ ꝯiūcta siue de dicto.Hec enī est impossibilis deus videt plura ꝙ viderit.quia quecūqꝫ videt ⁊ visurus ē vidit ab eťno.Falsa etiā est hec in hac significatione scīa dei potest augmētari.Non enī valet hec argumētatio:deus pōt scire plura ꝙ sciat.vt intelligitur de re:ergo sciētia dei potest augmentari.et est ibi fallacia accidētis a diuisa p̄dicatione ad ꝯiūctam:

Fallā accidentis.

quia si sciētia dei augmētatꝰ:deus scit aliqua q̄ prius nesciebat.et hoc impossibile in scđa significatiōe.qđ aūt dicimus ꝙ in hac significatiōe hec est vera:deus potest scire plura ꝙ sciat.in vno sensu intelligēda est de scientia rerum incōplexarū.multa enī possunt esse que nunꝙ erūt.Sꝫ de sciētia enūciabiliū nō est verū:

ſm reales.

q2 ſm reales cum deus incipit scire aliqđ enūciabile desinit scire eius ꝯtradictorie oppositum.Necvalet: deus sciebat hoc prius ⁊ modo non scit:ꝫ oblitus est illud.q2 per trāscendentiā rei accidit ꝙ nō scit.

ſm noīales. Opīo noīaliū ꝯcordat augustīo ⁊ magistro.

Sed ſm noīales qui dicunt:qđ semel est verum semp̄ erit verū.deus nihil incipit vel desinit scire.⁊ hoc magis concordat augustino ⁊ magistro in sententijs.

❡De predestinatione ⁊ reprobatione.

De p̄destinatione.

TErtio dicēdū est de p̄destiatiōe ⁊ reprobatiōe. primo ergovidendum quid sit predestinatio ⁊ effectus eius.scđo vtrum deus reprobās sit causa nō appositiōis gratie in presenti.tertio vtrū aliqđ bonū insit predestinato:ex eo ꝙ est predestinatus. quarto de illo vbo apl̄i Quos predestinauit.⁊c̄.quinto vtrū presciētia dei inferat necessitatē rebus:vel singularibus vel vlibus.

Tripl'r suitꝰ p̄destinatio P

Sciendū ꝫ ꝙ hoc nomen p̄destiatio significat diuinā eēntiā in triplici hītudine.videlꝫ in habitudine antecessiōis ꝓpter hāc prepositionē pre. et in habitudine exemplaritatis ꝓpter scientiam ibi intellectam.Est enī domini predestiare aliquē:⁊ dn̄i prescire se daturū alicui grām in presenti/⁊ gloriā in futuro:⁊ in habitudie causalitatis ad duplicē effectū scꝫ ad grām in presenti ⁊ gloriam in futuro.

Duplex effectꝰ p̄destinationis.

In p̄destiatiōe sūt tria

Sic ꝫ in predestinatiōe sunt tria.deus predestinās:⁊ gratia:⁊ glīa.primū est causa scđi ⁊ tertij:⁊ scđꝫ ē causa tertij.

In r̄probatione tria. q̄d r̄probatio.

In reprobatiōe iteꝝ tria intelliguntꝰ.vt dꝛ magister in sentētijs.Est enim reprobatio p̄scientia malicie in p̄nti:⁊ p̄paratio intermiabilis pene in futuro.vñ ibi est deus reprobās:⁊ malicia presens:⁊ pena eterna. primum est causa tertij:nō scđi.scđm est causa tertij. Vñ per hoc nomē reprobatio significatꝰ deus duplici in habitudine.ad scđm scꝫ in habitudine antecessiōis ⁊ in hītudine exēplaritatis per accidēs.sed ad tertiū in triplici.vt patet ex iam dictis.sicut etiā hec ē falsa deus predestiauit istum ꝓpter merita:ita hec ē falsa ſm hoc deus reprobauit istum ꝓpter merita.q2 non meruit suā maliciam:licet meruerit penam eternā.

Contra arꝰ. Augustinꝰ

Sed ꝯtra hoc videtꝰ eē qđ dicit augustinus.dicit enī ꝙ deus iuste reprobauit esau:ergo reprobauit ipm propter merita:ꝫ merita eius fuerūt causa reprobationis.ergo tēporales sūt cause tm̄ quia reprobatio dei eťna est.

Quō itelligitꝰ deꝰ iuste reprobat aliquem.

Et ad hoc dicūt fere oēs ꝙ hec ē duplex: deus iuste reprobauit esau ex āphibolia.quia si hoc aduerbiū iuste determiet verbum respectu noīatiui vera est.q2 is ē sensus:deus iustus reprobauit esau. Si aūt hoc aduerbium iuste determiet verbum ſm habitudinē quam habet ad accusatiuū:falsa est.q2 is est sensus.deus reprobauit esau propter merita.

Q hec solutio nōvalet.

Sꝫ hec solutio nulla.q2 eodē mō potuit dixisse augustinus ꝙ pie ⁊ misericorditer reprobauit esau.q2 deus qui pius ē ⁊ misericors:reprobauit esau.

Opinio doctoris.

Ad hoc dicimus ꝙ btūs augustinus aliter sumit hoc verbum reprobare:ꝙ mgr̄ in sententijs.dicit enī sup̄ epistolā ad romanos btūs Aug.super illū locū Deus cuius vult misereꝰ:⁊ quēvult indurat.ꝙ reprobare aliquē est p̄scire illū esse damnandū:vel preparare illi dānationē eternam.

Nō de predestinatiōe ſm augustinū ⁊ mgr̄m

Et ſm hoc hec est vera:deus propter merita reprobauit esau.quia hec deteriatio propter merita:determīat hocverbum reprobauit.non rōne principalis significationis:sed ratione connotati siue effectus reprobatiōis.s.dānatiōis eterne.merita enī esau fuerunt causa damnatiōis eterne.

Hec argumētatio nō valet.

Nec valet hec argumētatio:deus reprobauit esau propter merita: ergo merita esau fuerunt causa diuine reprobatiōis. quia hec determiatio ꝓpter merita.in prima(ſm ꝙ est vera)determīat vbū rōne cōnotati:et ipse ꝓcedit acsi deteriaret illud rōne principaliter significati scꝫ diuine eēntie:que supponitꝰ per hunc terminū diuine reprobatōis.

Nō diligētꝰ

patet ꝫ ex his q̄ predicta sunt ꝙ p̄destinatio ⁊ reprobatio significāt diuinā essentiā in habitudine causalitatis:sed nō est ita de presciētia vt dicit origenes.quia p̄sciuit deus res/ideo prefuture sunt: sed quia prefuture sunt/presciuit.

ꝯtriꝫ videtꝰ augustinus dicere. R

Sed ꝯtrariū dicit augustinus qui dicit ꝙ deus presciuit res ideo sunt: sed non ꝯtrariū.quia origenes sumit verbū presciēdi pro simplici noticia:augustinus vo pro approbatōe.

ꝯcordat augustinꝫ et origenem.

Et potest dici ꝙ ſm augustinū prescientia dei ē causa exēplaris reꝝ.Sꝫ videtꝰ falsum eē qđ dicit origenes. res enī non sunt cause prescientie dei: quia tꝑale non est causa eterni.

Cōtra arꝰ. opīo aliq̄ꝝ

Ad hoc dicunt quidā ꝙ hec dictio q2 notat ibi causam sine qua.quia nisi res future essent: deus non p̄sciret eas.

hec solutio nulla

Sed hec solutio nulla est.quia ſm hoc hec ē va.q2 deus prescit res:ideo future sūt. q2 si non p̄sciret:nō essent future.et ita falsum dixisset origenes.

Opinio doctoris.

⁊ nos dicimus ꝙ ibi notatꝰ causa quasi materialis.res enī scite sunt causa materialis presciētie dei:sicut coloratū est causa materialis visiōis.q2 per hoc vbū scit/diuina eēntia cōsignificatꝰ vt visio:⁊ ipm visum significatꝰ vt materia visionis.

❡Utrum deus reprobans sit causa non appositiōis gratie in presenti.

Queritur Augustinꝰ q̄d r̄ꝓbatō mō. ſm augustinum.

SEcundo queritꝰ vtrum deus reprobās:sit causa non appositionis gratie in p̄senti.Diffinit enim augustinus sup̄ nonū ad romanos/reprobationē hoc mō.Reprobare ē nolle misereri:⁊ nolle misereri est nō apponere grāꝫ in p̄nti ⁊ dānare in futuro.ſm hoc in reprobatiōe tria sunt.deus reprobās primū.scđm est non appositio gratie.tertium est dānatio eterna.

Queritur. Arꝰ ꝙ sic.

Queritꝰ ergo vtrū primū sit causa scđi.probatꝰ ꝙ sic. quia dicit apl̄s Deus cuiusvult miseretꝰ:⁊ quē vult indurat.sed(vt dicit augustinus)indurare dicitur nō imponēdo maliciā/sed non apponēdo grām:ꝫ volūtarie nō apponit grām:ergo eo volente non apponitꝰ gratia.sed idem est deovolente ⁊ deo auctore:ꝫ deo auctore non apponitꝰ gratia:ꝫ deus est causa non appositionis gratie.

S

Ad idem.

Itē in exodo Indurauit deus cor pharaonis ⁊ volūtarie.ꝫ deo volente nō apposita est gratia pharaoni.⁊ inde vt prius.

Ad idem.

Item ī nono exodi Idcirco posui te vt ostēdā fortitudinē meā:⁊ narretꝰ nomē meū in oīn terra.Et ita deovolēte induratus est pharao:vt ostēderet deus magnalia potētie sue. et inde vt prius.

Ad idem.

Item in apocalipsi Iustū est vt qui in sordibus est sordescat adhuc.iustum ē vt ei qui in sordibus est subtrahatꝰ grā:qua substracta sordescat magis.ꝫ substractio gratie a deo est:cum oīe iustū sit a deo.

Ad idem.

Item non appositio grē q̄dā pena est iusta: ergo est a deo.

In cōtrariū arguitꝰ

Sed ꝯtra.non appositio gratie nichil est:ꝫ nec est a deo nec ab alio.

Scđo

Itē deus est causa non appositiōis grē:⁊ cōstat ꝙ nō materialis/vel formalis/ vel finalis:ꝫ est causa efficiēs:ꝫ facit non appositionē gratie.sed negatio non fit nisi per affirmatiōeꝫ.sicut aliquis cum fit albus:per cōsequēs fit nō niger.ergo

deus facit aliq̃d per qđ sequit̃ ꝙ non apponit̃ gratia:
sed illud solum est pctm̃:ergo deus facit pctm̃.qđ est
Anselmus. impossibile. Itẽ dt anselmus.homo non habet gr̃az
nõ quia deus non dat:sed qꝛ homo nõ vult accipere.
ergo deus nõ est causa ꝙ homo non habeat gr̃am:ꝛ
Solutio. ita non est causa non appositiõis gratie. ¶Solutio.
dicimus ꝙ deus est causa nõ appositiõis gr̃e q̃dãmõ
scꝫ per modũ quiescẽdi:non per modum agẽdi.sicut
natura dicitur principiũ quietis per modum cessandi
C a motu.Sciendũ ergo ꝙ hec est duplex.deo volente
volũtas ca non apponit̃ huic gratia.Volũtas enim aliqñ dicitur
pit dupliciter appetitus quo aliquis mouet̃ ad aliq̃d acq̃rendũ vel
fugiendũ.et sic nõ vult deus non apponere gratiã:qꝛ
nõ est causa non appositiõis gratie per modũ agẽdi.
qñqꝫ dicit̃ volũtas cõsensus in hoc ꝙ aliq̃d fiat vel nõ
fiat.ꝛ hoc mõ vult deus nõ apponere gr̃az:qꝛ ꝯsentit
in hoc ꝛ iudicat non esse apponendã.et hoc modo nõ
sequit̃ deo volẽte non apponit̃ gratia:ꝫ deo auctore
Ad primũ nõ apponit̃ gratia. Ad primo obiectũ dicimus ꝙ nõ
valet hec argumẽtatio.non appositio gr̃e nichil est:
ergo a nullo ẽ.habet enim negatio causam suo mõ.
vel per cõsequens qñ aliq̃d fit ex quo sequit̃ negatio
Ad scđm. vel per iudiciũ vel per voluntatẽ.Ad scđo obiectum
dicimus ꝙ nõ valet hec argumẽtatio.deus est causa
diuisio illa non appositiõis gratie:ꝫ efficiẽs.ꝛc̃.illa enim diuisio
ẽ isufficiẽs tenet in effectibus qui vere fiunt.Ad tertio obiectũ
Ad tertiũ. dicimus ꝙ nonvalet hec argumentatio.deus non est
causa ꝙ homo non habeat gr̃am:ꝫ non est causa non
appositiõis gratie.qꝛ non habere gr̃az ex parte hoĩs
est:sed nõ apponere gr̃az ex pte dei est. Ex his patet
ꝙ reprobatio est p̃sciẽtia dei qua ab eterno scit deus
se nõ appositurũ isti gr̃am in p̃nti:et se dãnaturũ istũ
in futuro.Vñ sũt ibi duo effectus:ꝛ vtriusqꝫ deus est
De grã et causa.Et ex hoc pꝫ ꝙ dicit augustinus ꝙ deus q̃cũqꝫ
gloria. reprobat/iuste reprobat:ꝛ q̃cũqꝫ p̃destinat/p̃destinat
A misericorditer:ꝛ gratia apponit̃ in p̃senti ex sola mĩa
dei.sed iuste nõ apponit̃:quia si est paruulus iuste nõ
apponitur propter pctm̃ origĩale.si est adultus iuste
non apponit̃ propter pctm̃ actuale ꝛ originale.et ita
patet ꝙ quicũqꝫ reprobat̃ iuste reprobat̃.Quare dt
augustinus ꝙ esau reprobatus fuit iudicio dei eq̃ssi-
mo:sꝫ occultissimo.et quare sup hoc exclamat apl̃us
Duplex di O altitudo diuitiaꝝ sapiẽtie ꝛ scientie dei.Et ad hoc
lectio. dicendũ ꝙ sicut est duplex dilectio dei.eterna scꝫ qua
diligit predestiatos ab eterno:ꝛ tpalis qua in p̃senti
Duplex re apponit gr̃am.Ita duplex reprobatio.eterna scilꝫ ꝛ
probatio. tẽporalis induratio.s.qua in presenti indurat aliquẽ
non apponẽdo ei gr̃az.De eterna reprobatione non
intelligit̃ hic.deus reprobauit esau iudicio eq̃ssimo
sꝫ occultissimo.sed de tpali intelligit̃ ꝛ in cõparatiõe
ad iacob.occultissimũ enĩ fuit iudiciũ quare potius
iacob in vtero magis apposita gr̃a q̃ esau.cũ neuter
ꝯ hoc ar̃. adhuc aliq̃d mali vl̃ boni egisset.Sꝫ obicit̃.Iudicio
eq̃ssimo sed occultissimo reprobauit deus esau:ergo
aliqua causa occultissima.Illa vel ẽ creata vel increa
ta.Si increata.sꝫ causa increata oĩm nõ est nisi volũ-
tas dei.et hoc oĩbus patet:ergo nõ est occultissima.
Ad idem. Item.iudicio equissimo reprobauit deus esau:ergo
discretissimo.sed non dicit̃ aliq̃s discrete facere:quia
facit tñ ꝯm voluntatẽ suam.ergo ad illã discretionẽ
iudicij exigit̃ aliqua causa alia q̃ volũtas dei ꝛ illa de
necessitate creata est.ꝫ illa causa occultissima est crea
ta aut fuit antecedẽs ad positionẽ gratie ĩ iacob:aut
sequẽs.si antecedẽs:sꝫ iacob ꝛ esau tũc oĩbus pares
erãt.ergo qua ratione reprobauit esau:eadem rõne
reprobauit iacob.si sequens:ꝫ si propter futura opa
reprobauit deus esau:eadẽ rõne elegit iacob ꝓpter de ꝯrietate
opa sua futura.Et hoc est ꝯtra augustinũ qui dicit ꝙ q̃ videt̃ int̃
sic propter opa euacuaret̃ gr̃a. Sed videt̃ ãbrosius augustinũ
contrarius esse augustino.dicit̃ enĩ sup nonũ ad Ro- et ãbrosiũ.
manos ꝙ deus dat gr̃am alicui:ideo quia scit ipm̃ nõ X
seruiturũ.et hoc est dare cui dandũ est:et nõ dare cui
non dandũ est.quasi dicat hoc est discrete dare ꝛ dis-
crete non dare.ergo deus dat gr̃am ꝓpter opera.et
augustin9 dt oppositũ. Et ad hoc dicebat p̃positiu9 opĩo p̃posi
ꝛ bene ꝙ vterqꝫ verũ dixit:sed hec p̃positio propter tiui.
notat causam finalẽ ꝯm ambrosiũ respectu gr̃e.deus
enim dat gr̃am propter opa.i.ad opera:vt scꝫ bonis q̃d signifi-
opibus seruiamus deo.ꝯm augustinũ vero hec p̃po- cet ꝓpter.
sitio ꝓpter notat causam meritoriã.et sic falsa ẽ hec:
deus dat gr̃am ꝓpter opera:quia gratia sic nõ daret̃
gratis.Dicimus ꝫ ꝙ electiõe temporali elegit deus Opĩo do-
iacob ꝓpter opera.vt notetur causa finalis.ꝛ ꝓpter ctoris.
alias vtilitates quas ipe sciebat.et siliter reprobauit
esau propter opera mala ꝛ alias inutilitates.Et hoc
est iudiciũ occultissimũ:qꝛ ei soli tũc erant nota opa
futura ꝛ vtilitates q̃ ex post fctõ patuerũt aliis.sicut
patuit in [illegible]aone:quare prius eũ indurauit deus.
Patet en[illegible]isis tot ꝛ tantis miraculis dei non cre-
didit deo.et [illegible]c solus deus sciebat prius.patet etiã
modo quare cecitas cõtigit in israel.occasione enim
illi9 cecitatis intrat plenitudo gentiũ:qꝛ iudei testes
fidei nostre sunt. Sed dubiũ est vtrum hec sit vera: dubium.
deus predestinauit ipm̃ ꝓpter opa.Dicimus ꝙ vera Opĩo do-
est:si hec dictio ꝓpter q̃tũ ad primum effectũ notet ctoris.
causam finalem:q̃tũ ad scđm meritoriã.sicut hec est
vera:sortes albedĩe est albus ꝛ silis platoni diuersis
causalitatibus.si vero non potest hec dictio propter
sil̃ notare illas causalitates:dicẽdũ est ꝙ illa est falsa.

Tertio q̃rit̃ vtrũ predestinato insit aliq̃d bonũ Queritur
ex eo ꝙ est predestiatus.videt̃ ꝙ sic.quia dicit tertio.
aug.sup iohãnem ꝙ melius fuit nathanaeli celos ei P
aperiri/ꝛ necessariũ naturã in christo cognoscere:q̃ esse Augustin9
predestinatũ.ergo nathanael habuit aliq̃d bonũ ex
eo ꝙ fuit predestiatus.Item dicit aug.ꝙ p̃destiatio Ad idem.
multis fuit causa standi ꝛ nulli causa merendi:ergo augustin9.
predestinatio est aliq̃d bonũ in predestinato qđ est ei
causa standi ꝛ citius resurgẽdi. Itẽ sumat̃ hec dictio Ad idem.
predestinatus noĩaliter:sicut hoc nomen reprobus.
hec est vera:iste est p̃destinatus.demonstrato aliquo
predestinato qui est in aliquo pctõ mortali.ꝫ forma
copulata per hoc nomẽ predestinatus inest isti:ergo
aliq̃d bonũ inest isti ex eo ꝙ ẽ predestinatus.ꝫ aliq̃d
malũ inest reprobo ex eo ꝙ est reprobatus.Aut ma
lum culpe:aut pene.si culpe:nõ nisi origĩale.sꝫ illud
idem erat in iacob:ergo iacob erat reprobus.et hoc
falsum.si pene.sed oĩs pena infligitur pro pctõ:sꝫ in
esau non erat peccatũ nisi originale.sed idem erat in
iacob:ꝫ ꝛ pena illius:ergo iacob habuit malũ repro
bationis. Item si in isto predestinato qui est in pctõ Ad idem.
mortali est bonum predestinatiõis illud est aliquod
accidens:aut est relatio:aut qualitas aliqua bona.si
relatio:ꝫ habet aliquã causam/aliquã qualitatẽ/aut
quãtitatẽ vel actionẽ bonã:ꝛ nichil tale est assignare
in isto.si illud bonũ est absolutũ:ergo nõ depẽdet de
futuro:ꝫ necessariũ est istum esse predestinatũ.et hoc Opinio do
falsũ.Ad hoc dicimus ꝙ nullũ bonũ inest p̃destiato ctoris.

Glosa. ordines. vñ sicut dicit glosa. ea que sequunt addūtur ad explanationē septem beatitudinū. explanātur enī septē btitudīes per ea q sequūtur ⁊ adaptant ordinibus angelorum. Exprimit enī status pbatōnis ⁊ officiū potestatū per hoc qd subdit. Beati qui persecutionē patiūtur propter iusticiam. status autē prelationis ⁊ officiū dominātū exprimitur cū dicitur Uos estis sal terre. quia sale sapiētie debetis salire subditos vros qd est eos facere sapiētes ⁊ deiformes. hoc enī est officiū ierarchie vt dictum est. status vero filialis reuerentie qui pertinet ad principatus exprimit a domio vbi dicit. Sic luceāt opa vestra corā hoībus vt glorificetur pater vester qui in celis est. status vero plene quietis qui respōdet thronis ostēditur a dño cū dicit Math. v. ⁊ Luce. vi. Si quis percusserit te invnam ⁊c. gradus vero cherubin ⁊ seraphin ostenditur a dño in hoībus cū dicit Uos estis lux mūdi. In luce enī duo notātur. sz cognitionis illuminatio: ⁊ amoris ardor
Ad scdm. Ad secundo obiectū dicimus q beatus Bernardus distinguit tres modos diligendi deū. primo enī debz diligi deus sapiēter id est discrete. vt nichil preter ipsum diligatur. secundo dulciter: vt preter eius dulcedine omnia alia ei desipiant. etiam fortiter: vt nullis aduersitatibus possit auelli a deo. et sic cōprehendūtur omnes status: sed non distincte. quia in omnibus superioribus statibus inuenitur fortis dilectio. in secundo ⁊ tertio inuenitur primo dulcis. in primo aūt inuenitur sapiēs et discreta. Et per hoc patet solutio ad secundo obiectum.

¶ De distinctione ordinū fm btm dionysiū.

Postq distincti sunt ordines fm grego. restat vt distinguātur fm dionysiū. Conueniūt autē eorum distinctiones in hoc q fm prerogatiuas officiorum ⁊ numerū ipsorū donorum quibus prediti sunt angeli distinguūtur. Et hoc est qd dicit beatus dyonisius q Dyonisius vnusquisqz ordo sortit noīationē propriā excellentiā exprimentē. et huic consonat qd ait greg. vnusquisqz Gregorius ordo illius rei censet nomine: quā plenius accepit in munere. Non plenius respectu inferiorum sicut exponitur a qbusdā: sed plenius qtū ad officiū. In assigna Quō cōue tione enī triū ordinū superioris ierarchie cōueniunt. niūt et quo sed dionysius in media ierarchia pmo ponit dñatiōes mō differūt deīde virtutes: tertio loco potestates. in īferiori vero dyonisius ⁊ ponit pmo principatus: in quo disgregat a gregorio. gregorius Reliqui duo sz archāgeli ⁊ angeli ab vtroqz similit ordinant. Querit aūt dionysius cum inferiores spūs questio btī appropriata noīatōe censeant angeli: quare vocabu dyonisij. lum illud ad oēs spiritus extendat. Et ad hoc soluit Solutio. ipse q oēs sūt manifestatiui silitudinis dei in hoībus. hoc aūt vicinius/propinquius/ac familiarius faciunt angeli infimi ordinis. hoc aūt ⁊ solū est eorum dignitas. vnde licet ad eos restringat nomen angeli: tñ ad ceteros ampliat propter officiū qd oibus est cōe. Sz videtur q aut gregorius aut dionysius preposteram faceret assignationē. Respōdemus q nō est inter eos discrepātia: nisi fm supficiē. nec ē ibi realis pposteratio: sed tm̄ noīalis. q2 dñatiōes fm dionysiū mouent in deū et ei famulantur omī seruitute deposita absqz reflexiōe ad cōmodū temporale vel eternum. et hoc etiā docent hoīes. hoc aūt officiū habēt principatus fm greg. qui solo reuerētie filialis motu amant deū et bona eius: nō sibi sed illi. Itē dñatiōes fm grego. Alia ratio essentialiter idem sunt q virtutes scdm dionysiū. q2 virtutis fm dionysiuz est docere prelatos vt facile et perseuerāter q ad officiū prelatiōis attinēt exequant gaudēter tollerādo. sicut dr in actib⁹. Ibāt apostoli gaudentes. ⁊c. et in canticis. Canticorum. v. tornatiles vocant prelati quo ad facilitatē operum. idem autez opus dñationū scdm greg. Item ad principatus fm Alia ratio dionysiū pertinet vniuersalis ducatus ⁊ vlē regimen in dei silitudinē. hoc aūt facere virtutū est fm assignationē gregorij. In potestatibus vero cōueniūt: quarum est (vt ait dionysius) cadere ne aliquid aduersū possit nocere. in archāgelis etiā non discrepāt: licet beatus dionysius dicat q eorum sit prophetias reuelare. vt gabrielis qui nūctius fuit incarnatiōis. q2 eoipso ptinet ad eos docere hoīes ytutes christi q sz sunt purgatorie. Sic ergo patet quomōvtraqz assignatio alterā vicissim includat. cum q essentialit reducat ad alterā nulla debet esse de noibus contentio. Sed magister Obiectioz hugo de scto victore ponit in questione. cū btūs dio predicta. nisius habuit ab aplo qcqd dixit de hmōi ierarchijs quia apls vidit intuitu dei que ei reuelauit. vñ btūs dyonisius vocat eum preceptorē et mgrm. nō debuit (vt videt) alium ordinē angelorum ponere q illū quem ponit aplus ad Ephe. 3. dicens. Multiformē sapiam suā reuelauit deus dñationib⁹. ⁊c. Non autē sic ordinantur a dyonisio sicut ibi ordinant ab apostolo. Ad Solutio. qd rñdit isdem magister hugo q non nominātur ab apostolo ad ordinādū sed ad ostēdendū quibus per aplos reuelatū fuerit mysteriū incarnatōis. prius enī nō angelis innotuit. sed sicut dt Isaias. lxiij. in psona eorum. Quis est iste qui venit de edom. ⁊c. Et ipsemet

mgr hugo addit inquiēs. ⁊ si qua alia ratio est quam non possum videre mō. Non est aūt pretermittēdum quod dicit btūs dionysius q ierarchie est regere se ⁊ etiam alios in dei similitudie ⁊ per dei similitudinē. hoc enī est facere hoīes deiformes. vnde isdē dicit q ierarchia est imitatio ad deū ⁊ vnitas qtum possibile est. Inquit xps. Johis. xvij. Rogo vt ipi vnum sint
Obiectioz sicut ⁊ nos vnum sumus. Facta distinctione ordinū in
istā obiecti nouenariū opponit in ɔtrariū ex ybis beati dionysij.
onē ordinū ait enī seraphin eē mobile calidū acutum incessabile feruidum superferuens. Mobile dicit propter naturā ignis siue amoris. est ergo in eo motus amoris. Ois aūt motus (vt asserit Aug.) est ad aliqd adipiscendū vel non amittēdum. nam omnis motus imitātis aut fugiētis aliqd est. sz cōstat q motus quo dr seraphin mobile: non est motus fuge sed potius imitatiōis et electionis. talis enim motus semp est ad nobiliorē ⁊ dignorē statum acquirendū q sit status in quo est id qd mouet ad ipm: altas enī non moueretur ad illū. nam finis melior est ⁊ magis eligendus his q ad finē q status ille excellentior est q status seraphin ex quo seraphin mouetur ad eū. q ab illo deberet noiationē recipere ordo aliquis: qui tāto erit dignior seraphin quāto gradus gradū precellit. ⁊ sic videt q seraphin
Rō p quaz nō sit ordo nouissimus aut supremus. Opponit etiā
pbat oppo de ybis dionysij. nam cum deus sit centrum prorsus
situm. imobile. quāto aūt aliquid vicinius est centro: tanto minus habet de motu. seraphin aūt cōiūctione imediatissima appropīquat deo. quō est verum seraphin
Scda rō. eē mobile sicut dicit dionysius. Itē seraphin vocatur
Rō in ɔriū acutum ab ipo: q2 penetrat vsqz ad archana dei. Sed cōtrariū videt dicere dionysius cum dicit q mouetur
Solutio. circa diuina. si enī circuit non penetrat. Responsionē qd sit motus quo seraphin dicit mobile aperit btūs pertus. prima Petri primo dicēs. In quē desiderāt
Hugo angeli pspicere. Et mgr hugo de scōvictore exponit terminū illius motus. dicit enī q in cognitiōe siue in cognoscere est motus ille. quia illud cognoscere est videre/gustare/⁊ sic de alijs sensib⁹ spūalibus. vñ est status oīm bonorū cōgregatione pfectus. et iō dicit
Augustin⁹ aug. q visio est tota merces. Et sic simpliciter potior est cognitio q dilectio. tñ q2 dilectōnis q est bonitas ipsius visionis perfectio cōsūmatiua et augmētatiua atqz ɔseruatiua penes desideriū amoris cōsistit: sicut superius diffusius monstratū est. cōsummatiuū autē
Ad primaz naturā suppositionis hz. ideo amor visioni suppo-
opponēm. nitur: ⁊ ordo seraphin ordini cherubin. ⁊ sic soluit pria
Ad scdam oppo sitio. Ad aliā rñdendū est q est motus labori
duplex mo sus qui est actus imperfectus. qui quanto magis in-
tus qui sit cendit: tanto amplius elongat id qd mouet a centro
in deum. imobili qd est de⁹: et is est motus inferiorum mobiliū seu naturalium. Est et alter motus qui poti⁹ causatiuus est quietis: imo quietationē auget ⁊ cōplet eo q appropinquat ad deum: ⁊ vnit deo: qui solus stabilisqz manēs dat cūcta moueri. ⁊ iste motus in supmis spiritibus locum habet. tali igitur motu denoīatur
Ad tertiū. seraphin mobile. Ad tertiū et vltimū respōdendū q licet seraphin diuine maiestatis archana rimet ex pte qtum se extēdit possibilitas creature: verūtñ diuinitatis celsitudinē nō attingit. illū eniz gradū retinuit sibi trinitas: que sola suijpsius contēplatrix est. q2 sic sibi soli nota est et homini assumpto qui est tertia in trinitate psona. et ideo seraphin dicit penetrare circa diuina: non autē penetrare diuina.

¶ Quartus tractatus.

Dicto de ordinibus ⁊ misterio angelorum gñalit: dicēdum est specialiter de ministerio angelorū qui custodiūt homines: scilz de angelis deputatis ad custodiam hominum. Dicit aūt auctoritas sup illud euāgel. Math. 18. Angeli eorū semp vident faciem patris mei qui in celis est. Magna dignitas animarum: quibus deputati sunt angeli ad custodiam. Cuilibet aīme (sicut dicit auctoritas) deputati sunt duo āgeli. vnus ad custodiam: reliquus ad exercitiū. Circa hāc questionem primo querit vtrum angelus qui deputatus est ad custodiā hominis: semp custodiat hoīez cum effectu. scdo vtrū angelus custodiens petōrem: suo desiderio frustret. tertio vtrum deus frustret sua intētione qua dat homini angelū malū ad exercitiū. quarto vtrū angelus aliqs deputatus fuerit christo ad custodiam: silīter vtrum antichristo fuerit aliquis angelus deputatus ad custodiam. quīto vtrum diabolus intret in cor peccatoris: et vtrum sit immissor malarum cogitationū. sexto vtrum bonus angelus aliquādo relinquat hoīem propter peccatū. septimo vtrum diabolus cesset aliqñ a tēptatione. octauo de illo verbo Job. 25. Qui facit ɔcordiā in sublimibus Job. xxv. suis. nono dicemus de merito bonorū angelorum. decimo et vltimo vtrum angeli priuent suo premio: scilicet gaudio quod habent de conuersione hoīm.

¶ Questio vtrum angelus semp custodiat hoīem cum effectu.

Circa primū. videt q āgelus sp custodiat hoīez cum effectu sic. q2 amicus ē ⁊ habet hoc in mā- Prima rō datū. bonus autē est ⁊ obediēs ⁊ ṗterea fortior est in infinitū diabolo: q potest eū oīno reprimere. et scit ⁊ vult. igitur. ⁊c. Preterea. angelus deputatus est ad Scda rō. custodiā hoīs: sed angelus sp facit qd debet facere: q angelus sp custodit hoīem. igit homo semp custodit ab angelo: igitur homo nunq peccat. Ad hoc dicūt Solutō ali quidā q nō valet hec argumētatio: angelus custodit quorum hoīem: ergo homo custodit ab angelo. et hoc pter auctoritatē Hieremie. 51. Curauimus babylonem: ⁊ non est sanata. Sed hec solutio nulla est: q2 si vniformiter sumat actiuum ⁊ passiuū: cōclusio vera est sicut Improbat doctor hāc opinionem prima. ¶ Solutio. Custodire accipit dupliciter: quia Solutio. custodire precise potest dici de āgelo nichil omittēte de cōtingētibus qtum in se est ad hoc vt homo non peccet. ⁊ fm hoc angelus semp custodit hoīem: ⁊ hō semp custodit. sed non sequit: homo semp custodit: q non peccat. ⁊ ē ibi fallacia fm ɔsequēs. licet enī illa Fallā ɔñtis. sint sibi adiūcta: non tñ ex necessitate. sicut hic. iste est comptus ⁊ errabūdus de nocte: q est adulter. Si yo custodire dicit angelus. i. per suū officiū facere vt hō nō peccet. fm hoc nec angelus semp custodit hoīem: nec semp homo custodit ab angelo. quia si hoc esset: nunq peccaret. angelus tñ semp cōsequit finem qtū in se est. q2 nichil omittit de ɔtingētibus sicut orator vel medicus vt sit bonus vult istum saluū fieri sicut deus scilicet qtum in se est.

¶ Questio vtrum angelus malus datus sit homini a deo ad exercitium.

Circa scdm sic qrit. Angelus mal⁹ datus est hoī Scda qstio a deo ad exercitiū: sz vt cautior ⁊ humilior fiat h⁹ tractat⁹ et ad hoc dat ei a deo: igit deus vult q iste fiat inde Prima rō cautior. sed non fit. sit ita. q non quicqd deus vult fit.

Solutio ꝙ rundam

Ad hoc dicunt quidã ꝙ cum dicit̃.angelus datus est hoĩ a deo ad exercitiũ:vt hõ exerceatur.iste dictões ad.vt.diuersas hñt significatões. qñq; enĩ significant cãm finalẽ.vt ibi.Paulo datus est stimulus sathane vt hũiliet̃:vel ad hũliatiõnẽ.qñq; notãt cõsecutionẽ vt ibi.Lex subintrauit:vt abũdaret delictũ.ad Ro.v. qñq; debitum siue obligationem:vt hic. sed ſm hoc probatur ꝙ obligatio sit circũstãtia obligatõis:vt cũ dicitur iste obligat̃ vt faciat hoc vel ad faciendũ hoc.

Probat̃.

Opinio doctoris.

Hos ño dicimus ꝙ hmõi dictiones in tali loco significant causam finalem:ꝛ non valet illa argumẽtatio. deus donat istũ angelũ ad exercitiũ istius/ vel vt iste exerceat̃:ergo deus vult vt iste exerceat̃.et debemus inferre.ꝯ vult vel vellet ꝙ iste exerceatur.Si enĩ iste exercet̃:vult hoc deus. si aũt non exercetur non vult sed vellet:quia paratus est velle ꝙtum in se est.nñq; enĩ vult ꝙ diabolus exerceat cum ſm illos qui dicũt ꝙ actio mala ẽ a diabolo ꝛ nõ a deo.sed ſm illos qui dicunt ꝙ oĩs actio est a deo vera est hec.deus vult ꝙ diabolus exerceat istũ. demõstrato illo quẽ exercet. qz hoc verbũ exercet nullã notat deformitatẽ.

Bernard⁹.

Tertio querit̃ vtrum angelus bonus frustretur a desiderio suo:ꝛvtrum tristetur de casu hoĩs. videl̃ ꝙ sic.quia gaudet de resurrectiõe illius. Item delectatio est ei ex ꝓiectiõe cõueniẽtis cũ conueniẽti: ergo tristicia ex separatiõe. Item bt̃us bernũ. Malos angelos inuidie passio: bonos cõpassio mouet: vt sic semp in nos attendãt. Itẽ ysaias.xxxiij. Angeli pacis amare flebũt. Item christus fleuit ꝓ pctis iudeoꝝ. Videns inquit ciuitatẽ.ꝛc.Luce.xix. Item sup illud psal.lxviij. Quesiui qui simul cõtristaretur. glosa.ꝙ apostoli tristes erant de morte christi. solus christus tristis erat de peccatis iudeoꝝ. Tristicia illa nõ erat sensualitatis que pctã non attingit:sed ãime rõnalis ſm quã christus magis erat cõfirmatus ꝙ angelus.

Frima re sponsio.

Scda responsio.

Opio doctoris.

Frima rõ

Scda rõ.

Solutõ alĩ quorum

Improbatio huĩ opinionis.

Resolutio doctoris.

Quarto querit̃ vtrum christus habuit angelum ad custoditã sui.qđ videtur.quia super illũ locũ psal.90. Angelis suis mandauit de te.dicit glosa ꝙ hoc intelligit̃ tam de capite ꝙ de mẽbris. Et post ðr in euãgelio.Luce.22.ꝙ angelus astitit ei cõfortans eum.et si astabat et ꝛ cõfortabat eum:ꝯ custodiebat eum. Cõtra.dicit greg.super matheũ ꝛ lucam.ꝙ illa auctoritas Angelis suis mandauit.ꝛc.non intelligit̃ de capite:sed de mẽbris.ꝛ itez dicit glosa ꝙ illud qđ bene intelligit̃ de mẽbris:diabolus male itellexit de capite. Preterea ,pbat̃ hac rõne.qz fortioꝛ ꝛ potentioꝛ erat christus omni angelo etiã ſm ꝙ homo:ergo nõ indigebat custodia:ꝯ supflue deputat⁹ eẽt ei ãgelus ad custodiam. Ad hoc est cõis solutio ꝙ angelus nõ fuit deo deputatus ad custodiẽdũ sed ad miſtrandũ. Qđ igit̃ dicit glosa ꝙ illa auctoritas nõ intelligit̃ de capite:intelligẽdũ est pncipaliter et aperte.sicut ðr 3.Regũ.8.in Deutero.ꝙ in archa erãt tantũ tabule testamẽti:intelligẽdum est pncipaliter.quia preter tabulas erat ibi vrna aurea ĩ qua erat mãna ꝛ deuteronomiũ ꝛ virga aaron. Qđ autẽ dicit̃ Angelis suis mãdauit de te vt custodiãt te.sic intelligit̃.vt custodiant te et assistant tibi ad ministrandum.et ponitur impꝛoprie vt custodiãt.sikter cum dicitur Astitit illi angelus cõfortans eum.intelligẽdũ est sic.cõfortans eum.i.habẽs se ad modum confortãtis. Illa autem auctoritas.qđ intelligit̃ de mẽbris:intellexit diabol⁹ male de capite.sic itelligẽda est.qđ plane de mẽbris est verum:et diabolus male.i.peruerse intelligit de capite.quia itelligebat diabolus christum indigere custodia angeloꝝ. Sed ab istis qui hoc dicũt querit̃. cum christus eẽt in aliquo minoꝛ angelis:vt in eo ꝙ moꝛtalis ꝛ in eo ꝙ hẽbat aĩam passibilẽ per sensualitatem.quare non potuit habere angelũ cõuenienter ad sui custodiã in eo ꝙ erat minoꝛ eis.maxime cum scriptura psalmoꝛ hoc dicat. Si dicatur ꝙ ideo quia supfluũ eẽt:qz fortioꝛ erat illis.verũ est ſm deitatẽ ꝛ ſm virtutes:sed non ſm sensualitatẽ.quid ꝯ impedit quin hẽret ãgelũ ad custodiam ꝑtũ ad sensualitatẽ. Si dicat ꝙ ideo quia sufficiebat sibi ad custodiã sue sensualitatis:eadem ratione cum ipse sufficies sit ad custodiam oĩm hoĩm:supfluũ est ꝙ aliquẽ angelum deputet ad custodiã alicuius hoĩs. Licet enim deus sit sufficiens ad custodiã oĩm hoĩm:vult tñ deputare angelos ad custodiã hoĩm:ꝛ ꝓpter mertũ angeloꝝ ꝛ ꝓpter mutuũ amoꝛẽ hoĩs ꝛ angeli:et ꝓpter hoc vt homo itelligat suã dignitatẽ. Propter hoc nobis videt̃ ꝙ aliquis angelus ꝓprie custoditerit christũ: sicut dicit scriptura psalmoꝛũ ꝛ glosa.et ſm hoc non oportet dici ꝙ verbũ custodiẽdi impꝛopꝛie ponat̃ in psalmo.90.vbi ðr.Custodiant te in oĩbus viis tuis. poterat enim supplere defectus christi ãgelus quos assumpsit cum nĩa natura.vt qñ per ministerũ ãgeli venit piscis ad petrũ:in cuius oꝛe inuenit petrus ſtaterem siue didragma qđ soluit petrus ꝓ se ꝛ ꝓ dño. Eodẽ mõ ad supplẽdũ alios defectus.f.sitis/esurtei/ ꝛ hmõi alios defectus sensualitatis potuit hñe ãgelũ ad sui custodiã. Sed̃z hoc intelligẽde sũt alie auctoritates vt ꝓius:excepta illa ꝙ ðr ꝙ astitit et angelus cõfortans eum.quã sic exponũt magistri.cõfortãs.i. habens se ad modũ cõfortantis. Sed ↄtra. Angelus aut loq̃bat̃ christo suo modo:aut non.si non.quomõ ergo confortabat eum:si sic.non nisi sic.noli timere: quia ꝓpe est resurrectio.vel aliquo tali mõ.ſ hoc est ꝓprie cõfortare:ergo ꝓprie confortabat eum angelus. Si hoc.cõtra. Angelus confortabat eũ sic. noli timere:quia ꝓpe est resurrectio.sic ꝯ docebat summã sapientiã.ergo supflue cum incõparabilis sit scientia angeli sapientie christi.

Ↄtra hoc aĩ

Solutio.

Psal.xli.

Solutio.

Quinto querit̃ vtrũ diabolus intret in coꝛ hoĩs: ꝛ vtrũ sit immissoꝛ malarum cogitationũ. Qđ videt̃.quia dicit greg.sup tosue ꝙ virtutes angelice intra nos sunt. Idẽ dicit glosa sup illũ locũ Bñdicite oĩa que intra nos sunt dño. Si ꝯ bont angeli intrant coꝛda hoĩm qñ ꝓsident eis:eadẽ rõne diabolus qñ ꝓsidet eis. Preterea in euãgelio Jobis.13.dicitur ꝙ diabolus intrauit in coꝛ iude. Dicimus ꝙ re vera nec bonus angelus nec malus illabit̃ in coꝛ hoĩs.i.in aĩam hoĩs vt intret in ipsam per essentiã:sed tñ per potẽtiã ꝛ dñium:sicz per suggestionẽ quã extra opat̃ dñat̃.sicut ðr Osee.7.Oĩes adulterãtes ꝙsi clibanus succensus a coquente. Item querit̃ vtrũ diabolus sit immissoꝛ malarum cogitationũ. Videt̃ ꝙ non.qz sup illũ locũ euãgelij.Mathei.16.De coꝛde exeũt male cogitatões/furta/homicidia.ꝛc. dicit beda.diabolus nõ est inissoꝛ malaꝝ cogitationũ:ſ incẽſoꝛ. Preꝛea. diabolus nõ immittit homini malam volũtatẽ.quia si hoc esset:peccaret homo vellet nollet.ꝯ eadẽ rõne non immittit ei malã cogitationẽ. Preterea.bonus angelus non immittit ei bonã voluntatem vel cogitationẽ:ergo nec malus malã. Contra. Habuzardan incẽdit ihrlm:sed ꝓius eam cepit.ꝯ diabolus ꝓius capit ciuitatẽ cordis hũam ꝙ eam succendat.sed non capit eam nisi immittẽdo malã volũtatẽ vel cogitationẽ:quia non posset dici ꝙ aliter caperet eam.ergo diabolus immittit malã cogitationẽ vel volũtatem. Preterea.dicitur in euãgelio Jobis.13.ꝙ diabolus intrauit in coꝛ iude vt traderet dñm. Preterea. diabolus cõsulit hoĩ malũ:sicut bonus angelus bonũ.ſ ille qui cõsulit immittit cogitationẽ illi cui cõsulit:qz facit tm cogitare de eo de quo consulit:ꝯ diabolus immittit homini malã cogitatiões. Preꝛea.si nichil immitteret in coꝛ hoĩs diabolus quõ tẽptaret sctos? Monvidet̃ ꝙ posset dici quõ.et si non poterit aliquid immittere in coꝛ hoĩs:quõ incendit? non videt̃ posse dici. Preterea.angelus malus et anima nostra sunt cõuenientia:earũdem enĩ ꝓprietatũ etiã accidẽtalũ sunt susceptibles:ergo spialit̃ se cõtingere possunt. igitur sicut corpus calidũ calefacit aliqđ corpus qđ tangit:eodem mõ diabolus aĩaz quã spialiter tãgit ſm suã ,ꝓprietatẽ immutabit.ꝯ potens est diabolus immutare aĩam ſm maliciam:ꝛ ita erit immissoꝛ malarũ cogitationũ. Solutio. Dicimus ꝙ re vera diabolus immissoꝛ est cogitationũ.primo vno modo quia imagines rerum sensibilium delectantium impꝛimit instrumento imaginationis.quia data est ei potestas vt misceat seipz sensibili ꝛ immutet ipm quãdoqz sicut pmittit imaginibus rerum delectabiliũ:ꝛ sic immittit cogitatiões de rebus delectabilibus.sicut aliqs ponens ante me aliqđ speculũ immittit michi visum rei ꝙ resultat in speculo. Scit enĩ diabol⁹ ꝙ delectabile apphẽsum mouet.et ideo immittit apphensionẽ rei delectabilis:vt moueat hoĩem ad concupiscendũ rem delectabilẽ.et sic potest immittere cogitatiõem mali.sed nõ potest immittere cogitationẽ malã que sit peccatũ que est malavoluntas.ſm ꝙ dicit̃ peccat cogitatiõe. Et bene dicit beda ꝙ diabolus nõ est immissoꝛ malaꝝ cogitationũ.i.malarũ voluntatũ.quia non eas immittit ꝓprie nisi per occasionẽ vel causam voluntatũ.sicut apprehensio delectabilis gñat malã volũtatẽ:non tanꝯ causa necessaria sed tanꝯ occasio vel causa voluntaria. Alio modo immittit diabolus cogitationẽ malã sicz per modũ ꝓsultis:sicut ãgelus

Frima rõ Bregorius

Scda ratio Solutio.

ꝯ vtrũ diabolus sit immissoꝛ malarum cogitationũ.

In oppom Solutio.

Scda rõ.

Tertia rõ.

Quarta rõ

Quinta rõ

Solutio.

Tertius tractatus.

Bregorius

Johis.xij. Luce.xix.

Triplex passio.

Hosa.

Hosa.

Hosa.

Alia ratio

Solutio.

Hosa.

Expõglose

Optia ꝙo.

Quartus tractatus. Fo.XLV.

Questio vtrũ angelus bonus frustretur desiderio suo:et vtrũ tristet̃ de casu hoĩs.

Questio vtrum christus habuit angelum ad custodiam sui.

Questio vtrũ diabolus intret in coꝛ hominis.

bonus immittit cogitationem boni.⁊ talis immissio
suggestio dicit.qua aũt lingua vocat angelus bonus
vel malus cõsulendo homini vel ãmonendo:semotũ
est a sensibus nostris.Hoc vltĩo mõ potest diabolus
tẽptare hoiem de iuisibilibus:vt qñ facit hominem
errare in fide.per hoc patet solutio ad omnia.

¶Questio vtrũ angelus datus homini ad custodiã
ipsius:aliquando deserat ipsum propter peccatum.

SExto q̃rit vtrũ angelus datus hoĩ ad custodiã
ipsius aliqñ ipm deserat propter peccatũ.Qd
Prima rõ. videt.qꝛ vt dicit Isa.5.loquẽs de vinea dñi.Auferã
Scda rõ. ab ea sepem.dt glosa.i.custodiã angeloꝝ.Itẽ sicut
dicit in euangelio nazarenoꝝ.imminẽte captiuitate
iudeoꝝ dixerunt angeli.trãsmigremus ab his sedi-
Tertia rõ. bus.Preterea.dicunt angeli de babylõe.Hiere.51.
Curauimus babylonẽ ⁊ non est curata vel sanata.dt
Glosa. glosa.sub sũma medicoꝝ sunt ãgeli medici curãtes
aĩas:quos a nobis repellimus cum eoꝝ consilio non
Glosa. acquiescimus.et iteꝝ dicit ibi glosa ex persona eoꝝ.
Alia ratio Relinquamus eos:ne in manus nr̃as moriãtur.Itẽ
hieronim⁹ dicit hierony.Maledictus qui confidit in hoĩe.i.qui
Alia ratio nõ habet deum hospitẽ:nec presidia angeloꝝ.Item
in Isa.13.de babylõe.Nõ erũt pastores.glõ.i.angeli
qui presunt hũano generi.His auctoritatibus pbat
In oppoᵐ ꝙ ãgeli deserũt hoies propter pctã.Sed ꝯtra.Cum
hoies peccant tunc sunt infirmiores ⁊ magis indigẽt
medicis:igitur tunc nõ debent deseri ab angelis qui
sunt eoꝝ medici.vicium eñi esset medico si desereret
Scda rõ. infirmũ suũ cum magis indigeret eo.Preterea.de
nemine desperãdum est dum est in via:g angelus nõ
deberet desperare de hoie quẽ habet in sua custodia
igitur nõ debet ipm dimittere:qꝛ medicus nõ debet
Solutio. dittere infirmũ suũ donec desperet de ipõ.¶Solu-
tio.Dicimus ꝙ ãgelus qui deputatus est homini ad
custodiã nunq̃ deserit ipm q̃tum ad custodiam quin
paratus sit sp auxiliari si hõvelit.qñq3 tamen ãgelus
deserit hoiez quo ad quid:sc3 q̃tũ ad hoc ꝙ exponit
ipm tribulatiõibus et tẽptatiõibus vt inde resipiscat
⁊ cogat redire.sicut fecit dñs de filio prodigo.angeli
Solutio p̃me aucto- eñi dñm imitant oibus modis.Prima g auctoritas
ritatis. intelligit de desertione qua deserunt angeli iudeos:
vt sint in ea vilitate in qua videmus eos eẽ.Secũda
Ad secũdã auctoritas intelligit de ãgelis qui sunt gñales custo-
des vt michael.qui ante aduentũ domini erat custos
iudeoꝝ:quãdo erãt ecclesia dei.modo aũt est custos
Ad tertiã. ecclesie.Tertia auctoritas de obstinatis intelligitur
a quoꝝ custodia actualiter desistunt angeli:sicut dñs
qñq3.vñ ipe ait.Zelus meus a te recessit:non irascar
tibi ãplius.Paratus est tñ ⁊ angelus ⁊ deus ad talẽ
custodiã si redire vellent.nunq̃ eñi ex toto deseritur
Ad quartã homo ab ãgelo vel deo. Ad quartam auctoritatem
dicimus ꝙ sic debet itelligi.ꝙ ille qui cõfidit in hoie
nõ habet angelũ custodem sui in effectu:qꝛ culpa sua
caret fructu quẽ deberet habere ex custodia ãgeloꝝ.
et sic p3 ꝙ talis auctoritas intelligit de oibus pctõri
Ad vltimã bus.Ad vltimam que dicit ꝙ non erunt ibi pastores
dicim⁹ re vera.in babylõe nõ sunt angeli tanq̃ ciues:
qm̃ sunt ciues ecclesie tantũ:sed tñ sunt in babylone
tanq̃ custodes hoim deputati etiam malis hoibus.

¶Questio vtrum angelus relinquat
hoiez cui ad exercitiũ est deputatus.

SEptimo q̃rit vtrum angelus relinquat hoiem
cui ad exercitiũ est deputatus.Videtur ꝙ non.
Primo per illã auctoritatẽ beati petri.1.Petri.5. Prima rõ
Aduersari⁹ vester sp circuit.⁊c.Itẽ p illud Job.30. Scda rõ
Qui te cõedũt nunq̃ dormiũt.Itẽ p aliud Job.41. Tertia rõ.
aurũ sternet sibi quasi lutũ:⁊ radij solis sub eo erũt.
Item p illud Ecclastici.2.Fili accedẽs ad seruitutẽ Quarta rõ
⁊c.et p̃para aĩam tuã ad tẽptationẽ.Ex quo videt ꝙ
quãto pfectior est hõ:tãto magis infestat a diabolo.
Ex his videtur ꝙ nũq̃ desistat diabolus ab exercitio
tẽptationis. Sed ꝯtra.dicit btũs Jaco.4.Resistite In oppoᵐ
diabolo ⁊ fugiet a vobis.Itẽ bonus angelus in infi- Ratio scda
nitũ feruentior est in custodia q̃ malus tẽptando.qd
patet per naturam virtutis ⁊ vicij.sed bonus desistit
a custodia:g malus aliqñ desistit a tẽptatiõe.Ad idẽ
videtur facere auctoritas origenis sup numeri.puto Origenes.
inquit sane.⁊c.¶Solutio.Credimus ꝙ aliqs a deo Solutio.
purificatus ẽ ⁊ purgatus ꝙ ipse iam ascẽdit ad statũ
thronoꝝ et habet prudentiã spiritus oculatã ante ⁊
retro ad instar animaliũ.Ezech.1.et.3.et Apoca.4.
Que inq̃ prudentia se h3 ad modũ ancille hostiarie
nullũ penitus motum illicitũ permittens intrare vel
pmittẽtis intrare.sed dicẽtis.pepigi fedus cũ oculis
meis:vt non cogitarẽ de virgine.Tunc habet in tali
statu plenam victoriam de diabolo:⁊ tuncverũ est ꝙ
diabolus ipm desinit infestare:licet q̃tũ in se ẽ semp
sit paratus.sicut bonus qñq3 reliquit hoiem:licet sp
q̃tũ in se est paratus sit custodire.licet paucissimi.i.
fere nulli sint in tali statu.s3 anteq̃ plenũ de diabolo
ipse obtinuerit triũphũ potest eũ diabolus tẽptare:
sed nunq̃ relinquit eum q̃diu homo est in tali statu.
Per hãc diuersitatẽ statuũ patet solutio obiectoꝝ.
quia prime auctoritates referri habent ad statũ ante
plenã victoriam habitam de diabolo.sequẽtes vero
ad statum post plenam victoriam.

¶Questio de verbo Job.
OCtauo capitulo queritur de illo ꝟbo Job.25.
loquẽtis de deo.Qui facit ꝯcordiã in sublimi-
bus suis.In celesti hierusalẽ summa pax ẽ ⁊ summa
cõcordia inter ciues illius ciuitatis.Sed ꝯtra.videt In oppoᵐ
ibi eẽ discordia inter ciues illius ciuitatis:qꝛvidẽtur
angeli ꝯtrariã habere volũtatẽ volũtati dei:⁊ ita nõ
habere pacem.qꝛ qs restitit ei ⁊ pacẽ habuit:vident
etiã adinuicem habere ꝯtrarias volũtates.de primo
patet:quia angelus quẽ custodit diligit:⁊ ita vult ei
vitam eternã.deus autẽ vult ei mortẽ eternã.posito
ꝙ angelus nesciatvtrũ sit p̃destinatus vel reprobus:
⁊ in ꝟitate reprobus ẽ.¶Soluũt ꝙ ãgelus nõ vult Solutio.
simpliciter illud qd dubitat deum velle:sed vult sub
ꝯditiõe.s.si deusvelit.Hec solutio duplicit improba Improbat
tur in quaterno.⁊ p̃terea tertia ratio est ꝙ ex quo di-
ligũt ⁊ diligere nos tenent simpliciter:volunt nobis
vitam eternã simpliciter:licet ipsi nesciant deũ velle
cõtrariũ.Nos autẽ dicimus ꝙ facta priori positione Resolutio
angelus vult hominem quem custodit saluari ⁊ vult doctoris.
ꝯtrariũ diuine voluntati:non tñ vult cõtrarie:nec est
eius volũtas ꝯtraria volũtati diuine.cuius tres sunt
rões.Prima:qꝛ volũtatẽ suã subicit volũtati diuie Prima rõ.
⁊ paratus est reuocare cum diuinã nouerit volũtatẽ Scda rõ.
respectu cõtrarij.Scda est:qꝛ vult illd cuius ꝯtrariũ
vult deus.non volũtate ãtecedẽte sed volũtate ꝯñte.
sicut distinguit damas.Est aũtvolũtas ãtecedẽs bona Damasce⁹
dei volũtas qua ex corde ⁊ bonitate sua vult hoibus

bõa eterna.Volũtas aũt cõsequẽs siue per aliud aut
per accñs est illa quavult nõ ex corde sed q̃si coactus
⁊ inuitus humiliare ⁊ abicere filios hois dãnando ⁊
Tertia rõ. puniẽdo eos pctis exigentibus.Tertia rõ est qꝛ hoc
vult angelus ex dilectiõe qua tenet diligere ⁊ diligit
hoiem quẽ custodit et velle ei id cuius cõtrariũ vult
pbat iterũ ei deus:donec constet ei de volũtate dei.Item videt
esse discor- esse discordia inter angelos adinuicẽ.quia sicut dixit
diam inter angel⁹ danieli in Daniel.10.Angelus persaꝝ restitit
angelos. michi.qꝛ cum pphetasset hieremias iudeos a capti-
uitate babylõica liberãdos post.lxx.ãnos:illis trãs-
actis instabat daniel pro liberatiõe ppli sui:⁊ ãgelus
eius similiter:⁊ etiam dixit ei ꝙ statim liberaret pplus.
angelus aũt persarum restitit ei:et ita discordia fuit
Alia ratio inter pplos.Itẽ videt ꝙ angelus persarũ irrõnabilẽ
habuit voluntatẽ:quia volebat persis dñium:cum tñ
plus expediret eis seruitus vel nõ dñium.n ã dñium
effert hoiem:seruitus aũt humiliat.Vnde apls.1.ad
Corith.7.Exhortamur vt si qs seruus est:nõ multũ
curet fieri liber.Item videt ꝙ angelus danielis non
haberet rõnabilẽvoluntatẽ:qꝛ volebat iudaico pplo
psperitatẽ liberationis:multo aũtvtilior ⁊ melior ⁊
Solutio. magis appetẽda est aduersitas q̃ psperitas.¶So-
lutio.Nichil aliud fuit illa resistentia nisi ꝙ angelus
persarũ reuelauit angelo danielis cum eẽt eo supior
et aliquid eẽt ei reuelatũ qd nõ ei reuelauit:inquit ei
ipm velle ꝯtrariũ eius qd deusvolebat:⁊ ille acq̃euit
Ad aliã ob et voluntatem suam voluntati diuine supposuit.Ad
iectionem. aliud dicendũ ꝙ hoc volebat angelus persarum scil3
iudeos nõdum liberari:vt satiaret et cessaret odium
persaꝝ respectu iudeoꝝ qui eos psecuti fuerãt aliqñ.
⁊ fortassis ipe erat archãgel⁹⁊ ei reuelauerat iudeos
non plene purgatos.quod tñ nõ reuelauerat angelo
Ad vltimũ danielis qui erat de simplicibus angelis.Ad vltimũ
dicimus ꝙ humiliãdis vtilior est aduersitas:sed suf-
ficienter hũiliatis magis vtilis est prosperitas.iudei
aũt hũiliati erãt satis:licet nõ vsquequaq3 sufficiẽter.

¶Questio de merito angeli boni.
NOno capitulo queritur de merito ãgeli boni.
videt enim ꝙ in instãti cõfirmatiõis meruerũt
Gregorius per auctoritatẽ greg.In angelis stantibus.⁊c. Sed
In oppoᵐ ꝯtra.Nõ meruerũt habendũ.qꝛ si sic.habẽdum illud
nõ est nisi augmentũ gratie:⁊ ita angeli infimi ordis
possent tm̃ mereri ꝙ ascenderẽt ad ordinẽ supremũ:
⁊ ita ꝙ non eẽt nisi vnus ordo.Silr̃ter nec meruerũt
Prima rõ habitũ duplici rõne.vna est qꝛ angeli mali nõ meren
tur qd habẽt:sed qd habebũt.g eodẽ modo ⁊ boni.
Scda rõ. Altera est qꝛ si qd habent merent:sequit(vt videt)ꝙ
caritatẽ merent.hanc enim quasi btitudinẽ vel partẽ
beatitudinis habent.si hoc.g idem merent seipso.i.
Solutio. caritatẽ seipsa.qd nõ potest eẽ.¶Solutio.Merent
Ad primũ quod habent.nec valet qd obicit de malo angelo.qꝛ
regalis munificentie est ⁊ largitatis qñq3 aliq̃d dare
Adscdm. anteq̃ recipiens meruerit illud.Ad scdm dicimus ꝙ
caritas inq̃tum est gratia motus eliciẽs meritorios:
principiũ est merendi ⁊ est id quo meret.inq̃tũ autẽ
est iocũdãs ⁊ delectãs siue rõne iocũditat ⁊ delecta-
tionis quã facit premium est siue id qd ipsi merent.
Replica. Q autẽ possit esse meritum ⁊ premiũ patet in laude
que et meritũ est ⁊ premiũ.cum eñi angelus gaudet
de cõuersiõe hois:illud etiã gaudiũ premiũ est.⁊ sm
hoc videt ꝙ possit homo frustrare angelum aliquo
premio.quia in potestate sua habet vt conuertat vel

non cõuertat.⁊ ita in potestate sua habet vt gaudeat
angelus vel nõ gaudeat.et ita põt angelus amittere
suũ gaudiũ ⁊ premiũ qd prius hẽbat.Ad hoc dicim⁹ Solutio.
ꝙ angelus de substantiali premio quo deũ videt ⁊ in
eo delectat nichil potest amittere:⁊ semel habitũ nõ
potest amittere.gaudiũ aũt qd habet de cõuersione
hois non est proprie premiũ ipsius nisi per accidens:
quia per bonitatẽ q̃ data est eis in premiũ gaudẽt de
bono nr̃o.Et licet incipiãt tale gaudiũ nõ habere:vt
qñ homo incipit peccare:tñ non amittũt illd.ad hoc Tria q̃ req
eñi vt dicat aliq̃d amitti:vnum istoꝝ trium exigitur: rũt ad hoc
culpa/dolor/indiscretio.Si eñi culpa mea indignus ꝙ aliq̃d di-
sum aliqua re quã prius habebã vel habere debebã cat amitti.
dicor illud amisisse.similiter si de re nõ habita doleo
potest etiã cõtingere ꝙ nec ex culpa sua perdat aliqs
nec inde doleat.tñ dicẽdum est eum amisisse:quia ex
indiscretiõe eius est ꝙ non habeat.sed nullum istoꝝ
est hic.quia nõ est hic culpa angeli ꝙ non gaudet de
cõuersione de qua prius gaudebat:sed potius est de
culpa hois.Item nõ dolet de subuersiõe istius.quia
compati non potest:cum sit confirmatus ⁊ addictus
volũtati dei:propter quã vult angelus vt permittat
homo cadere qd scit deum pmittere.Hoc etiã nõ est
ex eius indiscretiõe:imo est discretio ꝙ prius gaude
bat modo nõ gaudet.et dicunt quidam ꝙ loco illius Opinio q̃-
gaudij habet angelus maius gaudiumvel equale ex rundam.
iusticia dei qua pmittit istũ cadere.Sed hec solutio Improbat
non valet propter hoc.qꝛ ꝙ deus pmittat ipm ruere
de pctõ in pctm̃ non est optabile:licet sit vellibile.vt
ita loquar.sicut ꝙ mali puniantur in inferno non est
optabilevt supradictum est:licet sancti teneant illud
velle cum sciant illud deum velle.

¶Questio vtrũ angelus bonus tenea
tur velle quicquid scit deum velle.
CIrca hoc q̃rit vtrũ angelus bonus teneat velle
quicq̃d scit deũ velle.demonstret quidã de quo
suus angelus nescit ipsum eẽ dãnandũ.inde sic.Iste Prima rõ
angelus vult salutẽ istius:similiter vult salutẽ illius:et
sic de singulis.posito ꝙ de nullo sciat ipsum eẽ dãnã
dum.igitur vult salutẽ cuiuslibet hois.sed ipe scit ꝙ
deus nõ vult salutẽ cuiuslibet hois:g iste angelus nõ
cõformat voluntatẽ suã volũtati diuine.igit peccat.
Ad hoc dicũt ꝙ iste angelus non vult salutem istius Rñsio quo
hois absolute:sed vult si deus vult.Cõtra.ponat ꝙ rundam
isti angelo reuelet ꝙ iste saluabit.inde sic.Iste ãgel⁹ Improbat
voluit istum saluari:igit necessariũ est istum angelũ
voluisse hoc.quia hoc est dictũ de p̃teritoverũ:cuius
veritas non depẽdet ex futuro.igitur necessariũ.sed
possibile est ipm esse dãnandũ:igitur possibile ẽ hoc
totũ esse qd iste angelus voluit istum esse saluandũ ⁊
ꝙ dãnet.ergo iste potestvelle aliq̃d qd nõvult deus.
Preterea.si angeli nõ debentvelle nisi qd sciunt deũ Alia ratio
velle:pari rõne nec scti qui similiter debent conformare
voluntatem suã volũtati diuine.igitur nullus debet
velle de aliquo simpliciter ꝙ saluet.Ido dicimus ꝙ Solutõ do
angelus iste bene debet velle ꝙ iste saluet:vel istum ctoris.
esse saluãdum absolute quẽ nescit eẽ reprobum:licet
deus non velit illud.Necvalet hec argumẽtatio.iste
angelus vult salutẽ cuiuslibet hois:nec scit deũ velle
salutẽ cuiuslibet hois.igitur iste angelus vult salutẽ
alicuius hominis:cuius scit deum nõvelle.Instãtia.
posito ꝙ iste videat quẽlibet hoiem:s3 nesciat an ille
alius videat istũ vel illũ:scit tñ ꝙ nõ videt quẽlibet.

inde ſic.Iſte videt quēlibet hoīem:ꝛ ſcit ꝙ ille alius
non videt quēlꝫ hoīem:ğ aliquis eſt quē ſcit illū non
Alia ratio videre.Item angelus deſiderat ſalutē hoīs propter
tria.ſcilꝫ vt numerus angelorū reſtaureť ex hoībus.
et dixerunt quidā ꝙ de ſolis virginibus reſtaurabiť.
vnde patet ꝙ multo plures fuerūt futuri hoīes ꝙ̄ ſi
angeli non peccaſſent:ꝛ ꝙ ſumus fratres eoꝝ ꝛ amici
eiuſdē hereditatis:ꝛ qꝛ augmētabiť eoꝝ gloria cum
impleta fuerit hoībus curia celeſtis.Deſiderant igiť
angeli augmentū illius gaudij ꝛ nō habēt illud:igiť
Alia ratio non oīa optata eis ſuccedūt:ğ non ſunt btī.Preťea.
Puer.xiii. ſpes q̄ differť affligit aīam.ſicut dꝛ ſalomon Puer.13.
ergo ſpes qua expectāt angeli augmentū ſue glorie
affligit eos:quia differť eis:igitur nō ſunt beati:quia
Solutio. afflictio nō poteſt eſſe cum btītudie.¶Solutio.Eſt
Duplex de deſideriū rei ſtatim habēde:ꝛ de tali diciť Spes que
ſideriū ſcilꝫ differtur affligit aīam.Eſt etiā deſideriū rei habite in
rei hīte et ope ſuo.ſicut dꝛ de chriſto In quē deſiderant angeli
rei habēde pſpicere.Eſt etiā deſideriū rei habēde in tpe ſuo.et
tale deſideriū ſiue ſpes de tali deſiderio non affligit:
ꝛ tale deſideriū habēt angeli de augmēto glorie ſue.
Nec valet hec argumētatio.oīa optata eis nō ſucce-
dunt:ğ non ſunt beati.licet enī omnia optata q̄ deſi-
derāt in futuro nō ſuccedant eis:tñ omnia ſuccedunt
eis que optant habere nunc.et ideo ſunt beati.

¶De cognitione angelorum.

SEquiť de cognitiōe āgeloꝝ.Circa hūc tractatū
multa occurrūt dubitabilia.primum eſt vtrum
angeli melius cognoſcāt res in verbo ſiue in ſpeculo
eternitatis:ꝙ̄ in pprio gñe.ſcdm eſt:quid ſit angelū
videre in ſpeculo.tertiū eſt:vtrum angeli videāt oīa
in ſpeculo eternitatis.quartū eſt:vtrum angeli viſiōe
qua vidēt res in proprio genere videāt eas p mediū
vel ſine medio.quintū:quomō intelligēda ſit aucto-
ritas apſt qua dꝛ.Multiformis ſapiētia dei innotuit
per eccleſiā poteſtatibus et principatibus.ſextum et
vltimum eſt vtrum ſciētia angelorum quā habent in
verbo ſit neceſſaria.

¶Queſtio vtrū angeli melius cognoſcāt
res in verbo ꝙ̄ in proprio genere.

CIrca primū capitulū queriť primo.vtrū angeli
melius cognoſcāt res in verbo ꝙ̄ in pprio gñe.
Prima rō pbať ꝙ ſic.quia dicit btūs aug.ſup illū locū Geñ.1.
Auguſtin⁹ Fiat firmamētū.ꝛc.ꝙ fiat pertinet ad factionē rei in
verbo:fecit ad factionē in cognitiōe angeloꝝ:factum
eſt aūt pertinet ad factionem rei in pprio gñe.cetera
ğ ab angelis prius facta ſunt in ſapīa:poſt in āgelorū
cognitione:tādem in ſuo gñe.Inde ſic.Fieri in ſapīa
nō eſt ſimpliciť fieri:ſiliter fieri in cognitiōe angeloꝝ
nō eſt ſimpliciť fieri.qꝛ ſi hoc eſſet ſupflueret tertius
modus fiendi.ergo angeli nō cognoſcunt res in vbo
ſm ſe ꝛ ſimpliciter:qꝛ ibi nō ſunt ſm ſe nec ſimpliciť:
ſed cognoſcūt eas in proprio gñe ſm ſe ꝛ ſimpliciter.
ergo melius cognoſcunť res in pprio gñe ꝙ̄ in vbo.
quia qd p ſe cognoſciť ꝛ ſimpliciter:magis cognoſci
Alia ratio tur ꝙ̄ illud qd nec per ſe nec ſimpliciter.Itē indirecte
Verius cognoſciť res in vbo ꝙ̄ in proprio gñe:ſꝫ qd
verius cogſcibile eſt/verius eſt:qꝛ nō vere cognoſciť
res niſi ſm ꝙ ens.ğ verius ē res in verbo ꝙ̄ in pprio
genere.ſed ex hoc ꝙ eſt in pprio gñe ſimpliciter eſt:
igitur ex hoc ꝙ res ſunt in vbo multo fortius debēt
Tertia rō. dici eē ſimpliciter.Tertio ſic.verius cognoſciť deus
in propria natura ſua ꝙ̄ in ſpeculo ſuo:igitur eadem
rōne melius cognoſciť res in ſe ꝙ̄ in ſuo ſpeculo ſiue
ꝙ̄ in ſuo vbo. Quarto ſic.q̄ videt rem in ſpeculo nō Quarta rō
pprie videt illam.quod probať per hoc ꝙ deus non
pprie videť.dicit enī btūs iohēs.Ioh.1.ꝙ deū nemo
vidit vnq̄.ſed cum videtur res per ſpeculū:eius idea
ſiue ſilitudo videť pprie.A ſimili.cū angeli cogſcūt
creaturā in verbo:non proprie ipſam ſed eius ideam
cognoſcūt in vbo.ğ non ita pprie cognoſcūt in vbo
ſicut in pprio gñe:ğ magis cognoſcūt rem in pprio
gñe ꝙ̄ in vbo.Item dicit btūs aug.Oēs res in vbo Alia ratio
ſunt:vnū et oīa ſunt ibi vnū.igiť oīa ſunt ibi indiſtīcta Auguſtin⁹
et nō cognoſcunť res in vbo niſi ſm ꝙ ibi ſunt.ğ res
cognoſcūtur in vbo vt indiſtincte:ſed in proprio gñe
cognoſcunť vt diſtincte.ergo melius cognoſcūtur in
pprio genere ꝙ̄ in vbo. Item res in ſe cognoſcūtur Alia ratio
per cauſas neceſſarias ꝛ imediatas:qꝛ per ſillogiſmū
demōſtratiuū.in verbo nō cognoſcunť niſi p cauſam
cōtingentē.quia non ſequitur ꝙ ſi res ſit in verbo ꝙ
neceſſariū ſit ipaꝫ eſſe futurā.igitur verius cognoſcū
tur in ſe ꝙ̄ in vbo. Cōtra rōnabiliť obiciť.dicit btūs In oppoᵐ
aug.in.xi.libro de ciuitate dei.Angeli creaturā me- Aug.xi.de
lius in ſapientia dei tanq̄ in arte in qua facta eſt ꝙ̄ in ciuitate dei
ſeipſa ſciunt:et p hoc ſeipſos ibi melius ꝙ̄ in ſeipſis.
ibi enī tanq̄ in matutina cognitiōe:in ſeipſis tanq̄ in
veſptina vidēt.Item ſup illū locū Geñ.1.Fiat firma
mentū.ꝛc.dicit btūs aug.Veſpera huius lucis eſt cū Auguſtin⁹
firmamētū nō iam in vbo dei ſicut ante:ſed in ppria
natura cognoſcitur.que cognitio qꝛ minor eſt:veſpa
vocať.et ita multū ineſt inter cognitionē rei in vbo:
ꝛ cognitionē eius in ppria natura.vt illud ad mane
pertineat:hoc ad veſperam.Et infra dicit.prelucet q̄
in verbo ē cognitio. His oībus auctoritatibus dicit
aperte btūs aug.ꝙ melius cognoſcūtur res in verbo
ꝙ̄ in ppria ſua natura. Qd etiā probať rōnibus ſic. Idez pbať
Res nō habet cogſci niſi in ſua luce vel in ſua cauſa: rōnibus.
ſed ſm ꝙ cognoſciť in verbo/cognoſciť in ſua vera ꝛ Prima rō
ſūma luce:in ſua vera ꝛ ſūma cauſa.ğ veri⁹ cognoſci-
tur in vbo ꝙ̄ alibi:ğ melius cognoſciť in verbo ꝙ̄ in
ſua natura.Qd hac rōne cōcedimus cum beato aug.
Opinio enī aug.fuit ꝙ oīa creata fuerūt ſimul:nō tm̄ opīo aug.
materialiter ſed ꝛ forāliter.ꝛ opa ſex dierū appellat
ſex diſtinctiones creaturarū:quas diſtinguit moyſes
prout erāt in cognitiōe angeloꝝ.et vocat cognitionē
rei future in vbo:mane.cognitionem aūt rei facte in
pprio genere:veſpere.Cum autē ipſi non cognoſcūt
ſe futuros in vbo:ptꝫ ꝙ prima cognitio quā habue-
rūt de creatura fuit illa qua cognouerūt ſe factos.et
ita prima dies nō habuit mane:ſed veſpe.patet ğ ꝙ
ſm btm̄ aug.melius cognoſciť res in vbo ꝙ̄ in pprio
genere. Ad primo igiť obiectum dicimus ꝙ re vera Ad primū.
fieri in verbo non eſt fieri ſimpliciter:ſed tñ cognoſci
in verbo eſt ſimpliciter cognoſci.quia vere cognoſciť
res in ſua luce ꝛ ī ſua cauſa veriſſima.Et nō valet hec
argumētatio.Res p ſe cognoſcūtur in ſuo gñe:ꝛ nō
per ſe cognoſcunť in vbo:ğ magis cogſcunť in pprio
genere ꝙ̄ in vbo.Illa enī regula ariſtoteľ.qd per ſe Replica a-
eſt tale magis ē tale ꝙ̄ illud qd nō eſt p ſe tale.tenet riſtotelis
in naturalibus vbi naturalia naturalibus cōferūtur:
ſꝫ vbi naturalia cōferūtur prime cauſe nō tenet.Non
enim eſt mirū ſi illud qd cognoſciť nō per ſe in prima
cauſa magis cognoſciť ꝙ̄ illud qd per ſe cognoſciť in
propria natura.quia illud qd cognoſciť in pria cauſa
cognoſcitur in ſua luce.qd autē cognoſciť in propria

natura in tenebris cognoſciť.viſus enī philoſophorū
ꝛ oīs viſus naturalis eſt ſicut viſus noctue q̄ nō videt
Ad ſcdm. niſi in obſcuritate.Ad ſcdm dicimus ꝙ non valet hec
argumētatio.verius ē res in vbo ꝙ̄ in ppria natura:
ſed p hoc ꝙ eſt in ppria natura debet dici ſimpliciter
eſſe:ğ ex hoc ꝙ eſt in vbo debet dici ſimpliciter eſſe.
Inſtātia.Iſte ē magis albus in pede ꝙ̄ in totali cor-
pore:ſꝫ ex eo ꝙ ē albus totali corpe eſt albus ſimpli-
citer:ğ ex eo ꝙ eſt albus in pede ē albus ſimpliciter
Ad tertiū. Ad tertio obiectū dicimus ꝙ nō valet hec argumē-
tatio.deus verius cognoſciť in ſua propria natura ꝙ̄
in ſuo ſpeculo:ğ verius res cognoſciť in ſe ꝙ̄ in vbo.
ꝛ hoc ideo cōtingit.quia cum deus in ſe cognoſciť in
ſua luce cognoſciť:cum aūt res cogſciť in ſe cognoſci
Ad quartū tur ī tenebris.Ad quarto obiectū ſoluimus p inter-
emptionē huius.qui videt rem in ſpeculo:non pprie
videt eam.et qd dicit btūs Ioh.16.deū nemo vidit
vnq̄.intelligendū eſt in ppria eſſentia in hac mortali
vita.res enim proprie videri habet per ſuā imaginē.
ſiue videť per imaginē expreſſiorē ſiue minus expreſ-
Ad quintū ſam:nichilominus pprie videtur. Ad q̄nto obiectū
dicimus ꝙ hec argumētatio non valet.res in verbo
cognoſciť vt indiſtincta:in ſe cognoſciť vt diſtincta.ğ
magis cognoſciť in ſe ꝙ̄ in vbo.licet enim cognoſcať
in verbo vt indiſtincta:in eodem tñ verbo cognoſciť
vt diſticta ꝛ ſm eandē ideam.Sicut enī prima cauſa
ſm ſe ꝛ ita ſm idem eſt cauſa:ꝛ vnius ſm ꝙ eſt vnū/ꝛ
pluriū ſm ꝙ plura.ita eadē idea ſm ſe ꝛ ita ſm idem
eſt imago ſiue exemplar ꝛ vnius ſm ꝙ vnū:ꝛ pluriū
Solutō ob ſm ꝙ plā.Nec valet hec argumētatio.Imago hoīs
iectionis. ſm ꝙ eſt homo(cum ſit cōis ad quēlibet hoīeꝫ)nō eſt
imago alicuius hoīs particularis ſm ꝙ eſt diſtictus:
ſiliter imago albi ſm ꝙ eſt albū nō eſt imago alicui⁹
particularis albi ſm ꝙ eſt diſtinctū ab aliquo albo.ğ
eadem rōne prima idea cum ſit imago oīm rerū:non
eſt imago alicuius pticularis entis ſm ꝙ ē diſtinctū.
Sicut enī in naturalibus vna natura eſt coartata ad
vnum actū ꝛ non ſe habet ad quēlibet:ita vna imago
naturalis coartata ē vt ſit ſignū ſpecialiť illius cuius
eſt imago.ſꝫ ſicut prima cauſa nō eſt coartata ad ali-
quē effectū:vel ad hoīem ſm ꝙ ē homo/vel ad aſinū
ſm ꝙ ē aſinus/vel ad vnū ſm ꝙ eſt vnū/vel ad plura
ſm ꝙ plura:ſed ſe habet ad oīa illa ꝛ ſm idē.ita pria
idea non eſt coartata circa aliqd ſignatum:ſed oīa
ſignabilia ſignificāt idem in oībus diuerſitatib⁹.Ad
Ad ſextuꝫ. ſexto obiectū dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet.
res in ppria natura cognoſciť per cauſam neceſſariā
propriam ꝛ immediatam:in verbo nō:igitur magis
cognoſciť in ſua natura ꝙ̄ in vbo.ꝛ hoc triplici rōne.
prima eſt.quia in demonſtratiuis multa ſupponūtur
de quibus nō eſt certa cognitio.vnde nō eſt ibi certa
probatio niſi ſub cōditiōe:vnde non eſt ibi abſolute
ſciētia.ſcda ratio eſt.quoniā in naturalibus eſt viſus
noctue.tertia rō efficatior.qꝛ cauſa neceſſaria diuina
magis eſt cauſa omni ſuo effectui ꝙ̄ aliqua cauſa na-
turalis q̄tūcūqꝫ ſit neceſſaria ꝛ immediata cauſa ſuo
effectui:qꝛ oīs cauſe naturales ꝙ ſunt cauſe habent
Res tripliť a prima cauſa. Ad euidentiā eorū q̄ dicta ſunt ꝛ que
dꝛ eē ī deo. dicenda ſunt/notandū ꝙ res tripliciť diciť eē in deo:
ſcꝫ per cauſam/per gratiā/per cognitionē.Per cām
ſm ꝙ dicit btūs paulus in actibus apl'oꝝ.Actuū.17.
de deo in quo viuimus/mouemur/ꝛ ſumus.ſup illū
Auguſtin⁹ locū dicit btūs aug.Nō tanq̄ eius ſubſtātia ſic in eo
ſumus.ſicut dicitur vitā habere in ſemetipo.ſed cum
aliud ſumus ꝙ̄ ipſe:non aliter in eo ſumus niſi ꝙ id
operať vnde viuimus ꝛ ſumus.ſm hūc modum non
fuimus in deo ab eterno ſcꝫ p cauſam niſi potētialiť.
Per grām vero ſunt in eo viri ſcti.qꝛ ſunt ſicut pal-
mites in vite:ꝛ ꝛ ram⁹ in arbore.vñ in Eccľaſti.47.
de viro ſctō ꝛ excelſo in vbo gře.i.in filio dei.quāto
magis aliquis ſanctior eſt:tāto excelſior eſt in verbo
gře.i.in filio dei qui eſt arbor vite.ſicut aliqs ramus
excelſior eſt in aliqua arbore alio ramo. Scdꝫ aūt ꝙ
res dicunť eē in deo per cognitionē fuerūt res in deo
ab eterno.et ſm hūc modū dicunť vnum eſſe in deo:
ppter vnā ideam qua oīa repſentanť.ſm quē tropū
dicit ariſto.ꝙ aīa quodāmodo eſt oīa:qm̄ imagines ariſtoteles
oīm rerum inprimi habēt in anima.ſm hūc tropum
dꝛ auctoritas ꝙ creatura in deo eſt eſſentia increata:
in ſe aūt creata.proprie enī loquēdo hereticum eſſet
hoc dicere.

¶Queſtio quid ſit dicere
angeli vident in ſpeculo.

QVeritur quid ſit dictu Angeli vidēt in ſpeculo.
Speculū enī non ſolū dicit vel ſupponit diuinā
eſſentiā.qꝛ tūc idē eēt dicere Angeli vidēt in ſpeculo Ratio
ꝙ angeli vidēt in diuina eſſentia.ſi aūt aliquid preter
diuinā eēntiā cōnotať in creatura aut aliqs effectus:
non videť ille effectus eſſe niſi illumiatio qua illuiať
angelus:mediāte qua illuiatiōe videt q̄ reſultant in
ſpeculo.ſed cum oēs videntes aut cogſcētes habeāt
hmōi illuiationē:videť ꝙ de quolꝫ hoīe etiā viatore
poſſit dici ſicut de angelo ꝙ ipſe videt in ſpeculo.qd
falſuꝫ eſt.Solutio.Speculū ſupponit diuinā eēntiā Solutio.
vel ipm̄ dei filiū.nec cōnotat aliquem effectū in crea-
tura:ſed potius aliquā relationē.quia non ſupponit
eſſentiam vt cauſam in actu vel habitu:ſed ſupponit
ipſam eſſentiā vel perſonā filij vt imaginem:et ita in
quadā relatiōe ad creaturā.et ſic ſoluiť hec queſtio.
Si aūt querať vtrum ſm naturā ſpeculi vel volūtatē Alia q̄ſtio
ipſius:vel etiā ſm naturam aut diſpoſitionē vidētis
fiat hmōi viſio.Dicimus ꝙ ſm naturā ſpeculi qd per Solutio.
naturam ſuā imago eſt.ꝛ etiā per voluntatē:quia ex
mera liberalitate erit ꝙ ipſe dabit ſe ad videndum ꝛ
imediate vel etiā pro parte eſt ſm diſpōem intuētis.

¶Queſtio vtrū angeli videant
omnia in ſpeculo eſſentiali.

HIc q̄riť ſi angeli videāt oīa in ſpeculo eēntiali.
Videť ꝙ ſic per greg.qui dicit.Quid eſt qd nō Prima rō
vidēt:qui videntem oīa vident?Scdo p auctoritatē Scda rō.
dionyſij.Deus vidēdo ſe videt oīa. Tertio qꝛ āgeli Tertia rō.
corpalia vident.multo fortius ſpūalia:qꝛ ſpūs ſunt.
ergo vidēt oīa. Quarto qꝛ nō eſt aliqd impedimētū Quarta rō
quin oīa videāt.nec ex parte viſorum q̄ eadem ſunt:
nec ex parte ſpeculi:nec ex parte ipſoꝝ videntiū.cum
oīa poſſint ibi videre.Quīto.cum res in re ſint eedē Quinta rō
ꝛ per qd videnť idem:ſi eſt diuerſitas ex pte vidētiū
nō erit niſi ex diuerſitate diſpoſitionū in ipſis vidēti-
bus.diſpoſitio aūt illa:diſpoſitio eſt gratie.ſed hmōi
diſpoſitio nihil facit ad hoc vt plura vel pauciora vi-
deātur:ſed ſolū ad modū videť opari:vt qui maiori
gřa diſpoſitus eſt magis videat ꝛ limpidius:qui aūt
minori gratia diſpoſitus eſt videat minus clare.ꝛ ita
oīa videnť ab oībus.ſed ab alijs clarius:ab alijs mi-
nus clare.Sexto.cum aīa ſit potēs intelligere oīa ꝛ Sexta rō.
oīa ſint potētialiter intelligibilia ei per irradiationē

luīs.de quo dr in psalmo.35.In luīe tuo videbimus
lumen.de potētia intelligēte fiat actu intelligēs.ꝛ q̄
potētia erāt intelligibilia:fiant actu intellecta.et nō
quedam solum:sed oīa.et ita in lumie speculi eterni
videbit aīa oīa actu illuminata:igitur et angelus ibi
quītuplex videt oīa. Ad solutionē obiectorum prenotanda est
visio. quintuplexvisio.Est enim q̄dā naturalis ꝛ gn̄alis.vt
qꝛ in intellectu angeli et aīe impressa est noticia boni
ꝛ ibi relucet prima veritas:in luce prime veritatis vidēt
aīme ꝛ angeli principia iuris naturalis.sicut dr btūs
Aug. in li. aug.in libro soliloquioꝝ.et etiā principia facultatū:
soliloquioꝝ. sicut idem dicit in libro de libero arbitrio:ꝛ ibidem.
Scd̄a visio Est alia visio naturalis ꝛ spūalis qua vidēt angeli ea
solum q̄ subsunt arbitrio eoꝝ seu iudicio.sm ꝙ dicit
aplūs.1.ad Corinth.2.Spūalis homo oīa dijudicat:
a nemine aūt iudicat.ꝛ alibi.Qui me iudicat(inquit
aplūs.1.ad Cor.4.) dn̄s est.q.d.nō angelus. Angeli
enī non iudicāt nos:sed potius adiuuāt ꝛ cōseruant.
ꝛ ideo āgeli tali visiōe nō vidēt nisi ea q̄ sibi subsunt:
et iam non vident ea q̄ sunt liberi arbitrij nr̄i in quo
tertia visio sumus eis pares.Est tertiavisio ꝓphetalis qua pro-
phete illuīati a deo videbāt ea q̄ volebat eis ondere
q̄rta visio. sm ꝙ sciebat hūano generi expedire.Quarta aūt est
visio glorie qua ꝛ nos ꝛ angeli videbimus in patria:
videndo aperte ipm speculū ꝛ ea q̄ nobis in speculo
q̄nta visio. resultabunt.Quinta visio est angelici ministerij siue
reuelatiōis per quā reuelant ea q̄ ad officiū eoꝝ circa
nos ptinēt. Per hāc distinctionē patet quō soluēdū
Alius nō:8 sit ad obiecta.Notādum aūt ꝙ angeli ex eis q̄ habēt
non vident in speculo nisi ea q̄ ipsoꝝ iudicio subiecta
Solu° auc sunt ꝛ q̄ pertinēt ad eorū gloriā ꝛ salutem.Per hoc
dei. ¶ Solutio. Non loquebatur contra legem dei. imo hoc habebat ab ipso dn̄o qui vocauit btm̄ iohānem euangelistā a nuptijs ad statū perfectionis. s. ad officiū ap̄lat⁹. ꝛ alexāder nō statuit ꝯ legē dei sꝫ explanauit nobis legē dei. Cū eni aliq̄s trāsit ad frugē melioꝛ vite ante carnalē copulā nō ipe sepat matrimoniū sꝫ de⁹. Ante eiꝫ carnalē copulā vinculū tantū spirituale est: ꝛ idcirco potest solui per spiritualē mortē sicut quando est carnale potest solui per carnalē mortem.

Iteruz af.

Itē dicitur in hieremia propheta. qui vaticinatus est pacem cum dictū eius euenerit scietur esse propheta domini: igitur cū non credebant hieremie prophetāti destructionem hierusalem non peccabant cū illud

Solutio.

non euenisset. ¶ Solutio. Tenebantur et credere: quia ꝑ aliqua prophetata ab eo que iam euenerant debebant scire ipm esse veꝝ prophetā. predicta ergo auctoritas de nouellis prophetis et de illis qui faciebant se prophetas intelligenda est.

Tertia questio huius tractatus.

Tertio capitulo queritur de pena pseudo ꝓphete. Habetur eni in deuterono. ꝓpheta qui corruptus noīe meo vel alioꝝ deoꝝ falsum dixerit interficiatur.

Ratio ante oppositū.

Sed nō potest cognosci ꝙ falsum dixerit nisi per eius dictū. s. ꝑ eius significationē vocis quā profert: sed ſm ꝓpriā vocis vel locutionis significationē ionas dixit falsū: ergo niniuite qn̄ viderūt ꝙ non subuertebatur niniue in tpe determinato a iona debuerūt eū lapidare ſm legē.

Solutio.

¶ Solutio. Naturale ē homini sꝑ ꝙ speret de mīa dei: imo etiā oī aīali. Vn̄ qđ dicebat̄ a iona intellexerūt niniuite ſm merita et nisi peniterēt: ꝛ ideo nō debuerūt eū interficere cū a spū sancto intellexerūt sensū ꝓphetie scꝫ ꝙ merita eoꝝ exigebāt ꝙ subuerteret̄ ciuitas. ꝛ ideo voluerūt mutare merita vt dn̄s eos nō subuerteret.

¶ Septimus tractatus.

Dicto de angelis. dicendū est de alijs creaturis inter quas primo dicendū est de primo creatis et eaꝝ principijs. Sc̄dō de opibus sex dieꝝ et distinctione illoꝝ. Tertio de hoīe de quo principaliter intendimus. de primis creaturis dicit moyses in principio geñ. in quo libro docemur ꝙ deus creator est visibiliū ꝛ inuisibiliū de trinitate ꝛ incarnatione ꝑ imolationē ysaac ꝛ de hmōi articulis fidei. Et ideo liber geñ. prim⁹ est inter libros theologie. qm̄ instruit nos in articulis fidei q̄ est prima virtutū loquēs de p̄mis creaturis. moyses in p̄ncipio geñ. dicit gn̄aliter istinctu spūssc̄ti. in p̄ncipio fecit de⁹ celū et terrā.

Quō intelligit̄ in principio.

In principio. i. in filio siue in sapientia. sicut aliq̄s artifex per sapientiā suā operatur aliquā rem corporalē. ita de⁹ ꝑ sapientiā suā eternā opatus est mundū. Unde in sapientia tua dn̄e fecisti oīa: et in euangelio. Oīa per ipm̄ facta sūt ꝛc. vel in principio. hoc est in principio tēporis siue in exordio creaturaꝝ fecit de⁹ celū empireū cū contētis suis angelis. et terrā. i. materiā oīm visibiliū. ꝑ hoc ꝙ dicit̄ in principio. i. in initio tēporis

Cōuincit̄ aristoteles

excludit̄ opinio aristotelis qui mundū dixit eternum cuius opinio superius iprobata est. per hoc qđ dicit

Cōfutatur plato.

creauit excludit̄ opinio platonis qui dixit tria fuisse principia: artificē: materiā: ꝛ ydeā. Locutus est eniꝫ de deo carnaliter ad similitudinē carnalis artificis q̄ ad hoc ꝙ faciat aliquid oportet ꝙ habeat materiam ex qua faciat et exemplar ad ymaginationē cuius faciat: et sic derogauit potentie diuine loquens de deo tanꝙ non possit aliquid facere sine materia exteriori ꝛ indigeret re extrinseca ad hoc ꝙ operaretur qđ falsum est. qđ ostenditur per hoc ꝙ magis est potēs qđ per se est potens ꝙ id qđ per aliud est potens. Si ergo deus est omīpotens per se potest facere quicquid vult: nec indiget aliquo extrinseco siue materia siue instrumento siue corporatore. ꝛ hanc omīpotentiam dei per se operantis ostendit moyses cū dicit. creauit

Plato ꝛ epicurus.

id est de nichilo in esse produxit sic excludēns opinionem platonis ꝛ epicuri qui posuit duo esse principia athomos et inane. ex quibus dicit mundū esse factuz

Cōfutatio manichei.

non creatum. per hoc etiam ꝙ dicitur creauit celum excluditur opinio manichei qui duo posuit principia reruz scꝫ deū benignū principiū reꝝ incorpeaꝝ ꝛ deū

lucis τ noui testamēti τ aliū deū malignū quē vocat deū tenebrarū et deum veteris testamēti. τ hunc dicūt principiū esse oīm visibiliū. que qr mutabilia sūt mala sunt ꝺm eos. et suā opinionē probare volūt qbus-

Prima rō manichei

dam maximis. quarū prima est. Cuius causa īuariabilis est ipm quoq; inuariabile. Cū ergo deus benign⁹ sit causa inuariabilis nō est causa variabiliū.

scđa rō illi⁹

Secūda nō est eadē causa cōstructiua et destructiua eiusdem. Cū ergo deus sit causa destructiua malorū hoīz. non est causa cōstructiua eorūdē.

tertia rō ei⁹

Tertia. cōtrariorū cōtraria sunt principia. cū ergo bonū et malū sint cōtraria cōtraria habēt principia. cū ergo summū bonū sit cā boni: summū malū erit principiū mali.

Prima rō nulla τ falsū assumit.

De prima dicim⁹ q̄ ipa est falsa. ꝓbatū eīz est q̄ oīa variabilia ab vno īuariabili sūt τ hoc qr nō de seipo illa facit: sȝ de nichilo.

Scđa sīr nichil valet

De scđa dicimus q̄ nō tenet in aliquib⁹ causis voluntarijs. Aliquis enī artifex causa est cōstructiua malorū quo ad essētiā: τ causa destructiua eorūdē quo ad maliciā.

Tertia non tȝ gnāliter

De tertia dicimus q̄ non est gnālis. Patet enī q̄ nō tenet in primis ɔtrarijs: vt in calido et frigido. qr nō habent ante se aliquā cōtrarietatem.

Bonū τ malū nō sunt ꝓprie ɔ̄ria

Bonū autē et malū nō sunt recte contraria si accipiatur bonū nature vel etiā bonū gratie: qr malū nichil est. et ideo nō oportet q̄ habeat aliquā causā sui existentē.

Aug. dicit q̄re decept⁹ ē maniche⁹

Unde dicit aug. q̄ ideo manicheus deceptus fuit: qr prius voluit scire vnde malū q̄ quid malū. Si enī sciuisset q̄ malū nichil aliud esset q̄ corruptio vel priuatio boni. sciuisset q̄ malū nō est nisi in bono nec posuisset cām efficientē deficientis. Defect⁹ enī in deficiente causam nō habet efficientē: sȝ defectū siue priuationē. Hoc ergo qđ dicit moyses. creauit. i. de nichilo fecit siue p se fecit siue adminiculo alteri⁹ ostendit q̄ qui creauit per se potuit ꝓducere in esse. per se autē posse facere aliqđ oīpotentia est. oīpotētia vero non pōt esse nisi in summo bono. τ ideo per hoc q̄ dicit creauit deus celū et terrā excluditur opinio manichei.

alia rō ɔ̄ manicheos.

Itē cum manichei dicāt q̄ quicqđ est ex īuariabili sit inuariabile. seqtur cū aīe sint ex inuariabili q̄ sint inuariabiles. ergo nō possunt peccare. Ad qđ ipi dicūt q̄ aīe per se τ ꝺm se peccare nō possūt: sȝ ex carnis coniunctione vel ex diaboli suggestione peccant.

Queriꝛ a manicheis

Queritur ergo vtrū necesse sit ipas peccare a diaboli suggestione vel nō. Si sic: g̃ nō est eis imputandum. Si vero necesse non est sed volūtarie acqescunt: g̃ diabolus nō est potēs per se nocere eis: nec per se potēs est sibi nocere qr nō potest peior esse. g̃ per se nō pōt alicui nocere. g̃ per se nō est potēs agere male: quia nichil est malū nisi in aliquo noceat.

ɔtra hoc ar̄

Contra. ipse est summe malus: ergo p se potens est male agere. Itē cohibere malū est bonū. hec ꝓpositio est per se nota igitur posse cohibere malū est bonū posse. igiꝛ est in sūmo bono: qr aliter nō esset oīps. igiꝛ summe bonuȝ scȝ deus potest cohibere diabolū a malo. igitur diabolus nō per se potest facere malū. Contra. est sūme malus: igitur per se potest facere malū τ nō pōt ipediri sicut sūme bonū potest facere bonū τ non potest impediri.

Aliđ dictū manicheorū

Item dicunt q̄ nisi esset vnū principium et deus tenebrarū non esset assignare ratio quare prius tenebras creasset q̄ lucē. qđ ipi volunt habere ex illo textu. τ tenebre erant super faciē abissi. qm̄ sequitur dixit deus fiat lux τc.

Ista opio nulla est

Sed ista opinio nullius est momenti. Nam omnia entia et creata ab vno fluxerunt principio. qđ insinuatur cū dicit in principio. de quorum numero non fuit tenebra cū ipsa nichil sit nisi sola priuatio vel absentia lucis.

Alia ratio manicheorū

Alias etiā rationes sophisticas ad muniendū proprium errorem inducunt quarum vna est q̄ bonū et malum sunt contraria: et magis bonum et magis malū similiter. igitur et maxime siue summū bonum τ maxime siue summū malum. ergo aliquid est sūme malū sicut aliquid est sūme bonum.

Ista solutō nichil valet

Sȝ ista ratiocinatio inefficax est et inepta et habet instantiā in acuto τ obtuso: quia acutum et obtusum in angulis habent contrarietatem et magis acutum et magis obtusum: non tamen sūme acutum et summe obtusum. quia nullus angulus est talis. scilicet adeo obtusus qn possit esse obtusior. Similiter ex hac parte est. Re vera enim si aliquid esset summe malū ipsum τ summe bonū contrariarentur sibi adinuicem.

Alia ratio manicheorū

Alia ratio quā ad idem astruendum afferunt talis est. Aliquid dicitur magis bonuȝ alio secundū q̄ magis accedit ad bonū in summo. hoc est ad summū bonū: igitur aliquid similiter iudicanduȝ est magis malū quia magis accedit ad summe malū igitur aliquid est summe malū.

Solutō rationis.

Ad hanc enī respondet q̄ licet magis bonū dicatur aliquid secundū appropinquationē ad sūme bonū. tamen magis maluȝ nō dicitur nisi quia magis recedit a bono. Unde magis malū dicitur qđ maioris bonitatis est priuatiuū et sic dissoluitur illa obiectio.

alia rō illorū

Tertiā rationē adducunt talē. Est bonū per participationē: et est bonum per essentiā. ergo est malū per participationē τ malū per essentiā. ergo est sūme malū sicut est sūme bonū.

Solutio.

Istud sicut primū soluitur. Nam contra naturā mali est q̄ aliquid sit sūme malū siue per essentiā: qr malum nō potest esse sine bono et nisi in bono sicut probat dionysius per hoc q̄ non est malum si non nocet. Confutatis igitur τ infirmatis rationibus quib⁹ impietatē suā moliuntur tueri proponende sunt in medium demonstrationes quibus eorū īpietas euidenter suggillatur τ eliditur. Et primū adducemus rationes ad hoc. deinde auctoritates veteris testamēti qđ solū ipi admittunt. prouocantes tamen τ aperientes errorē suuȝ qui talis est. sicut continetur in libro

Liber manichei ē epistola fundamenti.

manichei qui dicitur epistola fundamenti: et sicut in libris suis recitat augustinus. Posuerunt enī principē lucis cū hītatorib⁹ suis cui⁹ habitatio est ꝭra lucis q̄ terra lucis secūdū eos est sup ista visibilia. Posuerunt ex aduerso principē tenebrarū cū suis habitatoribus quorū habitatio est terra tenebrarū. etiā ibi posuerunt turbationē et obscurationē merorē et tenebras que omnia dixerunt esse a principe tenebrarum et omnia corruptibilia et mutabilia dixerunt esse ab eodem.

ɔ̄ manicheos arguiꝛ. Prima rō

Sed contra eos multipliciter opponitur. primo sic. Quicquid est aut est bonum aut malum hanc cōmunē conceptionē negare non possent. Corruptio igitur rerū aut est bona: τ sic a deo benigno. nam quicquid est bonū est a deo benigno. hoc bene concedunt. Et si ipa est a deo: ergo et corruptibilia inq̄tum habitus sunt ab eodē. Si autē mala est corruptio: ergo ipa corruptibilia bona per aliam maximā. sȝ si sūt bona: g̃ a deo vt prius.

cōfirmatio illius rōnis

Itē demōstretur aliquid corruptibile. inde sic hoc est malū aut ergo est sua malitia: et sic esset summe malum. et sic essent plura mala summe et non vnū solū. aut si non est sua malicia abstrahatur illa malicia preter ipsam sibi aliquid remanet. de illa queritur vtrum sit bonum aut malum. Q̄ malum dici non potest: quia malicia abstracta est. si bonū: g̃ est a deo. igiꝛ hoc corruptibile

Aug. arguit ɔ̄ eos.

est a deo. Itē augu. duas rationes inducit cōtra eos quarū prima est talis. O tu manichee in rebus corruptibilibus vituperas corruptionē τc. et ego tecum. Lauda ergo mecū ordinationē speciē τ salutē τc. et

Prima rō augustini.

si hec si illa dicis mala qr corruptibilia τ vituperabilia. ista mecū dicas bona: quia laudabilia. τ precipue cum illa q̄ ibi vituperas nō sunt talia quibus amotis percat res. Hec autē que mecū debes cōmendare talia sunt quibus absentibus res nō manet. Si igitur ista sunt bona τ sūt naturaliter inherētia rebus ipis et ab eis inseparabilia: igiꝛ et res naturaliter bone.

Scđa ratio augustini.

et inde vt prius. Alia talis est dicit aug. q̄ ipi maiestatem diuinā detractāt vt malū in loco suo ponant. quia ponūt terrā tenebrarū et terrā lucis sese cōtingere in latere vno: sed vtramq; imensam esse. vnā sursū alterā deorsum. τ dicūt q̄ de⁹ benignus non habitat

Aug. ɔ̄ manicheos.

illā terrā tenebrarū. Sed contra hoc sic obicit augu. Intellect⁹ tuus o manichee attingit terrā illā: ergo deus multo fortius cū ipe infinite sit magnitudinis τ

Aliđ dictū eorum.

maior tuo intellectu. Itē dicūt ipi q̄ aīa ratōnalis lȝ sit a deo et de substātia ipius dei facta. tamē peccare potest. et cū peccat detrudiꝛ in corpus ignobilius vt

Dictuȝ prepositiui.

ibi torqueaꝛ vt in corpus canis vel cōsilꝛ. Unde mgr̄ prepositiuus q̄ diu cōuersatus est inter eos τ paucos potuit ad viā veritatis reducere. iurabat se audisse ꝓprijs auribus q̄ cū videbant canē alludentē cauda dicebant. Aīa istī⁹ cito purgabiꝛ et liberabiꝛ. Si igiꝛ aīa licet a deo benigno nō impeditur qn possit peccare: ergo corpus licet sit a deo maligno nō ipedietur quin possit benefacere. ergo potētia benefaciendi est

Alia rō cōtra eos.

in eo: τ illa est bona. igiꝛ ꝺm illā est a deo bono. Itē sūme bonū est tale quo non pōt excogitari meli⁹ vel eque. τ sūme potēs est facere bonū quodcūq; excogitari pōt. igiꝛ cū destruere malū sit bonuȝ τ destruere summe malū erit valde et summe bonum: g̃ summe

Alia ratio

bonum pōt destruere summe malū. Eodē mō ecōtrario. Summe malum est aliqđ: g̃ ipm pōt facere malum qđ maius excogitari non pōt. g̃ potest destruere summū bonū: qr hoc esset summū maluȝ. sed hoc est falsum. Sic enī nō esset summū bonuȝ summe potēs

Corelariū

qđ non est itelligibile. Ex hoc idirecte seqtur q̄ im-

Alia ratio

possibile est aliqđ intelligi summe malum. Itē summe malū qđ est fons τ origo oīs mali sicut ipi dicunt cōstat q̄ potest facere malū. sȝ illud malū pōt nocere alter enī nō esset malū. igiꝛ pōt adimere aliquod bonum. nō nisi ipsi summe malo. g̃ aliquod bonū est in

Alia ratio

eo: igiꝛ nō est summe malū. Itē summe bonū τ summe malum cōueniunt in esse: sȝ esse inq̄tuȝ esse est bonum. qm̄ ab oībus desideraꝛ. Bonum aūt est qđ oīa optāt sicut dicit aug. igiꝛ summe malum habet in se

Arguiꝛ auctoritate.

aliqđ bonum. igiꝛ non est summe malū. Auctoritate autē noui testamenti eliminatur error iste euidētissime. dicit enī apostolus. An nescitis qm̄ mēbra vestra tēplum sunt spiritus scti? qui igiꝛ violauerit tēplum

Glosa aug.

hoc disperdet illum de⁹. Et ibi dicit glosa aug. q̄ littera grecorū est. qui corruperit tēplum hoc corrumpet illuȝ deus. g̃ corruptio est a deo. qđ est ɔtra ipos

Ad idem

Itē si mēbra nostra tēplum sunt spirit⁹ scti: igiꝛ sunt bona: qr spirit⁹ sanct⁹ cum sit summe bonus nō habitat nisi in bono. sȝ si sunt bona: igiꝛ sunt a sūmo bono Itē si summū bonum habitat in mēbris nr̄is. igitur habitat in terra tenebrarum qđ iterum est cōtra eos

Ad idem.

Item contra omnē heresim que nō recipit vetus testamētum est illa auctoritas dn̄i in euāgelio. Habēt moysen τ prophetas: audiant illos. Si moysi τ prophetis nō credunt. neq; si aliquis ex mortuis resurrexerit credent ei. igiꝛ qui nō recipit vetus testamētum neq; nouū. Has aūt hereses ꝑmittit dn̄s pullulare τ superseminari cū tritico propter vtilitatē suorū qui visa vilitate hereticorū et pena gratias agāt q̄ nō sūt permissi sic errare. τ vt etiā exerceātur: qr sicut dicit apl̄s. Oportet et hereses esse vt qui probati sunt manifesti fiant.

¶ Scđm capitulum.

Manifesta τ improbata opinione manicheorū accedendū est ad scđm capitulū in quo agēdū est de operibus sex dierū per ordinē. Et primo de opere

Aug. ɔ̄ manicheū.

prime diei. Dicit autē btūs augustin⁹ in libro suo cōtra manicheū qui manicheus deridet librū geñ. in cuius initio dr. In ꝑncipio creauit de⁹ celū τ terrā τc.

Prima rō manichei. Scđa rō.

Querit enī manicheus in quo principio. nā si in principio tēporis ante ergo ociosus erat. ociositas aūt vituperabilis erat τ viciosa. Preterea si in inchoatione tēporis opat⁹ est qđ nō ante tēpora eterna fecerat subito atq; repente operat⁹ est. qđ sīr in ipo vituperabile est.

Rūsio aug.

Et ad hoc respōdet aug. q̄ obiectio ista procedit ac si tēpus fuisset anteq̄ deus creasset tempus. Cū ergo ante tēporis creationē nō esset tēpus nō valet qđ obiciūt. Nam ociositas et subito tēpus dicunt et preterea ociositas dicit cessationē ab opere quādo congruū et ɔueniens est operari. Anteq̄ aūt opareꝛ deus non erat conueniens ipm operari.

Alia ratio manichei.

Item obicit manicheus. si non posset deus aliqua bona facere impotentia esset. si aūt posset et nō vellet inuidia. igitur si anteq̄ faceret res nō potuit eas facere ipotēs fuit.

Solutō augustini.

si aūt potuit τ noluit inuidus fuit. Et soluendū scđm augu. q̄ ab eterno nō debuit mundū creare. Sic enī equalis esset creatura creatori in aliquo. scȝ in duratione. Non aūt sic debet esse vt qđ est ab aliquo coequeꝛ ei. lȝ qđ de illo est ei possit equiparari. sicut apparet in hoīe qui bene facit de se. i. de sua substantia

Creaꝛa nō pt eq̄ri deo

hoīem equalē sibi. sed alia que nō sūt de ipso non pōt facere equalia sibi. Eodē modo itellige in deo. Qđ enī de ipo est vt filius ei⁹ equale est ei. qđ aūt ab ipo

Si dicatur

est nullatenus equari ei possit. Si aūt queras licȝ ab eterno facere nō debuerit: tū potuit facere anteq̄ fe-

Ad hoc dr

cisset per aliqđ spaciū: nichil est hoc. qr solutionē huius questiōis sequiꝛ questio sīis. Si aūt queras quare tunc fecit. dico q̄ tu queris causam volūtatis diuine que tamē suprema est oīm. Si aūt queris finalem

Carpit manicheum.

causam dicit aug. O tu manichee purga oculos mētis et esto amicus dei vt sic aperiātur tibi archana ei⁹ Non est ergo ponere inuidētiā in deo ex hoc q̄ ante non est operatus. Nā inuidentia dicit volitionē operandi cū debitū est aut saltē cōueniens τ oportunum

q̄rit augu. sup geñ. Solutio.

quorū deus nullū obmittit. Itē super geñ. ad litterā querit augu. Cur in creatione celi et terre nō apponitur verbū dicendi sicut in creatōne lucis. Et soluiꝛ q̄ verbū dicendi distinctionē designat: quia per ipm insinuatur verbū eternū qđ plene loqtur et aperte bonitatem dei. Est enī plena et perfecta ymago ipsius et ideo etiā iohānes locuturus de incarnatione filij dei quia ideo incarnatus est vt per ipm reformaretur hō in dei ymagine qui deformatus est per peccatum vo-

q̄re taceꝛ verbū dicendi. ɔ̄ dicta ar̄.

cat ipȝ verbū. Hinc est q̄ in creatōe materie iformis obmittiꝛ verbū dicēdi qđ tū nō taceꝛ vbi fit mētio de distinctiōe τ formatōe informiū. Sȝ cōtra hoc est qđ supra dictū ē. s. corruptio τ iformitas τ etiā putredo

ꝯ dictuꝫ augu. in geñ.
Solutio.

habent ratione suā in deo. sicut dicit illa auctoritas. ego putredo domui iuda dicit dñs. Itē obicit de illo verbo qđ dicit aug. sup geñ. ꝙ res corruptibiles nō sunt de arte. Sed contra. imo de arte ꝛ de ordinatōe artis eterne que est plena rationū viuentiū est ipa corruptio ꝛ oīa corruptibilia. Ad qđ respōdemus ꝙ de arte. i. de ordinatione artis sūt oīa q̄ sunt: sed nō sunt de arte. i. de ꝓprietate artis omia vt corruptio ꝛ siñia et si ratione suā habeant in deo: non tñ ꝺm actionem quā ex se et ꝺm se eliciat. sed ꝺm actione quā elicit secundū accidēs. talis aūt actio est corruptio. Nam cū anteꝙ res essent nō esset nisi eternū: nō fecit autē eas de se eterno: fecit eas de nichilo. Ex hoc aūt habēt ꝙ sunt corruptibiles. ꝛ hoc est qđ aug. dicit alibi. cū dico naturā corruptibilē duo dico. Nam qđ dico naturam ptinet ad deū. Qđ dico corruptibilē pertinet ad nichilū. Patet ergo ꝙ corruptio/mutabilitas sūt in deo siue in exemplari non per imitatione sed per rationem et ordinatione siue per ratione ordinationis sed non per dispositionis imitatione vel ꝓprietatem dei: sꝫ p ꝓprietatē sue originis q̄ quasi de nichilo sūt.

Augusti. ꝯ manicheū.
Ar contra augustinū.

Consequēter sciendū est qđ dicit aug. in libro cōtra manicheuꝫ ꝙ in principio fecit deus tria celum terrā tēpus. vt celi noīe cōprehendas celū empireū et angelicā naturā. noīe terre materiā oīm visibilium. Cū ergo mūdus factus fuerit in pncipio tēporis et nondū erat tēpus qꝛ nec motus cuius tēpus mensura est: motus aūt nō erat. qꝛ si esset tūc possem dicere aliqđ mouetur. Sed si hoc aliqđ prius mouebat: hoc enī sequit ex natura motus: sed hoc falsum. ergo motus nō erat neqꝫ tēpus. Si ergo tēpus nōdū erat nec ante fuerat ꝛ mūdus erat: ergo mūdus fuit ante tēpus. nō igit coequeua fuerunt mundus ꝛ tempus.

Solutio.

¶ Solutio. Licet existēte mūdo nec esset tēpus nec prius fuisset: tñ non fuit ante ipm mūdus. sicut linea ppendicularis nec est citra lineā supra quā cadit nec vltra. Similiter supficies muri nec vltra murū nec citra. Licet enī mūdus in initiali termīo tpis eēt tps: tamē non erat scđm existentiā suā que in successione ꝯsistit. Instās enī nichil est ad tēpus. sicut nec punctus ad lineā. Si aūt vellet quis dicere mūdū esse ante tēpus. i. ante tpis existentiā successiuā bene posset hoc cōcedi nec esset cōtra intentionē sctōꝝ.

Ar de verbo creandi.

Postea obicit de verbo creandi. nā cū creare sit de nichilo rē facere aut hoc est ex partim nichilo ꝛ partim aliquo qđ esse nō pōt: qꝛ ꝺm hoc ante oēm creaturā aliqđ pcessisset: aut ex penitus nichilo. Qđ si est: ergo cum oīa creata sint ex nichilo: oīa equaliter de nichilo. Sed qꝛ de nichilo sunt corruptibilia sūt: vt ait aug. ergo omia eque corruptibilia. qđ plane falsum: non ergo qꝛ de nichilo corruptibilia sūt.

Scđo ar de potentia.

Itē potētia corrūpēdi passiue cū sit aliqua potentia ꝛ nō actiua potentia patiendi est: ergo passibilitas est: sed passibilitas a materia est: sed materia est a deo. igitur res corruptibiles sūt non quia de nichilo: sꝫ scđm aliqđ quod habēt a deo.

Tertio ar.
Quarto ar

Itē ad idē est ꝙ materia est subiectū gñationis ꝛ corruptionis ꝛ oīs passionis. Itē corrūpere est agere: ḡ corrūpi est pati. ergo potētia corrūpendi est potētia patiēdi. ꝛ inde vt prius.

Solutio q̄re res sunt corruptibiles.

¶ Solutio. Qđ res ex nichilo sunt facit ꝙ sunt corruptibiles quo ad pncipiū materiale. sed qꝛ vna forma nobilior est alia: ideo magis accedit ad primū principiū vna ꝙ̄ alia. ꝛ ideo magis est corruptibilis vna ꝙ̄ alia. Qđ aūt obicit: quia potētia corrūpēdi potētia passiua est: falsū est. qꝛ nō est potētia sed potius īpotētia resistēdi corrūpenti. Qđ aūt potentia corrūpendi nō sit potentia patiendi pꝫ. nā aer recipit colores ꝛ amittit nichil patiendo. sīr ꝛ illuiationes.

Ad primū
Ad aliud.

Ad aliud aūt dicendū ꝙ corrūpere nō est agere sꝫ potius deagere. vnde corrūpi est deagi. Preterea nō sequit corrūpere est agere: ḡ corrūpi est pati. Non enī omi actioni respōdet sua passio vt pꝫ in actiōibus aīe. sicut in actione qua vult aliqđ vel cōsiderat aliqđ.

Nō oī actioni corrūdꝫ sua passio.

Dicendū est ꝙ hoc. in principio fecit deus celū et terrā sic est intelligendū ꝺm aug. i. in verbo fecit deus spiritualē. i. angelicā creaturā vel celū empireū cū cōtētis et materiā oīm visibiliū.

Opio aliqrū ꝯ augu.

Sed sūt q̄ cōtradicūt inquientes p celū et terrā intellexisse moysen celū sidereū et terrā visibilē. Loquebat enī pplo rudi nō nisi visibilia capienti.

Rñsio aug.

q̄bus dicit aug. Bene pōt esse verū qđ vos dicitis si vobis hoc ostendit illa lux sūma īdicax mentiū que per moysen locuta est. licet nō ipse intellexerit qui scripsit Nā quicqđ intelligit inuestigator scripture: etiā si nō intellexerit hoc ille qui scripsit dū modo nō deuiet a fide ꝛ rōne.

Opinio doctoris.

dicendū est spm sanctū in illis verbis hoc sensisse fide et rationibus. iō dico qꝛ partim p fidē. i. scripture inspectionē vt plato inspiciens libros moysi. ptim p rōnes habuerūt hoīes noticiā scripturaꝝ.

Pōit aug. nouē ppōnes tāꝙ maximas.

Ne aūt aberret catholicus ī expōne sacroꝝ eloquioꝝ ponit aug. nouē q̄si maxīas ꝛ p se notas. prima est. Dñe verū ē te fecisse celū ꝛ terrā ꝛ oīa. Scđa est. verū ē sapientiā tuā esse principiū oīm in q̄ fecisti oīa. Tertia est. verū est omne mutabile aliquā informitatē īsinuare noticie nostre ꝺm quā capax est forme ꝛ mutatur ꝛ vertitur. Quarta est. verū est tēpora ppeti illud qđ adeo inheret incōmutabili forme qđ quāuis sit mutabile nō mutat. Quita est. verū est informitatē que prope nichil est vices tpm non habere. Sexta verū est ꝙ oīm informatorū nichil informitati vicinius est ꝙ̄ terra et abyssus. Septima verū est quodā locutionis genere nomine alicuius censeri id de quo factū vt noīe celi et terre vñ facta sunt celū ꝛ terra. Octaua. verū est ꝙ deus fecit non solum omne qđ causatur ꝛ mutat: sed etiā oīe causabile ꝛ mutabile. Nona ē ꝙ omne qđ est ex informi format prius est informe ꝙ̄ formatū.

In pncipio fecit deus ꝛc. q̄nqꝫ mōis intelligit.

Nota ergo quiqꝫ expōnes huius in principio fecit deus celū ꝛ terrā. quas ostēdit spūs sanctus scrutatoribus sacre scripture. Et oēs amplectende sunt sicut asserit aug. in. 12. confessionū.

Pria expō

Prima est in principio ꝛc. i. in verbo eterno fecit deus intelligibilē ꝛ sensibilē. siue spūalē ꝛ corporalē creaturā.

Secunda.

Alia est. i. vniuersam istā molē corporei mundi huius. i. sidereū celū ꝛ terrā. i. superiorē et īferiorem creaturā cum oībus cōtentis.

Tertia.

Tertia est. i. informem materiā creature spūalis ꝛ corporalis.

Quarta.

Quarta. i. informē materiā creature corporalis vbi cōfusum adhuc erat celū ꝛ terra. que iā distincta ꝛ formata sensu corporeo cernimus.

Quinta.

Quinta ē. i. in ipso rerū exordio fecit deus informē materiā cōfuse habentē celū et terram vñ formata modo apparent cū oībus cōtentis.

Terra erat inuisibilis ꝛc. q̄nqꝫ mōis exponitur.

Similiter quintuplex est expositio eius qđ sequitur in textu Geñ. Terra inquit erat inuisibilis et incomposita.

Pria expō

Prima. i. incorporale illud quod fecit deus adhuc erat materies corporearum rerum sine forma sine ordine sine luce.

Secūda.

Scđa. i. hoc totū qđ celū ꝛ terra appellatum est: adhuc informis materies erat vnde fieret celum corporeum ꝛ terra corporea cum oībus cōtētis sensui subiectis.

Tertia.

Tertia est. i. illud totū quod celū et terra appellatū est adhuc informis materies vnde fieret celum intelligibile: qđ alibi celum celi ꝛ terra. i. oīs corporea creatura. in quo cōprehendit eē celū corporeū. i. vnde fieret oīs visibilis ꝛ inuisibilis creatura.

Quarta.

Quarta. id ē iam dum fierēt celum ꝛ terra in suis formis erat materies informis de qua pdixerat deum fecisse celum ꝛ terrā. i. spūalem et corpalē creaturā.

Quinta

Quinta. i. iam dum fierēt celum ꝛ terra in suis formis erat materies informis de qua pdixerat deum fecisse celum ꝛ terram. i. supiorē ꝛ inferiorem mūdi partem.

Primū corrolariū pro platone.
Scđm corrolariū pro manicheo.

Ex his q̄ dicta sunt videnꝫ sequi duo. Vnū: ꝙ illa materies informis ex qua fecit deus oīa ab eterno fuit sicut platoni imponitur. Scđm est: ꝙ terra aliqua fuit quā non fecit deus cū illam nō dicat fecisse. ꝛ sic non oīa fecit deus. qđ posuit manicheus. Sed intelligendū est illam materiā a deo factam: vt nō incidamus in errorē platonis. et illam terrā factā ab eodē: vt nō incurramus impietatē manichei. quia intelligi debet ꝙ terra erat tūc tanꝙ prior naturalit illis ꝛ facta in illis. qꝛ sīr fecit materiam ꝛ materiatū: sed naturalit prius materiā.

Textus
Expō aug.

Sequit. Et spiritus dñi ferebat sup aquas. i. sup materiā informē ꝛ fluxibilē ꝛ quasi in oēm formā ductilem. Ferebat autē inquit aug. non locali motione sed operādi potestate: ꝛ ꝺm hoc in verbo ferēdi ptās designat. In sua aūt lingua habet. incubabat sup aquas ad instar auicule q̄ sup oua incubat ꝛ fouet illa donec formentur in pullos. ꝛ ꝺm hoc insinuatur amor dei ꝛ bonitas qua ex mera bonitate ꝛ amore hoīm mūdū faciebat.

Textus

Seqt. Dixit deus. Fiat lux. Dixit inꝙ nō sono corpali: cum nōdū eēt auditor. cum etiam nōdum esset in quo formaret loq̄la. nec ipe haberet organū corpale quo formaret vox illa. id est verbū genuit in quo erat vt fieret lux.

Querit augustinus
Arguitur.

Querit aūt btūs aug. an illa lux quā quidam ponūt fuisse corpalē: irradiabat ꝛ illuiabat vndiqꝫ machinā mundialē. Qđ si sic. nunꝙ nox succedebat diei. an tñ ex altera parte. qđ nō videtur posse esse. nam nōdum erat aer per quē agitata supius ꝛ inferius hemisperiū vicissim illustraret: et sui reuolutiōe diem noctemqꝫ faceret.

Euasio

Si aūt dixerit q̄s ꝙ aque vaporabiles occupabāt spaciū aeris vsqꝫ ad locū in quo mō est sidereū celum ꝛ per illas ferebat: qꝛ ipse erāt loco aeris.

Querit augustinus.
Respōdet ipse
Cōtra hoc arguit ideꝫ

q̄rit aug. quomō tāte aque potuerūt in tam modico loco ꝯgregari: vt terre facies nudaret ꝛ appareret arida. Et rñdet ꝙ ꝯdēsate includi potuerūt in terre visceribus: vt fra parūper subsidēs eas q̄si in matrice reciperet. Obicit aūt cōtra hoc adhuc ab aug. Si enī aq̄ vaporabiles erāt sup terrā: ḡ erāt distincte a terra: ꝛ terra ab eis. ergo terra suā formā habebat. eo ꝙ oīs distictio seu ordinatio est a forā.

Expō aug.

Quid est ḡ qđ subinfert Terra erat inuisibilis ꝛ incōposita. Soluit ipe quia īuisibilis ob hoc solū dicit. quia etsi tūc eēt qui posset videre: tñ videri nō poterat. nam eius faciem cōtexerāt aque.

Arguit iterum ipse.
Ad idem

Obicit aug. Si terra distincta erat ꝛ formata: cur non dicit in die facta sicut cetera forāta. Item cur non dicit facta in verbo vt demōstret. dixit deus fiat terra: ꝛ fctā est. dixit fiant aq̄. ꝛc.

Non soluit ista: tñ pōt dici.

Huiusmōi aūt obiectiōes nō soluit ipse: sed respōderi potest ad ambas ꝙ nec in die nec ad imitationem verbi eterni dicit terra facta sicut cetera formata. que nondū erat vsquequaqꝫ formata: cum nondū esset a mari disiūcta sicut ipse dicit.

¶ Utrū lux creata sit ante oēm diem.

Ar ꝙ non.

Querit aūt de formatiōe seu creatiōe illius lucis seu nubecule lucide. Aut fuit facta añ oēm diē et sic sequit ꝙ facta ē cum celo ꝛ terra. ex quo seq̄ret ꝙ terra nō erat tenebrosa. qđ est ꝯtra textū. Aut fctā est in die. qđ non potest eē. quia ipsa reuolutione sua fecit primum diem: ḡ nō fuit illo die facta: nec in aliq̄ sequentiū hoc cōstat.

Secundo.

Item qñ facta est: aut erat tps/ qđ esse non potest: nam tūc non erat nisi informitas: sed informitatē impossibile est vices tpm habere per quintam maximā. nam vbi est tempus ibi est prius ꝛ posterius: ꝛ ita successio et ordinatio que non est sine forma. Si aūt tunc nō erat tps: ḡ facta est ante omne tempus: igit facta est qñ facta sunt celū ꝛ terra. et ex hoc sequitur vt prius ꝙ tenebre non erāt sup faciem abyssi.

Ad primū.
Dies duobus modis capitur.

Ad primum rñdemus per distinctionē diei: qꝛ dies q̄nqꝫ appellat illud spaciū tpis ex die artificiali ꝛ nocte artificiali: vt dicat dies artificialis pñtia solis vel alicuius loco solis sup nostrū orizōta illuminātis aera. Nox autē vmbra que iacit ex obiectu tenebrosi corpis. i. terre ad solem. et sic accipiēdo diem nō fuit facta in die īmo ante: ꝛ tñ in tpe. et ꝺm hoc est verum ꝙ aliqñ fuit tps: quādo tñ non erat nox aut dies. Si aūt dicatur dies tm spacium tēporis q̄tū est spacium xxiiij. horaꝝ: ꝛc vera facta fuit illa lux in parte prime diei. sed etsi facta fuerit in tali loco ad quā euenisset a principio nostri orizontis circiter per vnā aut duas horas: tūc reuolutio eius ad idem pūctum dicit vna dies naturalis: cuius pars fuit illud modicū tempus qđ eius creationē precessit.

Ad aliud.

Ad aliud autē dicendum ꝙ cum creata ē lux: tēpus erat. quia mouebant aque vaporabiles sursum vsqꝫ ad locum illū in quo postea cōglobate sūt ꝛ ꝯsolidate vt ex eis fieret firmamētū. ꝛ sic erat motus: quare ꝛ tps. Qđ aūt obicit informatione tūc esse: quam dicit aug. vices tpm habere non posse. dicimus ꝙ ille intelligit hoc de pura informatione quā nō habebat machina mundialis. hēbat enī formā: sed cōfusam. sicut in lacte cōfuse sūt tres substātie et earū forme.

Intelligit sic augustinus
Itē ar de illa luce.

Adhuc obicit de illa luce si erat corpalis et mouebat circulariter. cum omne corpus celeste circulare sit ꝛ perpetuum ꝛ incorruptibile. eo ꝙ sicut motus circularis non habet ꝯtrariū: sed neqꝫ corpus circulare habet corpus nature sue ꝯriū. oīe autē qđ corrūpit: per ꝯtrariū corrumpit. vt videtur. sequit ꝙ lux illa non erat corruptibilis: igitur adhuc manet.

Scđo ad idē

Hoc idē videt. nā si erat corruptibilis: hēbat cōtrarietatem aliquam. quod est falsum. nam prime ꝯtrarietates q̄ fundate sunt in pmarijs ꝛ elemētarijs qualitatibus: origines sunt aliaꝝ cōtrarietatū. sꝫ illa nōdum erat: cum elemēta nondū erāt. Ex hoc sequit vt prius quia lux illa non erat corruptibilis: ḡ adhuc manet. sed si est: vbi est ꝛ ad quē vsum?

Tertio ar.

Item aut illa lux facta est ad idē ad qđ sol: aut ad aliud. Qđ ad idē videt: quia ad diei noctisqꝫ successionē. Sed si hoc: ḡ supflue ē creatū alterum illorū. duorū enim ad idem suffragantiū: alterū est supfluū. et cum ꝺm affinitatē rerum in qualitatibus debeat esse affinitas in locis ꝛ tēporibus inter ea scꝫ cum indistantiā habuerint lux illa ꝛ sol in qualitatibus. aut in eadē die creari debuerunt: aut in sequētibus ꝛ cōtinuis. non aūt sic factum est. et cum per hoc vidit deus ꝙ esset bonū intelligat approbatio dei respectu operū cōpletoꝝ vt manerēt in esse creationis. Vñ in ceteris diebus non subiūgit nisi post cōpletionē operū vniuscuiusqꝫ diei. et primo die facta sunt tria. lux ipsa. diuisio lucis a tenebris. et

appellatio diei et noctis. non sine causa ratiōabili est ꝙ statim post lucis creationē subdit̄ hoc nec expectatur cōsummatio ceterorum operum illius diei.

Secunda questio de luce. que est cōtinuatio materie.

Ar ꝙ non.

Item queritur si lux illa fuit opus prime diei. videtur ꝙ nō. qꝛ fecit primū diē. Si dicat q̄s ꝙ diuisio lucis ꝛ tenebrarum fuit opus prime diei. hoc nichil est. eo enī ipso ꝙ facta est lux: facta ē illa diuisio. Si autē dicatur ꝙ appellatio diei ꝛ noctis. tunc obicit aug. nūquid expendit deus tantā morā tēporis in illa appellatione? nūquid deus magnus adeo magnum os habet ꝙ illa appellatio ore dei formam ad sui prolationē seu formationē tantū tempus exigit?

Augustinꝰ

Ad primū i alia q̄one

Ad hec per ordinē respōdemus. Dicimus igitur ad primū ꝙ illa ꝓpositio: Omne corpus celeste circulare perpetuū est et incorruptibile intelligibile ſm ꝙ veritatē habet de corporibus plenis ꝛ pfectis quale est corpus solare quod plenitudinē ꝛ pfectionē luminis habet ꝛ consimilibus. omnia plena ꝛ perfecta sunt: ꝛ ideo in se ppetua. i. q̄tum est de proprietate nature non habentis cōtrarietatē. sed q̄tū est de natura cōpositionis corruptibilia sunt: de dei voluntate incorruptibilia. sicut dr̄ in thimeo. Lux autē licet creata sit perfecta in ordine suo. nā dei pfecta sunt opera sicut dicit moyses: tn̄ non plene pfecta. hoc autē factū est vt in impfectione creaturarum minus nobiliū legeret homo suā imperfectionē. vt sicut pmo creata est lux minus lucida: deinde sol maioris luciditatis. ita itelligeret hō se debere disponere ascēsiones in corde proficiendo de fide in sapientiā. Meliores enī iudicauit deus seruos suos si ei liberaliter deseruirēt. per hoc patet solutio scd̄i.

p hoc pȝ solu° ad 2m.

Ad tertiū.

Ad tertiū dicēdum ꝙ suo tēpore sufficiebat lux ad vsum ad quē facta est: sicut sol tpe suo.

Ad quartū

Ad quartū dicēdū ꝙ post lucis creationē dilata est creatio solis: qꝛ prius oportuit firmamētū fieri q̄ solem ꝛ cetera luīaria quibus ornādū erat. et sic necesse fuit incidere diem inter lucis ꝛ solis creationē.

Prima rō

Scd̄a ratō moralis

Alia est rō ad idem iuxta tropologiā sumpta. nam per lucem dicit̄ intelligi fides: per firmamētum spes: per cōgregationē aquarū in locum vnū caritas que delectatōes carnales cōgregat in sentinā sensualitatis: vt iam nō inueniat̄ locus earum amplius in celo rōnis: sed appareat arida. i. facies rōnis serenata ꝛ ab humidis vaporibus primorū motuū de terra carnis ascendētibus immunis ꝛ libera. per solē aūt sapiētia designat̄. per lunam sciētia. per stellas cetere ꝟtutes quibus ornat̄ celum mentis serenate. A statu ḡ fidei vsq; ad statū serenitatis ꝛ trāquillitatis nō venit nisi per duo opera media. et ideo inter creationē lucis ꝛ solis interueniūt duo dies.

Nota ista

sol lūa stelle q̄d significent.

Ad quintū

Ad quintū dicimus ꝙ cū per tenebras accipiatur informitas quā nō approbat deus ad manendū sed vt transeat in formam: lux aūt approbet̄ a deo ad manēdū statim post lucis creationem subiūgit̄ Uidit deus. ꝛc. quasi q̄ placuerit in dei pſciētia vt fieret: placuit in ꝓpria eēntia vt maneret.

Textus Dupliciter exponitur.

Alia ratio est ꝙ illud vidit deus. ꝛc. per qđ ostendit̄ approbatio dei respectu creaturarum: non subditur nisi post opera immediate a deo facta. diuisio aūt lucis ꝛ tenebrarum non fuit immediate a deo: sed lucis creatio a qua fuit illa diuisio tāq̄ effectus. et ideo post lucis creationē statim subsecuta est approbationis diuine expressio: quā subsecutus ē effectus scȝ dicta diuisio.

Ad sextū.

Ad sextū qđ querit̄ scilȝ si lux illa fuit opus prīe diei vel scd̄ā ante oēm diem: habes solutionē per p̄dicta.

Ad vltimū

Ad vltimū dicendū ꝙ appellauit. ꝛc. id est appellari fecit vel appellabilem reddidit dādo eis ꝓprias vocationes a quibus sumūtur noīm impositiones.

Iterum arguit augustinus de luce.

Adhuc obicit aug. de illa luce si fuit corporalis et fecit vicissitudinē diei noctisq;. Qđ duplicit̄ poterat esse. s. sua circūuolutiōe: vel radiorum suorū emissione ꝛ cōtractione. cum enī nondū essent hoīes quibus exhibēdū erat dicte vicissitudinis beneficiū: q̄ necessitas erat tūc vt sic circūuolueret̄ illa nubecula lucida ad dictā vicissitudinē faciendā. de ꝯtractiōe vero ꝛ emissiōe: aut impossibile eēt aut difficile aliqđ occultū aut manifestū exēplū supponere. vn̄ ipse dt. non est ponēda illa vicissitudo esse per emissionem et ꝯtractionē. Si aūt velit quis exemplū supponere de emissione ꝛ cōtractione radiorum visualiū non cōpetit. nam lux que est in organo videndi radios emittēdo ꝓpter exiguitatē suam ad visum actū nō sufficit: nisi luce maiori forinsecus āminiculāte. Hanc aūt obiectionē videt̄ aug. insolutā relinq̄re. Ideo rn̄demus ꝙ sicut sol modo suo principiū est gn̄atiōis ꝛ corruptionis et distinctiōis: ideo non superuacue precessit eius creatio creationē gn̄abiliū ꝛ corruptibiliū creandorum in sequētibus diebus ꝛ distinguendorū. sic ꝛ lux illa corpus luminosum erat ꝛ principiū distinctiōis in eis que erāt scd̄o ꝛ tertio die: vt firmamenti ꝛ ceterorū. Firmamentū aūt causa est distinctionis elementorū: sicut posuerūt ph̄i. et cū motus eius sit causa caloris in inferioribus: elementū qđ calidius est īmediatius ordiat̄ ad ipȝ: ꝛ alia ordinant̄ ſm accessum ꝛ recessum ab eo. et sic patet necessitas vicissitudis diei ꝛ noctis quā sua circūuagatione faciebat lux illa. Sicut enim coagulum distinguit ꝛ separat illas tres substantias lactis: sic illa lux ad hoc circulariter: vt que ꝯmixta ꝛ ꝯfusa erāt abīuicē secernerent̄. sic soluit̄ illa obiectio. Aug. autē non soluit eam: quia magis inclinabat̄ ad opinionē suā: scȝ ꝙ lux illa nō eēt corpalis sȝ spūalis. de qua alibi dicit scriptura: Primo omniū creata est sapiētia. Non tn̄ opinionem illā reprobat: imo dt ꝙ tādiu nō est ꝯtra fidē: q̄diu nō potest certis documētis. i. certis scripture auctoritatibus īprobari. Fides enī prime ꝟitati innitit̄ ꝛ auctoritatibus eā exprimētibus. dicere enī ꝛ ptinaciter defendere ꝯtrariū eius qđ testificat̄ auctoritas est dicere cōtra fidem. Si aūt illa lux spūalis erat vt dicit aug. tunc querit̄ quid eēt distinctio lucis ꝛ tenebrarum: quid vespere: quid mane: quid nox: quid dies? Et dicendū ꝙ ad litterā lux illa spiritualis: erat angelica natura. de qua alibi habet̄: Prīa oīm creata ē sapiētia. Et distictio lucis a tenebris intelligit̄ formatio creature spiritualis informi materia corporū in sua informitate relicta vn̄ cetera que formāda erāt formarent̄. vespe autē est cōpletio rei formate: mane aūt sigificatio formāde. qꝛ quadā creatura formata: informitas remanens significat ꝙ formanda erat sicut ꝛ illa. dies autē distinctio diuini operis vel ipsa lux: potest intelligi celestis hierusalē mater nostra.

Hāc rōnes non soluit augu. sȝ doctor soluit illam.

Exemplū

q̄re aug. nō soluit rōeȝ.

Lux spūal̄ quid est.

Uespere et mane.

Opera scd̄e diei.

Sequitur de opibus secūde diei de quibus dicit legislator. dixit deus. Fiat firmamētū in medio aquarum. ꝛc.

Textus

Prīa q̄stio litteralis

Responsio augustini.

de quibus primo q̄rit̄ quare verbū fiendi ter ponat̄ in factione firmamēti: scȝ fiat/fecit/et factū est. Ad qđ rn̄det btūs aug. quia ꝛ in ordinatione dei id est in verbo dei qui ordinauit se facturū illud: ꝛ in cognitione angelorū quibus ad deum cōuersis deus tanq̄ amicis suis oñdit res creādas ꝛ in ꝓpria eēntia factū est firmamentū. in creatione aūt lucis. i. angeli dicit̄ fiat. ꝛ facta est. quia angelus cum oēm creaturā preualeat saltem ſm dignitatē vt inferius ostēdet̄ in sola cognitione dei ꝛ proprio gn̄e creatus est.

Alia q̄stio litteralis.

scd̄a rō augustini.

Aliorum opīo

ꝯ quā ar̄.

Deīde dubitationē habet cum aque naturalit̄ locari habeāt īmediate sup terrā: et sic sub aere ꝛ igne ꝛ p ꝯsequēs sub firmamēto: sub quo sunt hmōi elemēta: quomō sup firmamētū locate sunt. sicut dicit legislator dicit̄ ꝙ miraculose. qđ improbat btūs aug. dicit enī. Non q̄rit quid deus possit facere: sȝ quō que fecit sapiēter ordīauit. Preterea. In nūero/mēsura/pōdereq; fecit aquas. nec solum ſm loca distinxit elementa: sed ſm exigentiā qualitatū. ḡ cum aque ſm naturalē qualitatem locum deorsum petant ꝛ deorsum debuerunt collocari. ꝛ hoc apparet ī exēplo aug. de igne facule que si demittitur ignis tn̄ sursuȝ reflectit̄. Ecōtrario aūt in aqua dicit̄ ab aliis ꝙ cum sidus saturni ex cōtinuitate motus sui calefiat ꝛ sit supremū inter planetas per aquas illas supiores sibi ꝓximas infrigidat̄ q̄ ad hoc ibi sunt collocate. Sȝ cum motꝰ firmamēti sit velocior. nam ꝛ ad motū eius mouentur planete. plus cōtingeret ipm calefieri ꝛ plus indigeret infrigidari ab aquis illis et posset plus: cum ꝓximius sit eis ꝛ imediatius. sed hoc eēt absurdū dicere fontem totius caloris infrigidationē admittere.

Alia opīo quā cōprobat augu.

aer diuidit̄

ꝓbatio opinionis.

Quidā aūt dixit (cuius opinionē approbat aug.) ꝙ celū vocatur hic aer aque superiores aque vaporabiles in supiori parte aeris instar nubecularum subtiliū existētes: q̄ sine turbīe vel pluuia ibi suspēse sūt leuitate sua ꝛ quiete sunt ibi sine motu. inferiores ꝟo q̄ inferiori pte sunt densiores turbinibus ꝛ ventis cōgerunt̄ ꝛ in pluuias resoluunt̄. Aer enī diuidit̄ in duas partes. s. in partē inferiorē vbi fiunt turbatiōes tonitruorū ꝛ pluuiarum: ꝛ partem supiorē quietā. et ibi dicūt esse illas aquas supiores. Hanc aūt opinionē quo ad hoc ꝯmēdabilē reddit aug. ꝙ auctoritatibus scripture fulcit̄ q̄ dicit aera celū ibi. Uolucres celi. ꝛc. ꝛ qꝛ non est ꝯtra fidē. tamen non potest stare: quia celi noīe intelligitur ibi firmamētū: qđ in quarta die lumīaribus est ornatū.

Opīo doctoris.

Ideo iuxta mentē aug. respōdemus ꝙ cum aque per subtiliatiōem possint rarefieri ꝛ in infinitū subtiliari possūt ꝛ adeo subtiliari ꝛ attenuari vt q̄si omni grauitate deposita manentes tn̄ aque in loco illo qui est sup firmamētū formate fuerūt ꝛ adhuc ibi pmaneāt sub quibus factum est firmamentum diuidēs eas ab inferioribus. preserti cum ipse facte sunt ex suprema ꝛ subtilissima parte informis materie q̄ nomē aquarum sortita est propter sui trāslucentiā. pars vero corpori tenebroso ꝓpinquior nomen aquarum inferiorum tenuit. pars aūt corpi luminoso ꝓpinquior scȝ celo empireo aquarum superiorum vocabulo nūcupata est: subtiliorem habēs substantiā ꝛ digniorem q̄ inferiores: propter ꝓpinquitatē nobilioris corporis. In primordio enī materies intendebat̄ a loco in quo mō est terra: vsq; ad celū empireū. et de illa supiori ꝛ rariori pte (sicut dictū est) formate sunt aque in loco qui nūc est supra firmamētū. et vocant̄ aque ille celum aqueū in glosa sup Deuter̄. vbi distinguūtur septem celi. aereum ꝛ ethereum/olimpiū scȝ orbis ignis/sidereum/aqueū/empireū: ꝛ celum scē trinitatis. qꝛ forsitan aque ille saphirini coloris sunt. Quare aūt sunt ibi aque ille ꝛ ad quid non determiatur a scriptura. nec est nr̄m. sed curiosis indagatoribus relinquit̄: quorum disputationi tradidit deus mūdū. Siliter neq; quō sunt ibi aque ille certificat scriptura. Nos aūt vt dt aug. supponimus eas ibi eē: cum maior sit huꝰ scripture auctoritas q̄ omnis humani ingenii capacitas.

Nos suppōnimꝰ cū augustino.

Opinio aliquorum ꝓbat̄ opīo

Hec est contra fidem.

Opīo gregorii.

Nōnulli ꝟo autumant ornatū illius celi aquei: aīas scās esse. qđ astruere conātur per hoc ꝙ ornatus celi siderei sunt substātie corpee. empirei vero substātie incorpee: vt angeli. ḡ medii medie substātie: vt anime oīm scōrum. Sed hoc est ꝯtra fidē. nam christus ꝛ btā virgo exaltati sunt sup oēs angelos: ꝛ angelorum ruina reparabitur ex hoībꝰ. Opinio aūt bti gregorii est vt p aquas supiores intelligant̄ angeli ſm statum in quo fuerūt mutabiles. p ꝟtutes aūt idē in statu īmutabilitatis. ibi Bn̄dicite aque q̄ sup celos sūt dn̄o ꝛc.

Alia q̄stio litteralis.

Opīo mgr̄i in historia.

ꝯ opinionē illam.

Querit̄ autē quare scd̄a die nō est dictum: Uidit deus ꝙ esset bonū. Ad qđ soluit mgr̄ in hystoriis ꝙ ideo omissum est: quia cōpletionē operis scd̄e diei q̄ tertio die scā est: non debuit p̄cedere expressio approbationis: sed vsq; in tertiū diem reseruata est. Sed hoc non videt̄ sufficere. qꝛ scd̄a die cōsummata est factio firmamēti ꝛ aquarū supiorū: ꝛ diuisio aquarum sub aquis. et sicut hec deo placuerūt vt eēnt ꝛ sic eēnt: sic ꝛ approbauit eas vt manerēt: ꝛ sic manēt. igitur quo ad hoc ꝓ illo die dici debuit Uidit deus ꝙ eēt bonū. Dicimus ꝟo qꝛ aquarum inferiorū diuisio nō placebat deo vt maneret sicut scā erat scd̄a die: imo vt fieret earum segregatio sicut factū est tertia die. qua facta tunc adiūctū est Uidit deus ꝙ eēt bonū. Tn̄ aug. ſm aliquā trāslationem videt̄ ponere hoc Uidit deus ꝙ esset bonū. etiā scd̄o die dictum post cōpletionē dictorum operum: scilȝ firmamēti ꝛ aquarum supiorum: et diuisionē aquarum ab aq̄s.

Questio circa opa tertie diei.

Opīo aug.

Sequit̄ de opibus tertie diei. que tn̄ scā fuerūt ꝛ formata ꝛ ordīata ꝛ ad imitationē ꝟbi eterni sicut opa prime ꝛ scd̄e diei. Ideo hoc irratiōabiliter q̄ri potest: cur de his non dicit̄ fiant ꝛ facta sunt: quēadmodū ꝛ de aliis: sȝ fit ꝟborum variatio. Cuius ratio est ſm snīam aug. ꝙ opa huius diei scȝ aqua et terra lōge differentē speciem habēt ꝛ lōge minus nobilem q̄ lux ꝛ firmamentū que facta sunt prima ꝛ scd̄a die: ꝛ q̄si informia respectu illorum. nam īformitati ꝓpiora ꝛ minus expresse minusq; de prope ꝟbi imitationem tenent q̄ imitationē expressam ꝛ ꝓpinquā exprimūt: fiat. factū est. nec ob hoc estimādum est quin hec formata fuerint illo die. Acceperūt enī aque formā illā quā nūc videmus eas habere. que formatio insinuat̄ cum dicit̄ Segregent̄ aque in locū vnū. Forma enim segregat ꝛ discernit. Licet enī aquarum supiorum formatio non exprimat̄ in scriptura: tn̄ intelligēdū est eas formatas: nec ab eterno fuisse sicut posuit manicheus. Cum aūt cōstat mūdū ex q̄ttuor elemētis subsistere: dubitat aug. cur de aere ꝛ eius dispōne tacet scriptura. et huic adiungimus dubitationē siliter ꝛ de igne. Et rn̄sio est ſm ipm ꝙ mos est scripture nomīe celi ꝛ terre totum mūdum cōplecti. quādoq; aūt adiungit̄ nomen maris. Per terrā ḡ sine aqua: nebulosa pars aeris accipit̄. per celum eius pars supior que magis perspicua est. per celum ꝟo: ignis intelligi dat̄. Cum

Textus

Contra manicheum

Querit augustinus

Soluit ipse

enim(vt supra diximus)aque superiores facte sint ex
suprema ⁊ rarissima pte illius informis materiei que
porrigebatur vsqꝫ ad empireū.sub eis ē collocatum
firmamētū:cuius motu distincta sunt elemēta.vt illa
pars informitatis q̄ propior erat firmamēto ex cali-
ditate suscepta fieret ignis:minus ꝓpinqua aer:re-
Dictū philosophoꝝ.
motissime aqua ⁊ t̃ra.Et ex hoc appet veraces fuisse
assertiones philosophorū dicentiū celum nō eē factū
ex elemētis:sed ex īformitate.cum creatio celi tanq̄
causa precesserit elementoꝝ distinctionē.hoc autē scꝫ
celum vocat̃ quinta eēntia.tñ quinta eēntia nūcupat̃
oīs natura lumīosa quecūqꝫ sit illa siue empireū siue
sidereū celum siue stelle siue quecunqꝫ alia:dūmodo
Distinctio operū tertie diei.
non sit elementū siue elementatum.Liber aūt Geñ.
distinguit inter opera huius diei tertie:ponendo ad
germinationē ⁊ fructificationē ipsius v̄bū dicēdi qđ
est ad insinuādum eoꝝ distinctionē ẜm diuersas eorū
naturas.nam q̄dā eoꝝ inaīata sunt:vt terra ⁊ aqua.
cetera v̄o aīam vegetabilē habēt:vt arbores/herbe/
⁊ hmōi.Q2 igitur germina terre.s.arbores/herbe/⁊
fructus/speciositatē multā habent ⁊ quasi expressam
imitationē habent ad purā speciem siue ad verbum
q̄re h' ponit̃ v̄bū dicēdi
eternū:ideo verbū dicendi ponit̃ in distinctiōe taliū.
licet prius non esset positū in distinctiōe aque ⁊ terre
ꝓpter cōparatiuā informitatē quā habēt.Sꝫ ex hoc
q̄o incidēs
orit̃ questio.cur sic eadē die diuersa sunt facta.nam si
alterius diei fuit celi creatio ⁊ eius ornatus:similiter
distictio aque et eius ornatus.eodē mō alterius diei
debuit eē terre formatio ⁊ eius ornatus.Q2 si dicas
ipam terrā eadem die distinctā ⁊ ornatā:quia ea que
ornāt ipam et adherēt.eodem mō cum stelle fixe sint
in firmamēto:ad eādē diem qua factū est firmamētū
R̄nsio scđꝫ augustinū.
pertinere debēt.Sed rūdet̃ ẜm mentē aug.ꝙ vege-
tabilia vt terre nascētia ei adherēt radicitus:⁊ ab ea
trahūt vitam ⁊ ex eadē facta sunt.stelle v̄o nō habēt
materiā firmamentū:īmo ẜm q̄sdā facte sunt ex igne
Opinio doctoris.
subtilissimo ⁊ depurato.Dicendū tñ est ꝙ facte sunt
ex īformi materia:sicut ⁊ celum.et sub quinta eēntia
cōprehendunt̃ de herbis inutilibus ⁊ infructuosis et
de minutis animātibus et nociuis q̄ facta sūt.diffu-
Aliq̄ facta post pctm̄ scđꝫ augu.
sius dt aug.ꝙ ꝓducta sunt post pctm̄ a terra maledi
cta.sicut dr in Geñ.Spinas ⁊ tribulos geriabit tibi.

¶Alia questio de opibus tertie diei ⁊
potest eē vtrū multa facta sint illo die.

Adhuc restat q̄rere de opibus tertie diei.Cum
eñ vna rei species ad sui creationē exigat vnā
Prima rō ẜm augu.
diem:vt patet in luce.et diuerse diuersas.vnde aug.
Diuersi dies diuerse rerum distinctiones ⁊ quattuor
elemēta ⁊ vegetabilia sunt.quinqꝫ autē rerū species
nō in paucioribus q̄ in quinqꝫ diebus creāda fuerūt.
scđa ratio.
Preterea.si in vna sola die creata sūt:⁊ vnica dies eoꝝ
Gñalis rō ẜm augu.⁊ est solutio.
ornatui debuit assignari.De primo ponit aug.gñalē
rōem.Lux eñ.i.spūalis ⁊ angelica intelligentia siue
superna ciuitas ꝓpter sui nobilitatem ⁊ primū diem
habuit digniorē locūqꝫ tenuit.et sic habemus vnum
qđ est ps prīa senarij.duabus aūt sequētibus diebus
factus est mūdus:et quo ad supiorē ⁊ inferiorem sui
partē.⁊ sic habemus binariū qui est scđa pars aliq̄ta
senarij.In tribus reliq̄s ornata sunt q̄ creata fuerāt:
et sic hēmus ternariū qui est tertia ps aliq̄ta senarij.
Ex his autē simul cōgregatis tanq̄ ex suis aliquotis
resultat senarius qui est nūerus pfectus.vñ aug.Nō
ideo senarius est pfectus nūerus quia fecit opa deus
sex diebus:sed ecōtrario.q.d.perfectionem operum
Rō spālior
insinuauit deus p senarij pfectionē.Sꝫ rō specialior
potest assignari q̄re elemēta ⁊ vegetabilia facta sunt
vna die.q̄ est ꝙ elemēta ab vna causa sunt proxima ⁊
ꝯiūcta scilꝫ a motu firmamēti ⁊ lucis prius create:⁊
ad vnū finē sunt ordiata scꝫ vt ex eis simul fiant terre
nascētia ad seruiendū hoībus.⁊ ideo quasi vnū sunt.
Vegetabilia enim a terra habent originē eēndi et ei
adherēt vt diximus.vñ quasi indiuisa sūt ab ea.et sic
quattuor elemēta cum vegetabilibus sunt quasi vnū
opus:⁊ ideo creationi eoꝝ vnica assignatur dies.Ex
hoc etiā habet̃ certificatio scđe questiōis.ornamenta
enim alia elementorū talem habent diuersitatē que
ad diuersos dies pertinent.vt post patebit.

¶Opera quarte diei.

Circa opa q̄rte diei q̄rit augu.
Sequit̃ de opibus quarte diei:scꝫ de luīaribus.
vbi querit aug.Que cōsequētia(inquit ipse)ꝙ
prius creata sunt opaca corpa ⁊ quasi turpia.s.terra:
Ar̄ primo.
aqua.postmodum lucida ⁊ speciosa.cum econtrario
Secundo.
videat̃ faciēdū.Preterea.cum luīaria causa sint vege-
Tertio inquisitiue.
tabiliū:eoꝝ creatio debuit anteponi.Preterea.cur
dicunt̃ ista luminaria facta in dies ⁊ noctes:cum iam
Ad primū lr̄alis solu°
precessisset trina diei noctisqꝫ vicissitudo?Ad primū
lr̄alis solutio ex iam dictis.prius eñ se expe-
diuit ꝯditor de creatiōe mūdi q̄tū ad supiores mūdi
partes:vt ē celum.⁊ q̄tū ad inferiores:vt sunt aqua
⁊ terra.deinde ad ornatū mundi creati se trāstulit.et
sicut a supiorib'creationē inchoauerat:sic ⁊ ornatū.
Rō moral'.
Ratio aūt moralis supius p̄libata est.nam p cōgre-
gationē aquaꝝ in vnum locum:intelligit̃ coartatio ⁊
cōclusio delectationum carnalium in sensualitate.ne
metas sensualitatis excedāt:et ne vsqꝫ ad consensum
rōnis ꝓcedāt.Per apparitionē v̄o aride cōpetēter
accipit̃ liberum arbitriū a cōcupiscentijs carnalibus
expeditū ⁊ q̄si exsiccatū:⁊ iam fructificās p exercitiū
bonoꝝ operū.Per luīaria v̄o designātur spūales ⁊
cōtēplatiue v̄tutes quibus aīa post operū exercitia
decorat̃ ⁊ illuminat̃:tenebris carnaliū motuū remo-
Ad scđm.
tis.Ad scđm dicēdū est ꝙ licet actualiter fructificēt
vegetabilia p motū luminariū:tñ sicut eē ꝯtraxerūt
a terra:sic ⁊ potestatē fructificādi.et ideo nō incōue-
nienter ante luminaria creata sunt.Hoc aūt dicimus
supposito ꝙ nō statim fructificauerūt actu.non enim
est hoc cōtra fidē.sed si dicamus scꝫ ꝙ fructificauerūt
actu aū luīariū creationē:hoc fuit bñficio lucis:sicut
Ad tertiuꝫ ẜm scđos
mō bñficio solis.Ad tertiū est rūsio iuxta opinionē
scđoꝝ ꝙ licet per lucem fiat successio diei et noctis:tñ
Scđm augustinum.
post plenius ⁊ perfectius facta est per ortū solis.Tñ
ẜm aug.vocat̃(vt supra dictū est)dies distinctio rei p
īntroductionē speciei.per noctē informitas vñ faciēda
Expō illius textus
est alia creatura.et sic aut fuit tēpus ẜm aug.anteq̄
essent luīaria.facta aūt sūt luīaria in signa scꝫ tēpesta
tis ⁊ serenitatis ⁊ tpa.i.in distictionē quattuor tpm:
⁊ in mēses.i.in distinctionem duodecim mensiū:et in
ꝯ aliud ar̄.
annos.i.in distinctiōem annoꝝ solariū ⁊ lunariū.Itē
obicit̃ cōtra illđ qđ dicit moyses.Posuit(inq̄t)deus
stellas in firmamēto celi.quod gñaliter intelligendū
est de alijs a sole ⁊ luna siue sint erratice siue fixe.Sꝫ
tūc non est verū ꝙ dicit eas positas in firmamēto.nā
ceteri planete mouēt̃ sub firmamēto vnusquisqꝫ in
ꝓprio orbe ⁊ ꝓpria spera.sicut sol ⁊ luna.Ad quod
Solutō secūdū aug.
soluendū dicit aug.ꝙ cū dr Posuit eas in firmamē-
to celi.nō vocat̃ firmamentū orbis stellaꝝ fixarū:sed

noīe firmamēti accipit̃ regio supior illa scꝫ pars que
porrigit̃ ab isto aere turbulēto in quo gñant̃ tēpesta
tes ⁊ grandines et hmōi vsqꝫ ad celū sidereū.In hac
aūt superiori parte est aer quietus et serenus:in quo
mouent̃ planete p circulos suos.aues aūt nō possunt
per illū volare ꝓpter corpulentiā suā et aeris nimiā
subtilitatem atqꝫ raritatē.que tāta est ꝙ philosophi
ascendentes ad illū super olimpū ponebāt spongias
plenas aqua in naribus ad attrahendum grossiorem
aerem.et littere facte in puluere durāt ibi per anniū.
Dictū aug. qđ alte historie hñt.
sicut dt aug.⁊ sicut tāgit̃ in hystorijs.Q2 aūt sic vtat̃
scriptura noīe firmamēti habes per silr̄ in alia trāsla
tione.q̄ vbi nos hēmus volatile sub firmamēto celi:
habet volatile ẜm firmamētum.i.iuxta.qđ nō posset
Aliud q̄rit augustin°. Ar̄ ꝙ sic.
intelligi de celo sidereo:sicut ostēsum est.Item q̄rit
hic aug.vtrū luna creata sit plēa.qđ sic videtur eo ꝙ
cum in principio creata fuerit in materia informi q̄ñ
facta sunt celum ⁊ terra.in quarta die facta est in sua
specie atqꝫ plenitudīe.et q2 indecens esset deū cuius
pfecta sūt opa.vt dr in cātico Deute.opus impfectū
creare.⁊ quia dt textus ipsam factam in inchoatione
noctis:sed illo tēpore nō apparet nisi cum est plena.
Opinio aliquorum
Prope has rōes fuerūt qui dicūt ipaꝫ in plenilunio
esse creatam.alij etiam dicūt ꝙ non.nam plena nō est
Opinio priori ꝯtraria.
nisi cum est.xiiij.tunc aūt erat plena q̄ñ facta est.Ad
hoc dt aug.ꝙ vtrūqꝫ dici potest.cum eñ vt ipse dicit
Opio augustini.
ipsa facta sit in plenitudine eēntie ⁊ in plenitudīe ac-
cidētalis luīositatis quā habet a sole semp q̄tū in se
est quādo non est eclipsis licet q̄ñqꝫ appareat nobis
corniculata:si de tali plenitudīe infrogemur ⁊ dixe-
Ad vltimū
rimus eam fuisse creatā plenā.Adultimā obiectiōeꝫ
rūdebim' ꝙ.xiiij.creata est.i.talis qualis est cum est
mō.xiiij.si aūt dixerimus eam nō esse creatam plenā
plenitudīe vsitata apđ nos patet solutio ad obiecta.
Concedimus eñ cum hoc ꝙ facta est in plenitudine
speciei:licet nō in plenitudīe luīs accidētalis.nec est
indecēs deum aliq̄d impfectum facere:qđ ipse solus
postea perficiat.nec obuiat ꝙ facta dicit̃ inchoatione
noctis.sic enim est intelligendū.i.in principio siue in
principatu.qđ innuit greca trāslatio q̄ habet archin:
vbi habemus inchoatione.⁊ inf̃pretat̃ grecum illud
principatus.⁊ ita videt̃ ꝙ facta sit circa mediā noctē.

¶De opibus q̄nte diei.scꝫ de ornatu aque ⁊ aeris.

Queritur prīo de ornatu aque et aeris.
Sequitur de ope quinte diei:in qua ornata sunt
aqua piscibus/⁊ aer volatilib' ex aquis factis.
Dubium aūt videt̃ cur non vtrūqꝫ istoꝝ elementorū
separatim ⁊ per se ⁊ die ꝓprio ornatū est sicut terra:
Aliud dubium.
sicut etiā celum.dubiū etiā est cur ornatus aeris non
est factus de aere:sicut ornatus aque de aqua ⁊ orna
Aliud dubium.
tus terre de terra.dubiū etiā potest esse cur non oīa
sensibilia fctā sunt vno die:sicut vegetabilia oīa vno
Ad primū.
die.Ad primū est respōsio ꝙ aqua ⁊ aer simbolicam
naturā habēt.vtrūqꝫ eñ humidū vtrūqꝫ trāsparēs ⁊
quasi media sunt inter opacam naturā scilꝫ terram:⁊
lumīosam scꝫ celū.propter qđ q̄ñqꝫ per illa tanq̄ per
extrema dant̃ intelligi.ꝓpter quā etiam ꝯuenientiā
q̄ñqꝫ per nomen aque accipit̃ aer.⁊ ideo scilꝫ quia sic
ꝯueniūt:vno die ornata sunt.Ideo etiā ex aquis fctā
sunt ornamenta vtriusqꝫ p spissationē cōglobati facti
sūt pisces.Ex aqua aūt tanq̄ p exalationē subtiliatā
De gñatōe piscū ⁊ auium.
fctē sūt aues.sicut dicūt pħi ꝙ ex grossiori supficie aq̄
fiunt quidā pisces.alij ex subtiliori.alij ex mediocri.
Non aūt ex aere facte sūt aues.quia ignis ⁊ aer plus
sunt actiua q̄ passiua:⁊ ideo minus materialia.quod
ondit cōsignificatio noīm.Ignis eñ ⁊ aer masculini
generis sunt:sed terra ⁊ aqua feminini.q2 tamē plus
Patet per hoc ad ẜm.
habent aues de aere q̄ pisces:magis habēt naturam
actiuā ⁊ magis leues sunt.et sic patet solutio secūde
Ad tertiuꝫ dubium.
questionis.Tertia vero questio soluit̃.nam non oīa
sensibilia materiā habēt vnam:queadmodū ⁊ vege-
tabilia.nam oīa vegetabilia ex terra.quedā aūt sen-
sibilia ex terra:q̄dā ex aqua.qđ tñ sane intelligēdum
est.nam oīa corpalia ex quattuor elemētis fctā sunt.
sed dicimus aliqua fieri ex vno elemēto ⁊ nō ex alio:
quia plus participāt de illo q̄ de alio.

¶De operibus sexte diei.

Sequitur de opibus sexte diei:in qua facta sunt
questio circa ista.
aīalia ambulabilia et homo.vñ q̄stionē habet
cū plus differat homo vel eque ab his ābulabilibus
q̄ hec a natabilibus ⁊ volatilibus ⁊ abūdet in esse ab
his in rōali sicut hec ab illis:cur ipse vna die cum his
creatus est:hec aūt cum illis non vna die creata sunt
Solutio.
sed diuersis.Cuius rō est.q2 homo ⁊ aīantia ex eodē
elemēto facta sunt.s.ex terra ⁊ ad ipsius ornatū.quā
ꝯuenientiā nō est reperire in aīantibus ābulabilibus
⁊ natabilibus ⁊ volatilibus.Uel si placet recurre ad
illā solutionē gñalē aug.ꝙ cū in senario fecerit deus
opera sua volens ostēdere pfectionē operum:noluit
sensibilia ⁊ hoīem facere diuersis diebus ne excede-
ret senariū.ideo etiā hoc fecit vt homo vidēs se factū
ex eadem materia ex qua animātia:fragilitatem sue
Dubium.
cōditiōis agnosceret ⁊ hūiliaret̃.Si aūt dubitauerit
aliq̄s cur opibus quinte diei adiūcta ē dei bñdictio:
Solutio.
non aūt opibus ceteroꝝ dierū.Dic ꝙ in vno die fctā
Alia q̄o.
bñdictio:in oibus intelligēda est esse facta.Q2 autē
cur de aīalibus dictū sit ꝙ facta sunt ẜm genus suū:⁊
Arguit̃ sic.
non de hoīe dictū est.Hoc eñ potes dicere ꝙ genus
ibi dicat gñalē ⁊ originalem oīm creaturaꝝ rōem scꝫ
eternā artem:cum in eius ordinatiōe creatus sit hō.
non potest dici ꝙ dicat vim generatiuā per quam fit
ꝓpagatio ⁊ indiuiduoꝝ successio:vt q̄ in se corrūpūn
tur in specie cōseruet.nam ⁊ hoc genus cōe habet cū
Solutio.
brutis.Solutio.Genus ibi dicit multitudinem atqꝫ
collectionem indiuiduoꝝ sub specie vel specierū sub
gñe:⁊ preterea vim gñatiuā ẜm ꝙ ipsa est ad subueniē
dum spēi ne pereat:cum in eisdē nūero corrūpat̃:sed
in successione eorūdē specie cōseruet̃ ⁊ maneat.Sed
nō sic factus est hō ẜm genus:cum vnus solus primo
plasmatus sit:cum etiam si in statu primo perstitisset
vi gñatiua siue ꝓpagatiua opus ei nō eēt ad restitu-
tionē singulariū pereuntiū.cum corruptio non hēret
Alia q̄stio.
in eo locum.Querit̃ etiam de ordīe sex dierū vtrum
attendēdum sit illos esse artificialiter ordinatos ẜm
Dona ordinant̃ i isaya ⁊ i euāgło
dignitatē operū:aut naturalit̃ ẜm eēntias ⁊ naturas
rerū.sicut differēter ordinant̃ septē dona in euāgelio
⁊ in isaia.Nō potes dicere ꝙ ordo dignitatis obserua
Arguit̃ sic.
tus fuerit.nam celū empireū non est dignius āgelica
natura q̄ significat̃ per lucē.nec terra q̄ erat informis
materia elemētorū dignior firmamēto.nec elemēta
lumīaribus.nec natabilia/aut volatilia/aut sensibilia
hoīe.Siliter nec ordo naturalis ibi seruari videt̃.q2
angelus qui primo factus est nō fuit causa vel princi-
piū essendi ceteris creandis:nec alia alijs:q̄ tñ prius
creata sunt illis.et ita nō fuit ibi ordo artificialis qui
Opinio aliquorum.
inchoat a dignioribus.Quidā arbitrant̃ ordinem in
opibus assignandū.scꝫ vel ẜm principiū siue cām rei:

vel locum vel fundamentū rei. Celū enim empireū:
locus est angelorum. terra autē causa et principiū locus
et fundamentū: his q̄ de ea facta sunt. et aqua his que
de ea fctā sunt causa ē et principiū. et firmamentū fm
motū suū causa est et principiū elementorum posterius
Aliorum opinio. creatorū. luminaria aūt sensibiliū. Aliij aūt ordinant
fm maiorē et minorē participationē ipsius esse. terra
q̄dē in principio facta est: in qua erāt cōfusa et ɔmixta
elemēta potentia etiā vt separari possent. sicut videt
in tribus substantijs lactis q̄ de facili sepabiles sunt.
Et ideo asserūt non dictū fuisse tertio die fiāt aqua et
terra: sz segregent aque et appeat arida. Scdm istos
ergo facte sunt q̄dā creature scz celū et terra in prima
die. et dispositio q̄dā ad id qd faciēdū erat scda die. s.
lux q̄ disposuit materiā ad hoc vt ex ea fieret firma-
mentū. deinde vo scda die fctā est dispositio ad crea-
tionē elementorū et vegetabiliū. s. firmamētum. per
cuius motū scda die disposita ē materia ad hoc vt ex
ea fierēt elemēta et vegetabilia. tertia vero die facta
sunt elemēta et vegetabilia. quarta die dispositio ad
sensibilia oīa: siue natabilia siue volatilia: siue ābula
bilia: siue etiā rōnabilia vt ē homo. Et hec facta sunt
duobus diebus. q̄nto scz et sexto. dispositio autē pre-
Juxta hec põit duplex ordo ī operibus. ambula quarto die. s. luiaria. Ex his colligit duplex
ordo naturalis in opibus sex dierum. vnus fm rōem
triplicē: scz principij/fundamēti/et loci. alter fm sim-
plicitatē eēndi. Sed ɔtra vtrūq multipliciter obicit
ɔ ista ar. Primo de luce. per quā intelligit angelica natura q̄
fuit opus p̄e diei. neutro tū modorum ordinabilis est
Scdo ar. ad opa reliquorum: sicut euidēter apparet. Obicit scdo
et de opere tertie diei q nec sic nec sic antecedit opera
Tertio ar. quarte. sicut p se patet. Tertio de opibus quinte: q̄
ad opa sexte diei ad min⁹ ad aīalia bruta ābulabilia:
neq fm primā neq fm scdam rōes ordinari vidētur.
Solutio. Respōsio est q nec primum ordinē dignitatis solum
secutus ē moyses: nec ordinē naturalē solū. sz aliqua
sic/aliqua sic ordiauit: et vsus est ordine siue tali siue
q̄re āgelus p̄io die creatus est. tali. Angelica eni creatura q̄ noīe lucis censet: primo
die creata est ppter sui nobilitatē et excellētiā. Tū si
diceremus fm aug. q lux est celestis ecclia: tunc posset
inueniri causalis ordinatio. nam ipsa est finalis causa
oīm. etiā hoīs. fuit eni hō creatus ad hoc vt cōpleret
illam. et sic bene preordinat lux operibus formatis et
distictis tanq causa finalis oīz. et ideo prior est digni-
tate et cōsideratione. Scdm aūt q celum dr angelica
natura informis: lux aūt eadē fm q formata: patet q
celū prius est ppter maiorē simplicitatē eēndi. Per
terrā vero et celum q̄ ante dies creata sunt: intelligit
informitas oīm formādorum tam visibiliū q inuisibiliū.
p hec patet ad primuz. et ideo cōpetenter preordinata sunt vniuersis. Et sic
patet solutio ad primo obiectū. Ad scdm vo dicēdū
Ad scdm. q ideo opa tertie diei precedūt opa quarte naturalr
qr sunt de cōstitutiuis mūdi: cui⁹ cōstitutio pambula
est ad ornatū: et cōstitutiua fm hūc aspectū priora sūt
Ad tertiuz ornatis. Ad tertium vo dicendū est q tō natabilia et
volatilia sensibilibus preponunt. non qr naturaliter
priora sunt eis altero modorū: sed qr ɔximiora sunt
esse scz luiaribus ex natura trāsparenti ex qua sunt: q
ɔiūctior est luiarib⁹ q terra ex qua sensibilia pducta
Iteruz ar. sunt. Sz obicit q post pure luia subsequit firamētū
tanq dispositio ad vegetabilia: et deide luiaria tanq
dispositio ad sensibilia. g eadem rōe post illa debuit
ordinari aliquid qd eēt dispositio ad rōnalia creāda:
precipue cū sit aliqua talis dispositio maxie fm illos

qui dicūt q sol preest vite naturali: luna vite aīali:
venus vi. gñatiue: mars irascibili: mercuri⁹ prudētie
et eloquētie. Rñdendū est q homo fm rōem nec ele- *Solutio.*
mētis nec corpibus supcelestibus obnoxius est vllo *Hō p se nō*
mō per se loquēdo et pprie. cum eius volūtas super *subdit cor-*
oēm motum et tps sit. et ideo li. ar. nuncupat. Per se *porib⁹ cele*
dico. qr quodāmodo et p accidēs promitatē et inclina- *stibus.*
tionē ad malū vel ad bonū trahit a cōplexiōe in qua
cooperātur elementa et supiora corpa. Dicit enim q *De inclina*
colerici demētiores sunt in estate. sanguinei vo pro- *tione rōne*
niores ad largitiōes. Scdm igit partem istam nō est *cōplexōnis*
aliqua causa disponēs ad eius factionem: nisi solum
bñplacitū cōditoris. sed fm corpus aliq̄mō subiacet
motibus lumiariū et supiorum corporum et elemētis ex
quibus cōpositus est: et pcipue terre de qua sumptus
est. longe tamen aliter q aīantia que ab ipsa et ex ipa
sumpserūt originē. nam ex ipsa quedā producta sunt *Quō diūsa*
āminiculo solis: vt bocrate et lacerte et silia. quedam *diūsimode*
aūt ad imperiū creatoris: vt natabilia/volatilia/am- *forata sūt.*
bulabilia. corpus aūt humanum sola dei opatiōe de
terra factū est et formatū. Et hanc diūsitatē elegāter
insinuauit moyses in his vbis. Producat fra iumē-
ta. etc. et post. Plasmauit de⁹ hoīez de limo fre. etc.
Ex pdictis maifestū est q inferiora ingtū sunt vege- *Correlariū*
tabilia et sensibilia vegetant et sensificātur fm motus
supiorum: g qui de illorum euētibus iudicāt fm illa recte
iudicant tanq de effectibus per causas. vt quid ergo
arguunt a sctis: dicit eni ad Galathas. Seruatis dies
et annos et menses. et ibi in vbo rephēdit eos beatus *Ambros⁹.*
ambrosius. Si dicas q non arguūtur qtū ad hoc q *Euasio.*
dicūt aliqua inferiora causari ab illis supioribus: sed
quia de oībus gñalit tam naturalibus q volūtarijs
hoc affirmare cōtendūt. Cōtra. hoc est obiectio aug. *Cōtra ar p*
qui dicit sup Geñ. q in eodem agro fm diuersas sui *augustinū.*
partes vel in agris cōsimilibus contingit silia semina
seminari et sub eadem cōstellatiōe: que tamen varios
pgressus et actus seu fructificatiōes recipe dinoscūt.
et sic videt innuere q nec etiā dispositio vegetabiliū
subiaceat illis supioribus corporibus aut corum moti-
bus. Ad qd respondendū est q tales pronūciatores *Solutio.*
futurorum sup duobus rephensibiles sunt. Primū est
curiositas. ipsi enim studiū nimium et inuestigationē
supuacuā impendūt in talibus: quorum certitudinē vel
impossibile vel difficillimum est habere in hoc statu.
Nā licet inferiora aliqua fm aliq̄d causent a supiori
bus: tū tot sunt accidētia et adiffcta q̄ impediūt q vix
potest vitas discerni aut ppēdi. Dicūt eni astronomi *Dicunt a-*
q de cōplexiōe hoīs iudicandū est fm signū ascendēs *stronomi*
in natiuitate illius. Et dicit ascēdens signū qd oritur *Signū ascē*
tūc qñ nascit homo. vt si fuerit calide et sicce nature. *dens.*
et talis est cōplexionis colerice. fm autē ortū planete
exñtis in illo signo: iudicandū est de motibus illius.
vt si planeta frigidus et humidus: et ille qui nascitur
hēbit motus fleumaticos: licet sit colericus. Qd bñ *Judicium*
potest eē verum nec abhorret a vitate: sed quasi inume *hoc ppter*
ris casib⁹ potest hoc īpediri. ideo curiosum et inutile *mlta fallit.*
hoc nimis pscrutari: nimiāq fidē talib⁹ iudicijs ad-
hibere. Propter g impedimēta emergentia obicit *q̄re arguit*
aug. de seminibus. nam diuersos pgressus et fructi- *augustinus*
ficatiōes differētes recipiunt. quia forsitan diligētior
cultura adhibita est huic agro q illi et copiosior irri-
gatio. vel ppter alias causas. Scdo arguunt qui de
futurorum euētibus sciolos se iactitāt. vt geneatici qui *Geneatici*
ordiatiōnē naturalē non solū in naturalibus asserūt: *dicunt.*

verūetiam naturā dicunt eē ordinationē et dñationē
motuū voluntariorum. nam infidelitatē incurrunt. ipsi
eni euacuāt libertatē arbitrij: cum verū et certum sit
et in astronomia notissimū q deus et animus dñant in
Aug. hos confutat. astris. Istorū aūt assertionē elidit aug. obiciendo eis
ortū geminorū qui simul nascunt: verū motibus vo-
luntatū diuersificantur vsq ad hoc q alter optimus:
alter pessimus efficit qd in volūtate li. ar. et potestate
Diabolus dat aliquales notitiā. est. Doctrine aūt hmōi geneaticorum admiscet diabol⁹
aliquātulā noticiā. et hoc quattuor de causis vt dicit
aug. sup geñ. Primo perspicatiōe suorum naturaliū et
Prima cā āminiculo quarūdā conjecturarum futura conicit et eis
Secunda. aperit. Scdo per longam experientiā aliqua futura
Tertia. perpēdit. Tertio sctis angelis reuelātibus ei aliqua
referant ad illusionem malorum: et exercitium bonorū.
Quarta. Quarto qr q̄ facturus est ipse prenunciat se facturū.
Augustin⁹ Dicit aug. q tales rōes et ɔsultatiōes nobis asserere
conant fatū eē aliq̄d. ponūt eni fatū esse dispositionē
quādam in supioribus exñtē corpibus: oīa inferiora
ɔ hoc ar. regentē. Sz fm hoc in rei vitate nichil ē fatū. ppter
hoc qr libertas arbitrij excedit naturā et oīa visibilia
alia q̄o lrat Post q̄rit cur in factiōe hoīs non ponit nisi bis vbū
Solutio. fiendi. Et soluit q ideo qr licet sit factus in ordiatiōe
verbi et etiā in pprio gñe: tū non est factus in cogni-
tione digniori creature. Angelus enim nō est eo di-
gnior: cum ipse imediate se hēat ad deū vt angelus.
Cōtra ar. Si autē obicias q fm opinionē aug. qui dicit oīa sit
facta fuisse. nō est verum q cetere creature facte fuerūt
in cognitione dignioris creature scz angeli. nā simul
Solu° fm augustinuz facte sunt cū eo: vnde nō cognouit eas fiēdas. Rñsio
fm augu. q angelus nouit creaturas minus dignas
alia q̄o lrat fiendas post: non tpe sed dignitate. Ultimo q̄rit cur
non est ornatus ignis elemētum in regione sua: sicut
Euasio contra quā ar. cetera elemēta ornant. Si dicat q ibi nō posset aliq̄d
viuere. falsum est hoc. nam dr q salamādra et in igne
Solutio. viuit et ex igne. Sed rñdendū est q vna causa ē huius
q si eēnt ibi aialia volatilia aut alia in nullo seruirēt
hoībus. cum nō posset ad hec capienda attingere vel
per se vel per alia aīmalia predalia. et ideo in regione
Opīo hieronimi. inferiori vt sup terrā et in aquis et in aere turbulento
sunt aīalia/pisces/et aues: q̄ non eēnt ibi vt dr hiero.
Alia causa nisi eēnt hoīes. Alia causa ē qr ignis est spēs elemē-
torū: et ideo ex ipso nō sunt fctā aliqua aialia. ex eisdē
aūt ex quibus sunt aīalia ex eisdē nutriūtur et viuūt.
vnde in regione illius ignis puri et ex illo non posset
aliqd aīal viuere. neq etiā salamādra viuit in igne et
Quō itelligit dictum cōmune. ex igne inferiori q̄ grossius est. Ql aūt dr q quattuor
sunt q̄ cōstant ex puris elemētis: vt talpa/gamaleon/
alec/salamādra. Intelligēdum est fm supabundātiā
et dominium.

¶ Octauus tractatus.

Dicto qualiter intelligēda sit distictio sex dierū
fm cōem opinionē sctorum. restat videre qualiter
Opīo aug. de creatiōe mundi. intelligēda sit fm opinionē aug. qui ponit oīa simul
fuisse facta et fm materiā et fm formā. Innitit aūt illi
auctoritati qui viuit in eternū creauit oīa simul: et qr
deus fm naturam suam non indiget tpe vt operetur
ɔ hoc ar. successiue. Sz si sic oīa simul facta fuerūt: quid est q
Secundo. legislator distinxit opa p dierū successiōes? Itē cum
lux et tenebre ppter oppositionē et repugnantiā quā
Tertio. habent simul eē nō possent: quō simul facte sunt? Itē
Solutio secūduz aug. similiter obicit de mane et vespere. q̄ neq sit esse: neq sit
fieri posse vidētur. Et dicendū est fm aug. q moyses

ita distinxit opa per dierum successiōes quattuor de
causis. prima fuit mior capacitas auditorum. scda vt *Prima cā*
per senarij pfectionē iudicaret operū pfectio. tertia *Scda cā*
vt p huius successionē sex dierū depingeret sex etatū *Tertia cā.*
mūdi futura successio. Per opus prime diei qd fuit *Nō istā ex-*
lux intelligit prima etas scilz puericia vel innocētia. *pōnem*
per opus scde diei scz firmamentū intelligit archa q̄
facta est in scda etate. quia sicut firmamētum diuisit
aquas inferiores ab aquis supioribus: ita archa. per
cōgregationem aquarū tertia die factam intelligitur
circūcisio q̄ in tertia etate distinxit ppls dei a nō pplo
dei vt posset fructificare sicut apparuit arida fructifi-
cans in tertia die. per lumiaria quarte diei intelligit
quarta etas pphetis et regibus velut spiritualibus
luiarib⁹ insignita. per pisces et aues quinte diei intel-
ligitur trāsmigratio sctōrum patrū in babylonicam
captiuitatē: qui in aquis tribulationis dulces erāt: et
per cōtemplationē ad alta volabāt. per hoīem sexto
die creatū intelligit fili⁹ dei factus hō in sexta etate.
cetere etates nō sunt de hoc mūdo. Quarta cā iuxta *Quarta cā*
sensuz moralē assignat. vt per lucē accipiat fides. per *iuxta mora*
firmamentū spes. per congregationē aquarum caritas. *litatem.*
per luiaria virtutes purgati animi. per pisces et aues
status cōtēplationis. per hoīs creationē status hoīs
oīno purificati et ad statū pristinū restituti aīmalibus
imperātis et miracula facientis: sicut legitur de sctis
patribus. Ad scdam rōem dic q per lucē et tenebras *Solutio se*
intelligit duplex status materie q̄ fm naturalē ordi- *cūde rōnis*
nem ītelligēdi prius fuit in statu informitatis q for-
mationis. licet fm actualē existētiam in tpe nō prius
iformis extitit q formata. Ad tertiū debes dicere q *Solu° tertie*
per vespe intelligit cognitio rei facte in pprio gñe.
per mane intelligit cognitio in vbo rei faciēde. quas
cognitiōes habuit angelica intelligētia. Sz obicies *Cōtra ar.*
quomō habuit cognitionem rei faciēde: cum ipsa nō
precesserit aliquā rem. Ad qd rñdet q si non tpe: tū *Solutio.*
dignitate precessit. Quō aūt in opibus fuit ordo fm
prius et posteri⁹ cum res sit create fuerint materialit *pbat dictū*
et formaliter ponit aug. exemplum satis cōueniēs de *suū exēplo*
oculo materiali qui simul et vnō ictu videt rem ipaz
in oriente positā: et tū ptrāsit multa media fm prius
et posterius. qd tū quasi impossibile videt ad exteri⁹
rōem. Sz intelligēdū est q visus ibi fit ī eodē instāti *Quō visio*
qtū ad perceptionē: sed qtū ad successionē mediorū *fit in instāti*
per q̄ fit et defertur visus est ibi successio qui est actus *et in successi*
vidētis. sic est a parte ista. nam ex parte operātis dei *one.*
non est successio: licet ex parte operum operatorum
contingat eam reperire.

¶ De septimo die.

Sequit de septimo die. de quo scriptū est. cōsum
mauit deus die septio opa sua et requieuit. etc. *Textus.*
Alia tū translatio dicit. Cōsummauit deus opus suū
die sexto. Sz obicit de mane septime diei. de q̄ dictū *Cōtra ar.*
est Factū est vespe et mane dies sextus. Mane eī diei
intelligit initiū seq̄ntis. Istud inq mane cōstat q nō
est factū in sexto die: ex quo erat mane diei septime.
ergo factū est ipsa die septima. non g cōsummata sūt
oīa die sexto. Ad qd dicēdū q est cōsūmatio operū *Solutio.*
duplex. Una q̄ est ipsorum operū in se et fm se. et hec est *Duplex cō*
termiatio atq pfectio rerū ipsarum. et hec facta ē sexto *sūmatō rerum*
die. Est alia cōsummatio rerū in deo. et oīa tam rōna-
bilia q irrōnabilia pro modo suo cōquiescūt in deo.
Oia enim cōtendūt ad hoc vt participent esse diuinū

Paul' ad ephesos
pro possibilitate sua. Quãobrē dicit aplš ad ephes.
Qui descēdit ipe est qui ascēdit: vt impleret omnia.
primo enim consummata sunt oīa sexto die. scdo mō
Deinde arguit
septimo. Postea obicit de ipsa septima die. q̄ si post
sextā diem facta est: nō oīa consūmata sunt sexta die.
Solutio.
Ad qd debes dicere q cum āgelica cognitio dicta sit
dies: et vna sola fuit dies et septē. vna ex pte cog̃scētis.
Iteruz arguit.
plures aūt sm numerū cognitorū et pfectorum. Item si
requies et sctificatio facta sunt septio die: non oīa die
Solutio.
sexto cōsūmata videntur. et dicēdū est q oīa sm genus
Iterum arguit
illa die cōsummata sūt atq pfecta. Item cum mane
dicat initium rei faciēde vel cognitio eius: non videt
Solutio.
septia dies habuisse mane. Solutio. dicim' q aliter
accipit mane in hac die q̄ in ceteris. nam vocatur hic
alia q̄o lrãt
mane initium quiescendi in deo. Querit autē quare
Solutio.
pot' istū diem q̄ ceteros significauit. Ad qd dicēdū
q illud vbū requieuit. etc. sm aug. multiplicē recipit
Exponit illud verbuz requieuit.
expositiōem. nam dr requieuisse: qr se requieturū in
sepulchro presignauit: qr nos requiescere facit. qr nō
in operibus suis sed ab opibus in seipso extra opera
requiem habet: et nos non in opibus suis sed in deo
quiescere docet. cum aūt sic in ipo quiescimus: sctifi-
alia q̄o lrãt
camur. i. scti hoc ē sine terra efficimur. Ultima q̄stio
est. cur non dicta sit hec dies septima habuisse vespe.
Solutō secūdū aug.
Et sm aug. soluendū est q nō habuisse dicit vespe: qr
quies in deo finē nō hz. ideo potius dr sctificasse illū
diem septimū q̄ alium. Sed sm alios qui materialē
Solutio secūdū alios
faciunt dierū assignationē. dicendū est q ideo nō assi-
gnatur ei mane: propter scz significationē quietis in
deo nō habiture finē. qm ea que sex diebus facta sūt:
in mensura/numero/et pondere disposita sunt a deo.
sicut dicitur. xi. sapiētie. Omnia in mēsura/numero/
et pondere disposuisti dñe.

Nonus tractatus in quo querit septem.

Prima q̄o vtrū nūer' pōdus et mēsura sint create an nō
Posq̄ determiatū est de opibus: restat inq̄rere
de his tribus in quibus oīa facta sunt. Circa q̄
septem occurrūt q̄stiōes. prima vtrū illa tria creata
sunt aut increata. scda. cur potius in his tribus q̄ in
aliis dicunt oīa disposita: et qd est vnūquodq. tertia.
quō in his relucet vestigiū trinitatis. quarta. an inter
hec sit eēntialis diuersitas. quinta. an vnā vel plures
cōstituāt in qualibet re bonitates. sexta. vtrū in ma-
teria cōtingat hec repetiri. septima. an hec ipa dispo-
Arguit q non.
sita fuerūt in mēsura/nūero/et pondere. Circa primā
sic pcedit. Nichil est id in quo factū est: omne creatū
factū est in his tribus: g nullū creatū est aliqd istorum:
ergo nullū istorum est creatū. igitur quodlibz istorum est
Secūdo p augustinū.
increatū. Hoc idē videt per aug. in originali sup geñ.
q̄rit enī ibi. Erant hec anteq̄ res disponerent in eis.
cōstat q non erāt in creatura: cum nulla tūc eēt. igit
erāt in creatore. sz quicqd est in eo: est ipe. igit erant
ipse creator. igit increata. et adhuc sunt idē qd erant.
In oppo^m
et inde vt prius. Sed ɔtra. Sunt pprietates in reb'
Solutio.
creatis exñtes: igitur sunt creata. Rñsio. Dupliciter
Ista sumūt dupliciter.
possūt accipi illa tria. vno mō put sunt in deo dispo-
nente respectu rerum dispositarū. et sic dicetur deus
mēsura omni mēsurato modū seu mensurā tribuens
siue oīa terminās: numerus omni rei spēm prebēs:
Glō augu.
pōdus oīa ad stabilitatē trahēs. sicut dicit glo. aug.
Aliomō sumitur.
sup illd ps. Et sapiētie eius nō est numerus. alio mō
possunt accipi put sunt dispositiōes siue pprietates
in quibus res create sunt et disposite: derelicte in re-
bus ex dispositione dei. primo modo increate sunt. et
dicunt oīa in his facta: sicut in causa disponente. scdo
mō creata sūt. et dicunt oīa in his facta: qr hec creata
sūt in rebus factis vt eaz pprietates. vtpote corpus
dr fieri in colore: qr color fit in corpe tanq̄ pprietas
q̄rit augu.
in subiecto. Qđ aūt aug. q̄rit. cū deus dicat mensura
Et arguit.
pondus nūerus: siue mēsura nūero pondere. cur nō
similiter possit dici color siue colore determinandū est.
Solutio secūdū aug.
vt dicamus sm ipm q sicut dicimus ipm mensuram
numerū et pōdus: quia ratio istorum prout sunt pprie-
tates create apud ipm est. sic possumus dicere ipsum
esse colorē pro tāto: qr scz ratio colorū in eo est: licet
nō ita dicat. ex quo enī de rebus certū est: de noibus
Differētia.
nō debet esse cōtrouersia. vñ dicit ipse q de noiatiōi-
bus aut dictiōibus nulla debet esse cōtentio. tamen
rōnabilit potest dici q licet censeat noie mensure. etc.
non tñ noie coloris. eo q actus qui ab his sumūtur:
scz mēsurare/nūerare/pōderare: eius sunt imediate.
sed actus siue effectus coloris: vt mouere visum. etc.
Rō sz aug.
non est eius nisi p mediam creaturā. Hinc patet etiā
qd dicit aug. q ipse potius dicit lux quasi lapis. nam
actus lucis qui est illuiare ei propriissimus est et ap-
Scda q̄o.
propriatissimus. Scda q̄stio est. cum plura bona na-
Aug. enūerat. xiiij. bona nālia
turalia sint in creaturis. nā circiter enumerant. xiiij.
ab aug. in li. de natura boni. vt pax: potētia: sal'. etc.
quare potius in his tribus q̄ in aliis dicit scriptura
deū disposuisse vniuersa: et quid est eēntialit vnūqdq
Ar p aug.
istorū. Et videt q ista tria sunt illa tria de quib' dicit
aug. in. vi. de trini. q in eis apparet vestigiū trinita-
Rō aliq̄ruz
tis. hec aūt sunt vnitas: spēs: et ordo. Qđ aūt hec tria
sint illa tria nitītur quidā probare primo sic. In his
queadmodū et in illis relucet vestigiū trinitatis duo
ad duo redeūt: vt species et ordo ad nūerū et pōdus.
Secundo.
igitur tertiū ad tertiū scilz vnitas ad mensurā. Scdo
sic. In his scz in vnitate etc. relucet vestigiū trinitatis.
igitur in istis cōsistit plenitudo et pfectio omnis rei.
et cōstat q in mēsura. etc. consistit plena pfectio rerū:
Opinio aliquorum
igitur inde vt prius. Et hoc concedunt suis predictis
rōnibus et dicūt q cōtingit rem dupliciter cōsiderare
scz in se et absolute. prout scz infra proprios termios
claudit tm se extendēs et non plus. et sic assignātur ei
vnitas et mensura. Ad alterum vero dupliciter cōparat.
primo per modū distinctiōis: et sic debet ei numerus
siue spēs. scdo per modū cōicatiōis et couenietie: put
scz ipsa infundit aliis creaturis qd ei a primo et sūmo
Dionysius
bono qui est fons oīs boni infusuz est. Vñ dionysius
dicit q bonū est diffusiuū ipsius esse: et sic cōpetunt ei
pondus et ordo. Istorum g sentētia est q mēsura idē est
Cōtra istos arguit primo.
q vnitas. Sed ɔtra eos multipliciter opponit. dicit
enī aug. in originali. q non est solū mēsura in lapidi-
Augustin'
bus et ceteris corpibus: sed etiā est mensura aliquid
agēdi. sed extēsio corpalis nō est vnitas corpis. Istd
certū est. nec extensio virtualis est vnitas in eo cuius
Augustin'
est virtus aut ptãs. qd euidens est per aug. in lib. de
quantitate aïe dicentē q aïa non dicit quāta propter
magnitudinē eēntie sz virtutis. Ex hoc sequit aperte
Secūdo p boetium.
q mēsura non est vnitas. Itē dicit boetius q vnitas
est eē rei discretio. sed discretio rei ē spēs vt ipsi aiūt.
Tertio rōe
ergo vnitas est spēe sm eos. nō igit est mēsura. Hoc
idem videt per rōem vnius. vnū enim est qd in se est
indiuisum: diuisum autē ab aliis. g vnitas ē indiuisio
Quarto
rei sm seipam et diuisio ab aliis. et inde vt prius. Itē
nūerus duarū aïarum est binarius: igitur nūerus huius
singularis aïe est vnitas eius: et ita vnitas ē species:

cum species et numerus sint idem: et inde vt prius.
Quinto.
Item illa tria que enumerat augu. scz modus: spēs:
et ordo. aut sunt idē q ista mensura numerus et pon-
dus: aut non. Si non. Contra. ista sunt perfectio vni
uerse creature: quia malū est priuatio horū. malum
autē non est nisi priuatio perfectionis: vt testant phi
Dionysius
losophi. Si aūt hec sunt illa. sed dicit btūs dionysius
q malū non corrūpit naturā: sed est defectus siue pri
uatio eius qd est iuxta naturā scilz cōmensurationis
armonie et ordinis scz mensure speciei et ordinis. Si
ergo malū non ē corruptiuū nature: igitur neq vni-
tatis. et est corruptiuū mensure: igitur mēsura nō est
Solutio p augustinū.
vnitas. Itē dicit augu. q vbi hec sunt magna et ma-
gnum bonū est. vbi maxima maximū. vbi mediocria
mediocre. vbi minora minimū. igitur vnūquodq
istorum recipit magis et minus. Sed vnitas non recipit
magis et min': igitur vnitas nō est aliquod istorum. igit
non est mensura. qd cōcedimus his rationib': et aliis
Opinio doctoris.
q̄pluribus que ad hoc possent induci. Determina-
turi vero per pprias essentias istorum quasi pro funda-
mēto supponimus auctoritatē augustini qui dicit q
mensura est aliqd agendi: et auctoritatē bti dionysii
scz malū nō corrūpit naturā: sed est defectus siue pri-
uatio eius qd est circa naturā etc. Et dicim' q in istis
potius q̄ in aliis naturalibus bonis dicitur oīa dispo
suisse de': qr in his potissime attendit plenitudo atq
perfectio vniuerse creature. qd euidēti' erit si deter-
minauerimus quid sit essentialiter vnūquodq. Dici
q̄d sit spēs.
mus ergo q species in vnoquoq est habitudo vel ha
bitus naturalis operatiōis seu habilitas qua se habz
res ad vsuz aut opus exequendū propter qd vel quē
creata est: vt patet in equo. Cū enī est habilis ad por
tandū hoiem bene: bonā speciē habet. i. bon' equus
est. cū ad meli' meliorē. cū ad optime optimā. Boni
tas enim illius actionis siue habitudinis aut habili-
tatis ad actionem requirit mensuram et ordinem.
Mensurā vt nec nimis cito portet nec nimis tarde: sz
mediocriter vt mediocrē faciat dietā. Ordinē vero
in iactione pedū vt scz pedes ordinate moueat: et sic
suauiter ambulet. Si g in eo fuerint hec bona ma-
gna: bon' est valde. Si maiora melior: si optima op-
timus. similiter euidens est in aïa scdm actionē. Na-
Simili hec sunt in aïa.
turaliter enī eius species est vt diligat deū ppter se.
Ad hoc enī naturaliter abilis est. cuius dilectōis mo
dus est et mensura vt in infinitū diligat ipm: quia est
in amore modus nō habuisse modū. Ordo aūt vt sup
Modus in amore non hūisse mod
omīa. Mensura enī et ordo circūstantie sunt actionū
habilitas aūt qua se habet aïa ad hmōi actionē habi
tudine naturali reddit ipsam bonā bonitate nature.
Sed habitudo qua se habet ad hoc habitudine grē
Silr in corpore
reddit ipam bonā bonitate gratie. Similit apparet
in corpore cui' species dr bonus color q̄ nō sufficit ad
hoc vt censeatur corpus pulchrū nisi assit debita ptiū
ordinatio et partiū bene ordinatarum debita propor-
Quō ista tria drīt.
tio et cōmensuratio. Et dicimus q mēsura numerus
et pondus idē sunt q modus spēs et ordo. De mēsu-
ra et modo palā est: spēs aūt et numerus idē. Sed tñ
in hoc differūt: q numer' est quasi effect' speciei. Nā
species rē numerat. i. discernit et distiguit. Similiter
Ad rōnes.
ordo quasi effect' est ponderis. nā pondus collocat et
ordinat rē in loco sibi debito. Ad obiectiōes g quib'
conātur suā opinionē astruere per ordinē respōdem'
Ad primā.
et ad primū dicimus q q̄uis tū in his tū in illis appa
reat trinitatis vestigiū: et duo ad duo reducūtur: non
tamen tertiū ad tertiū. quia nō in his solis: sz in aliis
pluribus relucet trinitatis vestigium. neq valet hec
argumentatio. sed habet instantiā apertissimā in ex-
Dictū aug.
emplis augu. Ponit enī aïa memoriā intellectiuā et
voluntatē ex parte vna. mentē/notitiā/et amorem ex
altera in quibus ipa gerit ymaginē trinitatis. Et licz
notitia et amor siue intelligentia et volūtas que pro
eisdē reputantur idē sint q species et ordo siue nume
rus et pondus. Nam pondera aïarum affectiones earū
sunt. Species vero doctrine et artes. tñ mens et me-
Ad scdam
moria non est idē q mensura. Ad scdm dicimus q lz
in his. s. vnitate etc. reluceat trinitatis vestigiū. nō ideo
sequitur q in his cōsistat plenitudo et perfectio omis
rei. qd ideo est: qr non sūme in his sed in aliis sūme re
lucet. et ideo in aliis sūme cōsistit vniuscuiusq perfe-
ctio. s. in mensura/numero/et pondere. sicut superius
ɔ solutōem doctoris arguit
explanatū est. Sed contra solutionē nostrā videtur
posse opponi. Nam dicit augu. q vbi hec sunt magna
Augustin'
magnū bonū est. vbi maiora maius. vbi maxima ma
ximū: igitur ista bona maius et minus recipiunt. igit
species rei intensionē et remissionem potest recipere
Solutio.
qd tamē incōueniēs videt. Ad qd soluendū oportet
Triplex est species.
triplicē speciē distinguere. primā scz substantialē que
est prima rei perfectio. scdam que est naturalis perfe
Exemplū in oculo.
ctio. tertiā et vltimā que accidētalis. vt ptz in oculo
in quo substātialis et prima perfectio est aptitudo ad
actū videndi. scda et naturalis est habilitas qua se hz
ad visum actualiter exequendū. Et licet prima nō re
cipiat maius et minus. tñ secūda recipit maius et mi
Exēpluz in angelis.
nus. Hoc etiā patet in angelis qui in prima specie cō
ueniūt: et eā equaliter participāt scz in aptitudine in-
telligēdi: sz in scda et naturali spē q̄ ē abilitas itelligē
di siue pspicacitas ɔueniūt. tñ eā sz grad' pticipāt. et
sō diuisi sūt ordies angelorum. Nā sm grad' naturaliū di
stincti sūt grad' gratuitorum. Dedit eī vnicuiq sm p-
Exēpluz in hoībus.
priā vtutē. silr ptz i hoīb'. Nā lz oēs eque pticipāt ap
titudinē ratiocināndi. tñ scdm mai' et min' habiles sūt
ratiocinari. Sic igit manifestū ē q species naturalis
Augustin'
recipit maius et minus: et ideo dicit aug. Malū est pri
Iterum arguit ppt dictuz augustini.
uatio modi speciei et ordinis naturalis. Obicit etiam
de hoc qd dicit aug. q vbi hec oīno nō sunt. nichil est
qd videt falsū cū quodlibz istorum sit accidēs. Accidēs
aūt est qd adest et abest preter subiecti corruptionē.
et ita intellecto q hec oīa destruātur: nichilomin' in
Solutio.
telligit remanere subiectū. Et ad hoc dicendū q licz
ista non sint de primis et substātialibus perfectōibus
sz accidētalib' et scdis: tñ his sublatis nō remanēt prie
pfectōes. aut si remanere itelligūt penit' inutiles sūt
Exēpluz in elementis.
sine istis. Qđ etiā scdis pfectōib' interēptis iterimāt
et prime ptz in elemētis q̄ cū substātie sint (substātie
aūt nichil sit ɔtrariū) nec hñt cōtrarietatē adinuicem
nec agūt nec patiūtur p primas pfectiones suas: sed
potius p scdas. quib' tñ corruptis corrūpunt et ipse
substātiales elemētorum species et pfectiones et ipa ele
Si querat.
mēta. Si aūt querat q̄s cū illa tria bona: mēsura/nu-
mer'/pōdus. trib' gñib' causarum respōdeāt. s. efficiēti
formali et finali. cur nō ponit quartū quod quarto ge
Respōsio.
neri causarum respōdeat. s. materiali. Ad qd dicendū q
hoc ideo est: tū qr causa materialis nō est gñale pnci-
piū oīm substātiarum: qr angli et aïe cām materialē non
Assignat h quatuor rōes
hñt ad modū corporum. tū qr materia est initiū rei et nō
cōplemētū. tū quia creator in triplici genere cause se
habet ad creata et nō in quarto. Nullaten' enī mate
rialis causa est creatorum. tū quia nullius persone coap

tabilis est materia. lz cetera causarum genera singula
personis singulis coaptētur. Et propter hoc fm eam
nō est rei perfectio sicut inferius ostēdet.

¶Tertia questio.

ITem tertia questio est quō in his trinitatis re=
luceat vestigiū: ꝛ quō singula singulis coaptent
Ar primo. personis. Videtur autē primo ꝙ singulis. Nā ordo
bonitati spūs sancti reddendus est: vt videtur. Spe
cies sapientie filij: igitur modus aut mensura poten
Scdo per tie patris. Hoc idē videtur per augustinū qui dicit ꝙ
augustinū. in magnitudine creaturarum iudicatur potentia creato
In oppo^m ris. magnitudo aūt aperte mensura est. Sed videtur
ꝙ spiritui sancto cui appropriatur bonitas debeāt oīa
hec attribui. Nā quia bonus est nos sumus: ꝛ omia
Ar etiaz ꝙ sunt vt ait augustinus. Deinde videtur ꝙ oīa ad filiū
oīa ad filiū referenda sūt: quia filio appropriate cōuenit esse exē=
plar vel artē. Oīa autē inꝙtū sunt indicia sunt ꝛ yma
gines ꝛ exēplata: ꝛ scdm hec ad exēplar cōparari vi=
Solutio. dentur. ¶Solutio. Oīa oībus cōueniūt: ꝛ ꝙ assignā
tur quedā quibusdā, nō est scdm proprietates perso
narū: sed potius scdm appropriationes. sicut in artifi
ce materiali est ꝙ ad hoc vt ipse operetur exigitur po
tentia. ꝛ ars seu exēplar ad cuius imitationē operetur
et vtilitas siue bonitas que ad operandū mouet ipm
sic et in primo artifice est reperire potentiā que pris
est. artē et sapientiā que filij: bonitatē que spūs sācti
Similiter licet ista tria vestigia sint totius trinitatis
scz mensura/numerus/ꝛ pondus. tamen scdm appro
priationē singula singularum sunt vestigia personarum vt
Sīlitudo i ostensū est supra. Qm vero sicut est in artifice īferio=
ferioꝝ ad di ri ꝙ finis mouet efficientē. efficiēs vero operatur iuxta
uina. exemplar. ita est in supremo opifice ꝙ ipse operatur
iuxta artē eternā. Ad operādū aūt mouet ipm boni
Dictū aliq̄ tas siue vtilitas creaturarū quā intendit. ideo quidā
rū qđ ipro= bonitatē referunt ad causam finalē. Sed videtur po
bat. tius referenda ad cām efficientē. Nam causa efficiēs
Itē ad idē. existentie rerum est bonitas dei: q2 enī bonus et sūmus
et preterea bonū est diffusiuū ipius esse. Et ad hoc di
aristoteles cendū est ꝙ bonū tripliciter sumitur. sicut dicit aristo.
scz honestū. ꝛ fm hoc dicit dñs. Estote scti q2 ego san
ctus sum. Delectabile fm ꝙ dicitur bonū est cui9 ap
prehensio delectatio est vel bonū est qđ oīa optant.
siue bonū est qđ ab oībus desideratur. dicitur etiā con
Dionisius. ferens: ꝛ scdz hoc dicit btūs dionysius. Bonū est dif=
fusiuū esse. vt est bonū delectabile pōt reduci ad cām
finalē. vt est cōferens sic ad causā efficientē: ꝛ idez est
causa finalis et efficiēs ppter qđ sūmū bonū de seipo
dicit: Ego sū alpha et o primus et nouissimus.

¶Questio quarta.

Ar ꝙ non. QVarto queritur vtrum illa tria vnicā in re efficiāt
bonitatē. et videtur ꝙ non: imo plures. Nam
vnūquodqꝫ eorum propriā habet bonitatē quā in re de
relinquit: igitur ex his trib9 tres relinquūtur in qua=
Scdo ar. libet re bonitates. Preterea. si est vna sola bonitas
ex his trib9 creata: dicas que est illa. ꝛ nō est assigna=
In oppo^m re vt videtur. Qꝫ autē vnius solius bonitatis effecti
ua sint: hoc videtur. Nā vnaqueqꝫ res vna sola bon
tate predita est que ab istorū bonitatibus ortū habz
Solutio. et hoc cōcedimus: ꝛ dicim9 ꝙ illa bonitas ex his tri=
bus est ordinatio rerum duplex. vna ad ipz primū bonū
in quo quiescere appetūt: ꝛ ex ipo appetitu mouentur
vt quiescant in eo oīa alia ꝙtū volunt vt rationalia.

Alia ꝙtū possunt vt irrationalia. Oīa enī ad hoc tē=
dunt vt participent esse diuinū pro modo suo. Alia
ipaꝝ rerum adinuicē per quā vnaqueqꝫ qđ ei a prīo fon=
te infusum est: in aliā diffundere contendit et satagit
et scdz ꝙ nobiliores et meliores sunt creature ꝛ ma=
gis infundūt vt supiores creature eo. s. ꝙ fonti essen=
di propinquiores sunt vt sol et luna ꝛ hmōi. Est ergo Bonitas cu
vniuscuiusqꝫ substātie bonitas habitudo principalis iuslz qd est
operationis sue in ordine ꝛ mensura sua. vnde idē est
in ea ei9 bonitas ꝛ ei9 pulchritudo. ¶Quinta q̄stio Questio. v
est. an ista tria bona differāt essentialiter. videtur aūt
ꝙ idē sunt. Nā amor pondus aīe est ꝛ ipa species est
qđ probatur dupliciter. Primo q2 ipa est habitudo na Ar ꝙ non.
turaliū operū: ꝛ hoc est qđ superius esse assignauim9
esse speciē. Scdo q2 ipa facit aīam speciosaz. vnde cō Secundo.
paratur auro in scriptura ibi Fecit salomon thronū ꝛ Salomon.
vestiuit eū auro fuluo. Si ergo caritas q̄ pondus est
et species est: ergo species ꝛ pondus idē sunt. Hic ha Hic videtur ꝙ
betur argumentū contra illos qui dicūt ꝙ caritas nō caritas ifor
informat essentialiter fidē. videtur enī ꝙ imo: q2 si cari mat fidē
tas est pondus aīe trahit ergo eā sursum. ergo oē id
quod vehit eā sursum habet a caritate. Sed cū mo=
uetur motu fidei nō eleuatur sursū ad primā veritatē
nisi per illā circūstantiā que ppter se sup oīa que cir=
cūstat actū fidei: igitur illā habet a caritate. Si ergo
caritas motum fidei vestit circūstantia sua nobiliori.
ponit ergo eā in medio: ergo īformat eā. sed circun=
stantia q̄ est actualis actui est de essentia virtutis: igitur
caritas essentialem informationē confert fidei. Et ad
hoc dicendū est ꝙ licet caritas sit habitudo aut abi=
litas naturalis operationis: quia per ipam abilis est
aīa ad opus dilectionis dei ad qđ est nata. nō tamen
est species: quia species nō vocatur hic oīs habitudo
vel abilitas ad opus ad quod est res naturalis ꝛ pn=
cipaliter. hoc aūt est cognoscere. Nā cognoscere per Duplex co
fecte est beatitudo pfecta in patria. ꝛ cognoscere im= gnitio.
perfecte est beatitudo īperfecta in via. Dicit eī aug. Augustin9
ꝙ credere beatitudo est. vnde fides poti9 est species
q̄ caritas: ꝛ licet caritas aīem faciat speciosam. tamē
speciosiorē eā efficit fides. Licet etiā auro cōparetur q̄re caritas
caritas tū propter speciositatē. tū propter operum sub= cōpatur auro.
tilitatē. tū quia mouetur sursū ad instar ignis. tū pro
pter claritatē finis. tū sapiētia fidei veri9 cōparatur au=
ro ibi. Filij syon incliti amicti auro primo ppter pre
dictas causas. Tū etiā quia ipa ē ipa claritas aīe: vñ
sapiētia siue fides poti9 dicēda est species. Ad vltimū Ad vltimū
dicendū ꝙ de9 solus essentialiter pficit fidē ꝛ caritatē
sitr: ꝛ licz fides pprie loq̄ndo nō habeat motū eo mō
quo dicit btūs diony. ꝙ prim9 mot9 rationalis aīe est Dictū dio=
dilectio. tū nichilomin9 actū habet qui cōiungit aīam nysij.
deo sine motu q̄ precedit motū caritatis tanq̄ gñati
uus ipi9. Sed postq̄ penes aīam iā sunt fides ꝛ cari=
tas: ipa caritas p motū desiderij q̄ est cāsus ppri9 fidē
eleuat neqꝫ cessat donec fides adepta fuerit qđ inten
dit ꝛ in fine suo quiescit: qđ tūc solū obtinet cū ipam
primā pulchritudinē aperte videt aīa fidelis.

¶Questio sexta.

SExta questio est. an ista tria bona sint in mate=
ria. Si enim ibi non sunt: et vbi ipsa non sunt Ar primo.
omnino nichil est. vt dicit Augustinus. materia se= Augustin9
cundum hoc nichil esset. quod falsuz est. Nam mate
riatum consistit ex materia et forma existentibus.

In oppo^m Sed ex alia parte cū materia bona sit vt dicūt sancti
eoipo ꝙ capax est forme. ꝛ oīs bonitas ex tribus pre
Solutio. dictis surgat oportuit materiā reperiri. ¶Solutio
Qꝫ dicit augu. ꝙ vbi hec maxima bona sunt maximū
bonū est: vbi mediocria mediocre. vbi minima mini=
mū. loquitur de solis substantijs ꝛ nō se extendit ver
Ar pt dici. bum illud ad materiā. Posset tamen dici ꝙ ipa ma=
teria eoipo ꝙ particeps est esse particeps est istorum
vnde cū sola possibilitate et capacitate qua est rece=
ptibilis forme habeat esse: ꝛ sic habet illa tria. cū aūt
est terminata ꝛ finita per formā et iā est actu sub for
ma: ꝛ similiter habet illa tria. ꝙtū autē ad presens at
Exemplum. tinet tantū de ipsa dicim9 ꝙ eius vtilitas et bonitas
hec est sola ꝙ ipa est initiū oīm corporaliū: et est fun=
damentū armonie quā facit deus in cithara vniuersi
ex generationibus sibiinuicē succedentibus cum qui
busdā interceptis corruptionib9 sicut in cithara ma=
Augusti. in teriali redditur simphonia ex successiōe sonorum cū in=
musica terpolatione quorūdā silentiorum. sicut testatur augu.
Septia q̄o in libro musice sue. ¶Septima ꝛ vltima questio est
vtrū illa tria facta sunt vel disposita in mēsura nume
Ar ꝙ non. ro et pondere. Qꝫ si quis cōcesserit nō erit status sed
In oppo^m ibitur in infinitū. Si dicatur ꝙ non: videtur ꝙ īmo.
Nā solus deus est mensura sine mēsura: ꝛ sic de alijs
vt dicit aug. ergo vnūquodqꝫ istorum habet mēsurā nu
Secundo. merū ꝛ pondus. Itē vbi ista magna sunt magnū bo=
nū est. sicut dicit augu. ergo ista magnitudinē habēt
Tertio. igitur ꝛ mensurā. Itē vnūquodqꝫ eorum speciē habet.
Quarto. nam vnūquodqꝫ eorū est alicuius speciei. Itē ordinē
habent hec inter se. Nam mēsura videtur precedere
Solutio. alia duo. ¶Solutio. Re vera solus de9 caret ꝛ men
sura mensurāte ꝛ mensura mēsurata. Et similiter in=
tellige de alijs. Hec aūt et si mensurā mensuratā nō
habent. mensurantē tū que est deus aut act9 aīe men
Ad primū. surātis habere nō dubitatur: ꝛ sic soluitur primū. Scdm
Ad scdm. soluitur per equiuocatōnē magnitudinis. nā ꝛ si ma
gnitudinē intensionis habere nō prohibeātur: tamē
Ad tertiū. ꝙtitatis nullā habent. Tertiū similiter per equiuo=
cationē speciei dissoluitur: q2 licet alicuius speciei et
alicuius generis sit vnūquodqꝫ. nō tamen aliqđ illorum
speciē habet sicut supra determinauim9 speciē habi=
Ad quartū tudinē naturaliū operationū. Quartū similiter euidē=
Duplex or ter soluitur per distinctionē ordinis multiplicis. Nā
do. est ordo antecessionis qui nō videtur in his deesse: ꝛ est
ordo ordinata collocatio inter creaturas prout reqrit
vtilitas vniuersi. ꝛ hic est ordo quē pondus superius
Iterum ar vocauimus qui in his minime reperitur. De ordiatiōe
tamen istorum qui fm prius ꝛ posteri9 attenditur dubitatur
Mensura etenī siue modus ꝛ ordo dispositiōes atqꝫ
circūstantie actionū sunt naturaliū: ergo posteri9 sūt
eis. Sed species est habitudo actionū: ergo prior est eis
vt causa. sed quicq̄d est pri9 priore est pri9 posteriore
Secundo. igitur species prior ē modo ꝛ ordine. Itē species cū
ipa sit formale principiū dignitate prior est vt videtur.
Tertio. Itē ordo cū respiciat finē gratia cui9 sunt oīa: ꝛ qui ē
primū mouens oībus vt videtur debet anteponi. Itez
videtur cōtrouersia de ordinatione istorum inter librū
sapientie qui ponit primo mensurā. ꝛ glosam augu.
super ps. qui preponit numerū: ꝛ btm dionysiū q̄ pre
Solutio. ponit ordinē. ¶Solutio. Ad primū dicendū ꝙ et si
Ad primū. mensura in cōparatione ad actionē cuius est circūstā
tia naturaliter subsequatur: tamen prout cōparatur
ad potentiaz cuius est habitudo aut abilitas natu=
Ad alia. raliū operationū de necessitate precedit. Ad seq̄ntia

Solutio est vnica ꝙ scdm diuersas considerationes
diuersas recipiūt ordinationes. Nam species dignita De ordine
te precellit: ordo vero ratione finis primo intendi= istorum fm au
tur: mensura autē in alia consideratione prior est. et gu. diony. ꝛ
ideo non mirū si a dissimiliter considerantibus dissi= librū sapie.
militer ordinantur.

¶Decimus tractatus.

POst alias creaturas dicendū est de homine q̄ est
finis aliarum creaturarum visibiliū: et de quo princi= Hic q̄runtur
paliter intendimus. Primo ergo dicendum est quo q̄tuor i. iiij.
modo homo factus est ad ymaginē ꝛ similitudinem capitulis.
dei. secūdo de primo statu ade. tertio quomodo trās
grediendo mandatū discipline cecidit in miseriam.
quarto de causa peccati eius ꝛ de generibus peccato
rum in que cecidit. Postmodū in tertio libro de li=
beratore generis humani ꝛ de eis per que liberat scz
de virtutibus. Circa primū sex principaliter queren= In prīo ca.
da sunt. Primo quare homo factus dicitur ad yma q̄rit sex.
ginem ꝛ similitudinē dei et nō angelus. Secūdo vtrum
in veritate sit aliqua similitudo hoīs ꝛ angeli ad deū
Tertio de verbis apostoli quib9 dicit ꝙ vir est yma=
go dei non mulier. Quarto de intelligentia hui9 au=
ctoritatis Faciamus hoīem ad ymaginē et similitu=
dinem nostrā vel dei. Quinto quō assimilatur homo
trinitati increate: memoria/ intellectu/ et voluntate
Vltimo qualiter assimiletur eidē trinitati per mentē
noticiam ꝛ amorē. Primo ergo queritur quare ho= Pria q̄o.
mo factus est ad ymaginē ꝛ sīlitudinē dei ꝛ non ange
lus. Potius enī videtur ꝙ angelus diceretur fact9 Ar primo.
ad ymaginē et similitudinē dei. Dicit enī btūs diony Dionysius
sius ꝙ prima ymago dei est angelus: ꝛ ꝙ angelus ha
bet intellectuz deiformē. Dicit enī ꝙ malū angeli est
contra deiformē intellectū esse. malū hoīs contra ra=
tionē. malū corporis cōtra naturā. Ad hoc dicimus Solutio.
ꝙ angelus a meliori ꝛ excellentiori dono nomen sor
titur: ꝛ dicitur lux in geñ. cū dicitur fiat lux. Et in eze Angel9 dr
chie. tu signaculū sīlitudinis eius fuisti. quod est pro lux.
pter deiformitatē ꝛ perspicacitatē sui intellectus. cu
ius luciditas ꝛ subtilitas tāta est propter subtractio
nem a carne ꝙ sine tēpore sine mora collatōnis vel ra
tionis videt quid faciendū quid fugiendū. nec tantuz
facienda videt in prima veritate sicut homo: sed etiā
futura preter ea que li. arbi. sunt que non sunt ei sub
iecta. Homo vero cuius intellectus nō est omino ab
stractus sine mora collationis videre nō potest quid
faciendū quid nō. maxime in pluribus: ꝛ ideo dicitur Quare hō
factus ad ymaginē ꝛ similitudinē dei: quia hec est ei9 dr ad ima=
suprema dignitas. Sed hec nō est prima dignitas an ginē dei.
geli: ꝛ ideo poti9 dicitur hō ad ymaginē ꝛ sīlitudinez
dei q̄ angelus. Et ideo q2 ex vno hoīe sūt oēs hoīes
sicut ex vno deo sunt oīa.

¶Scda questio huius capituli.

QVeritur que sit illa similitudo qua hō fact9 est
ad ymaginē et similitudinē dei. Videtur enī ꝙ Ar primo.
nulla sit similitudo hominis ad deū: quia propriū est
qualitatis secūdū eā simile vel dissimile dici. Sz nul
la qualitas est in deo cōmunis cū hoīe: ergo de9 non
est similis hoī. nec ecōuerso. Itē dicitur in euāgelio Scdo per
nemo bon9 nisi solus de9. Sed pticipātis ad nō parti euangeliū.
cipās nulla est collatio. ergo de9 nō est sīlis hoī inꝙtū est
bon9. Eadē ratiōe nec inꝙtū est iust9: ꝛ ita videtur ꝙ in Tertio per
nullo sit ei similis. Preterea dicit ysa. Omēs iusticie ysaiam.

nostre quasi pānus menstruate corā eo: ⁊ ita iusticia
nostra in nullo cōmunicat cū iusticia dei: igitur nō su
mus ei similes in iusticia. eadē ratione in nullo alio.
Opīo aliq̄rum. Propterea dicūt quidā ꝙ nulla est similitudo hoīs
ad deū. Sed tropice dictuꝫ est ꝙ homo factus est ad
ꝯ hanc ar. ymaginē ⁊ similitudinē dei. Sed cōtra. Justicia crea
ta ⁊ iusticia increata cōmunicāt in hoc ꝙ sicut de⁹ iu=
sticia sua īcreata reddit vnicuiq; qd̄ suū est. ita homo
iusticia sua creata reddit vnicuiq; qd̄ suū est: ergo hō
iustus inq̄tū iustus cōuenit cum deo. igiṫ in hoc est si
Secundo. milis ei. Itē pctm̄ dissimilat deo: igitur virtus assimi
Tertio per augustinū. lat deo. Itē dicit btūs augu. ꝙ ad deū appropinqua=
mus pedibus mētis non corporis. Appropinquatio
autē ista nō est nisi aliqua ei assimilatio: ergo aliqua
q̄o incidēs. est similitudo hoīs ad deū. Queriṫ etiā cur nō de vni
uersis creaturis dictū est ipsas ad dei ymaginē factas
Augustin⁹ esse cū dicat aug. in libro. lxxxiij. q. ꝙ ydee exēplares
ab eterno fuerūt in deo ad quaꝝ imitationē facta sūt
vniuersa. Per hanc auctoritatē videtur ꝙ oīs crea=
In oppo^m. ꝑ augusti. tura ymago dei sit. Sed cōtrariū videṫ per augu. in
eodē. dicit eī ꝙ ad ymaginē dei formaṫ ⁊ ꝙ nulla alia
creatura ītermedia formaṫ vt nichil sit deo coniūcti⁹
Sꝫ sic formari solū hōi ⁊ angelo cōuenit. quare solū
Opinio doctoris. homo et angelus ad dei ymaginē creati sūt. Qd̄ con
cedimus: hee igitur sole creature dicūtur ymago dei
quia deo imediate coherent: ⁊ q2 in his ⁊ expressius ⁊
tanq̄ in ymagine propria cōspicitur ipse de⁹. Cetere
vero creature nec īmediate ad deū se habent: sed me
diantibus superioribus q2 propter hoīem facte sunt
Ad primū dr̄ q̄ triplex est siltudo ¶Solutio. Ad preobiecta distingūt magistri tripli
cem similitudinē. Est enī similitudo cōformitatis. et
est similitudo representatōis ⁊ imitatōis in opibus
discrete factis. Et hoc solo modo fact⁹ est hō ad yma
ginē et siltudinē dei. Ad primū dicimus ꝙ aristo. in
tendit de prima similitudine. s. de similitudine cōfor
Ad aliud mitatis proprietatū. Ad aliud dicim⁹ ꝙ solus de⁹ bo
nus est essentialiter: ⁊ scd̄m hoc nō cōuenit cū hoīe: sꝫ
tantū in effectū bonitatis cōuenit cū hoīe vt in effectu
et mie ⁊ iusticie. Unde cōmunicat cū hoīe inq̄tū bo=
nus inq̄tū iustus inq̄tū misericors propter effectum
Sed licet aliqua sit cōuenientia hoīs ad deū: maxīa
Ad dictuꝫ ysaye. tamen est differentia. ꝑpter quā dixit ysaias. Justicie
vestre quasi ⁊c. Ad quarto obiectū dicimus ꝙ mun=
Ad quartū dus factus est ad similitudinē dei. i. ad similitudineꝫ
representatiōis. Solus aūt hō ad similitudinē imita
tionis. nō cuiuscūq; imitatōis: sed imitationis in ope
ribus discrete factis. Est igiṫ factus homo ad ymagi
nem dei ꝑpter cognitionis immediatā adherētiā et
coniūctionē: aut ꝑpter expressam imitationē operuꝫ
discrete factoꝝ siue operū virtutū. Et per hoc ptꝫ ꝙ
creature visibiles nec ad ymaginē et similitudinē dei
facte sunt.

¶Tertia questio huius capituli.

Tertio queritur qualiter vir factus est ad yma=
ginē ⁊ similitudinē dei: nō mulier. Videtur enī
Arguitur. hoc esse falsū: quia mulier habet rationē que renoua
tur de die in diē in agnitionē dei sicut ⁊ vir. Solutio
Solutio. Dicimus ꝙ trib⁹ de causis dicit hoc apls. Prima est
Hoc dicit apostolus ꝑpter tria. q2 vir imediate fact⁹ ē ad ymaginē ⁊ similitudinē dei
mulier vero mediāte viro: q2 facta est ꝑpter viꝝ. vñ
dicitur in gen. Faciam⁹ ei adiutoriū simile. Secūda
ratio est: q2 vir perspicatiorē intellectū habet natura
liter q̄ mulier. ⁊ ꝼm ordinē nature mulier dꝫ ei subici
Tertia ratio est: quia sicut ab vno deo sūt oīa. ita ab
vno hoīe sunt alij hoīes ⁊ mares ⁊ femine. Augu. tñ Augustin⁹
dicit ꝙ illa verba apl̄i trahenda sunt poti⁹ ad figurā
dant enī tantū figuratiue intelligi virū et mulierem
esse in hoīe interiori. Ibi enī vir superior pars est ra
tionis. femina vero inferior pars rationis q̄ dispone=
re habet terrena. Superior aūt pars ratōnis regere Expō aug.
debet inferiorē que est tanq̄ femina. q2 scd̄m cōtēpla
tionē eternoꝝ debem⁹ ꝑ imitationē disponere terre=
na scꝫ iuste et misericorditer. Cū ergo quodāmodo
duas habeat partes: vnā qua contēplaṫ celestia. aliā
qua disponit terrena: scd̄m illā qua contēplatur cele
stia factus est tñ ad ymaginē ⁊ similitudinē dei ⁊ nō
scd̄m aliud. Sed hoc videṫ esse falsum. q2 scd̄m hanc ꝯ hoc ar.
imitatur deū in operibus discrete factis. igitur scd̄m
illā factus est ad ymaginē ⁊ similitudinē dei. Itē dici Secundo.
tur: q2 homo ymago dei est scd̄m naturalia. similitu
do vero scd̄m gratuita. Sed obiciṫ: q2 dicit augu. ꝙ Obiciṫ tñ ꝑ augusti.
mens est oīm que sunt in aīa ⁊ dignitate sublimior: ⁊
sublimitate integrior. habens ymaginē dei in poten=
tia cognoscendi ⁊ similitudinē in potentia diligendi.
Ex hoc videṫ ꝙ cū potentia diligendi naturalis sit si
cut potentia cognoscēdi nō solū attendaṫ ymago pe=
nes naturalia: sed etiā similitudo. Itē cur poti⁹ dicit Item ar.
ꝙ in potētia cognoscēdi est dei ymago. in potētia di=
ligendi est dei similitudo. cū ecōtrario videaṫ equaliṫ
posse dici. Itē videtur augu. sibiipsi cōtrarius. Dixit Iteꝫ videṫ aug. esse sibi ꝯrius.
enī in libro de trinitate ꝙ aīma rationalis est ymago
trinitatis ꝑ memoriā intellectiuā volūtatē: siue men
tem noticiā et amorē. Ex hoc sequiṫ ꝙ in amore siue
in potētia diligēdi est aīa ymago dei. Sꝫ videṫ ꝙ nō Iteruꝫ ar.
penes potentiā diligendi sit aīa ymago: sed solum pe
nes potētiā cognoscēdi. q2 ad ymaginē formatur qd̄
nō ꝑ aliā creaturā formaṫ ita vt nichil deo sit cōiūcti⁹
Sed augustinus dicit ꝙ amare aliquid est velle illud
presto esse ad fruendū. Presto autē non est aliq̄d aīe
nisi per cognitionē: ⁊ ita ad dilectionē preexigitur co
gnitio: ergo dilectio formatur per intermediā crea=
turā. igitur nec ipa nec potentia ad ipsam neq; aliq̄d
per eā est ymago. Qd̄ cōcedimus hac ratione. ⁊ etiā Opinio doctoris
propter verbū apostoli qui dicit ꝙ vir est ymago dei
id est intellectus siue superior pars rationis. Hic enī
est interior homo qui renouatur in agnitionē dei. Ex
hac enī ratione sumitur solutio ⁊ intelligētia illi⁹ ver
bi scꝫ ꝙ mens est ymago in potentia cognoscendi. si=
militudo aūt in potentia diligēdi. Nam sicut in dile= Fruitio ꝯsistit ī cognitione ⁊ dilectione.
ctione sic in cognitōne fit fruitio: quia vna est delecta
tio in fide ⁊ in dilectione ad quā caritas mouet fidē:
quia caritas est desideriū fruendi. ⁊ ita immediate se
habet potētia diligendi per dilectionē ad deuꝫ: sicut
potentia cognoscendi per cognitionē. tamen media=
te se habet dilectio ad deū q̄tū ad hoc ꝙ non nisi per
cognitionē preambulā moueṫ ad ipm̄. q2 ergo yma=
go assignatur scd̄m immediationē. ideo potius refer
tur ad cognoscendi potentiā q̄ ad potentiā diligēdi.
Per p̄dicta patet solutio ad oīa preobiecta. Vir enī
est ymago dei ⁊ gloria. ymago quia per cognitionem Quare vir dr̄ ymago dei.
intellectus immediate coniungitur deo. Ymagines
enim appellamus quibus res apprehendūtur et co=
gnoscitur que per dictiones significātur: per intelle=
ctū aūt nō tñ tanq̄ per speculū: sꝫ tanq̄ ꝑ ymaginē ex
pressissimā cognoscitur deus. i. qua nulla est exp̄ssior
et qua imediate aīa coniūgiṫ deo tanq̄ conueniēs cū
cōueniēti. gloria aūt dr̄ vel propter delectationē que

Quare vir dr̄ gl'ia dei. principaliter est in cognitione dei vel propter laudē
qua deū cognitū per intellectū laudamus: ⁊ quia in=
Glīa dr̄ dupliciter. tellectus est maxima materia laudis dei. Gloria eniꝫ
duob⁹ modis accipitur. vel ipa gloriatio vel delecta=
tio vel ipa laus: ⁊ ideo dicitur intellectus gloria dei:
quia per ipm̄ delectamur in deo ⁊ laudamus ipsum
Augustin⁹ Licet autē scd̄m beatū augustinū predicto modo di
stinxerit inter ymaginē et similitudinem. tamen alio
Aliṫ dr̄ hō ad imagīeꝫ ⁊ siltudinē dei. modo distinguitur scd̄m ipm̄ ⁊ scd̄ꝫ alios sanctos vt
dicatur homo factus ad ymaginē ꝼm naturalia. ad si
militudinē ꝼm gratuita. Nichil enī impedit vnam et
eandē auctoritatē diuersimode cōpetēter exponi.

¶Questio quarta.

Quarto queritur de intelligentia hui⁹ auctorita
tis qua dixit faciamus hoīem ad ymaginē et si
militudinē. Loquitur pater ad filiū ⁊ spiritū sanctū.
Non enī potest dici ꝙ ad angelos loquaṫ sicut dicunt
Dicūt iudei iudei: quia angeli non sunt creatores hoīm neq; ha=
bent vnā ymaginē cū deo ad cuius imitationē fieret
homo. propter hoc necesse est dicere ꝙ pater loquiṫ
ad filiū et spm̄ sctm̄: vel ꝙ sit vox triū personaꝝ vt di=
Dicit aug. cit btūs augustinus ꝙ per istas duas dictiones plura
litas personaꝝ designatur. Utitur enī sacra scriptura
naturali modo loquendi nec vnq̄ vnicā personā plu
Ex adulatione ꝑcessit. raliter significat. Ex adulatione enī processit ꝙ vnaꝫ
personā pluraliter significamus. Per ista vero duo
ymaginē et similitudinē vnitatis essentia designatur
vnde hoc nomē ymaginē supponit diuinā essentiā in
habitudine ad naturalia hoīs: ⁊ hoc nomen similitu
Illa auctoritas sic exponitur. dinem similiter in habitudīe ad hoīs gratuita: ⁊ hec
est perfecta significato huius locutionis faciam⁹ ho=
minē ad ymaginē ⁊ similitudinē nostrā. Scd̄m autē
Augu. ⁊ hylarius. beatū augustinū ⁊ scd̄m beatū hylariū iste due dictio
nes faciamus ⁊ nostrā non significant tantū pluralita
tem personaꝝ: sed etiā vnitatem essentie per hoc scꝫ
ꝙ designant vnā operationē triū ꝑsonaꝝ. Similiter
per ista ymaginē ⁊ similitudinē nō tantū vnitas essen
tie designatur ꝼm beatū hylariū: sed pluralitas perso
narū. Similitudo enī in diuina essentia nō tantū mo=
do se habet in habitudine ad hoīs gratuita: sed desi=
gnat mutuā distinctionē personaruꝫ. Unde is est sen=
Hylari⁹ sic exponit. sus. Faciamus hoīem ad ymaginē et similitudinē no
stram. i. ad similitudinē qua sumus inuicem similes.
Eodē modo dicendū est de hac dictione ymaginē: et
est sensus. Faciam⁹ hominē ad ymaginē nostrā. i. ad
ymaginē qua imitamur nos adinuicem.

¶Questio quinta.

Quinto queritur quomodo assimileṫ homo tri=
nitati īcreate hac trinitate creata. memoria in=
Augustin⁹ tellectiua voluntas. Dixit enī augustinus ꝙ aīma ra
tionalis assimilatur trinitati increate in memoria in=
Prima cā ꝼm augu. tellectiua ⁊ voluntate propter multas causas. Pria
est ad remouendū carnales cogitationes in deo. So
lent ei carnales patres nō memorari ꝑpter nimiā se=
nectutē: ⁊ ideo attribuiṫ patri memoria ad remouē
dū talē fantasticā cogitationē. Siliṫ solent filij esse
inscij: ⁊ ideo attribuiṫ filio intellect⁹. Spūs aūt q̄nq;
solet esse nomē inflationis: ⁊ ideo spūi sctō attribuiṫ
Scd̄a cā benignitas siue volūtas ⁊ amor. Scd̄a ratio est: q2 si
cut ex patre fili⁹. ex patre et filio spūs sctūs: ita est ex
memoria intellect⁹. ex meōria ⁊ intellectu voluntas.
ꝯ hoc ar. Sed hoc videṫ esse falsū: q2 meōria potius videṫ esse
ex intellectu q̄ ecōuerso. sicut dicit btūs augu. res ge
nerant sciētiā sui in aīa siue intellectu: ⁊ ab intellectu
transfertur ad memoriā vt ibi reserueṫ. Nō enim est
memoria de inuisibilib⁹ nisi prius intellectis. sicut nō
est memoria de visibilib⁹ nisi prius visis. ⁊ ita potius
videṫ esse memoria ex intellectu q̄ ecōuerso. Quod Solutio.
quidē verū est a principio: sed postq̄ forme reꝝ sūt in
memoria. ex memoria est act⁹ intelligēdi siue cogno=
scendi. Tertia ratio est: q2 sicut pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūs san Tertia cā.
ctus sūt vnū in essentia: sꝫ differūt in relatione. ita me
moria intellect⁹ et volūtas sūt vnū in essentia ⁊ diffe=
rūt relatione. Nō sunt aūt ita ꝑprie vnū in essentia si
cut pater ⁊ fili⁹ et spūs sctūs. Sed suo modo sūt vnū de potētijs aīe ꝼm doctorem.
in essentia: q2 habēt vnū subiectū qd̄ dicit essentialiter
cōstitutū tanq̄ forme substātiales. vt hoc dicaṫ de ipis
potētijs. Differūt aūt relatione: q2 ad seinuicē relati
ue dicūtur large sic. Memoria intellectoꝝ ⁊ volitoꝝ
memoria: intellect⁹ memoratoꝝ ⁊ volitoꝝ intellect⁹
volūtas memoratoꝝ ⁊ intellectoꝝ volūtas. Sꝫ obiciṫ ꝯ hoc ar ꝑ augustinū.
Dixit enī btūs augu. ꝙ memoria memorat seipsam
intellect⁹ intelligit seipm̄. igiṫ idē est memoria ꝙ me
moratū: ⁊ intellect⁹ qd̄ intelligit se idē ꝙ intellectū.
Non ergo differūt memoria ⁊ intellect⁹ inq̄tū sic di=
cūtur relatiue memoria memorati memoria. nec ista
tria differūt ꝼm ꝙ dicūtur relatiue cū vnū ⁊ idē ad se
sic referaṫ. Ad hoc dicendū ꝙ nullus act⁹ memorādi Solutio.
memorat seipm̄: sed ex vno actu memorandi meōraṫ
aliquis act⁹ memorādi: ⁊ ita in singulari semp ali⁹ est
actus memorādi ⁊ ipm̄ memoratū: ⁊ aliud est ītelle=
ctū ⁊ actus intelligēdi q̄ ipm̄ intellectū. In illo autē
actuali intellectu ītellectū ipꝫ intelligo. maxime ꝼm
illos q̄ dicunt ꝙ cū diciṫ iste memoraṫ falsū simplr̄ sit
falsus quo ad q̄dver⁹. sicut dicit aristo. Patet igiṫ ꝙ aristoteles
illa tria cū ad seiuicē dicunṫ relatiue differt. Quarta Quarta cā
ratio est ꝙ sicut pr̄ et fili⁹ ⁊ spūs sctūs sūt equales: ita
memoria intellec⁹ ⁊ volūtas sūt equales. vñ colligūṫ
tres ꝑpositiōes quas oꝫ asseveras. quaꝝ pma hec est Pria ꝑpō ꝯ quā ar.
Quicq̄d volo vel intelligo memini. sꝫ hec oīno videṫ
esse falsa. q2 quod de nouo ītelligo nō reduco ad me=
moriā. vñ nō q̄cq̄d volo vel ītelligo memini. Ad hoc Solutō aliquorū
dicūt magistri ꝙ hoc verbū memini nō poniṫ ibi actu
sed habitu. Quicq̄d enī volo vel intelligo memi: q2
de facili possū illud reducere ad meōriā. Sꝫ tñ videṫ
velle augu. ꝙ intelligaṫ de aīa bene disposita in qua
scripta est lex dei. sicut dicit btūs hiere. Scribā legē Hieremias
meā in cordibus eoꝝ. Non cōtingit ergo cognoscere
aliq̄d ꝼm aug. actualiter nisi prius fuerit cognitū vel
cogitatū actu per memoriā vel quasi ꝑ formas iā ex=
pressas in meōria. vt intelligaṫ illud causatū de reb⁹
illis q̄bus spūalis hꝫ iudicare sicut dicit apls. oīa iu= Paulus.
dicat de oībus sciētiā habet: maxīe de eis que ꝑtinēt
ad salutē aīe. Secūda propositio est. quicquid volo Scd̄a ꝑpō.
vel memini intelligo. que siliṫ vera est in aīa bene di=
sposita. Tertia propositio est. quicquid memini vel tertia ꝑpō.
intelligo volo. Sed videtur hec aperte falsa: q2 me ꝯ hanc ar.
mini et intelligo me peccasse: nec tamen volo me pec
casse. Similiter intelligo istum esse egrum: et com= Secundo.
patior. non tamen volo ipsum esse egrū: ergo aīa be=
ne disposita aliquid intelligit qd̄ non vult. ergo non
quicq̄d memini vel intelligo volo. Ad primū dicim⁹ Ad primū.
ꝙ non valet. quicquid memini vel intelligo volo: sed
memini me peccasse vel intelligo: ergo volo me pec=
casse. q2 in pria hec dictio q̄cq̄d nō suppōit nisi ꝑ reb⁹
naturalib⁹ q̄bus bñ possum⁹ vti. ⁊ hoc ē qd̄ dicit aug.

quicquid intelligo volo dū vtor.i.duz possum vti eo qđ intelligo. Ipe autem assumi t pro pctō qđ non habet naturale esse ⁊ quo nemo bene potest vti scđm ꝙ vti stricte accipitur.

Ad scđm.

Ad scđm dicimꝰ ꝙ cū video egrū debeo ipm velle egrū tunc: qꝛ scio deū velle hoc. ⁊ nō valet hec argumētatio. Iste cōpatitur isti meritorie in hac egritudine: igitur nō vult istū esse egrū. debet enī addi vel nō vellet istū esse egrū. Paratus ei esse debet ad similitudinē dei velle ꝙ nō sit eger. s. vt cesset pctm: ⁊ cessante pctō cesset pena pcti. licet tn̄ nunc vellet istū egrū: tn̄ vult ipm non esse egrū in futuro. quia super hoc nescit dei voluntatem.

¶ Sexta questio huius capituli.

Gregoriꝰ

Ultimo querit quō assimiletur homo trinitati increate in his tribus: mens/ notitia/ et amor. Hanc aliā assignat btūs greg. trinitatē increatam in qua aīa rationalis assimilat trinitati increate. s. mētē notitiā ⁊ amorē. Sicut enī ex patre est filiꝰ et ex pr̄e et filio spūsſctūs. ita ex mente siue ex synderesi ⁊ notitia ⁊ ex illis duobus amor. Per synderesim vero aīa intelligens cognoscit se: ⁊ p hoc ꝙ intelligit ⁊ cognoscit se diligit se. ⁊ ita sicut pater ⁊ filiꝰ et spūsſctūs sūt equales: ita ista tria.

Quō mens bn̄ dispōita cogſcit se.

Mens ei bene disposita cognoscit se tantā q̄ta est cū cognoscit se esse super visibilia bonitate ⁊ dignitate p hoc ꝙ facta ē ad ymaginē dei et cognoscit se esse sub deo ⁊ nichil boni se posse habere nisi a deo: ⁊ tantā se esse estimat cū se amat sup oīa visibilia ⁊ minus q̄ deū vt ita sit sine tumore supbie qua hō magis ꝓpriā excellentiā diligit q̄ deū: et ita illa tria sunt equalia. sicut etiā quelibet psona est in qualibet: ita quodlibet istoꝝ est in quolibet. lʒ nō ita proprie nec eodē modo: sicut persone mutuo sūt in seipis. Notitia ei ⁊ amor sūt in mente tanq̄ effectꝰ in causa: ⁊ preterea effectꝰ est in mente tanq̄ in subiecto suo. Amor enī et notitia sūt in anima cognoscēte tanq̄ cognitū in cognoscente ꝑpter assimilatiōnē cognoscētis ad cognitū.

Aristoteľ.

sicut dicit aristo. ꝙ aīa quodā modo est oīa. Mens enī ⁊ notitia sunt in amore. i. in aīa diligente tanq̄ amatū in amāte. ita amor est coniūctio diligētis ad dilectū. vnde ꝑpter illā ꝯiūctionē dicitur amatū esse in amante.

Aug. xi. de trinitate. Duplex trinitaſ creata Prima

Ad maiorē euidentiaʒ eoꝝ que dicta sūt nota ꝙ btūs augu. in libro de trinitate. xi. duas trinitates creatas distinguit. Prīa tria continet. s. speciē corporis visi: ⁊ speciē siue ymaginē que resultat in oculo a specie corporis visi. ⁊ volūtatem q̄ coniūgit visū cū re visa vt fiat visū actu. primū est quasi parēs. scđm quasi proles. tertiū vero qđ nec est parēs neq̄ proles nec quasi parens nec quasi proles: sed cōiungens vtrūq̄.

Scđa trinitas.

Scđa trinitas est q̄ cōplectitur simił'r tria. s. speciē que est in memoria q̄ transmissa est a specie rei vise q̄ est in sensu: ⁊ spēm q̄ est in acie intellectus cogitantis. ⁊ voluntatē que ꝯiungit vtrūq̄. Cū ei aliquis vult reminisci aliud dirigit aciē intellectus ad aciē speciei que est in memoria: ⁊ sic fit actualis cogitatio siue intelligētia.

Augu. eodē libro. Duplex visio.

vt enī dicit beatꝰ augu. in eodē libro. ca. viij. Sicut in corpibꝰ sentiēdi sic in memoria est modus cogitādi. ⁊. ix. c. dicit. visiones due sūt. vna sentientis: altera cogitantis. vt autē possit esse visio cogitātis ideo fit in memoria sentiētis aliquid simile quo se ita cōuertat in cogitando acies animi sicut se in cernendo cōuertit ad corpꝰ acies oculorū. Propterea duas in hoc genere trinitates volui cōmendare. vnā cum visio sentientis formatur ex corpore. aliā cum visio cogitantis formatur ex memoria. mediā vero nolui: quia non ibi solet visio dici cuʒ memorie cōmendatur forma que fit in cernentis sensu. vbiq̄ tamen voluntas nō apparet nisi copulatrix quasi parentis et prolis. ⁊ ideo vndecunq̄ procedet neq̄ parēs neq̄ proles dici potest.

Augustinꝰ

Hāc ergo trinitatem creatā dicit augustinus esse ymaginē trinitatis increate in humana aīa. Sicut enī ex memoria est actualis cogitatio siue intelligentia: ⁊ ex his duobus voluntas. sic ex patre est filius: ⁊ ex patre ⁊ filio spiritussctūs.

Quō ista sunt vnū.

Quo autē sensu dicantur ista tria esse vnum potest videri per hoc ꝙ ipe dixit eodē libro. capi. iiij. in fine vbi dixit. ita qđ est ad corporis sensum aliqđ corpus in loco. hoc est ad aīmi aciē similitudo corporis in memoria: ⁊ quod est aspiciētis visio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur: hoc est visio cogitantis ad ymaginē corporis in memoria constitutam ex qua formatur aīmi acies: ⁊ qđ est itentio voluntatis ad corpus visum visionēq̄ copulandā vt fiat ibi quedā vnitas triū q̄uis eoꝝ sit diuersa natura hoc est eadē voluntatis intentio ad copulandā ymaginem corporis que inest in memoria: ⁊ visionē cogitantis. i. formā quā cepit acies animi rediens ad memoriā vt fiat. ⁊ hic quedā vnitas ex tribus nō iam nature diuersitate discretis: sed vnꝰ eiusdēq̄ substātie quia hoc totū intus est ⁊ totū vnus aīmus.

Opīo aliq̄rū scʒ noīalium.

Quidam tamen dicunt ꝙ hec tria sunt proprie vnū: ⁊ intelligitur hoc de ipa potentia. Dicunt enī ꝙ aīa idem est ꝙ sua potentia: sed dicūtur tres potentie propter diuersos actus cū non sit nisi vna aīa ⁊ vna potētia in essentia. ⁊ hoc volunt habere ex verbis beati aug. qui dicunt ꝙ hec tria sunt vna vita vna aīa: ⁊ per hoc ꝙ ipe dixit ꝙ hec tria nō sunt in aīa vt in subiecto. igitur nō sunt qualitates aīe sed ipa aīa.

Solutio.

Ad qđ dicendū est ꝙ augustinus dixit illa tria esse idem qđ aīa: quia complent ⁊ perficiunt ideʒ esse aīe.

Magister ī sententijs.

sicut dixit magister in sentētijs. Et ideo dicit augu. ꝙ illa tria nō sunt in aīa sicut in subiecto vt color est in corpore. quia non sunt aduēticia ipi aīe: sed cōpletiua esse ipius. Quod aūt est aduenticium vt color corpori non cōplet esse eius predicta vero opinio ⁊ est contra deitatē ⁊ cōtra deū.

Cōtra hanc opinionem

Ex illa enī opinione sequitur ꝙ anime et angelo idē est esse ⁊ posse. qđ soli deo conuenit propter sui extremā simplicitatem. licet in prima materia videat̄ ideʒ esse qđ posse suscipere formā quālibet.

Potentiaꝰ materie.

Talis enī potentia non est aliqua potentia: sed informitas potentie precedens oēm potentiā et oēm formā. Sic ergo nulla res habens esse non in aliā formā habet que nō ipa est: sed materia q̄ habet esse in alio ⁊ ante: deinde perfectionē naturaliter nullā habet formā q̄uis denominetur a noībus format̄ per aliquā similitudinē

Potentia aīe nō ē aīa

et ideo non sequitur ꝙ si materia est sua potentia ꝙ aīa sit sua potentia. cū proprie nō dicatur materia habere aliquam potentiā vel aliquid posse.

Scđo ꝯ eādē opīonē.

Itē eadem opinio est contra oēm philisophiā. Dixit enī porphirius ꝙ rationale predicatur in quale: ergo rationale est qualitas. ergo non est idem ꝙ anima.

Tertio ad idem.

Preterea sequitur ex hac opinione ꝙ anima et angelus nō conueniant in aliquo gn̄e: qꝛ non ꝯueniūt in aliquo substātiali: qꝛ nec aīa nec angls habet aliq̄d substātiale qđ nō sit ipa: ⁊ ita cū aīa et angelus sint diuersarū specierum nō cōicant in aliquo substātiali: igit̄ non cōicant in aliquo genere. qđ manifeste falsū est.

Quarto

Ex hoc etiaʒ sequitur ꝙ intellectus hoīs et angeli sint diuersarū specieꝝ: ⁊ probat ꝙ hoc sit falsū cū sint de eodē et habeant eandē perfectionē.

Quinto.

Ex hoc etiā sequitur ꝙ aīa non predicat̄ substātialiter et in quid de hoīe et alijs aīalibus. Potentia enī sciendi non est eadē in specie in hoīe ⁊ alijs aīalibus: qꝛ potētia sciendi in hoīe idē est ꝙ aīa hoīs. Quia vero hec pertinēt ad aliam facultatem supersedemus.

¶ In secundo capitulo quinq̄ querūtur.

In hoc scđo capitulo querit̄ de primo statu ade. Circa qđ primo q̄ritur q̄ precepta dederit deus homini postq̄ posuit eū in paradiso. scđo de imortalitate ade quā habuit in primo statu. tertio vtrū adā potuit mori ante pctm̄. quarto de partu eue si peperisset ante pctm̄: ⁊ de statu matrimonij in primo statu vltimo de trāslatione homīs in personā celestē si nō peccasset.

Prīa q̄o q̄ pcepta dedit dn̄s ade

Circa primū queritur sic. Fecit deus hoīeʒ in agro damasci et posuit in paradiso vt sciret ꝙ esse in paradiso nō est nature: sed gratie.

Solutio.

Per hoc etiam intelligimus ꝙ nō est nobis naturale esse in spūali paradiso. s. in ecclesia.

Triplex p̄ceptum.

Postq̄ aūt positus fuit in paradiso dedit ei dn̄s triplex preceptū scʒ nature: ⁊ quoddaʒ aliđ discipline. Nature triplex. quoddā pertinēs ad sui sustētationē: vt illđ de oī ligno paradisi. q̄ddā ad multiplicationē humani gener̄ vt illud. Crescite et multiplicamini. Tertiū fuit pertinēs ad dilectōnē dei et ꝓximi. et proprie primū preceptū dedit illi: qꝛ homo habebat corpus aīale indigēs alimonia ciboꝝ vnde si nō comederet moreret̄: ergo erat mortalis. i. potēs mori.

Scđa q̄stio huꝰ capl'i. Aꝛ ꝙ sic.

¶ Scđo querit̄ hic de imortalitate ade in primo statu. Querit̄ igitur vtrū fuit in eo mortalitas. qđ videt̄: qꝛ eadē est potentia currēdi ⁊ nō currēdi: ergo eadē ratiōe eadē potētia fuit in adā moriēdi et nō moriēdi. igit̄ eadē fuit in eo mortalitas ⁊ imortalitas.

Secundo.

Preterea potētia moriēdi in adā aut se habebat ad opposita aut ad alteꝝ tm̄. Si tantū ad alterum scʒ ad mori: ergo necesse erat adā mori.

Cōfirmat̄.

Iteʒ ad alterū tm̄ sicut firmamentū nō se habet nisi ad alterū oppositoꝝ. s. ad moueri. qua ratione firmamentū necesse ē moueri: necesse erat adā mori.

Confirmat̄

Itē sicut calor ignis de necessitate se habet ad calefaciendū: eadē ratione necesse erat adā mori qđ falsū est. Relinquitur igit̄ ꝙ illa potētia se habebat ad opposita. s. ad mori et ad nō mori. igit̄ eadē potentia erat in eo moriendi et nō moriēdi: ⁊ ita mortalitas ⁊ imortalitas fuit potentia in adā.

In oppoᵐ

Contra. potētia semp viuēdi ⁊ potentia semp nō viuēdi erat in adā potētia naturalis. sed potentia moriēdi fuit in eo ipotētia naturalis: ergo aliud erat in eo potētia nūq̄ moriendi ⁊ potētia moriendi. igit̄ aliud erat in eo mortalitas ⁊ imortalitas

Secundo.

Itē mori nichil est: igit̄ potētia moriendi ꝓprie loq̄ndo nichil est. cū mori sit pura priuatio. Si igit̄ potentia nō moriendi est aliq̄d ipa est potētia sp viuēdi. nō enī pōt dici ꝙ potētia nō moriēdi sit potētia cessandi ab aliquo actu cū mori nō sit actus: sʒ pura priuatio. Sed cōstat ꝙ potētia viuēdi est naturalis potētia. potentia aūt moriēdi naturalis ipotētia. igit̄ potētia nō moriendi est aliud q̄ potētia moriēdi: ergo aliud fuit in adā mortalitas ⁊ imortalitas.

Solutio. Ad primū.

qđ ꝯcedimꝰ respōdētes ad obiecta dicētes ꝙ nō valet. eadē est potētia currēdi ⁊ potētia nō currēdi: ergo eadē est potētia moriēdi et nō moriendi. qꝛ liberū arbitriū se habet ad vtrūlibet et ideo eadem ratione est potentia currendi ⁊ potentia nō currendi.

Mori nō ē liberi arbitrij.

Mori nō est opus liberi arbitrij: immo nature corrupte: ⁊ qđ dicit̄ ꝙ potentie quedā sūt ad vtrūlibet ⁊ ꝙ quedā ad vnū oppositorū tantū dicitur de formalibus potentijs tantū. Potentia vero moriendi naturalis est impotentia ex qua non habet se nisi ad mori vł per naturā vel per aliud scʒ p aliqđ accidentale aduenient. s. per pctm̄. In naturalibꝰ aūt actionibus se habet natura ad agere per qđ est principiū motꝰ cū acquisitū fuerit id ad quod fuerat ille motus cessat natura ab illo motu de necessitate. Patet etiā ꝙ potētie q̄ se habent ad duo opposita se habent ad illa vł per modū liberi arbitrij vel per modū nature que est principiū motꝰ ⁊ quietis. Patet ergo ꝙ nec sic nec sic se hʒ potentia moriendi ad opposita.

¶ Questio incidens.

Aꝛ ꝙ sic.

Item queritur vtrū immortalitas q̄ fuit in adā erit in patria. Qđ videtur: qꝛ idē erit liberū arbitriū qđ modo est: licet modo homo p ipsum possit peccare ⁊ nō peccare. in futuro vero nō poterit peccare. Eadē ratōne eadē immortalitas qua hō in primo statu potuit mori et potuit nō mori erit in patria: qꝛ nō poterit mori.

Secundo.

Preterea imortalitas ade fuit potentia resistendi omibus causis illatiuis mort̄. eadē potentia erit in futuro: ergo eadē immortalitas erit in futuro.

Solutio.

¶ Solutio. Dicimꝰ ꝙ re vera eadē imortalitas erit in futuro q̄ fuit in adā si dicatur imortalitas illa potētia resistendi siue semp viuendi. Sʒ q̄n̄q̄ dicitur imortalitas priuatio potētie moriendi scʒ nō posse mori: ⁊ hec erit in futuro ⁊ nō fuit in primo statu.

Duplex immortalitas

Unde patet ꝙ hoc scđo modo nō est verū ꝙ eadē imortalitas q̄ fuit in adā erit in futuro. nec est simile de libero arbitrio. In hoc enī cōsistit esse liberi arbitrij ꝙ homo facit eo sine coactione qđ vult. qđ qꝛ est in presenti ⁊ in futuro. Idē est liberū arbitriū in pn̄ti et in futuro. Non sic se habet imortalitas ad mori et ad nō mori sicut liberū arbitriū ad peccare et ad non peccare. tn̄ sicut liberū arbitriū idē est modo ⁊ in futuro. ita et imortalitas ꝭm primū modū eadē erit in futuro q̄ fuit in primo statu ⁊ hec sūt duo cornua que habuit primus hō scʒ imortalitas ⁊ liberū arbitriuʒ sine seruitute.

Quō intelligit̄ exaltabūt̄ cornua iusti.

Ista duo cornua sūt de quibus dr̄. Exaltabūtur cornua iusti. qn̄ per liberū arbitriū non poterit homo peccare ⁊ ab imortalitate auferetur mortalitas que in p̄mo statu ꝯmunicabatur imortalitati vnde in psal. Exaltabūtur cornua iusti q̄ in hoc loco scđm aliā expositionē dicūtur virtutes.

¶ Alia questio incidens.

Aꝛ ꝙ non.

Item queritur vtrū adam per peccatum amisit immortalitatē. Et videtur ꝙ non. quia immortalitas erat ei naturalis. qm̄ eā habebat quando erat in statu naturaliū. Sed constat ꝙ spoliatus gratuit̄ et vulneratus in naturalibus fuit. igitur non spoliatꝰ immortalitate fuit: sed vulneratus cum illa. igitur post peccatū remansit in eo immortalitas. qđ falsum est.

Solutio. Quō intelligit̄ vulneratō naturaliū hoīs.

¶ Solutio. Dicimus ꝙ illa auctoritas Primus homo spoliatus fuit gratuitis et vulneratus in naturalibus vniuersaliter intelligenda non est. Fuit vero vulneratꝰ in aliq̄bꝰ naturalibꝰ ꝑpter pctm̄ suū. Prio in illis in quibus cōsistit ymago dei. ille enim primo

corrupte fuerũt per pctm̃: ⁊ de illis naturalibus tãtũ
intelligenda est illa auctoritas. Pena aũt illa pctĩ il
nõ fuit spo lata est ei scʒ necessitas moriendi ex decreto dei: ⁊ iõ
liatus oĩb⁹ amisit imortalitatẽ quã prius habebat. Eodẽ modo
gratuitis. non fuit spoliatus oĩbus gratuitis nisi tm̃ illis q̃ fa-
Quidvidit ciunt hoĩem gratũ deo. s. virtutibus theoricis. Non
adã raptus enĩ fidem quã habebat de trinitate amisit ⁊ de incar
in extasi. natione quã vidit qñ raptus fuit in extasi. Obicitur
ꝯ hoc arg. autẽ contra hoc qđ dictũ est ꝙ ĩmortalitas fuit ei na
Augustin⁹ turalis. dicit enĩ btũs augu. ꝙ ĩmortalitas fuit ei de
ligno vite. non de cõditione nature tantũ: igitur im-
Solutio. mortalitas nõ erat ei naturalis. Sed dicim⁹ ꝙ ita est
intelligendũ. Non erat ei de cõditione nature tm̃: sʒ
de ligno vite. qꝛ ad hoc ꝙ nunꝙ moreret̃ sed ad hoc
ꝙ semꝑ viueret exigebatur ꝙ semꝑ de ligno vite co
q̃reuescebã mederet tpe cõpetenti. Unde ipe augu. dicit. vteban
tur diuersis tur adã et eua aliĩs cibis ne sua corpora aliq̃d mole-
lignis. ste esuriendo vel sitiendo sentirent. de ligno vite gu
stabant ne mors vndecũꝗ subreperet: vel cõfecti se-
nio decursus tpm spaciĩs interirẽt. Fuerũt ergo illis
alimenta ꝓpter alia ligna paradisi. illud fuit sacramẽ
Sacramẽtũ tum. significabat em̃ panẽ angeloꝝ q̃ dicit Qui man
Salomon ducat me viuit ꝓpter me. de quo salomon loq̃ns in
ꝓuer. vbi loquit̃ de sapiẽtia dicit. Lignũ vite est hĩs
qui appre. eã ⁊ q̃ tenuerit eã btũs. Erat ergo lignuʒ
vite adã ⁊ eue sicut electuariũ eos cõseruans sine de
fectu ⁊ incõmodo senectutis: ⁊ sine omĩ nocumento
qđ posset accidere extrinsecus. Alia vo ligna erãt so
lum in alimento.

¶ Tertia questio principalis.

Tertio queritur vtꝝ adã posset mori ante pctm̃
Arg ꝙ sic. videtur ꝙ sic. qꝛ ipe habebat corpus aĩale: igit̃
si nõ comederet naturaliter dissolueret̃. ergo potuit
Scđo arg. mori sine pctõ. Preterea omẽ cõpositũ natura disso
lubile est: ergo cũ adã esset cõpositus natura dissolu-
bilis erat: ⁊ ita poterat naturaliter mori añ peccatũ.
In oppoᵐ Contra. dicit apls ꝙ stipendia pctĩ mors: ergo mors
est pena debita pctõ. Sed ĩpossibile est ꝙ pena prece
deret culpã: ergo ĩpossibile erat adã mori ante pctm̃
Secundo. Preterea aĩa cũ sit perfectio corporis ⁊ perficitur in
corpore et corpus naturaliter appetit ipam tanꝙ sui
perfectionẽ. igitur nõ potuit ibi esse naturalis disso-
lutio. igitur nõ potuit naturaliter mori ante peccatũ
Solutio. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ re vera nõ potuit mori ante
pctm̃ si hec determinatio ante pctm̃ determinet infi-
Ad primũ. nitiuũ. Qđ igitur dicit ꝙ habebat corpus aĩale veꝝ
est: ⁊ verum est ꝙ nisi comederet moreret̃: qꝛ si nichil
comederet peccaret. Sic em̃ quodãmodo manũ ini
ceret si nõ comederet de cibis sibi imperatis a deo sa
tisfaciendo appetitui naturali ⁊ moderato. vñ dictuʒ
Ad scđm. est ei a dño: de oĩ ligno pᵃdisi comede. Qđ obicit̃ ꝙ
omẽ cõpositũ natura est dissolubile. si hoc intelligit̃
de natura naturante verũ est. siue de naturali intelli-
gentia sil' veꝝ est. si de natura inferiori falsũ est. sicut
celũ empireũ non est dissolubile natura inferiori nec
vera essentia secundũ aristotelẽ.

¶ Quarta questio principalis.

Quarto querit̃ de partu eue vtrũ peperisset ante
pctm̃: ⁊ de statu matrimonĩ in primo statu. scʒ
de precepto nature qđ datũ fuit ante ꝓpagationẽ scʒ
Argut̃. crescite et multiplicamini. Utꝝ si eua peperisset ĩ pri-
mo statu sine fractõne vel cũ fractione peperisset. Si
sine fractione: ergo manẽs virgo peperisset. igit̃ non
fuit miraculũ ꝙ beata virgo manens virgo peperit.
Si cũ fractiõe: igitur eius mẽbra poterant ledi absꝗ
omĩ pctõ. igit̃ eadẽ ratione alia mẽbra. ¶ Solutio. *Solutio.*
Si verbũ frangẽdi importat violentiã dicim⁹ ꝙ sine
fractione potuit cognosci. Si autẽ verbũ frangendi
importat solã separationẽ concedimus ꝙ bene pote
rant frangi illa mẽbra generatiua in muliere. sed tm̃
a membro naturali ⁊ deputato ad hoc. sicut adamas
potest frangi sanguine hircino tm̃. vñ patet ꝙ postꝙ
eua esset prius cognita nõ mansisset virgo: ⁊ qꝛ fracta
⁊ qꝛ prius cognita neutrũ vero fuit in beata virgine.
Adã vero cognoscendo vxorẽ suã naturalẽ decisionẽ
a se pateretur in mẽbris suis. aliã vo decisionẽ violen
tem pati nõ posset. Itẽ si in primo statu adam cogno *Iteruʒ arg.*
uisset vxorẽ suã delectatus fuisset in ea. Non enĩ esset
sine delectatione opus matrimoniale. cũ enĩ nõ habe
rent mẽbra stupida delectãdo in vxore amore ĩhere-
ret ei ꝓpter se: ergo frueret̃ ea. ergo peccaret: qꝛ nõ
est fruendũ nisi summo bono. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ *Solutio.*
ibi esset delectatio naturalis. Sʒ talis delectatio nõ
est fruitio sed illa tm̃ que est ex amore volũtario et q̃
est volũtaria: ⁊ ideo nõ est meritoria neꝗ demerito-
ria. nec est adiũcta actui volũtario inq̃tũ est volũta-
rius. Notandũ aũt ꝙ q̃tum ad primũ statũ nõ habe- *In statu in*
ret locũ ista distinctio qua distinguit̃ fruct⁹ cẽtesim⁹. *nocentie nõ*
lx. xxx. qꝛ tũc erat matrimoniũ ad officiũ ⁊ in p̃cepto *fuissent di-*
non in remediũ. Post pctm̃ vero fuit in officiũ et re- *uersi stat⁹.*
mediũ. ⁊ maxime in statu patriarchaꝝ qñ rarus erat
ppls dei. Unde dr̃ ꝙ celibat⁹ iohãnis nõ prefert̃ cõiu-
gio abrahe. modo vero matrimoniũ magis est ad re
mediũ. nec est in precepto: sed poti⁹ in ꝑmissione. qm̃ *Matriõni-*
modo populus dei augmẽtatus est ꝑ totũ mundũ ⁊ *um non est*
innumerabiles nuptie vbiꝗ modo generãt filios dei *in p̃cepto*
ad sufficientiam.

¶ Quinta questio huius capituli.

Hic q̃nto breuiter q̃rit̃ quasi de translatõe hoĩs
in paradisũ si nõ peccasset Unde q̃rit btũs aug. *Augu. q̃rit*
si null⁹ vnꝙ peccasset ⁊ ita hoĩes nũꝙ morerent̃ quõ *sʒ nõ solut.*
deus trãstulisset eos in paradisũ. ⁊ nõ determĩat. Sʒ
ꝓbabile est ꝙ post cõpetentẽ morã ſm ꝙ hõ maiorẽ
vel minorẽ haberet strẽnuitatẽ ad merendum: citius
vel tardius transferrentur.

¶ Tertium capitulum in quo
queruntur quattuor.

Circa preceptũ discibile quattuor sũt ꝯsiderãda
primo quare dicat̃ preceptũ discipline ⁊ q̃d fue-
rit pctm̃ primoꝝ parentũ. scđo vtrũ adã illo pctõ pec
cauerit quo voluit esse sicut de⁹: an tm̃ voluit hoc mu
lier. tertio de q̃titate ipi⁹ pctĩ. quarto vtꝝ adã in pri
mo statu potuit peccare venialiter. Ad p̃mũ igit̃ di- *q̃re dr̃ p̃cep*
cim⁹ ꝙ illud p̃ceptũ sic dictũ est. s. p̃ceptũ disciplĩe: qꝛ *tũ disciplie*
illo exꝑti sũt hoĩes q̃d itersit bonũ obediẽtie ⁊ malũ
inobediẽtie. Uñ arbor illa in qua oẽs p̃uaricati sunt
dicta ẽ arbor sciẽtie boni ⁊ mali: ⁊ hoc ab euẽtu circa
nos cõtingente. voluit ẽ dñs primos parẽtes ꝓhibe
ri a re indifferẽti ne si eos a re mala ꝓhibuisset casuʒ
suũ illius rei malicie ĩputarẽt: ⁊ ideo etiã vt ꝓbaret̃
eoꝝ obedientia per quã ꝓpria volũtas mactat̃. vt di
cit glo. vñ salomon vir obediens loquitur victorias. *Glosa.*
Querit̃ aũt qđ fuerit primũ peccatũ hoĩs. Et dicẽdũ *q̃o incidẽs.*
vt dicunt sancti ꝙ illud fuit superbia qua voluit esse *primũ pctʒ*
sicut deus. Sed quidam volunt probare ꝙ illud fuit *superbia.*

Arg ꝙ fuit ĩ infidelitas. aliĩ ꝙ omissio. aliĩ ꝙ dubitatio. Qđ fuit
fidelitas. infidelitas sic probãt. Bonũ apphensum mouet. nisi
enĩ cadat in estiationẽ vt bonũ non mouet appetitũ.
sicut patet per ꝯtrariũ. quis enim non fugit lupũ: nisi
estimet sibi nocuũ. ẽ anteꝙ mulier appetiĩt eẽ sicut
deus: estimauit ꝙ posset eẽ sicut deus. sed talis esti-
matio ĩfidelitas est. ẽ primum eius pctm̃ infidelitas
Arg ꝙ fuit fuit. Aliĩ volunt ꝓbare ꝙ illud primũ peccatum fuit
omissio. omissio sic. Si ipa contulisset apđ se ꝙ creatura pura
non potest equari creatori cõstat ꝙ non appetisset: ẽ
nec peccasset. et tenebatur nõ peccare: igitur tenebat̃
cõferre ⁊ non contulit. igit̃ omisit. ẽ primũ pctm̃ fuit
Opinio do omissio. Ad primũ dicim⁹ ꝙ primũ pctm̃ fuit infide-
ctoris. litas sicut ꝓbatũ est: sed illud idẽ pctm̃ fuit superbia
intellectus. Et supbia hic large sumit̃ ſm ꝙ ipsa cõis
est ad quattuor spẽs timoris q̃ notãtur in hoc versu:
Quõ capit̃ Ex se pro meritis falso plus oĩbus inflat. Et nõ dicit̃
hic supbia. hic supbia amor ꝓprie excellẽtie. sic eñ stricte sumit̃.
Uñ patet ꝙ non valet hec argumẽtatio. primũ pctm̃
Arg p̃t dici fuit ĩfidelitas: nõ ergo supbia. Aliter tm̃ posset solui
vt diceret̃ ꝙ primũ pctm̃ fuit supbia ⁊ nõ infidelitas.
⁊ tũc diceret̃ ꝙ mulier estimauit hoc eẽ bonũ scʒ esse
Ad aliud. sicut deus: ⁊ nõ estimauit sibi eẽ bonum. Ad hoc qđ
dicit̃ ꝙ primum pctm̃ fuit omissio. dicimus ꝙ ad q̃dã
obligamur tenemur per se: vt ad opa virtutum ⁊ ad ea q̃ sunt in
ad aliquid p̃cepto. ad q̃dã aũt per accidẽs. Ubi gr̃a. Monachus
dupl'r. tenet̃ pulsare campanam tali hora. ad pulsandũ ꝑ se
tenet̃: ⁊ in hoc omittit si ꝯtẽpnit facere. per accidens
aũt tenet̃ ad antecedẽtia hũc actum. vt ad trahẽdum
cordam: ad surgendũ: ⁊ hmõi. ⁊ circa hec nõ est pctm̃
omissionis si non fiat. Uñ patet ꝙ nõ valet hoc argu-
mentũ. Tenebat̃ cõferre ⁊ non cõtulit. ẽ omisit. quia
ad hoc scʒ ad cõferre nõ tenebat̃ per se sed ꝑ accidẽs.
Alia aũt rõne nõ valet ſm nr̃aʒ opinionẽ. qꝛ dicimus
ꝙ omissio nõ cõsistit in pura negatiõe sed in contẽptu
faciẽdi qđ faciendũ est. ſm ꝙ dicimus ꝙ omẽ peccatũ
Dubiũ q̃dꝫ voluntariũ est. Item dictum est ꝙ pctm̃ luciferi fuit
voluit luci supbia qua voluit eẽ silis deo silitudine equiparãtie.
fer. Dicit tm̃ anselmus cantuariẽs. ꝙ nõ voluit eẽ similis
Anselm⁹. silitudine equiparãtie: sed silitudine virtutũ. i. noluit
et eẽ silis in virtutibus qđ bonũ est proculdubio. vñ
dicit ꝙ bonum male voluit. credidit enim ꝙ ex seipo
virtutes habere posset. Nos aũt non sequimur eum
in hoc: nec etiã in hoc habet aliquẽ sequacem. Dicit
Opĩo hie- enĩ hiero. ꝙ voluit eẽ silis deo silitudĩe equiparãtie:
ronimi. ⁊ adhuc in se ⁊ in mẽbris suis quotidie presumit sibi
idẽ arrogare. vñ primũ eius pctm̃ fuit supbia. Similiter
Alia q̃stio ⁊ hoĩs primũ pctm̃ fuit supbia. Item querit̃ si pctm̃
incidens. precesserit in eua dubitatiõis. qđ videtur. quia q̃suit
Arg ꝙ eua ab ea diabolus. quare ꝓhibuit deus vobis ne cõede-
dubitauit. retis de ligno sciẽtie boni ⁊ mali? Respõdit. ne forte
Solutio. moriamur. ẽ videt̃ ꝙ dubitauerit tũc. Solutio. dici-
mus ꝙ dubitatio nõ fuit primũ pctm̃ eius: sʒ supbia
q̃d signifi- vt dictum est. Uñ dicimus ꝙ li forte nõ est aduerbiũ
cat ibi forte dubitãdi sed euẽtus. Et ꝙ nõ peccauerit pctõ dubi-
tationis patet ex eo ꝙ sctĩ dicunt ꝙ pctm̃ primi hoĩs
fuit remediabile et non angeli. qꝛ hõ peccauit altero
suggerẽte: angelus nõ. ẽ si dubitatio est eius primũ
pctm̃: esset ex suggestione precedẽte. sed illa questio
diaboli scilʒ quare prohibuit dñs vobis. ⁊c. non fuit
suggestio sed tẽtatio sola. ergo peccatũ dubitatiõis
non fuit primum in hoĩe.

¶ Scđa questio principalis huius capituli.

Circa scđm querit̃. vtrum adam voluit esse sicut
deus. Qđ nõ videt̃. quia dicit apls. Uir non est *Arg ꝙ non.*
seductus: sʒ mulier. Item dr̃ aug. ꝙ adam peccauit *Scđo per*
sicut salomon qui adorauit idola: nichil tm̃ numinis *augustinũ.*
credebat ĩ eis: sʒ hoc fecit ne ꝯtristaret suas delicias.
id ẽ suas cõcubinas. Ita adam comedit pomũ. nõ qꝛ
crediderit ꝙ eẽt vel eẽ posset sicut deus: sed ne cõtri-
staret vxorẽ. Item ad idẽ dicit aug. Non est credẽdũ *Tertio per*
ꝙ adam spũali mẽte preditus voluit esse sicut deus. *augustinũ.*
ergo nõ voluit eẽ sicut deus: nec credidit ꝙ eẽ posset
sicut deus. Sed ꝯtra sup illud p̃s. que non rapui tũc *In oppoᵐ*
exsoluebã. dicit glosa. Adam ⁊ eua voluerũt rapere
diuinitatẽ: ⁊ amiserũt felicitatẽ. ẽ eodem pctõ pecca
uerũt adam ⁊ eua. sed pctm̃ eue fuit ꝙ voluit eẽ sicut
deus. Item sup illđ ad hebr. Non rapinã arbitratus *Scđo ꝑ glo*
est se esse equalẽ deo. dicit glõ. Christus equalis deo *sã ad hebr.*
nõ est arbitratus hoc esse rapinã: sicut primus homo
hoc arbitratus est ꝙ posset eẽ equalis deo ꝑ rapinã.
ergo adã voluit eẽ equalis deo. Solutio. Dicimus *Solutio.*
ꝙ adam in vitate non voluit eẽ sicut deus. sicut dicũt
aplus ⁊ aug. Ad auctoritates q̃ vident̃ ꝙ voluit esse *Ad primũ.*
sicut deus. dicimus ꝙ qꝛ caput mulieris est vir: tenet̃
eam regere ⁊ docere ⁊ arguere si errat: ⁊ si nõ redar-
guit peccat qꝛ cõsentit. Hec est enĩ vna spẽs cõsensus
cum nõ redarguit homo cum possit ⁊ debeat. Dicit̃
igit̃ ꝙ adam voluit eẽ sicut deus: quia volentẽ vxorẽ
nõ repressit vel redarguit. His habitis opponitur de *Arg primoꝝ*
illo vbo aug. qđ supradictũ est ꝙ nõ est credendũ ꝙ *dictũ aug.*
vir spiritali mẽte p̃ditus voluit eẽ sicut deus. Nũq̃d
lucifer magis erat spiritali mẽte preditus q̃ adam?
Si non. ergo adam proportiõalis erat lucifero: igit̃
pctm̃ eius peccato luciferi non in infinitũ maius. ẽ si
vnũ remediabile ⁊ reliquũ. Itẽ adhuc videt̃ ꝙ pctm̃ *Arg ꝙ pctm̃*
luciferi fuit remediabile ꝑ hoc qđ habet̃ in euãgelio *angeli fuit*
vbi dicitur ꝙ equabimur ãgelis dei. sed hoc erit ſm *remediabi-*
ꝑfectionẽ intellectus. igitur ꝑfectio hoĩs ẽ ꝓportio- *le.*
nalis ꝑfectioni angeli. igitur ꝑfectũ ꝑfecto. igit̃ totũ
toti. igitur pctm̃ vnius: pctõ alterius. igitur si vnum
est remediabile ⁊ reliquũ. Solutio. Ad primũ dicũt *Solutio.*
quidã ꝙ adam fuit in triplici statu. primo in statu in-
nocentie. secũdo in statu gratie. s. postꝙ dñs dedit ei
precepta scilʒ preceptũ discipline ⁊ alia. tertio fuit in
statu culpe post peccatũ. Lucifer autẽ non fuit nisi in *Lucifer fu*
duplici statu: scʒ in statu nature et culpe. Dicũt ergo *it in dupli-*
ꝙ illud vbũ aug. Nõ est credendũ. ⁊c. intelligitur de *ci statu.*
adam ſm ꝙ fuit in statu gr̃e: qui status satis melior
est q̃ status nature in quo angelus fuit. Nõ est ergo *ꝯ hanc solu*
mirꝝ si dicat aug. ꝙ nõ est credendũ de adam qui erat *tionẽ arg.*
in statu gr̃e ꝙ nõ voluit esse sicut deus: licet dicatur ⁊
credat̃ de lucifero qui erat ĩ statu nature ꝙ voluit eẽ
sicut deus. Sʒ ista solutio nõ euadit obiectiões fctãs
propter qđ dicimus ꝙ mirꝝ fuit ꝙ lucifer voluit esse
sicut deus. vñ admiratur Isaias dicẽs. Quõ cecidisti
lucifer. ⁊c. De hoĩe siliter fuit mirꝝ ꝙ voluit esse sicut
deus. Sic igr̃ intelligimus vbũ aug. Nõ est credẽdũ *Exponit̃ di*
ꝙ vir. ⁊c. cũ sacra scriptura hoc nõ asserat: ĩmo ꝯtrũ. *ctũ augu.*
de lucifero tm̃ credẽdũ est: qꝛ asserit sacra scriptura ꝙ
voluit esse sicut deus. Ad aliud dicendũ ꝙ sicut dicit *Ad aliud*
dionysi⁹. Malũ angeli est ꝯtra intellectum deiformẽ
eẽ. malũ hoĩs ꝯtra rõem eẽ. malũ corpis ꝯtra naturã
esse. Angelus vo hẽbat ĩtellectũ deiformẽ abstractũ
ab omĩ nubilo fantasie carnalis. vnde ⁊ in instãti po-
terat eligere quid bonũ/quid malũ: sine omĩ rõcina-
tione siue argumẽto. homo aũt plenus erat fantasiĩs

carnalibus quo ad intellectū. Uñ dñs ob hoc de ipso dicit in geñ. Non pmanebit spūs meus .i. indignatio mea in hoīe. qz caro est. vnde opz q habeat tp̄s: et q vtak argumento ad eligendū quid bonū quid malū.

Hō nō erat pportionalis āgelo.

Improportiōalis ḡ erat hō angelo. nō quo ad bonitatis pfectionē: sed quo ad eligētie virtutē. qđ patet quia angelus nil hēbat carnalis fantasie: homo autē aliqd carnalis fantasie hēbat. Item oportebat q hō hēret tp̄s ad eligendū: angelus aūt in instāti poterat eligere. Sz ista sunt iproportiōalia: aliqd/nichil/tp̄s instans. Patet ḡ quare pctm̄ angeli fuit irremediabile: pctm̄ vero hoīs fuit remediabile.

Opinio damasceni

Damas. tñ dt q ideo pctm̄ diaboli est irremediabile: qz non habet carnē in qua posset agere penitētiā. Ex p̄dictis patet q hec argumētatio nō valet. virtutes hoīs et angeli sunt proportiōales: igitur ⁊ pctā. nam in pctō angeli est circūstantia in infinitū aggrauās: sic aūt non est in

Nō diligēt

pctō hoīs. Et excusat hoīem a tanto etsi non a toto: minor facultas iudicādi siue minor pspicacitas minor q facultas merendi. Angelus autē inexcusabilis est pper pleniorē facultatē ⁊ discernēdi ⁊ merēdi: cum hēat deiformē intellectū. Sed cum malū sit ex infinitis causis sicut dt dionysi⁹. videt q quedā ignorātia

Dionysius
Arguitur.

scilz actualis incōsideratio fuerit in angelo. non enim cōsiderauit nec cōtulit qū debuit. ⁊ illa incōsideratio videt debere excusare pctm̄ eius.

Solutio.

Ad qđ dicimus q non. qz illa nō fuit nisi priuatio ⁊ defectus quidā.

Iterum ar
Solutio.

Si obiciat vltra q ipa fuit vituperabilis ⁊ ita pena. igit pena precessit pctm̄. Dicendū q neqz laudabilis neqz vituperabilis fuit: cum fuerit simplex negatio. ideo non fuit vituperabilis ad minus q̄tum in se est.

Questio incidens. vtrum virtutes hoīs ⁊ angeli sint eiusdem speciei.

Ar q non.

ITem dictū est q eedem sm spēm sunt virtutes in angelo ⁊ in hoīe. Et ex hoc sequit q idem est sm spēm intellectus āgeli cum intellectu hoīs. nam quoꝝ pfectiōes sunt eedem: ⁊ ipsa sunt eadē. vñ cum eedē sint sm spēm pfectiōes intellectus hoīs ⁊ āgeli

Secundo.

scz scientie ⁊ virtutes: ⁊ ipsi sunt idē sm spēm. Item eadē est sciētia hoīs ⁊ āgeli: qz idem scitū vel scibile. igitur idē scire: ḡ idem intelligere. nam idē est opus potētie naturalis ⁊ sciētie dirigētis illā potentiā. qz qđ natura difficile opat: hoc scia vel ars facile. Opus

Augustin⁹

enim sciētie est facilis vsus potētie. sicut dicit aug. in lib. de li. ar. q opus virtutis est bonus vsus potētie. Si igit idē est intelligere in angelo ⁊ in hoīe: igitur idē intellectus. sm spēm loquor. Et in ista rōcinatōe supponit qz ratio in hoīe ⁊ intellectus essentialit nō

Tertio

differūt. Item qz idem dilectū: ideo eadē dilectio. qz idem visum eadē visio. igitur cum ita sit in hoīe ⁊ in angelo: qz idem scitū ⁊ dilectū ⁊ eadē erit scīa ⁊ dilectio: ⁊ ita eedem perfectiōes. ⁊ inde vt prius. Et ego loquor de pfectiōibus quibus nate sunt pfici intelli-

Intellect⁹ āgeli ⁊ hoīs sūt eiusdez speciei.

gibilia angelica ⁊ aīa rōnalis. et quia irrefragabiles vident nobis hmōi rōes: ideo cōcedimus eūdē specie intellectū angeli ⁊ hoīs. Et hinc pōt sumi argumētū ad destruendū istam opinionē q aīa est sua potētia. nam si anima est suus intellectus: et angelus suus. et intellectus anime ⁊ angeli idem sunt sm speciē sicut probauimus: et angelus ⁊ aīa idem sūt sm speciem: quo nichil est absurdius.

Alia questio incidens.

Opinio aliquorum

QUerit autē postmodū penes quid habeāt sumi differētie essentiales angeli ⁊ anime rōnalis. et que sint huiusmōi differētie. Et sunt qui dicūt q suis pfectibilibus scz aptitudinibus assequēdi pfectiōes debitas diuisificant. nam in aīa per āminicula sensuū acquirit spēs intelligibiliū. angelus ṽo a prima luce

Aia ⁊ āgelus dr̃iter cognoscūt.

habet. et ita aīa quasi a deorsum mendicat p organa sensuū. angelus a sursum recipit. vel etiā ip̄e species intelligibilium naturaliter impresse sunt in itellectu angeli: sed depingunt in intellectu anime. vñ dicit q angelus est intelligentia plena formis. et dicit etiā q angelus est substātia intelligibilis illuīatiōis que est a primo prima relatiōe pceptiua. anima ṽo scda relatione est earūdem pceptiua.

Cōtra hāc opionē ar.

Sed cōtra istos obicit. queratur enī ab eis an ipsi intelligunt de materialibus aptitudinibus q̄ sunt susceptibilitates similitudinū. sed constat q per hmōi possibilitates suscipiēdi non diuersificantur. an intelligant hoc de aptitudinibus actiuis q̄ sunt siliter eedem in vtrisqz. nam in aīa est

Damasce⁹.

hmōi aptitudo actiua sicut dicit dama. sm quam ipa iudicat ⁊ discernit: cōsiliat: eligit: vult: imperat: agit. sed hec eadē sunt ⁊ in angelo: et ita penes assignatas aptitudines non vidētur eoꝝ substātiales differentie

alioꝝ opio

posse sumi. redit ḡ questio penes qd. Et sunt alij qui dicūt q angelus substātialiter differt ab aīa eo q ip̄e per se est stās corpis vnione vel admixtiōe non egēs

ꝯ hanc ar.

queadmodū aīa. et hoc non videt veꝝ esse. Nam qđ dico p se stās in priuatiōe sonat. qđ patet si resoluas. sz negatio siue priuatio cum nichil sit: quō dabit alij eē aut diuersitatē sm esse. qđ est propriū substātialis

Secundo

differētie. Item nō est possibile eoꝝ differētias posse assignari sm reflexionē ad primū pncipiū ⁊ supremū finem: cuius assecutiōe pficiunt et beatificant. in quo etiam mō suo vnient cum ponēt illud sibi caput vnū ⁊ seruiēt ei hūero vno in choro vno ex angelis ⁊ hoī-

Figura i cōsummatiōe arche.

bus cōstituto. cuius figura et typus pcessit in cōsummatione arche in cubito vno. ergo sm q ad seinuicē cōparant: opz diuersitatē oriri.

Alia opio.
Damasce⁹.
Apostolus
Daniel.

Uidetur aūt q penes diuersos modos interp̄tandi aut exprimēdi inclinationes suas differāt. quia dt dama. q angelus ē substātia intelligibilis deo mistrās. Et apls q oms sunt admiuistratores spūs. Et daniel q milia miliū ministrabāt ei. ⁊c. Et dama. dt q āgeli tradūt suas intelligētias siue illumiatiōes alijs inferioribus: ⁊ etiam

Quō āgeli loquunt ad inuicem.

aīabus sermone intelligibili intelligibiliter forato. et hoc videt esse substātiale angelis. ⁊ sic superiores angeli p talē ostensionē loquūtur inferioribus. Sed

q̄o incidēs.

q̄rit. Aut hoc habēt a speculo. qđ si sic. soli boni haberēt hoc ⁊ non mali: cum illi soli illuminent ab ip̄o.

Ar q non.
Isayas

Sz hoc falsuz: imo mali hñt. sicut dr i ysaia. Dixerūt anime tue. ⁊c. angeli mali supple. Si autē hoc habēt a natura propria. querit de illo mō loquēdi siue tradendi. Aut enī fit per ostēsionē ipsius eēntie rei. s. q ipsa actualis itelligētia aut volūtas angeli eoipso q est ostēdit se inferioribus. ⁊ sic supiores angeli p talē ostensionē loquūtur inferioribus. Sz hoc nō potest esse. quia tunc oēs eque cognoscerent: eque traderēt illumiatiōes suas sibiīnuicē inferiores supioribus vt ecōuerso. nam si eas reciperēt inferiores a supiorib⁹: seq̄ret q supiores reciperēt eas ab inferioribus. Cū enī idem sit modus intelligendi: opz q si intellectus inferior sit per susceptionē formaꝝ exemplariū. qđ si posuerit aliqs: habet idem incōueniēs q prius. Aut hoc erit sm diūsitates linguaꝝ de quibus loqt apls.

Paulus.

Si linguis hoīm loquar (inquit) et angeloꝝ. Q aūt debeat sic esse videt p supradictā auctoritatē dama. qui dicit q tradūt angeli alijs angelis ⁊ aīabus sctīs illuīatiōes suas sermōe intelligibili. non sono vocis formato. aīe vero sermōe sensibili sensibiliter forato

Opinio doctoris.

suas illuīatiōes cōicant. Et hoc cōcedim⁹ q scz penes hmōi modos formādi sermōes suos aut penes idiomata sua. i. penes ptātes a qb⁹ sunt hmōi linguagia actualia ⁊ actuales foratiōes siue traditiōes differūt

ꝯ hoc ar p gregorium

substātialit. Sz obiciet aliqs q dt greg. Uox āgeloꝝ est in laude creatoris āmiratio intime cōtēplatiōis. Et idē. In aures incircūscripti spūs voces imprimimus: cum in ip̄m p desideriū tendim⁹. Ex his auctoritatibus colligit q desiderio loquunt angeli deo. sz siliter ⁊ aīe. quia dt greg. in principio moraliū q aīe ⁊ etiā angeli loquūtur deo intimis affectiōibus cordium. et ita in loq̄la ⁊ in modo loquendi non vident

Solutio.

differentie sumi. Ad hoc rñdendū q si sit eis modus loquēdi cōis prout cum deo loquūtur: tñ sm q inter se loquūtur differētes habēt loq̄las. ⁊ sic intelligēdū quod diximus. Sz hoc dicto oritur questio. An. ⁊c.

Alia q̄stio q̄ nō est de quattuor principalibus huius capituli.

Ar q sic.

AN aīa exuta hēat formare smonē intelligibilē intelligibiliter: quo ipsa tradat ⁊ āgelis ⁊ aīabus sctīs illuīationes quas a prima luce suscepit. Et videtur q sic. qz cum est admixta ⁊ vnita corpori non potest hoc: sed impedit per cōiūctionē quā habet ad

Secundo.

corpus. igit cū est absoluta potest. Preterea. Cōiūcta corpori potest formare smonē sensibilē sensibiliter: igit separata poterit formare sermonē intelligibilē

Tertio.

intelligibilit. Item ptātem habet spūaliorē actionē exercendi: scilz contēplandi deum. igit minus spūalē poterit exercere: scz hmōi formationē sermōis intel-

Quarto.

ligilis intelligibiliter forati. Item christus tradidit illuīatiōes suas angelis ⁊ aīabus sctīs sermōe intel-

Damasce⁹.

ligibili intelligibiliter forato. sicut dt damas. ḡ cum aīa christi hēat hanc ptātem et oēs aīme sunt eiusdē speciei. ⁊ cetere aīme exute saltim ⁊ a mole alleuiate

Solutio.

eandē ptātem habebunt. Ad q̄stionē. dcd̄d sit de aīa exuta ad minus cōiuncta non habet hmōi sermonem formare per hūc modū: qz sic inutiliter essent ei data organa vocalia ad forationē vocū sensibiliū sensibilit.

ꝯ hoc ar.

Sed videt rōnibus supradictis q īmo: qz ⁊ ipa exīns in corpe spūaliores actiones exercet: dum scz diuina

pbatio opinionis doctoris.

ꝯtēplat. Si aūt cōcederet q aīe aut exute aut adhuc in corpibus habitantes habent potestatem sermonē intelligibilē intelligibilit formādi: seq̄ret q substātialiter nō differāt ab angelis. per hocip̄m cum nulli dubiū sit quin eedē sint sm substantiā incorporate ⁊ extra corpus posite. Preterea. Non satis cōuenienter

ꝯ rōnem p̄dictam ar.

diceret apls Si linguis hoīm loquar. ⁊c. Sed q diuersitas linguaꝝ nō faciat diuersitatē angeloꝝ ⁊ aīaꝝ appet ex illo ṽbo apl̄i. Lingue inquit cessabunt. Si enī cessabūt: ḡ nō sunt substātiales: nec substātialiter

Iterū ar q angelus nō loqt āgelo

differre faciētes. Item q̄rit quid sit sermo ille intelligibilis quem intelligibiliter format āgelus: ⁊ quō formet: et quō agit angelus in angelū cui suā illuīatione tradit aut ei cōicat. Aut p medium fit hoc: aut sine medio. Si p mediū. per qđ mediū. nūquid per mediū corpale? cōstat q nō. Si per aliud: dicas illđ. Si sine medio: tūc videt q angelus vel angeli et aīa sint in pūcto loci. qđ est cōtra predicta. Et ad hec oia

Responsio doctoris

respondemus sm ea q̄ predicta sunt q aīe neqz exute a corpibus neqz in corpibus manentes habent vsum

Ministeriuz hoīm ⁊ angeloꝝ drñt

formandi sermonē intelligibilē intelligibiliter: quia ipse non ministrāt spūaliter. prelatus enim ministrat sensibiliter inferiori: et aīa prelati aīabus subditorū mistrat sensibilit. sed intelligibile ministeriū tātūmō

Ad rōnem

est āgeloꝝ. Q obicit q spūalius opus faciūt. dicēdū est q est verū in alia ordinatiōe: scz qū loquūtur cum

Ad aliud d xp̄o.

deo. et sic non habet locū obiectio. Q obicit de xp̄o dicendū q ip̄e dñs iesus christus inq̄tū deus habet ptātem tradēdi illuīationes suas ⁊ intelligibiliter ⁊ aliter sm q bñplacet ei. sed ip̄e inq̄tū hō non habet aliud gen⁹ loq̄le q̄ ceteri hoīes: qđ est glīa/honor/ ⁊ dignitas maxīa hoīs. qz ip̄e dñs cōtēt⁹ est loq̄la eoꝝ.

Ad aliđ dr sū p̄iudicio

Ad aliđ est dicendū q sicut supradiximus ⁊ sine preiudicio melioris sentētie replicam⁹ q penes loq̄las ⁊ linguas est diuersitas sm speciem inter p̄dicta. Et a potestatibus a quibus sūt locutiōes hmōi sumunt differētie specifice. hoc tñ saluo q presumptio temeraria videtur conari differentiam specificam vniuscuiqz

Difficilimū est naturas reꝝ cognoscere.

assignare: cum hoc sit difficillimū et conatus hūanos excedēs: cum vnius alicuius rei minime vt festuce non posset forsitan homo ppriā naturā inuenire. Q aūt obicit de cessatiōe linguarū: intelligēdū est de vsibus

Ad vltimū

eaꝝ pñtibus. Ad vltimū dicimus q sicut sermo sensibilis siue sonus ē qualitas sensibilis auditu corpeo pceptibilis: sic sermo intelligibilis ē qualitas intel-

De loco angeli.

ligibilis auditu interiori pceptibilis. De angelo aūt dicimus q locus eius nō est p modū pūcti: sz determinat per eius opationē et sm maiorē maior. sm q puincie vł ciuitati deputatus est vel psone. ⁊c. et sic

ꝯ dicta ar.

hmōi locus spūalis ē ⁊ intelligibilis. Circa predicta obicit q oīs loq̄la format per aliqua instrumēta. sed angelus nō hz instrumēta quibus loq̄lā suā formet. non enim est pfectio corpis organici. i. instrumētalis

Solutio.

sicut aīa: igitur neqz loq̄lā habere dicēdus est. Rñsio est q non oīs loquela habet formari per instrumētū corpeū: sed illa sola q̄ corpalis ē format corpalibus instrumētis. que aūt spūalis est vt angelica spūaliter

Ar de loq̄la epulonis

format: neqz indiget organo corpali. Obicit autē de hoc qđ dicit. Luce. 16. q diues epulo qui sepult⁹ est in inferno loq̄bat ad abrahā petens guttam aque ad refrigeriū lingue sue. cum enī anima eius eēt exuta a corpe quō loquebat: cum non haberet instrumēta

Prima pbatio.

corpalia quibus vocē foraret? Uñ corpalis nō videt esse hmōi locutio: neqz spūalis. tum qz aīa exuta non

Secunda.

habet talē modū loq̄ndi. tum qz etiā per hūc modū non posset loqui cum abraham. quia sicut ip̄se testat

Videt q nō habebat linguam.

magnū chaos erat diuidens eos. Ex hoc eodem non videt veꝝ fuisse q linguā haberet. quid est ḡ qđ dicit dñs ip̄z cruciari in ligua: ⁊ ideo ad refrigeriū lingue

Ad primū.

petere aquam? Respōsio est ad primū q sicut angeli interdū assumūt corpa quib⁹ aliquas actiōes exercēt ad instructionē hoīm: sic ⁊ aīe in corpibus assumptis

Loq̄bat ille corpalit.

possunt aliqđ opus exercere quo erudiamur. sic aūt fuit in aīa diuitis: vnde ipa loq̄bat in voce corporali

Ad scđm.

corpaliter forata. Ad scđz siliter dicimus q sicut hō exterior habet suos sensus: siliter hō interior habet suos. potētia enī videndi corpali visu visus est aīme. prima dico potētia proxīa ⁊ remota. proxīa autē potentia q̄ est ī organo vidēdi visus corpalis ē. Siliter intellige de alijs sensibus. Quō aūt anima cruciet in igne materiali et patiat ab eo habes determinatū in quarto libro in questione de igne purgatorio. Dictū

Pʒ quõ angeli ⁊ aie loquuntur

est quõ angeli ⁊ anime sibijnuicē loquūtur.deo autē loquūtur aie non exponēdo aut enūciādo:sʒ petēdo ⁊ confitēdo.Quõ enim maligni spūs deo loquūtur/ ⁊ deus eis:exponit greg.in glo.sup Job in pncipio.

Quattuor mōis de⁹ loqr diabolo

Loquit enī deus diabolo quattuor mōis.vias eius reprehēdendo.i.rephēsibiles esse ostēdendo.bonoꝝ iusticiā indicando.tēptare pmittēdo.tēptatiōis eius impetū ꝯpescēdo.Que quattuor notant in illo vbo

Grego.sup illo: vñ venis sathan.

Vñ venis sathan.nūqd cōsiderasti seruū meū iob.⁊c.

Tertia q̄stio principalis huius capituli.

Dictū est ꝙ adam non voluit eē sicut deus:sicut eua ⁊ angelus.restat inuestigare de peccato ade vtrū fuit maius peccato eue.an econuerso.postea de causa pcti ade.

Af ꝙ sic

Videt ꝙ peccatū ade maius fuit pctō eue.qꝛ adam peccauit ex certa sciā.nō enī excecatus fuit per pctm̄ qđ ante fecisset:qꝛ nullū pctm̄ fecerat. eua aūt iam excecata erat per pctm̄ supbie.Sʒ dicit hiero.Ubi maius ē donū scie:ibi trāsgressor maiori subiacet culpe.igit adā magis peccauit ꝙ̄ eua.Quo

In oppoᵐ

cōcesso.cōtra.Eua peccauit sciēs ⁊ prudēs.qđ patet. quia sic ⁊ non aliter pmisit deus eam tēptari:vt ante oculos eue poneret diabolus inhibitionē dñi dicēs.

Secundo.

Quare ꝓhibuit vobis de⁹.⁊c. Itē peccauit ex supbia:adam vo eo ꝙ noluit cōtristari vxorē suā.igitur

Solutio.

magis peccauit eua ꝙ̄ adam.Qđ cōcedimus.Oībus enim circūstantijs aggrauātibus peccatum ade preponderat hoc ꝙ eua peccauit ex tanta superbia:quia voluit esse sicut deus.

Prima questio incidens.

Af ꝙ peccauit ex ignorantia.

Postmodū querit de causa pcti ade.⁊ videtur ꝙ fuit eius causa ignorantia.quia dt aug.ꝙ adam inexpertus diuīe seueritatis iusticiā:credidit veniale

Augustin⁹

quod erat mortale.Qđ si dicat.ꝯtra.Ista ignorātia

In oppoᵐ

aut fuit culpa:aut pena.quoꝝ neutrū.quia seqret ꝙ aut comestio pomi nō fuisset eius primū pctm̄:aut ꝙ

Af ꝙ ille error fuit peccatum.

pena precessisset pctm̄.Sed ꝙ fuit culpa videt p hoc ꝙ hmōi ignorātia fuit error in moribus.sicut si aliqs nō crederet fornicationē esse pctm̄:erraret in morib⁹ ⁊ peccaret mortaliter.ergo adam ignorādo illud eē mortale vel credēdo veniale peccauit mortalit. Itē

Iterum af ꝙ peccauit ex igrātia.

aliter videt posse ꝓbari ꝙ causa pcti eius fuit ignorantia.ex hoc enim peccauit ꝙ non cōtulit.vñ quedā ignorantia actualis fuisse videt causa eius pcti.quod

Solutō doctoris.

cōcedimus.Sed illa ignorantia nō fuit nec culpa nec pena:qꝛ ē pura negatio ⁊ defect⁹ de nūero defectuū.

Dionysius

de quibus dicit btūs dionysi⁹ ꝙ malū est ex infinitis defectib⁹.similiter ista ignorantia qua nesciuit pctm̄ qđ cōmisit ita grauiter puniēdū sicut fuit punitū.ꝓpter qđ dicit aug.ꝙ ⁊ illud pctm̄ veniale esse credidit.nō

Sic soluit primū.

quin sciret illud esse mortale:sed qꝛ cito se adepturū de illo veniā ⁊ indulgentiā estimauit.nec culpa neqꝫ

Ad scđm.

pena fuit.et sic soluit primū. Ad scđʒ dicimus ꝙ illa non collatio actualis nō debet dici fuisse ignorātia q̄ sit culpa:qꝛ igrātia q̄ est culpa dicit habitū.⁊ pterea talis ignorantia est ex hoc ꝙ nescimus aliqđ qđ scire

Igrātia illa non fuit culpa nec pēa

tenemur.qualis nō fuit in eo. Pena similiter non fuit. quia neqꝫ pena torquēs:nec pena damni.quia nichil ademit nichil abstulit.

Secūda questio incidens.

Af ꝙ non.

Post querit vtrum pctm̄ ade fuit ex libidine.Et videt ꝙ non.imo ex quadā cōpassiōe ⁊ pietate: vt vxori morem gereret:vt eam non cōtristaret.Qđ

In oppoᵐ videt aug.

si sic.ḡ nō omne pctm̄ est ex libidine.qđ est ꝯtra aug. in libro de li.ar.vbi dt ipe ꝙ omne pctm̄ ex libidine. Obicit glō sup illud ps.Incensa igni ⁊ suffossa.⁊c.q̄ dicit ꝙ omne pctm̄ est ex timore male humiliāte:vel ex cupiditate male inflāmante.igitur nō omne pctm̄

Soluit augustinus

ex cupiditate:ḡ nec ex libidine. Et ipse soluit ꝙ omne peccatū est ex libidine siue ex cupiditate mediate vel imediate.tamen qđdā pctm̄ est imediate ex timore: qđdam aūt mediate. Sʒ illud qđ est ex timore imediate:ē etiā ex cupiditate mediate.quia timor est ex cupiditate. Similiter pctm̄ ade siue mediate siue ime-

pctm̄ ex duplici libidie

diate fuit ex libidine.fuit autē ibi duplex libido.vna qua nimis dilexit vxorem ⁊ eius delicias.altera qua

In muliere duplex libido.

comedit pomum vetitū.Similiter ⁊ in pctō eue duplex fuit libido.vna in appetēdo eē sicut deus.alia in appetēdo esuꝫ ligni vetiti.Vidit inqt lignū mulier.⁊c.

Tertia questio incidens.

Af ꝙ sic.

Consequēter q̄rit vtrum pctm̄ ade fuit in spiritū sctm̄.Et videtur ꝙ sic.quia adam nō peccauit in patrem:qꝛ nō peccauit ex infirmitate.Nec in filiū.nō enī peccauit ex ignorātia:sed ex certa sciā.ḡ peccauit

Secundo

in spiritū sctm̄. Item quātitati pene rñdet quātitas culpe.sed nullū peccatū a deo fuit punitum tm̄:q̄tū pctm̄ ade.ergo peccatū ade fuit maximū.sed peccatū in spiritū sctm̄ est maximū pctōꝝ:ergo pctm̄ ade fuit

In oppoᵐ

pctm̄ in spiritū sctm̄.Cōtra.Nec fuit desperatio:neqꝫ presumptio/nec finalis impenitētia:nec impugnatio gratie/nec impugnatio vitatis agnite.igitur nō fuit

Solutio.

pctm̄ in spm̄ sctm̄.Qđ cōcedimus.

Ad primū.

Ad primū dicētes ꝙ hec diuisio pctōꝝ.aliud in patrē:aliđ in filiū:aliud

Illa disio pcti est insufficiens.

in spiritū sctm̄.non diuidit pctm̄ sufficiēter.non enim omne pctm̄ est in patrē/vel filium/vel spiritū sctm̄:vt est mendaciū quod fit q̄n aliqs mētit ex certa sciētia.

Ad scđm.

Ad hoc qđ querit siue obicit ꝙ quātitati pene rñdet quātitas culpe.dicendū ꝙ hoc veꝝ est de pena illata p diffinitiuā sniam siue de pena post mortē.⁊ non est veꝝ de pena tpali.q̄nqꝫ enī deus tpalit magis punit minus pctm̄ ꝙ̄ magnū.sm ꝙ magis videt expedire. Pctm̄ ḡ ade punitū est tpaliter plusꝙ̄ alia:duabus

Prīa cā q̄re pctʒ plus punit tpalr

de causis.Prīa est status.decens enim est vt in statu nostre miserie magis abūdet effectus misericordie:ꝙ̄ in statu ade qui erat in delicijs paradisi.In hoīe enī sm istius miserie statū sunt sagitte dñi.⁊ ita multum

Scđa cā.

pene secū portat.Alia cā est gn̄alis hoīm instructio. vnde p hoc ꝙ dñs tm̄ puniuit peccatū ade:instruere voluit quēlibet hoīem a principio mundi vsqꝫ in finē q̄tū habet odio peccatum.vt sic homo cesset a pctō.

Quarta q̄stio principalis huius capituli.

Af ꝙ sic p augustinū.

Ultimo q̄rit vtrū adam potuit peccare venialr in primo statu.Et videtur ꝙ sic.qꝛ dicit aug.ꝙ pctm̄ adeo voluntarium est ꝙ si nō est volūtariū non est pctm̄.Nichil aūt in ptāte nr̄a ita est sicut volūtas.

Augustin⁹ Bernard⁹.

sicut ipe aug.dicit. Et bern̄.dt.Uoluntas est motus animi liber sui.Sʒ primus motus ē volūtarius:igit est in volūtate hois:igitur est in potestate hois.⁊ est pctm̄ veniale cum est illicitū.igitur in ptāte hois est peccare venialiter p primos motus.sed eandē ptātē quā habet homo in hoc statu habuit adam in primo statu.igit in primo statu adam potuit peccare venia-

In oppoᵐ

liter.Cōtra.pctm̄ veniale est ex fomite:sed adam nō habebat fomitē:ergo nō poterat peccare venialiter.

Secundo.

Item infirmitas carnis facit ꝙ peccatū sit veīale.sed adam non habebat infirmitatē carnis:ḡ non poterat

Tertio.

peccare venialit. Item nōdū versatū erat stratū eius in infirmitate eius: ergo nōdū erāt inordinate vires eius in ipo.igitur nondum poterant cōcupiscibilis ⁊ irascibilis mouere ipm ante cōsensum rōnis.sed hoc est pctm̄ veniale:scʒ cum cōcupiscibilis vel irascibilis

Opio multorum.

mouet hoiem in illicitū ante consensum rōnis:ḡ non poterat peccare venialiter.qđ cōcedunt multi.Sed

ꝯ hāc videt esse augu.

ꝯtra.Dicit aug.sup illud apl̄i Lignū/fenū/stipula.ꝙ quidā diligunt vxores ⁊ filios plus debito:tm̄ minus ꝙ̄ deum.⁊ hi venialiter peccāt.alij plusꝙ̄ deum:⁊ hi mortaliter peccāt.Sʒ adam plus debito poterat diligere vxorē ⁊ filios:et tm̄ citra deum.igitur poterat

Opinio doctoris.

peccare venialiter. Qđ cōcedim⁹ dicētes ꝙ duobus

Duob⁹ modis cōmittitur veniale

modis cōtingit cōmitti peccatū veniale. prio mō cū ꝓcedit ex fomite siue ex volūtate coacta:vt ē videre in prio motu qui est pctm̄ veniale.est enī volūtarius a volūtate coacta:et est volūtarius quia volēte rōne surgit.Et talis motus non poterat ꝓcedere vel sur-

Adā potuit prio peccare venialr

gere in adam in primo statu.vñ non poterat peccare venialiter hac via.poterat autē peccare venialiter in diligēdo vxorē vel filios plus debito:tm̄ citra deum

Falsa figure dictiōis.

sicut ꝓbatū est.vñ et tale veniale est cōsensus siue ex cōsensu.Vñ in argumēto illo ē figura dictiōis.Eādē potestatē quā habet homo mō habuit adam in prio statu.sed hō mō potest peccare venialiter:igit adam poterat peccare venialiter.Etsi enī eādem potestatē habuit quam hō modo habet.nō tamen oīno talem quia magis liberam habebat ꝙ̄ mō habeat homo.

In hoc tractatu tria principaliter querūtur sm ꝙ sunt tria capitula.

Dicto de lapsu pmi hois ⁊ eius peccato:ꝯn̄s est dicere de alijs pctīs.quoꝝ qꝛ liberum arbitriū est origo:primo dicēdū est de illo.deinde de pctīs in

In prio capitulo q̄rūt quinqꝫ.

generali.tertio de peccatis in speciali.De libero arbitrio quinqꝫ sunt inquirenda.primū:cum se habeat ad bonū et ad malū:quare potius dicatur bonum ꝙ̄ malum.scđm:de eēntia ⁊ eius diffinitiōe.tertium:de libertate eius.quartū:de ptāte.quintū:si supior ps

Af primo.

rōis possit peccare. Circa primū sic.Liberū arbitriū eque se habet ad malū ⁊ ad bonum.ḡ qua rōne dicit bonū:debet dici malū.imo oñdit ꝙ magis se habet ad malū.nam sine aliquo operante vel cooperāte se

Secundo.

habet ad illud.ad bonum aūt non sic.Item pronius est ad malū et facilius inclinat ad illud.Proni enim

Tertio.

sunt sensus hois ab adolescētia in malū. Item li.ar. est principiū primū mali:non aūt boni.Ex his aūt pʒ ꝙ magis se hʒ ad malū ꝙ̄ ad bonū.et inde vt prius.

In oppoᵐ

Sed ꝙ magis se habeat ad bonū ostendit per hoc ꝙ naturaliter est ad ipʒ.nam ad illud datū est.Qđ aūt natura tale est magis est tale ꝙ̄ qđ non natura tale.

Secundo.

Item eēntialit creatum est ad bonum.q̄m eius finis bonus est ad quē creatus est.igitur magis se habet

Solutio.

ad bonū ꝙ̄ ad malū. Et hoc cōcedimus q̄m ad bene vtendū datū est:tm̄ contingit ipo abuti.sicut patet in cultro.⁊ in hoc est ei laus ꝙ pōt decliare in malū: q̄n nō declinat.Meliores enī iudicauit de⁹ seruos suos: si ei liberaliter deseruirēt.et ex hoc etiam erit qđdā gaudiū electis ꝙ potuerūt trāsgredi et nō sunt trāsgressi.sicut gaudētius cōedit qui simbolū apposuit.

Ad primū.

Ad primū obiectum dicimus ꝙ non se habet liberū arbitriū ad malū magis ꝙ̄ ad bonū.qꝛ licet sine aliquo cooperāte se habeat ad illud:non tm̄ sine aliquo deoperāte.Mali enī nō est cā operās sed deoperās.

Augustin⁹

sicut dt aug.Mali non est causa efficiēs sed deficiēs. quia malū nō est effectio sed defectio.nō effectus sed defectus.imo ex infinitis defectibus creat sicut dicit btūs dionysius.Quia ḡ ex infinitis causis est malū: ideo facilius se hʒ ad illud lib.ar.non tm̄ magis.sicut facilius est destruere ꝙ̄ cōstruere.non tm̄ causa agens magis se habet ad destruendum ꝙ̄ ad cōstruendū scʒ opifex. Ex predictꝭ patet solutio ad vltimū.qꝛ li.ar. nō est primū ⁊ ꝓximū principiū mali:imo p defectū.

Scđa questio huius capituli.

Secūdo q̄rit quid sit liberū arbitriū.Et dt aug. Liberū arbitriū est facultas volūtatis et rōnis qua bonū eligit gr̄a assistente.malū vo gr̄a desistēte. Cū ergo duos habeat actus scʒ velle ⁊ discernere:et diuersitas potentiaꝝ dinosci habeat penes varietatē

Opinio aliquorum ꝯ quam af.

actuū:videt aliquibus ꝙ neqꝫ sit ratio neqꝫ volūtas: sed potētia mixta ex his.Sʒ eodē mō possent dicere ꝙ ex illis tribus fit quarta.⁊ sic ī infinitū.Quia ḡ nō possunt assignare actū illius potētie quā sic fingunt:

Alia opio. ꝯ hoc est damascenus

ideo dicunt alij ꝙ liberū arbitriū est quarta potētia preter anime vires:⁊ est potētia eligēdi.Sed cōtra. dicit damas.Liberū arbitriū libere cōsiliat:inquirit: iudicat:vult.Iudicare aūt rōnis est.igitur li.ar.non

Secundo.

est aliđ ꝙ̄ ratio.Preterea.Actus eligēdi est de necessitate annexus his actibus vnde est vna ⁊ eadē potētia.potentie enī diuersificant per actus tanꝙ̄ p fines ad quos sunt.quia essentia potētie nichil aliud est ꝙ̄

Tertio.

habitudo qua se habet ad talē actum. Item eligere aut est appetere consiliatū:aut est cōsentire in illud. Sʒ vtrūlibet dicat sequitur li.ar.qđ tu ponis eē potentiam eligēdi non erit potētia preter cōcupiscibilē

Opinio doctoris.

aut rōnabilē ad quas ptinent dicti actus.Dicimus ḡ ꝙ li.ar.idē est ꝙ ratio:⁊ est potētia eligēdi.Eligere aūt est cōsentire in alterū deliberatoꝝ vel cōsiliatoꝝ. Et ideo subtilissime dt aug.Li.ar.ē facultas vo.⁊c. Ratio enī ponitur pro discretiōe:voluntas pro inclinatione in alterū.Ex diffinitione predicta quā ponit aug.de li.ar.scilʒ ꝙ liberū arbitriū est facultas volū-

Liberū arbitriū videt cōphēdere oēm vī aīe.

tatis ⁊ rōnis.⁊ ex hoc ꝙ ipse dt in libro de li.ar.Liberū arbitriū est volūtas libera. videt ꝙ li.ar.comprehēdat oēm vim aīe.Nam in omni vi est habitus volūtarius qđ est virtus.sicut patet per glosam sup illud geñ.Fluui⁹ egrediebat de loco voluptatis.vbi dicitur ꝙ iusticia circuit oēs vires.Et sicut patet per euāgeliū sup illū locū Simile ē regnū celoꝝ.⁊c.vbi dt

Grego.sup euāgeliū.

gregori⁹ ꝙ in rōne est prudētia.⁊c.Item qꝛ ꝯsiliari/ inqrere/discernere/velle/eligere:eiusdē sunt coordinationis ⁊ cōnexionis:eiusdem sunt potētie scʒ li.ar. Sʒ appetere eiusdē est cōnexionis.nam appetere de necessitate sequit eligere.qꝛ si qđ eligitur:appetit.ḡ appetitus est li.ar.sed appetitus est in qualibet vi.ḡ

ꝯ dicta af.

in qualibet vi est li.ar. Sed videt ꝙ sola ꝯcupiscētia sit li.ar.quia in ea est caritas penes quam est primū

Aliter af

meritū.Sʒ ꝙ sola ratio sit li.ar.habet p hoc ꝙ ratio est optimū in aīa ⁊ imperatissimū.qꝛ est rex in regno anime ⁊ qꝛ est vir.⁊ preterea quia volūtas q̄ est in solo

Opinio doctoris.

libero arbitrio est in sola rōne.Et hoc cōcedimus ꝙ illud in quo est primū meritum vel demeritū:illđ in quo solo est volūtas liberrima est liberum arbitriū. et hec est sola rō:quia eius volūtati debēt obediētiā volūtates ceterarū viriū.Per hoc patet solutio ad

Ad tertiū. duas glosas. Ad tertiū dicendum ꝙ appetere nō est
eiusdē cōnexionis cum eligere.qr appetere potest eē
sine eligere.vt patet in pmo motu in q̃ est appetitus:
nulla tñ electio.tñ qr eligere dignius est ꝙ̃ appetere
et se habet ad illud sicut imperās ad imperatū.quia
prius est cōsentire in alterum deliberatorum vt fiat:
postmodum sequitur appetere.

¶ Potest q̃ri incidētaliter.an in libero
arbitrio sit meritum vel demeritum.

Dictū est ꝙ eligere est motus li.ar.sed cum fm
aliam diffinitionē dicat li.ar.liberū de volūtate
iudiciū.iudiciū aūt idem est ꝙ discretio faciēdi a non
Ar ꝙ nō p faciēdo.q̃ discretio nō est meritoria aut dmeritoria.
bernardū. Nam vt ait Berñ.discretio non tam est virtus ꝙ̃ au-
riga vtutū.videt ꝙ in li.ar.nō sit meritū aut deme-
Secundo. ritū.Preterea.Cum hmōi discretio faciendorū a non
faciēdis regat per supius aliqđ scꝫ per synderesim q̃
legit in pma vitate:videt ꝙ huiusmōi discretio siue
potētia a qua ē nō sit imperātissima:sed habet aliqđ
imperans super se.et ita li.ar.non est id in aīa qđ est
Solutio. liberrimū.qđ est ꝯtra predicta.Rñdeo ꝙ est iudiciū
duplex ē iu duplex.Unū est iudiciū quo iudicat quis q̃d faciēdū:
dicium quid nō.et hoc est iudiciū mere discretiōis penes qđ
nullū est meritū aut demeritū.sicut ꝓbatū est supra.
et hoc per viam iuris naturalis:quia per viam fidei
vel intellectus doni bene potest eē meritoriū.Alterꝝ
est iudiciū quo q̃s sciēs p deliberationē ꝛ collationē
aliquoꝝ quid faciendū quid nō:ꝛ diffinit ꝛ sententiat
primū opꝰ ꝛ imperat vt hoc fiat:illđ nō.Et hoc est primū opus
vtutꝭ q̃d ē. vtutis post opus nature.ꝛ tale iudiciū est meritoriū
vel demeritoriū.et tale iudiciū est actus potētie eli-
aristoteles gendi q̃ est liberum arbitriū.Licet enī dicat ethicus
ꝙ eligere ē appetitus cōsiliati:quia eius cōsideratio
nō est nisi circa vtutes politicas quaꝝ opera sunt ab
Thelogus appetitu interiori:tñ theologus qui acutiꝰ et subli-
mius loquit dt ꝙ eligere est cōsentire in alterū deli-
beratorū vt fiat.nō enī solas politicas attēdit theo-
Ad primū. logus:imo opa theologicarū dicit oriri a libero ar-
Ad scdm. bitrio.per hoc patet solutio ad primū. Ad scdm di-
cendū ꝙ li.ar.id est discretio liberi arbitrij hꝫ aliq̃d
superius nō imperās sed consulens.nam li.ar.est ita
imperās ꝙ non imperatū.Ex his palā est quō sit illa
diffinitio intelligēda li.ar.quā ponit aug.Liberum
arbitriū est facultas volūtatis ꝛ rōnis.i.liberū arbi-
triū est facilis potentia.i.potētia facile volendi id in
qđ est cōsensus ex deliberatiōe et discretiōe p̄habita.
Correlariū Ex dictis etiā insinuat ꝙ liberū ar.aliud est in eēntia
Opinio ali ꝙ̃ cōcupiscibilis aut irascibilis. Sunt tñ qui dicūt ꝙ
quorum idem sunt in eēntia et ꝙ aīa est sua potētia.innitētes
Dictū aug. illi auctoritati aug.ꝙ meōria/intelligētia/ꝛ volūtas
nō sunt tres vite sed vna vita:nō sunt tres essentie sed
vna eēntia.Dicūt etiā ꝙ si potentia ratiocinādi esset
naturalis potētia aīe de gñe qualitatꝭ eēt ei accidēs:
neqꝫ p eam differret aīa rōnalis ab aīa irrōnali.vnde
neqꝫ aīalia rōnalia neqꝫ irrōnalia specie differrent.qđ
est absurdū dicere.Sꝫ cōtra eos est ꝙ solus deus est
bonus p eēntiā:ꝙ solus deus est sua bonitas.igitur
solus deus est potens per essentiā:igitur solus deus
est sua potētia.Propter hāc rōem ꝛ alias q̃ supius
Exponit di inducte sunt ad hoc vbi de hoc eodē disputatū est in
ctū augu. capitulo scꝫ de differentia aīe rōnalis ad angelū.dici-
mus ꝙ nō est idem aīa ꝙ sua potentia.et auctoritatē
aug.sic exponimus.sunt vna essentia.i.vni eēntie sūt
cōplementū conferentia.i.per eas attingit anima sue
pfectioni.ad hoc enī creata est vt fruat deo.quod nō
potest nisi p potentiā cognoscēdi ꝛ diligēdi.Ad aliđ Ad aliud.
dicimus ꝙ substantiale est quod cōfert esse ex quadā
cōpositiōe.Cōpositio autē q̃dā est phisica ex materia Duplex cō
ꝛ forma.quedam aūt logica ex gñe ꝛ substātialibus positio.
differētijs.Scdꝫ hmōi cōpositionē dicere ē ꝙ aliqua
que sunt accidētia.i.de alijs gñibus a substātia:sunt
substātiales differētie.dicit enī porphiriꝰ ꝙ differētia
predicat in quale. Adhuc ꝓbat ꝙ li.ar.non sit ratio Iterū ar ꝙ
sic.Alia est potentia cognoscitiua siue apprehensiua li.ar. nō sit
albi ꝛ nigri.alia dulcis ꝛ amari.Igit et eadem rōne: ratio.
alia potētia cogscitiua siue apprehensiua veri ꝛ falsi:
alia boni ꝛ mali.Sꝫ potētia cognoscitiua veri ꝛ falsi
est ratio.potentia cognoscitiua boni ꝛ mali est li.ar.
ergo li.ar.nō est ratio.Ad hoc soluimus.nō est sic. Solutio.
quia intellectus est imago dei.vnde sicut deus oīa
cognoscit:ita intellectꝰ oīa intelligit.sꝫ differēter: qr Quō itelle
deꝰ oīa actu:intellectus autē possibilr.vt intelligibile ctꝰ itelligit
ꝛ ens ꝯuertunt.Intellectus enī quodāmō est oīa:qr oīa.
similitudinē habet cum oībus.Uñ sicut verū ꝛ bonū
idē in eēntia sunt:ita idē intellectus cognoscit ꝛ verū
ꝛ bonū.Non aūt idem ē sensus albi ꝛ nigri:dulcis ꝛ Nullꝰ sēsus
amari.non est enī sensus aliquis vna cōis potētia ad est oīm sen
hoc:sicut intellectus ad oīa.quia sensus est potentia sibilium.
coartata circa aliquā materiā.intellectus aūt ad oēꝫ
materiā se habet rōne predicta. Item alia ē potētia Iterum ar
qua aīma quiescit in bono:alia qua quiescit in vero. ad idem
eadē rōne alia est potētia electiua boni:alia electiua
veri. Sꝫ li.ar.est potētia electiua boni:ratio est po-
tentia electiua veri.igitur li.ar.nō est ratio. Ad hoc Solutio.
dicimus ꝙ eadē est vis q̃ quiescit in vero ꝛ q̃ quiescit
in bono scꝫ intellectus.Aīa enī fm vim cōcupiscibilē
desiderando mouetur vt ipsa fm vim rōnabilē fruat
pria vitate q̃escēdo in eius aspectu.qui inq̃ aspectus
est vita eterna.ꝛ quiescendo in vero quiescit in bono
vbi est cognitio virtutis.Sed si verū est qđ dictū est Iteruꝫ ar.
scꝫ ꝙ eligere est cōsentire in alterum deliberatorū vt
fiat:sequit ꝙ credere non est eligere:quia non est ibi
ꝯsensus vt aliq̃d fiat.Ex hoc aūt sequit vel ꝙ credere
non sit meritoriū:vel ꝙ non sit primo meritū in fide:
vel ꝙ in li.ar.nō sit primo meritum vel demeritum.
Solutio.Cōsensus in alterū deliberatoꝝ vt fiat vo- Solutio.
catur a nobis iudiciū diffinitiuū.ꝛ hmōi iudicium est
in fide.qr ibi est triplex iudiciū.scꝫ ꝙ hoc sit credēdū Iudiciū fi
illud nō:ꝙ hoc credat illud nō:ꝛ ꝙ ita sit ꝛ nō aliter: dei triplex.
et qđlibet istoꝝ ē in q̃libet.quia fides q̃ est in supiori
parte rōnis nō habet cōsiliū vel imperiū nisi a se.i.nō
ab alia vtute q̃ sit prima virtutū nisi tñ a deo.Et qr
fides est in supiori parte rōnis q̃ tāto liberior quāto
a serpente scilꝫ sensualitate abstractior ꝛ remotior ꝛ
minus potēs ab ea trahi.non aūt sic est in virtutibus
actiuis q̃ sunt in inferiori parte rōnis q̃ propinquior
est sensualitati.ꝛ tanto in seruitutem pronior/quāto
magis ab ea trahi potest.ex vbis damasc.qui dicit ꝙ
li.ar.libere iudicat:libere appetit:libere vult:libere
eligit.ꝛ sic de alijs actibus insinuari videtur ꝙ li.ar. volūtas pt
se extēdat ad oēm vim.qr actus p̄dicti nō sunt vnius sumi ꝓ ap-
sꝫ pluriū viriū.et hoc potest ꝯcedi.sed tūc oporteret petitu.
ampliari volūtatis nomen qđ accipit in rōne li.ar.vt
appellaret volūtas appetitus.Silr oporteret di-
cere ꝙ non solū est liberum arbitriū id in quo aīa qđ Li.arb. lar
ab oñi seruitute coactiōis et subtractiōis liberū est: ge sumit
sed omne quod ab omni coactiōe est imune.Silr

oporteret dicere ꝙ nō solū liberum arbitriū est id in
quo pmo est meritū vel demeritū:sed oñe id in quo
siue primo siue nō primo est meritum aut demeritū.
Approbat Sꝫ prior solutio nobis magis placet:cum ꝓprie(vt
magis pri- dictum est)libera volūtas sit in sola ratione.Uñ dicit
mā solutio aristoteles in topicis.peccant qui ponunt voluntatē
nem. esse genus amicitie.qr volūtas est in rōnali.amicitia
in concupiscibili.

¶ Tertia q̃stio principalis huius capituli.

Dicto de liberi arbitrij eēntia ꝛ diffinitiōe:dicē-
dum est de libertate li.ar.Et q̃rit quid sit eius
libertas:vtrū sit priuatio coactiōis vel flexibilitas in
vtrālibet ptē:vel flexibilitas in id qđ vult hñs li.ar.
Ar primo. Si dicat ꝙ sit priuatio coactiōis.fm hoc erit magis
libertas arbitrij in diabolo ꝙ̃ in hoīe scō in via.quia
eius liberū arbitrium nō potest flecti ad bonū:quia
obstinatus est.nec ad malū.deus enī non potest eum
flectere nec cogere ad malū:quia non vult.Scti aūt
in via possunt flecti ad malū.vñ clamāt.qđ nolo hoc
Paulus ago.Nō est autē tanta libertas arbitrij in diabolo ꝙ̃
in sctō homīe:igitur libertas arbitrij nō est priuatio
ꝯ aliā ptez coactionis.Si dicat ꝙ sit flexibilitas in vtrāqꝫ partē.
arguit. fm hoc nō erit li.ar.in sctīs qui sunt in patria:nec in
angelis bonis:nec in malis.quia eoꝝ li.ar.nō potest
ꝯ tertiam si flecti in vtrāqꝫ ptē.Si dicat ꝙ sit flexibilitas in id qđ
militer ar. vult habēs li.ar.fm hoc iterꝝ.maior erit libertas ar-
bitrij in demonibus ꝙ̃ in sctīs.qr libertas arbitrij in
demonibus non potest flecti nisi in id qđ volūt:scꝫ in
malum.Sctōꝝ autē libertas arbitrij potest flecti ad
Psalmista vtrūqꝫ:scꝫ ad bonū ꝛ ad malū. vñ clamāt De necessi-
tatibus meis erue me.ꝛ Quod nolo hoc ago.igitur
libertas arbitrij non est flexibilitas in id qđ vult hñs
Solutio. li.ar.Ad hoc dicendū ꝙ libertas arbitrij est abilitas
Triplex li- eligendi qđ sinderesis dictat.Est aūt triplex notāda
bertas. libertas in li.ar.Gñalis scilꝫ libertas necessitatis siue
Libertas a a necessitate/a peccato/ꝛ a miseria.Libertas a neces-
necessitate sitate duplex est.scilꝫ a necessitate ineuitabilitatis.et
duplex. hec libertas nō est in diabolo:qr ineuitabilit peccat.
Et a necessitate coactiōis extrīsece.et hec est in omni
Libertas a habēte liberū arbitriū.Libertas a peccato.ꝛ hec est
pctō magna libertas.quia qui facit pctm̄:seruus est pcti.
ꝛ alibi.Miseros pplōs facit peccatū.Et hec libertas
tantūmodo est in bonis hoībus quos deus per grāꝫ
liberat.nō vt peccare non possint:sed vt pctm̄ eis nō
Libertas a dñetur.Item est libertas a miseria.et hec est in sctīs
miseria. in patria.qñ creatura liberabit a seruitute corruptio
nis in libertatē adoptionis filioꝝ dei.Tūc enī dicēt.
Laqueus cōtritus est:ꝛ nos liberati sumus.Patet
ergo q̃d sit libertas arbitrij.Ex quo etiam patet q̄re
non diximus ꝙ cum dr li.ar.est facultas volūtatꝭ.ꝛc.
ꝙ facultas hmōi sit abilitas potētie q̃ est li.ar.sed est
ipsa potētia q̃ sic noīat propter abilitatē sibi annexā.
Opinio do Dicimus enim ꝙ hec facilitas siue abilitas potentie
ctoris. libertas p̄dicta est q̃ est sine coactiōe in omni habēte
ꝯ hoc videt liberum arbitrium.Sed ꝯtra.Dicit aug.ꝙ volūtas
esse augu. coacta ē volūtas.igit volūtas potest cogi.igit li.ar.
Secundo potest cogi.Qđ etiā patet p hoc ꝙ multi in p̄mitiua
Solutio. ecclesia coacti sunt negare christū.Solutio.Duplex
Duplex est est coactio.scꝫ sufficiēs:et hec non cadit in voluntatē
coactio neqꝫ in liberū arbitriū.Et coactio inducēs:et hec bñ
cadit in voluntatem ꝛ in li.ar.Et de hac dicit aug.ꝙ
ꝯ superiꝰ di coacta volūtas:volūtas est.Cōtra hec que dicta sunt
cta ar. obicit.Nam si libertas ē flexibilitas ad id qđ dictat
supior ps rōnis:nō videt diabolus libertatē arbitrij
hře.nam flexibilitatē ad bonū nō habet.Si dicas ꝙ
libertatē iudicādi habet et discernēdi.nichil est hoc.
qr iudicare.i.discernere nō est opus potentie eligēdi
que est li.ar.imo potius eligere.Preterea.Hoc dicto Secundo.
sequit ꝙ eque li.ar.est in malis āgelis sicut in bonis
cum hmōi iudiciū equale sit in vtrisqꝫ.nam huiusmōi
iudiciū est a naturali perspicacitate:quā nō amiserūt
cum demones facti sūt.Unde dicit btūs dionysius ꝙ Dionysius
adhuc splēdidissima habēt naturalia.qđ vult hře ex
illo vbo dñi in euāgel.Uidebā sathanā quasi fulgur
de celo.ꝛc.Et ad hoc dicendū ꝙ diabolꝰ flexibilitatē
siue abilitatem aut habitudinē naturalē ad bonū nō
amisit penitus.nam bonū naturale non penitus cor-
rūpitur p pctm̄.Sꝫ re vera illa prōptitudo naturalis
siue potestas adeo lesa est ꝛ vulnerata.adeo extincta
ꝛ sopita ꝛ ligata vinculo pctī ꝛ seruituti pctī addicta
ꝙ licꝫ naturaliter sit ad bonū:non tñ potest effectiue
in aliqđ opus bonū.sicut hō egrotus pedibus gres-
sibilitatē quidē habet:sed tñ in actum gradiēdi non
potest exire.Sed sicut dt aug.de pctō in spiritū sctm̄ Labes pctī
scꝫ ꝙ tanta est labes huius pctī ꝙ existēs in hoc pctō in spm̄sctm̄
non potest subire penitentiā.Qđ sic est intelligēdū:
id ē vix potest.Ita diabolus nō solū vix potest:imo
nullo mō potest bonum aliqđ agere.

¶ Quarta questio principalis huius
capituli cōtinens duas questiones.

Quarto querit de ptāte liberi arbitrij.Hec autē
questio diuidit in duo mēbra.Primū est.vtrū
li.ar.potens sit in opa de gñe bonorū per se sine grā
supaddita naturalibus.Scdm est.vtrum possit ex se
sine gratia in opa meritoria:ꝛ vtrū potētia credendi
sit naturalis.Circa primū duplex est opinio.Quidā Due opio-
enim dicunt ꝙ li.ar.potest in opa de gñe bonoꝝ sine nes ꝯrie.
gratia supaddita naturalibus. Alij dicūt ꝙ non sine
gratia excitāte.et hoc volūt ꝓbare auctoritatibus ꝛ
rōnibus.Auctoritatibus primo.dicit dñs in iohāne. probat illa
Sine me nichil potestis facere.ꝛ in isaia.Oīa opera auctoritate
nr̄a opatꝰ es in nobis dñe.ꝛ aplūs.Non ꝙ sufficiētes dñi.
simꝰ aliquid cogitare ex nobis quasi ex nobis.Et in
trenis.Misericordie dñi est ꝙ non sumus consumpti.
Per hanc vltimā auctoritatē pꝫ ꝙ nec etiā decliare
possumus a malo nisi ex grā:igitur multo magis nō
possumus facere bonū in gñe sine grā.Rōnibus idē
ꝓbare volūt hoc mō.Triplex ē bonū opus:scꝫ bonū Prima rō
opus nature.bonū opus qđ ē de gñe bonoꝝ.ꝛ bonū
opus meritoriū.Sꝫ bonū opus nature habet suam
radicem scꝫ naturā.bonum meritoriū suā scꝫ grām.
g bonū opus qđ est de gñe bonorū habet suā radicē
nō nisi grām excitātem vt videt.et aliđ est quo bonū
in gñe est.aliud quo ē bonū in genere.sed natura est
id quo est:g id quo ē bonū est supra naturā.sed hoc
est grā.igitur li.ar.nō potest in bonū in gñe nisi per
grām. Item homo per pctm̄ spoliatus est gratuitis Scda rō.
ꝛ vulneratus in naturalibus.g vulnerata fuerūt na-
turalia hoīs ꝛ diminuta.sed ante peccatū li.ar.nō se
habuit in ampliorē effectū ꝙ̃ ad opus de gñe bonorū.
ergo post pctm̄ nō potest ex se in opus de gñe bonoꝝ
sine grā.Quo cōcesso.Contra.Liberū arbitriū est ꝛ In oppoᵐ
ad bonū ꝛ etiam datū ad bonū.cum autē est ad malū
in seruitutē redigit.per se aūt sine aliquo supaddito
potest in malū:g per se potest in bonū in gñe. Item Scdo per
dicit aug.Nichil est ita in potestate hoīs sicut volū- augustinū.

tas.ergo velle bonum est in potestate li.ar.ergo et posse
Solutio. bonum tale est in ptāte li.ar. Solutio. Ad pobiecta
meritū est ex tribus. dicimus q opus meritoriū semp est ex tribus.scz ex
li.ar.originalr.ex gr̄a elicitiue et a deo principaliter
mouente. Silr opus de genere bonor̄ qn̄q3 est ex
tribus:scz ex li.ar.originaliter.ex gratia scilz aliqua
vtute informi elicitiue. In paucis eni cōtingit q nō
habeant aliquā gratiā.i.virtutem informē:et ex deo
principaliter mouēte.verūtamen qn̄q3 opus de gn̄e
bonorū est sine omni gr̄a supaddita li.ar.et dicimus
q li.ar.per se sine gratia est potēs in bonū tale.non
Ad tres pmas aucto. tn̄ excluso deo sine quo nichil tale bonū est. Ad hoc
qd dicit Sine me nichil potestis facere.sic dicimus.
pz solutio. sine me operante vel cooperāte.Et bn̄ dicit sine me.
nō sine gr̄a. Et sic patet solutio ad alias obiectiōes.
Ad vltimā ex trenis. Ad hoc aūt qd dicit Misericordie dn̄i est q nō sumus
cōsumpti. Soluimus q in vitate mie dei ē.qz li.ar.
corruptū est vehemēter. Un̄ cum homo appetat na-
turaliter delicias.cū caret veris appetit falsas.et ita
peccat et pctō cōsumeref:nisi diuina mia subueniret.
Ad primā rōnem. Ad hoc aūt quod obicit q bonū nature habet suam
radicem:et bonū meritoriū suam:ergo bonū in genere
suā.cōcedimus q li.ar.est radix et causa boni in gn̄e.
et in hoc patet li.ar.quia li.ar.supra naturam habet
discretionē de se.quia vestit hmōi opus quadā circū-
stantia virtutis vel quibusdam circūstātijs.licet non
Ad aliud oībus possit. Ad hoc aūt qd obicit q bonum in gn̄e
habet quo est scz naturā:ergo id quo est bonū est supra
Duplex natura. naturā.dicimus q duplex ē natura.scz natura aīalis
siue bestialis.et supra hanc est li.ar.quo opus in gn̄e
est bonū.et est natura supra bestialē scz hūana natura
Ad aliud et supra hāc nō est li.ar. Ad hoc aūt qd obicit. Ante
pctm̄ nō poterat li.ar.in ampliorē effectū q in opus
de genere bonorū:ergo cum per pctm̄ sit diminutū mō
nō poterit in tale opus. Dicimus q mō li.ar.in tale
opus potest:sed nō ita de facili sicut an̄ pctm̄ propter
diminutionē naturalis potētie. Dicto q li.ar.potest
in opa de genere bonorū sine gratia:non tn̄ sine deo
Contra ista ar. operātevel cooperāte. Cōtra. Demōstrato aliq ope
de gn̄e bonorū possum vere dicere.deus operaf vel
cooperaf ad hoc vt opus hoc fiat:ergo aliquid inest isti
operi a deo.illud aūt gratis inest vel datū est ei.quia
nullus meruit q deus operetur vel cooperef ad hoc
vt eēt.ergo cū nullū opus de gn̄e bonor̄ possit fieri sine
deo operāte vel cooperāte:nullum opus de genere
bonor̄ potest fieri sine gr̄a.igitur li.ar.non est potēs
Solutio. in opera de genere bonor̄ sine gr̄a. Solutio. Gratia
Gr̄a sumif dupliciter. stricte et large sumitur.fm eni q dictū est q li.ar.pōt
in opa de gn̄e bonorū sine gr̄a.gratia dr ibi habitus
supadditus naturalibus:ex quo habitu potest elici
actus. Scdm aūt q gr̄a large sumif pro omni gratis
dato a deo.bene cōcedimus q li.ar.nō potest in opa
de genere bonor̄ sine gratia. Et hoc vltio mō sumit
beda cōtra iouinianū. gr̄az beda in quodā libello.qd fecit ctra Iouinianū
hereticū.in quo dicit q nichil boni facit hō sine gr̄a.

¶ Scds articulus quarte questionis.

Circa scdz articulum querif.an li.ar.sine gratia
Ar q sic p augustinū. possit in opa meritoria. Quod videf primo per
auctoritatē aug. Posse inqt credere natura est hoīz
credere vero gratia est fideliū.ergo ex solis naturalibus
potest li.ar.in actum credendi formatū.de tali enim
loquif auctoritas.qd apparet p hoc qd subiūctū est.
Credere gr̄a est.et c. Rōibus vo multiplicif deteriari
videf hoc idem.et primo p appositionē circūstātiar̄ Prima rō
quibus pficif et formaf actus meritorius. Nam ipse
actus fm substantiā est in potestate liberi arbitrij et
oēs circūstātie vt videf q ad ipm faciendū meritoriū
requirūtur.vt patet per singulas currenti.si enim in
aliquā potest ex se et in quālibz.quia qua rōne in vnā
et in oēs. Si aūt dicat quis q non.qz hmōi opa supra Euasio:cōtra quā ar.
ipm li.ar.sunt.supra se autē non potest nisi per gr̄am
eleuef.eadē rōne nec in opa de genere bonor̄ potēs
eēt absq3 habitu gr̄e:cū illa sint sup ipm. Et dicimus Solutō ad istud.
q re vera li.ar.nō potest dare actui oīs circūstātias
que ei necesse sunt ad hoc vt sit meritorius.nam etsi
aliquas posset apponere:nō tn̄ oēs.verbi gr̄a. Velle
dare elemosinam gratia cuius danda est:et qn̄ et quō
et quo tpe:potest li.ar.gratia non existēte.sed nondū
est ibi meritū nisi addaf hec circūstātia q̄tum debet.
que prout debet esse circūstātia meriti nō solum per
aduerbiū quātitatis exprimit quātitatē rei date:sed
etiā quantitatē voluntatis.q tanta debet esse in ope
meritorio:quantā nouit eam caritas mēsurare.tāta
eni debet eē volūtas ad hoc q ei nō adequef aliqua
volūtas respectu alicuius tpalis in se. Ad auctoritatē Ad augu.
vero aug.rn̄dēdū est q li.ar.potest credere formatū
per naturalia:sed nō per ea nisi adiūcta gratia. Et q
ita accipiēdum sit aperit aug.sup epistolā ad Ro.in Expō aug.
expositiōe illius vbi apls Gentes naturaliter legem
implent.qd sic exponit.naturaliter.i.per naturā ad-
iutam gratia. Ex his ergo videf q li.ar.potest p naturā Resolutio
in opa meritoria.p naturā tn̄ adiutā per gr̄am. Sed q̄tū ad istū
obicif ctra hoc.qz cecus corpalis non potest videre. articulum.
nec habēs oculos erutos.nec auis sine pēnis volare. Contra ista ar.
neq3 petrus sup mare materiale potuit naturalif vel
ambulare.ergo qui est in mortali nec videre potest cum
sit cecus et habens oculos erutos:nec volare cum sit
sine pēnis:neq3 sup mare spirituale ambulare.ergo
potētia vidēdi spūaliter.i.potētia credēdi nō est na-
turalis. Rn̄deo. Non est sile de ceco corpali et spūali. Solutio.
qz cecus spūalis hz potentiā preparatiuā et opatiuā Assigt tres
ad vidēdū:qz potest facere aliqd quo facto videbit. differētias.
Item habet potentiā operatiuam hmōi.i.potentiā
actiuā ad videndū.quia cum infundif ei gr̄a eliciens
actum vidēdi ab ipsa potētia videndi:nō daf ei noua
potētia videndi. Itē qz possibilitatē habet naturalē
recipiēdi visum. Nullū horū triū reperire est in ceco
materiali. Ad scdm qd obicif q hn̄s oculos erutos Ad scdm.
nō potest videre.distinguendū est q sunt oculi spūa-
les duplices:scilz naturales et gratuiti:sicut et aures.
Oculus spūalis naturalis est ratio.sicut dicit aug.in duplex ocu
libro soliloquiorū.imo ipsa ratio que introducif ibi lus spūalis
loquēs. Ego (inqt) sum in aīa sicut oculus in corpe.
Oculi aūt gratuiti sunt dona gratiar̄. Pctōri potest
diabolus ocłos spūales et gratuitos eruere:quēad-
modū et aures precidere.naturales autē non potest.
Ad tertiū dicimus q auis manēs sine pennis volare Ad tertiū.
non potest:sed que pēnis caret potest eas recipere et
volare. Ad vltimum dicimus q corpus ponderosuz Ad quartū
nō potest per naturam sup aquā ferri:sed anima per
pctm̄ aggrauata naturaliter ē ad hoc vt feraf super
aquas spūales.quia dn̄s sup maria fundauit eam:et
sup flumina preparauit eam. Sic igif patet q li.ar.
potest in opa meritoria naturaliter:non tn̄ sine gr̄a.

Sed videf posse probari q imo.cū ratio sine gr̄a
se leuet non solū sup naturam imo sup diuina.

sicut ratio sabellij q posuit q gignēs gigneret se.qd
est cōtra oēz naturā et cōtra diuina.qz sicut dicit aug.
in libro de trinitate. Nulla res est naturalis aut diui
na q seipam gignat:et sic videf q sine gr̄a oī possit hō
p rationē leuare se supra se et extēdere se ad opa me-
Solutio. ritoria. Solutio. Ad hoc q aliquis credat credulita
te formata opz q abneget semetipm.i. ppriū sensuz
et carnis intellectū in obsequiū christi ad obediendū
deo et prime veritati et q nulli rationi innitaf:sed soli
auctoritati prime veritatis. Et si ei fiat aliqua argu-
mētatio q̄tūcunq3 apparēs in cōtrariū cuius etiā cām
fantasie nō statī pria fronte cognoscat dz eā reputare
Errabat sabellius paralogismū:et qui sic ducif mouef supra se. Sabel-
lius aūt lz leuaret se supra se et ctra se q̄tū ad creditū
non tn̄ q̄tū ad modū credēdi siue q̄tū ad ipm crede-
re:qz ratiocinationi siue fantasie īnitebaf:et fm natu-
Ar ar q li. arbi. possit mereri. rales regulas volebat regulare diuina. Alio mō pōt
pbari q li.ar. possit ex se et per se in opa meritoria.et
hoc ppter propinquitatē verbi ad cor humanū:qz di
Moyses cit moyses in deutero. ppe est verbū in ore tuo ppe
Exponit hoc paulus. est verbū in corde tuo. Et apls exponēs dicit. hoc est
verbū fidei qd predicamus. Aut ergo ppe est appro-
piatione mediata aut imediata. Si imediata: igitur
imediatū est ad cor.ergo cor hūanū pōt illud p se cogno
scere. Sed cognoscere illud verbū est credere articu
los fidei:ergo cor hūanū pōt p se plene credere. Sz ple-
ne credere meritoriū est: ergo per se sine gr̄a pōt i opus
scdo ad idē meritoriū. Hoc idē videf per aliā viam. nam fiat iste
sillogismus. Oē dictū a prima veritate est verū.hoc scz
filiū dei esse hoīem est dictū a prima veritate:igf hoc
est verū. Pria ppositio est p se nota cuilibet. Scda
sumif ex auditu sic ratiocinādo sibi facit ratio plenā
fidē de cōclusione et nō nisi per mediū illius sillogismi.
Mediū aūt illius sillogismi est veritas prima:ergo per
primā veritatē:et ppter primā veritatē credif plena-
rie illi cōclusioni. Sed huius ratiocinationē ex se et per
se pōt facere li.ar.ergo ex se et p se pōt in plenā cognitio
nem siue credulitatē alicuius articuli:et inde vt prius.
In ctrū ar. Contra. Cognitio hmōi est cognitio cclusionis:ergo nō
est vere fidei.qz fides est argumētū nō cōclusio. sicut
Euasio. dicit apls. Si aūt diceref q verbū fidei ppe est cordi
hūano.si nō sic ppe quin aliqd ppius qd est imediatuz
ad ipm loqmur de illo imediato et habebimus idē qd
prius.qz cū nō contingat pcedere in infinitū tandē oc-
Solutio. curret ei aliqd imediatū. Solutio. Verbū fidei ppe
Prima cā. est cordi hūano tribus de causis. Prima est testimoniū
Augustinus sup psalmū scripture legis et pphetar̄. Sicut eni dicit augu.sup
ps. Iudei capsarij siue librarij nr̄i sūt. Sūt eni pueri
Dicto de delicto: dicēdū est de ꝯmisso. i. de pctō actuali. Primo de eius diffinitiōe. Scđo vtrū omne pctm̄ sit volūtariū. Tertio de fine actiōis: scilꝫ quis finis informet. Quarto vtrum peccatū actuale mensuret ſm intentionē. Quīto vtrū euētus sequēs aggrauet pctm̄. Sexto. vtrū volūtas ꝛ opus sint idē pctm̄.

q̄d pcm̄ ſꝫ augustinū.

Btūs aug. sic diffinit pctm̄ actuale. Pctm̄ est dictū vel factū vel cōcupitū ꝯ legē dei. vt ꝯcupiscētia dicat quelꝫ voluntas q̄ est pctm̄ interius. et ē sensus.

Diffinitio sic itelligit

Pctm̄ est actus cōtrarius legi dei: siue exterior siue interior. Sed ſm eos qui dicūt ꝙ pctm̄ inq̄tū pctm̄ nichil est. dicēdū ꝙ cōtrarietas qua pctm̄ est ꝯtrariū legi dei nihil est. sicut oppositio qua negatio est opposita affirmationi nichil est: sed opponit ei p modū non eēndi: non per modū eēndi. ita pctm̄ ſm ꝙ pctm̄ est ꝯtrariū legi dei per modū non eēndi. Et notandū

Pcꝫ supponit p q̄ttuor.

ꝙ pctm̄ dicit qđlibet illorū quattuor. mala volūtas: mala actio: macula aīe: ꝛ deformitas. vt dicat deformitas priuatio naturalis boni q̄ deformat aīam: eo

q̄d proprie peccatum.

mō quo priuatio alicuius ptis nasi deformat hoīem exterius. Proprijssime autē malū culpe dꝛ priuatio boni. qm̄ hoc solū in nobis est culpabile per quod in nobis imago dei obscurat et destruit. Nec actio nec volūtas dicit mala: nisi qꝛ diminuerit imaginē dei in nobis.

q̄d macula

De macula aūt querit quid ipsa sit. et dicunt multi ꝙ idē est macula aīe ꝙ deformitas siue priuatio boni naturalis: et idē est ꝙ malicia qua homo dꝛ malus.

Opinio aliquorum

et hoc maxie dicūt illi qui dicūt ꝙ quicqđ est a deo est. illi solēt dicere ꝙ pronitas ad male agēdū: nichil est.

ꝯ hanc ar.

Cōtra. Ex frequēti bene agere relinquit in aīa habitus ad bene agendū: ḡ eadē rōne ex frequēti male agere: relinquit habitus in aīa ad male agēdū.

Secūdo

Preterea. Videmus aliquos qui nō possunt abstinere a fornicatiōe. similiter fures qui nō possunt abstinere a furto. hoc nō nisi ppter pronitatē illam quā habēt ad male agendū. ḡ habit⁹ ad male agendū est aliqđ.

In oppoᵐ

Si cōcedat. Cōtra. Habitus ad bn̄ agendū est virt⁹: ergo habitus ad male agendū est pctm̄. sed cōstat ꝙ habitus ad male agendū non est mala voluntas: nec mala actio vel deformitas. reliquit ergo ꝙ habitus ad male agendū sit macula.

Secundo.

Q̄d etiā pbari potest p locū a ꝯrijs sic. Habit⁹ ad bn̄ agēdū est pulchritudo aīe quia est virtus: ergo habitus ad male agendū est turpitudo aīe siue macula. ḡ macula nō est priuatio boni.

Tertio.

Preterea. Si habitus ad male agēdū sit aliqđ: sequitur ꝙ opera demeritoria habēt qualitates sibi substractas sicut opa meritoria. Inde etiā sequit ꝙ quia aliqs est malus male agit: sicut quia aliquis est bonus bn̄ agit. sicut enī ex habitu bono sequunt bōa opera: sic ex habitu malo sequuntur mala opa.

Solutō ſꝫ doctorem.

Nos dicimus ſm oēm opinionē ꝙ habit⁹ ad male agendū est aliqđ ꝛ ē macula aīe. sicut habitus ad bn̄ agendū est virtus ꝛ decor aīe. Tn̄ non est gn̄aliter verū ꝙ qꝛ homo est malus male agit: sed est gn̄alit verū quia bonus est bn̄ agit. qm̄ in primo male agere nō qꝛ est malus male agit: sꝫ ecōuerso quia male agit malus est. Ex hoc ptꝫ ꝙ nō est gn̄aliter verū ꝙ male actiōes habeāt sibi qualitates substractas:

Oīs actus bon⁹ includit aliđ positiuum.

sꝫ generaliter est verū ꝙ bone actiones habeāt q̄litates sibi substractas. Et ideo potius dꝛ de bonis actiōibus ꝙ habeāt qualitates substractas q̄ de malis.

¶ Scđa q̄stio vtrum volūtas sit circa pctm̄.

Cum aūt peccatū sit motus interior vel exterior cōtrarius legi dei: interior causa est exterioris. quoniā mala volūtas siue cōcupiscētia est causa male actionis. Et ex hoc ptꝫ ꝙ cōcupiscētia siuē cupiditas est radix oīm malorū.

Ar ꝙ non.

Sed cōtra. Superbia est initiū oīs pcti sicut dꝛ aug. ḡ supbia est radix oīm malorū: non ḡ cupiditas.

Secundo.

Item infidelitas est radix oīm malorū. probatio. Fides est principiū oīm bonorū.

Cōfirmat p augustinū.

dicit etiā aug. quia infidelitas est pctm̄: quo retento oīa retinent: quo dimisso oīa dimittūtur. ḡ si infidelitas est radix oīm malorū: non ḡ cupiditas.

Tertio per Jo. i. cano.

Item sup illū locū epistole iohis Quicqđ ē in mūdo: aut est cōcupiscētia carnis/aut cōcupiscētia oculorū/aut superbia vite.

Augustin⁹

dicit aug. ꝙ oēs amatores mūdi non habēt nisi hec tria in quibus oīa viciorū gn̄a cōtinent. Aut igit aug. appellat ibi gn̄a materiā: aut gn̄a quasi origies. Nō potest dici ꝙ materiā: qm̄ non omne pctm̄ ꝯtinet sub vno illorū triū. vt homicidiū ꝛ silia. ḡ vocat gn̄a id est origines. ḡ tres sunt origines oīm malorū. non ergo cupiditas ē radix oīm malorū.

Quarto

Item septē sunt vicia capitalia: ḡ septē sunt vicia q̄ sunt radices oīm malorū. non ḡ sola cupiditas.

Quinto

Item sup illū locū p̄s.

Tollite portas principes vr̄as. dicit augu. Due sunt porte mortis. amor mūdanus: ꝛ timor mundan⁹. Et sup illū locū. p̄s. Incēsa igit ꝛ suffossa. dicit ꝙ oīa peccata aut nascūtur ex cupiditate male inflāmante aut timore male hūiliante: ḡ cupiditas ꝛ timor sunt due radices oīm malorū. nō ergo sola cupiditas.

In oppoᵐ

Sꝫ ꝯtra Septē dona spūsscti nō sūt p̄ncipia oīm bonorū. imo fide/spes/caritas: ḡ septē vicia septē donis contraria nō sunt radices capi. oīm malorū. quare ergo dn̄r capitalia cū nō sūt capita oīm malorū.

Solutio.

Ad primū.

Solutio. Ad primū dicimus ꝙ cōcupiscētia siue mala volūtas est radix oīm actualiū pctorū. qm̄ est causa efficiēs oīm malorū actionū ꝛ in gn̄e ꝛ in numero. Sed cupiditas. i. amor mūdanus est radix oīm malorū. Ideo scꝫ ꝙ nō est aliquod gen⁹ pcti qđ non nascat ex cupiditate aliquādo.

hec argumētatio nō vꝫ

Nec valet hec argumētatio. Supbia est radix oīm malorū: nō ergo cupiditas. Et hoc ideo: qꝛ cum dꝛ supbia est radix oīm malorū vel cupiditas est radix oīm malorū: sic cōprehendūtur gn̄a singulorum nō singula generū. Sed si cōprehēdūtur singula generū tūc necessaria esset argumētatio. qm̄ illa diuersa in specie nō ppie esse possunt ꝛ in eodē gn̄e causa eorūdē numero: sꝫ bn̄ possunt eē cā eorūdē in gn̄e diuersorū in numero.

Ad aliud.

Similiter dicim⁹ ꝙ hec argumētatio nō valet. Infidelitas est radix oīm malorū: non ergo cupiditas.

Quō īfidelitas ꝛ cupiditas sunt cā malorū.

vtrūq3 enī est radix suo modo. Cōcupiscētia p modū cause efficiētis vt dictū est. Infidelitas p modū deficiētis ſm ꝙ infidelitas est carentia fidei. sicut defect⁹ alicu⁹ mēbri vel alicuius potētie est claudicationis causa in equo. Si aūt infidelitas ē falsa opinio de deo. tūc ptꝫ ꝙ infidelitas est cā efficiens oīs pcti in gn̄e. nichilomin⁹ tn̄ cupiditas. sicut dꝛ de supbia ꝛ cupiditate.

Augustin⁹

Et ideo dicit aug. ꝙ pctō infidelitatis retēto oīa retinētur: ꝛ eo dimisso remittūtur oīa. qđ fit per fidē formatā.

Ad tertiū

Ad tertiū dicim⁹ ꝙ cōcupiscētia carnis ꝛ cōcupiscētia oculorū ꝛ superbia vite sunt tria genera viciorū. i. tres origies.

Hec nō vꝫ.

Nec valet hec argumētatio. Tres sūt radices oīm viciorū: nō ergo vnica radix. qm̄ ille tres ad vnam reducūtur tanq̄ ad suā causam. Silr̄ septē sūt capitalia vicia: ꝛ ita septē origines viciorū. ꝛ tn̄ vna est origo: qꝛ oēs alie reducūtur ad vnā. s. ad supbiā vel auaritiā. Ex vtraq3 enī nascūtur oīa alia pctā in gn̄e.

Ad aliud

Silr̄ respōdem⁹ ad seq̄ns obiectū. qm̄ amor mūdan⁹ ꝛ timor mūdan⁹ sunt due porte mortis. tn̄ vna est porta: qꝛ vna reducit ad aliā. Quod enī fit timore amittendi tpalia: fit cupiditate tpaliū. silr̄ quod fit timore mortis fit cupiditate hui⁹ vite. Cupiditas aūt est causa timoris mundani.

¶ Capitulum secundum.

q̄stio huius capituli.

Ar ꝙ sic.

Circa ſm capitulū querit vtrū oē peccatū sit volūtariū. Probat ꝙ sic. qm̄ oē peccatū est ex cōcupiscentia vt dictū est. ꝛ cōcupiscentia idē est ꝙ praua voluntas: ergo omē peccatū est ex praua volūtate: ergo omē peccatū est voluntariū.

Secūdo p augustinū.

Itē augu. dicit. Omne peccatū adeo est voluntariū ꝙ si nō est voluntariū nō est peccatū.

Tertio.

Itē oīs motus est naturalis vel violētus vel volūtari⁹: sed nullū peccatū est mot⁹ violentus vel naturalis. ergo oē peccatū cū sit mot⁹ erit motus volūtarius: ḡ oē peccatū est voluntariū.

Quarto p aristotelē

Itē aristo. dicit ꝙ virtus est habit⁹ voluntari⁹: ḡ oīs virtus est in voluntate: ergo oē viciū est in volūtate: qꝛ cōtraria sunt nata in eadem vi ꝛ circa idē: ḡ oē pctm̄ est voluntariū.

q̄nto rōe ar

Itē rōne pbat sic. volūtate hominis manēte in sua bonitate sine corruptiōe malitie nichil est peccatū. qđ pbat p hoc ꝙ in terra pax hoīb⁹ bone volūtatis. ꝛ habita pace habētur omēs virtutes. ꝛ habita oī virtute nullū peccatū est in hoīe: ḡ voluntate hoīs existēte bona nullū peccatū est in hoīe. ḡ omē peccatū aut est in volūtate aut est ex volūtate: ḡ omē peccatū est volūtariū.

In oppoᵐ

Cōtra. Obicit de illo q̄ coact⁹ peccat. iste coact⁹ facit hoc: ḡ inuitus: igr̄ nō volūtarie facit hoc ꝛ peccat. igr̄ nō omē peccatū est volūtarium

Secūdo

Preterea. iste coact⁹ facit hoc ꝛ volūtas cogi nō pōt ergo facit hoc nō voluntari⁹: ḡ peccatū ei⁹ nō est volūtariū.

Tertio.

Itē demōstret aliqs qui ignorāter cōmittit symoniā. Iste ignorāter facit hoc: igr̄ nō voluntarie: qꝛ si sciret nunq̄ faceret neq3 vellet. qm̄ firmiter pposuit se nunq̄ peccare: ḡ iste nullo mō vult peccare ꝛ peccat ḡ ei⁹ peccatū est nō volūtariū.

Quarto p augustinū.

Itē btūs augu. dicit ꝙ hoc quod ipse pri⁹ dixerat ꝙ oē pctm̄ adeo est volūtariū ꝙ si nō est volūtariū nō est peccatū. Intelligit de actuali pctō ade. qm̄ illud peccatū fuit volūtariū tm̄. qm̄ nō pcessit ab aliqua ifirmitate ipellēte: igr̄ pctā q̄ modo pcedūt ex aliqua ifirmitate nō sūt voluntaria igr̄ nō oē peccatū est voluntariū.

Quīto de origiali ar.

Preterea obicit de originali pctō qđ nō est voluntariū. qm̄ non pcedit a voluntate cū puer nō habeat motum li. ar.

Solutio.

Solutio. Cōcedimus ꝙ oē peccatū est voluntariū rōnib⁹ predictis.

Ad primū.

Ad primo igit obiectū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. Iste coact⁹ facit hoc: nō igr̄ voluntari⁹

Duplex voluntas.

Absoluta.

Collatiua.

Est enī duplex volūtas. s. absoluta ꝛ collatiua siue determinata. volūtas absoluta est qua aliqs vult aliqđ ppter se sine collatione ad aliud. Volūtas collatiua siue determinata est qua aliqs vult aliqđ nō cōsideratione sui: sꝫ cōsideratōne alicui⁹ cause ipellētis.

Fallā ꝯntis

Est ḡ in p̄dicta argumētatione fallatia ꝯntis. s. ab inferiori ad superi⁹ negādo. qm̄ negat vtrūq3 cū deberet negare volūtatē absolutā tantū: qꝛ bn̄ sequit. Si aliqs facit aliqđ coact⁹ nō facit illud volūtate absoluta: sꝫ facit illđ volūtate determinata.

aristoteles

Sicut enī dicit aristo. Tales actiones volūtarie sunt dū fiunt.

Ad scđm.

Ad scđm dicimus ꝙ volūtas nō pōt cogi coactione sufficiēti. pōt tn̄ cogi coactione efficiēti.

Ad tertiū.

Ad tertiū dicim⁹ ꝙ hec argumētatio nō valet. Iste facit hoc ignorāter nō ergo volūtarie. qm̄ ille q̄ ignorant ꝯmittit vult facere hoc sed nō vult volūtate vniuersali: qꝛ nō vult hoc inq̄tū est symonia vel inq̄tum est peccatū. Sed vult hoc in q̄tum videtur sibi vtile: ꝛ hec est duplex.

Hec est duplex.

Iste nullo modo vult peccare. Si res hui⁹ verbi transit in actū signatum per infinitū pure falsa est. si in actum cū deformitate vera.

Ad quartū

Ad aliud dicimus ꝙ augustinus intelligit de primo peccato ade illud qđ dicitur. Omē peccatū ꝛc. et dꝛ omē peccatū. i. oīm peccatū: qꝛ oēs peccam⁹ in illo. ꝛ illđ reuera pctm̄ pure fuit volūtariū

Quō pctm̄ ade ar̄ ē volūtarium ꝙ nostra.

qm̄ adā nō habebat aliquā ifirmitatē q̄ ipelleret ipꝫ ad peccādū. Sꝫ peccata q̄ modo facim⁹ nō sunt pure volūtaria: qꝛ sunt ex ifirmitate. vt dꝛ in geñ. pni sunt sensus hoīs ab adolescētia sua in malū.

Paulus.

vn̄ dicit apl's. Q̄d nolo hoc ago. ꝛ dn̄s in geñ. Nō pmanebit spūs meus in hoīe ineternū: qꝛ caro est.

Ad aliđ q̄ mō origiale est volūtarium.

De pctō originali dicim⁹ sicut dicit aug. ꝙ non est voluntariū volūtate admota: sed voluntate amota.

¶ Capitulum tertium continet duas partes.

Circa tertiū capitulū q̄rit de fine actōis. qđ capitulū diuidit i duo. primo iuestigabit de corpalib⁹

actionib⁹ q̄s finis īformet eas vel deformet. Scḋo de
Prima q̄o spūalibus actionibus. Primo q̄rit quid sit ille finis
Af ꝙ null⁹ ꝓpter quē actio dr̄ mala siue ꝯtra legē dei. Videt ꝙ
sit finis pcti sola carentia finis debiti sit actio mala: qꝛ dicit apl's.
Siue mādūcatis siue bibitis oīa in gl'iam dei facite.
Hoc est p̄ceptū apl'i. ergo tenemur facere q̄cq̄d facimus
ad gl'iam dei: ergo si nō facim⁹ peccam⁹ mortaliter: ergo so=
In oppo^m la carētia debiti finis facit actionē esse peccatuꝫ. Tn̄
sci implēt hoc p̄ceptum apl'i: ergo q̄cq̄d faciūt faciunt
ad gloriam dei: sed faciunt peccata venialia: ergo pec
Solutō ali cata venialia fiūt ad gloriā dei. qđ ptꝫ esse falsū. ꝓpt
quorum. hoc dr̄ ꝙ auctoritas apl'i itelligēda est negatiue sic. i.
ꝯ hoc af. nichil faciam⁹ cōtra gloriā dei. Sꝫ hoc nichil est. qm̄
sm̄ hoc dormiēs pōt implere hoc p̄ceptū: ꝛ similiter
ille q̄ est in mortali qn̄qꝫ ipleret illud qn̄ scꝫ nichil fa
Alia opio. cit ꝯtra gloriā dei. Ideo dicūt quidā ꝙ nō est p̄ceptū
ꝯ hāc af. sed cōsiliū. Sed cōtra. Nos tenemur ad mot⁹ virtutū
formatos. vt ꝓbatū est in. iiij. ca. superi⁹: ergo tenemur
ad motus tēperātie formatos: ergo tenemur tēperate
comedere ꝛ ad gloriā dei. Eadē ratione tenemur bi
bere ad gloriā dei. eadē ratōne tenemur oīa bona fa
cere ad gloriā dei. igr̄ qđ dicit apl's est p̄ceptū nō con
Secundo. siliū. Itē oēs mot⁹ deformes sūt in ꝓhibitione: ergo
eadē ratione oēs motus formati sūt in p̄cepto. Sed
oēs tales ꝛ soli cōtinent in illo verbo apl'i: igr̄ illud ē
Tertio per preceptū et nō consiliū. Itē aug. dicit ꝙ oē peccatuꝫ
augustinū. est ex fomite q̄ est ꝓnitas ad malū: igr̄ eadē ratōne si
ꝓnitas ad bonū sit in hoīe oīa bona opa ei⁹ ꝓcedūt
ex illa ꝓnitate. ꝛ ita in habente caritatē oīa opa eius
erūt ex caritate. Sed ad oīa opa caritatis tenet q̄lꝫ.
ergo q̄libet tenet oīa bona facere ex caritate: ꝛ ita in
gloriā dei. igr̄ qđ dicit apl's est preceptū nō consilium
ꝯ istas rōes Cōtra. Sit ita ꝙ iste negociet tantū hac intētione vt
arguitur. subumbret filios. Constat ꝙ ille non peccaret: quia
nō habet malā intentionē nec actio ei⁹ est mala in se
nec in collatione ad talē finē. imo bona est ꝛ vtilis ta
lis actio: igr̄ ille nō tenet oē opus bonū facere ex cari
tate nec ꝓpter gloriā dei. ergo qđ dicit apl's est cōsilium
Solutio. nō preceptū. Solutio. Dicim⁹ ꝙ est p̄ceptū. ꝛ intelli=
git affirmatiue: ꝛ cōcedim⁹ ꝙ tenemur mādūcare et
bibere ex caritate pro loco ꝛ tēpore. vt qn̄ sumus in
apprehēsione q̄ naturaliter gn̄atiua est mot⁹ caritat̄
nō tn̄ peccam⁹ si qn̄qꝫ bibim⁹ aut comedim⁹ et nō ex
caritate: qꝛ nō tenemur ad hoc vt sp̄ bonā actionē re
feramus ad finē debitū: ad deū scꝫ nisi pro tp̄e ꝛ loco
hec argum̄ vt patebit infer⁹. Patet igr̄ ꝙ hec argumētatio nō
tatio nō vꝫ valet. Tenemur bibere ꝛ oīa facere ad gloriā dei: ergo
Ad scđm si nō facimus peccam⁹ mortaliter. Ad sm̄ dicimus ꝙ
illud qđ dicit apl's intelligit de opibus bonis tantū.
vnde nō valet hec obiectio vel obiectū de venialib⁹.
Ad aliud Q̄ obicit ꝙ oē malū opus est ex fomite. ꝛc. Dicim⁹
ꝙ argumētatio non valet. qm̄ pauciora exigūtur ad
opus vicij q̄ ad opus virtutis. Sola enī apprehēsio
mali sufficit ad hoc ꝙ moueat ad malū. Sed ad hoc
ꝙ moueat hō ad bonū exigit apprehēsio finis ꝛ circū
stanciaꝝ ꝛ collatio ad finē ꝛ hmōi multa. Et inde est
ꝙ nō valet hec argumētatio. Apprehensio etiā finis
multiplex est. qm̄ possum apprehēdere deū vt bene=
ficū pure. ꝛ hec apprehēsio mouet me ad motū dile
ctionis naturalis. Itē possū apprehēdere vt sūmū bo
num ꝛ principiū bonoꝝ: ꝛ talis apprehēsio in haben
te caritatē generat motū caritatis. Quelibet aūt ap
prehensio mali sufficit ad mouendū ad malū. et ideo
non valet predicta argumentatio.

Secunda questio huius capituli.

Item querit de illis q̄ cōstituūt sibi duos fines.
Vbi gr̄a. Ponat ꝙ aliq̄s surgat ad matutīas ꝓ
pter deū et ꝓpter nūmos: q̄ nō surgeret nisi speraret
se nūmos habiturū. q̄ritur vtrū talis actio pōt eē me
ritoria. ꝓbatio ꝙ nō. qm̄ dēpto nūmo non surgeret Af ꝙ non.
posito nūmo surgit: igr̄ principaliter surgit ꝓpter nū
mos: nō ergo principaliter ꝓpter deū. Sꝫ ipossibile
ꝙ alicui⁹ actio sit meritoria nisi p̄ncipaliter fiat ꝓpt
deū: ergo ipossibile ē ꝙ talis actio meritoria sit. Itē Secūdo
iste surgit ꝓpter nūmos ꝛ ꝓpter deū: ergo vult seruire
deo ꝛ māmone. Sed nemo pōt duob⁹ dn̄is seruire: ergo
non seruit deo nec māmone: ergo nō seruit deo: ergo actio
eius nō pōt esse meritoria. Iteꝫ surgit ad matutinas Tertio.
ꝓpter nūmos: ergo surgit ex cupiditate. Sꝫ ipossibi
le ꝙ actio q̄ est ex cupiditate sit meritoria: ergo illa
actio nō pōt esse meritoria. Itē surgere ad matutīas Quarto
est res spūalis ꝛ est res ipreciabilis ꝛ surgit ad matu
tinas ꝓpter nūmos: ergo rem ipreciabilē ponit sub pre
cio: ergo eius actio est symonia: ergo non pōt esse meritoria
Sed contra. Iste surgit ad matutinas vt nūmos ha= In oppo^m
beat ex quibus ꝑ elemosinaꝝ largitionē seruiat deo
vt per seruitiū suū habeat vitā eternā: ergo p̄cipaliter
surgit vt habeat vitā eternā. Non ergo ꝑ cupiditate
ergo nichil ipedit quin actio illa possit esse meritoria
vt ptꝫ in exēplo ꝓphetico. mulier egrotās ex cōstipa
tione egritudine cōpulsa ad desiderandū vitā eternā
cogitauit ꝙ nō possit habere vitā eternā nisi seruiret
deo: nec poterat seruire deo nisi sana ꝛ nisi laxaret vē
trem: ideo voluit emere olera. ideo voluit ire ad fo=
rum. hec est analosis. i. recta solutio. Oēs enī seque=
tes actiones resoluūtur in primā. voluit ire ad foruꝫ
propter olera vt laxaret ventrē vt fieret sana: vt serui
ret deo: vt habeat btitudinē. Ex hoc ptꝫ ꝙ omēs ille
actōes sint bone cū illa sit bona in quā resoluunt. ea
ratione volūtas qua iste hō voluit surgere ad matu=
tinas ꝓpter nūmū fuit bona: qꝛ resolubilis est in pri=
mā voluntatē bonā qua voluit habere beatitudinē.
Preterea. iste surgit ad matutīas vt habeat nūmos Secundo.
qui ei debent: ergo surgit ad matutinas vt habeat quod
ei debet: ergo nō peccat. In hoc forte dicet ꝙ nō est Euasio.
simile. qm̄ ire ad forū ꝓpter olera est actio corpalis.
surgere ad matutinas est actio spūalis: ꝛ ideo nō licꝫ
surgere ad matutinas ꝓpter nūmos: qꝛ est symonia.
Contra. Hoc pōt facere quilibet tā stultus q̄ sapiēs ꝯ hoc af.
clericus ꝛ laycus. sicut ire ad ecclesiā: ergo nec hoc ē
spirituale nec annexū spirituali: ergo surgere ad ma
tutinas ꝓpter nūmos non est symoniacū. Quod con Solutio.
cedimus hac ratione. Vnde dicimus ꝙ surgit ad ma
tutinas vt habeat nūmos ꝛ inde faciat elemosinam
vt sic acquirat vitā eternā. Oēs huiusmodi volun
tates possunt esse meritorie si sint ex caritate. qm̄ licꝫ
ponere tp̄alē finē sub fine spūali. Si ergo ponat tp̄alē fi Finis sub
nē vltimū ipossibile est ꝙ talis actio sit meritoria. vn̄ fine.
aug. Qui surgit ad matutinas ꝓpt nūmos ponēdo Augustin⁹
duos fines vltimos actio demeritoria est. qꝛ ex cupi=
ditate est. De talib⁹ dictū est in eccl'. ve ingredietib⁹ Dictū sapi
terrā duabus vijs. Si aūt aliq̄s vult surgere ad ma= entis sic in=
tutinas vt oret ꝛ laudet deū ꝓpt nūmos. Hec volun telligitur.
tas vel actio nō pōt eē nisi symoniaca ad quēcūqꝫ finē
referat. qm̄ orare vel laudare deū est res spūalis ꝛ im
p̄ciabilis. sicut volūtas qua ep̄us vult dare p̄bendaꝫ
ꝓpter nūmos est symoniaca. licet inde non velit hr̄e
nūmos nisi vt faciat ecclesiam propter deum.

Tertia questio tertij capituli.

Item querit vtrū ex vno motu caritat̄ informē
tur plura seq̄ntia. verbi gr̄a. Ponat ꝙ aliq̄s ꝓ=
ponat ex caritate se dare decē nūmos ꝛ primū det ex
caritate: ꝛ alios det successiue. ita tn̄ ꝙ tūc nō cogitat
actu de deo. Querit vtrū scḋa datio vel tertia sit me
Af ꝙ sic. ritoria. ꝓbat ꝙ sic: qꝛ ꝓcedit ex caritate. qꝛ ex ꝓposi
Euasio. to priori: ergo est meritoria. Si dicit ꝙ nō est meritoria:
ꝯ quam af. qꝛ nō refert actualr̄ ad deū. cōtra. Qn̄ iste dat elemo
sinā ꝓpter deū pri⁹ mouet i deū actu. postea cogitat
de datione elemosine ꝛ de elemosina actu: ꝛ tūc non
cogitat actu de deo. qm̄ nō possumus cogitare plura
actu: ꝛ tn̄ illa datio elemosinē est meritoria: ergo ad hoc
ꝙ aliqua actio sit meritoria nō oꝫ ꝙ agēs cogitet de
deo actu. ꝛ ideo nō opꝫ ꝙ referat actu illā actionē ad
deū ad hoc ꝙ sit meritoria. Si dicit ꝙ sit meritoria.
In oppo^m Cōtra. Cessāte causa cessat effect⁹. Sꝫ cessauit iperiū
caritat̄: ergo illa actio nō est ex iperio caritat̄: ergo non est
Solutio. meritoria. Solutio. Notādū ꝙ caritas mouet virtu=
Virt⁹ moti tē motiuā q̄ est in aīa. Virt⁹ aūt motiua q̄ est i aīa sci
ua q̄d est. licꝫ vis cōcupiscibilis vel irascibilis mouet virtutem
motiuā imperatiuā q̄ est in corpe. Illa aūt mouet la
certos ꝛ neruos: ꝛ sic fit mot⁹ volūtarie qui q̄diu du
rat ex eodē imperio meritori⁹ est. qꝛ ꝓcedit ex ipio
caritatis p̄sentis siue ex iperio cōcomitāte siue p̄eūte
Oēs igr̄ actiones siue dationes tā scḋa q̄ tertia ꝛ sic
de alijs meritorie sūt ex quo sūt ex iperio caritat̄. lꝫ
illđ iperiū p̄cesserit. Nec hꝫ locū in volūtarijs vel etiā
in causis efficiētib⁹ regula illa. Cessante cā cessat effe
ctus. tn̄ cōcedim⁹ hāc. Illa scḋa actio vel tertia actua
liter refert ad deū: nō actu ipi⁹ caritatis actualr̄ pre
cipiēte: sed actu q̄ tūc exercet qui ex iperio caritatis
p̄cedētis mouet ad finē caritat̄. Verū est igr̄ ꝙ q̄diu
hō mouet ex iperio caritatis p̄sent̄ tali motu moue
tur. lꝫ illud iperiū nō sit actualiter. Sꝫ si remouetur
iperiū caritatis tūc opꝫ aliud venire iperiū ad hoc ꝙ
actōes seq̄ntes sint meritorie. vt si aliq̄s mouetur ex
iperio caritat̄ vsqꝫ ad eccl'iam bti stephani. Iste mo=
tus est meritori⁹ sm̄ q̄libet sui partē. qm̄ est ex ipio
caritatis q̄ est p̄sentialiter in subiecto. licꝫ illđ iperiū
Nō diligēt p̄cesserit ꝛ nō sit. ꝛ lꝫ iste q̄ mouet moueat in aliud q̄
in deū. dū tn̄ nō cadat interim a caritate. Si enī cade
ret a caritate nullus mot⁹ esset ei meritori⁹. Si aūt
reuocat illud iperiū ita vt cesset mot⁹ ille ꝛ postea in
cipiat ali⁹ motus tūc opꝫ aduenire nouū iperiū cari=
Cōfirmatō tatis ad hoc ꝙ ille ali⁹ mot⁹ sit meritori⁹. Itē ponat
opinionis. ꝙ aliq̄s vouerit ex caritate se iturū ad sanctū iacobū
sed accelerat iter suū ex naturali pietate vt ibi videat
frēm suū quē diu nō vidit. inde sic. Illa actio quā ille
vadit ad sanctū iacobū aut est meritoria aut nō. ꝓba
tio ꝙ est meritoria: qꝛ est ex iperio caritatis. qm̄ natu
ralis pietas nō excludit caritatē: ergo est meritoria.
Cōtra hāc Cōtra. Q̄ ille modo it nō est ex caritate. qm̄ natura=
rōnem af. li pietate accelerat iter suū nō ex caritate: ergo nō ex ca=
ritate it modo: ergo nō est ei meritoriū ire mō ad sanctū
Solutio. iacobū. ergo hec actio nō est mō ei meritoria. Solutio.
Dicim⁹ ꝙ hec argumētatio nō valet. Nichil est meri
Fall'a figu= toriū qđ nō sit ex caritate. sed ꝙ modo it ad sanctū ia
re dictionis cobū nō est ex caritate: ergo nō est ei meritoriū. ꝛ est ibi
ꝯmutatio p̄dicamēti. Q̄ enī it est ex caritate. ꝙ tam
cito it nō est tantū ex caritate: sꝫ ex caritate ꝛ natura
li pietate. Simr̄ nō valet hec argumētatio. ꝙ iste mō
it ad sanctum iacobū non est ex caritate: ergo non est
Fall'a ꝯn̄tis ei meritoriū. Et est fallacia scḋm consequēs. qm̄ esse
meritoriū est superius ad esse ex caritate. Illud eniꝫ
quod pti est ex caritate parti ex naturali pietate me=
ritoriū est. vt ꝙ ille modo vadit ad sanctū iacobum
nec est ex caritate nec ex naturali pietate: sed ex illis
duobus.

Quartū capitulū de fine actionis.

Consequenter dicendū est de spūalib⁹ actionib⁹
quō informātur vel deformantur a suo fine. Et
primo. vtrū talis actio deformet a fine cupiditat̄. vi Pr̄ia q̄o.
det ꝙ nō. qm̄ apl's dicit. Siue ꝑ veritatē siue ꝑ occa= Af ꝙ nō ꝑ
sionē annūcietur xp̄s in hoc gaudeo: sed ꝛ gaudebo. apostolum
Ex hoc apl's gaudebat si xp̄s annūciabatur per occa=
sionē. Sed hoc est christū annūciari ꝓpter lucrū tem
porale: ergo apl's gaudebat si xp̄s annūciabat ꝓpter lu=
crum tēporale: ergo finis cupiditatis nō deprauat actio=
nem. qđ ptꝫ esse falsum. Illa enī actio symoniaca est In oppo^m
et ibi ponit impreciabile sub precio: igr̄ illa actio est
mortale peccatū. Solutio. Apl's gaudebat nō de eo Solutio.
ꝙ xp̄s annūciabatur per occasionē: sed de ꝯn̄ti scꝫ de
profectu audientiū qui inde proueniebat. sicut dicit
btūs iaco. Oē gaudiū existimate fratres cū in varijs
tēptationibus incideritis. Ibi dicit glosa. In varijs Glosa.
tēptationibus. i. in varijs cōcupiscētijs. Cōstat aūt ꝙ
btūs iaco. nō docebat eos gaudere de ꝓprijs motib⁹
cōcupiscētie ꝓpter se: sꝫ ꝓpter ꝯn̄s. i. ꝓpt victoriaꝫ q̄
inde sequit. Vnde apl's non dixit de hoc gaudebo: sꝫ
in hoc gaudebo. i. in ꝓfectu hmōi qui ꝓuenit ex hoc
vel pōt dici ꝙ apl's gaudebat de passione nō de actiōe Vl' pt̄ dici
gaudebat enī ex eo ꝙ xp̄s annūciabat. i. manifestaba
tur. licet occasione illius qui p̄dicabat ex cupiditate.
Si quis tn̄ vellet dicere ꝙ annūciat ꝛ annūciat idē si=
gnificāt sicut laudat ꝛ laudat. nulla hec solutio vltia Scḋꝫ aliq̄s
Sꝫ nō oportet hoc dici qm̄ manifestatio passio est ꝓ=
lacio vocū quibus exprimitur bonitas xp̄i. Scḋꝫ hāc
solutionē cum dr̄ christus annūciatur per occasionem
ab isto. Hec determinatio per occasionē determinat
verbū nō ratione passionis: sed ratione actionis. i. nō
secundum habitudinē quā habet ad nominatiuū: sed
quam habet ad ablatiuū.

Secunda questio huius capituli.

Secundo queritur. vtrū actio predicationis de=
formet a bono fine. qđ ꝓbat. posito ꝙ ille pau=
per nō habeat vnde sustētet ꝛ velit sustētari: ꝛ ex hac
voluntate predicat ad hoc vt ex predicatione sua ha=
beat vnde sustentet. queritur vtrū illa actio sit pecca
tū. Si dr̄ ꝙ sit peccatū. Contra. Hec predicatio actio Af ꝙ non.
non procedit ex mala arbore siue ex radice. qm̄ volū
tas qua ille vult sustentari est bona. nec refert ad ma
lum finē. qm̄ bonū est ei sustentari: ergo hec actio nō
est mala. Preterea. ille laborando in vinea vel in a= Secūdo
gro materiali causa lucri tēporalis vel vt inde susten
tetur non peccat. Talis ergo finis non deformat ta=
lem actionē: ergo nec illā. cum enī non sit mala nō fa
cit malum. Si forte dicit ꝙ licet ille finis in se sit bo Euasio
nus: tamen est indebitus respectu talis actionis. vi=
detur potius contrariū. qm̄ ei qui predicat debētur ꝯtra quā af
temporalia. Vnde apostolus. Si nos vobis semina=
uimus spiritualia. ꝛc. Et iterum. Cōmunicet autem Ad idem.
is qui cathezizatur ei qui se cathezizat in omībus bo
nis. Et p̄s. Sumite psalmū ꝛ date tympanum. Et in Psalmista
ecclesia. In diuisione sortis da ꝛ accipe. Et apostol⁹. In eccles.
Non alligabis os bouis triturātis. Sic ergo p̄dica= Paulus

tori debet sustētatio vite:ergo sustētatio vite nō est finis
Tertio. indebitus respectu predicationis:qm̄ ei debet. Pre
terea necessitas nō hʒ legē.necessariū est isti vt susten
tetur ⁊ nō hʒ vnde. Sit ita. Necessitas aūt facit de eo
Quarto qd alias esset peccatū mortale ꝙ nō sit peccatū. Itē
aliqs potest abstinere a pctō tantū causa vitādi penā
tēporalē: ⁊ sic abstinēdo nō peccat. Eadē rōne aliqs
pōt abstinere a malo causa habēdi aliqd bonū tpale
tantū nō peccādo. Similiter pōt facere bonū cā adi
piscendi bonū tēporale tantū nō peccādo:ergo aliqs po
test dare elemosinā causa adipiscendi bonū tēporale
tantū nō peccando. Eadē ratione pōt p̄dicare cā adi
In oppoᵐ piscendi bonū tēporale nō peccādo. Cōtra. Est mer
cēnari⁹:qr tantū pro lucro tēporali p̄dicat:ergo est pmit
tēdus. Sed permissio nō habet locū nisi vbi est pctm̄
Secūdo ergo ibi est peccatū. Preterea. Ille venit hac actōe
cōtra hoc p̄ceptū.gratis accepistis gratis date.ergo hec
Tertio. actio est peccatū. Itē iste ꝓpinat verbū dei cā tpalis
emolumētu:ergo vendit spūale vt habeat tēporale:ergo
Quarto. cōmittit simoniā.ergo peccat mortaliter. Itē aut debe
mus mādecare vt euāgelizemus:nō euangelizare vt
manducem⁹. Sed ille euāgelizat vt māducet:ergo pec
Quinto. cat. Preterea.si aliqs prebēdā daret ꝓpter nūmos
qb⁹ se sustētaret peccaret mortaliter:qr faceret simo
niā. Eadē ratione.iste cōmittit simoniā qui p̄dicat vt
Solutio. habeat vn̄ sustētet.qd cōcedimus.qm̄ predicatio/cō
secratio/oratio/actus baptizādi: ⁊ hmōi sūt opa pri
uilegiata ⁊ spūalia ⁊ de re spūali.de qbus p̄cipit.gra
tis accepistis gratis date.⁊ ideo nō possūt fieri causa
Ad primū. lucri tēporalis. Ad primū dicimus ꝙ predicatio qua
ille predicat vt sustentetur duplicē hʒ radicē siue du
Duplex ra plicē arborē vnde nascit. Pria radix est volūtas qua
dix actus. vult sustētari simplr: q̄ bona est. Scda radix est volū
tas q̄ nascit ex predicta volūtate ⁊ libero arbitrio.s.
volūtas qua vult p̄dicare vt sustētetur.⁊ hec volun
tas est mala ⁊ simoniaca. ⁊ ex hac tanq̄ ex mala arbo
re ꝓcedit prauus act⁹ predicādi simoniacus q̄ malus
est.qm̄ ponit ipreciabile sub precio:⁊ ita cōtēnit do
Ad scdm̄ nū dei ⁊ deū in suo dono. Ad scdm̄ dicim⁹ ꝙ nō est si
mile de fossione in vinea vel in agro ⁊ de p̄dicatione
qm̄ fossio est actio corpalis:⁊ ideo bene cadit sub p̄
Ad tertiū. cio tēporali. Ad tertiū dicimus ꝙ sustētatio tpalis
non est finis debitus predicationi: sed est res debita
p̄dicationi.nō res quā debet acqrere ex p̄dicatione:
sed res quā meret ex p̄dicatione. vn̄ apls. Qui arat
in spe debet arare.i.q̄ predicat dʒ predicare in spe ha
bendi necessaria.nō tn̄ pro spe habendi illa.vn̄ dn̄s in
euāgelio. Dignus est operari⁹ mercede sua vel cibo
Ad quartū suo. Ad quartū dicim⁹ ꝙ quedā sūt ꝓhibita:qr mala
et quedā mala:qr ꝓhibita. In scdo gn̄e necessitas ex
cusare pōt. Unde necessitas excusauit dauid qm̄ come
dit panes ꝓpositiōis.qm̄ comedere tales panes non
est malū in se:sed qr ꝓhibitū. Sili discipuli excusant
per necessitatē qua cōfricabāt spicas ⁊ comedebant.
Sed vbi est aliud malū in se:necessitas excusare non
potest. Unde cū velle p̄dicare ꝓpter tēporale sit ma
lum in se: necessitas in hoc casu excusare non potest.
Ad vltimū Ad vltimū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet.
Aliquis potest dare elemosinā causa adipiscēdi bo
num tēporale nō peccādo: ergo eadē ratōne p̄dicare
qm̄ elemosinā dare ē res corporalis ⁊ actio corpalis
et de re corpali. ⁊ iō pōt fieri ꝑ re tpali sine pctō.⁊ iō
non est simile quod inducitur pro simili.

¶ Tertia questio huius capituli.

Tertio querit vtrū actio p̄dicādi sit pctōri mor Af ꝙ sic ꝑ
tale peccatū.qd videt.qm̄ sup illū locū ps. pec glosam.
catori dixit de⁹. quare tu enarras iusticias meas. di
cit glosa. Nō debet laudare cui obuiat cōsciētia:ergo ta
lis nō debet laudare siue p̄dicare:ergo peccat. Pre Secūdo
terea.mercēnario obuiat cōscia: igr mercēnari⁹ non
debet p̄dicare.igr ꝓhibēdus est a p̄dicatione: nō igr
tollerādus. Itē sup illud. ⁊ assumis testamētū meū Tertio per
ꝑ os tuū. dicit glosa.ꝑ os tuū pollutū:igr talis pro aliā glosaʒ
fert verbū dn̄i ꝑ os suū pollutū. ⁊ ita polluit nomen
dn̄i q̄tū in se est:ergo peccat mortaliter.igr est ꝓhibēd⁹
nō ergo tollerādus. ⁊ ita mercēnarij nō sūt tollerādi
Itē predicare/cōficere/sūt opa priuilegiata: igr sicut Quarto
peccat aliqs mortaliter cōficiendo si ei obuiat cōscia.
ita p̄dicando.⁊ ita mercēnari⁹ predicādo peccat:⁊ iō
est ꝓhibendus:⁊ ita vt prius. Itē sup illū locū. Non Quinto ꝑ
est speciosa laus.⁊c.dicit glosa. Nō est speciosa:qr nō vnā glosaʒ
est missus. Sed si nō est missus peccat predicādo.qm̄
apls dicit. Quō predicabūt nisi mittātur:⁊ ita mer
cēnarius peccat.⁊ inde vt prius. Itē apls dicit. Casti Sexto.
go corpus meū ⁊ in ser.re.ne forte ⁊c.glosa. Non di
cit cū alijs legerim. Sed dicit.ne forte cū alijs predi
cauerim. Ex hoc videtur ꝙ ille q̄ nō castigat corpus
suū potest alijs legere:sed nō predicare.⁊ ita mercen
narius nō potest predicare vt pri⁹. Contra. Sup epi In oppoᵐ
stolā ad philippē. distingūtur tria gn̄a predicatorꝝ.s.
pastores/ mercēnarij/fures. Pastores sūt amplectē
di.mercēnarij tollerandi. fures eiciendi.ergo mercēna
rij sunt tollerandi ⁊ nō eiciendi.qd probatur per hoc
qd dicit dn̄s in euāgelio cū discipuli dixissent ei. Dn̄e
vidimus quēdaʒ in noīe tuo demonia eiciētem:sʒ nō
sequtur nos.⁊ ideo ꝓhibuim⁹ eū.dixit eis dn̄s Nolite Dn̄s i euā
ꝓhibere. qm̄ qui me p̄dicat non male loqtur de me. gelio.
Qui nō est cōtra nos pro nobis est.⁊ dicit glo. Null⁹ Glosa.
est arcēdus a bono qd hʒ:sed ꝓmouēdus ad bonum
qd non hʒ. Solutio. Mercēnari⁹ est tollerādus ꝓpt Solutio.
fructū p̄dicationis. Ad illud qd obicit. Pctōri dixit Ad primū.
de⁹ ⁊c.dicim⁹ intelligendū de manifestis siue notorijs
pctōrib⁹ quorꝝ p̄dicatio gn̄aret scandalū.vt si habeat
fornicariā aperte ⁊ hortet cōtinētiā peccat mortalit.
qm̄ gn̄at scādalū.⁊ ideo ꝓhibēdū est ne talis p̄dicet.
Qd aūt dicit dn̄s. Nolite ꝓhibere:dupliciter soluit Illud post
vel qr occultū erat eis ꝓpt quē finē p̄dicabat ille.vel oppoᵐ sol
qr p̄dicabat bono fine.lʒ illi nescirēt. Ad illud qd dʒ uit dupl̄r.
ꝓhibet laudare cui obuiat ꝯscia. Dicim⁹ intelligēdū Ad aliud.
de illo cui⁹ pctm̄ est notoriū. qm̄ duplex ꝯscia pcti et
p̄dicādi obuiat.qm̄ ꝯscia dictat ei ꝙ nō dʒ p̄dicare:qr
scādalizat. Ad alid dicim⁹ ꝙ hec argumētatio nō va Ad aliud
let. Iste ꝓfert nomē dn̄i ꝑ os pollutū: ergo polluit no
mē dn̄i q̄tū in se est:qr nō ꝓfert nomē dn̄i ꝑ os pollu
tū inq̄tū pollutū:qr ex bona volūtate ꝓfert. Si aūt
praua cōscia ⁊ ex praua volūtate ꝓferret ipm̄ pollue
ret ipʒ q̄tū i se ē.⁊ talis mercēnari⁹ bn̄ dʒ remoueri a
tali p̄dicatiōe.vn̄ sup illud.quare tu enarras ⁊c.dicit
glosa.i.cōi sermone ad populū narras. Ad aliud dici Ad aliud
mus ꝙ sunt q̄dā opera spūalia necessitatis: vt bapti
zare orare: ⁊ ideo ista possūt fieri in pctō mortali:licʒ
illd peccatū sit notoriū. Sūt etiā q̄dā opa excellētissi Triplex o
ma:vt cōsecrare.qd nō pōt aliqs facere ꝯsci⁹ mortalis pus.
sine mortali.qm̄ ꝓhibet ne qs accedat indign⁹ ad mē
sam dn̄i ꝓpter dignitatē cibi qui sumit ibi. Sūt etiā
opera spiritualia media:vt p̄dicare.que propter fru
ctuʒ fieri possūt in pctō mortali nō notorio.quoniam
si esset notorium impediretur fructus predicationis

Ad aliud. Ad aliud dicimus ꝙ licet mercēnarius nō sit missus
Ad aliud tamē est permissus ꝓpter fructū quē facit. Ad aliud
dicimus ꝙ qui publice predicat ⁊ corpus suū nō ca
stigat reprobat a dn̄o. Lectio aūt.i.inspectio librorꝝ
nō est ei ꝓhibita nec alij q̄tūcunq3 sit peccator: sed le
ctio solēnis introducit ei sicut predicatio.

Cōtra dctā Secundū hoc videtur ꝙ pinguissimus p̄dicās ie
af ꝑ hiero. iunū peccet mortaliter. Qd videt velle hiero.
dicēs. An nō confusio est ⁊ ignominia xp̄ʒ pauperē ⁊
mendicū fartis predicare corporibus ⁊ ieiunorꝝ do
ctrinā rubētes buccas tumētiaq3 ora ꝓferre.⁊ ita vi
Eodēmō. detur ꝙ talis predicator peccet mortaliter. Eadē ra
⁊ est confir tiōe q̄ hʒ duas p̄bendas ⁊ predicat pauptatē xp̄i: pec
matio. cat mortaliter.eadē ratione epi de quib⁹ cōstat ꝙ sūt
diuites peccāt mortaliter p̄dicādo pauptatē christi.
Solutio. Quod dicit hiero. intelligendū est de illis q̄ viuēdo
deliciose se ipinguāt.tales peccāt mortaliter p̄dican
do:qr scādalisant. Sūt aūt quidā pingues naturalit
q̄ bene possūt p̄dicare nisi generēt scādalū:⁊ maxime
vbi noti sūt.sed cauere debēt ne illi q̄ noscūt eos scan
Exponit il dalizent:qr cām scādali portāt secū. Qđ autē dicitur
lud dictuʒ. Nō est speciosa laus.⁊c.sic est intelligendum.i.meri
toria.vel nō est speciosa.i.cōuentēs:qr laudās non cō
uenit cum laudato.

Cōtra vnū Dictū est ꝙ mercēnari⁹ est tollerādus. Sʒ ꝓbat
dictū prius ꝙ est amplectēdus.qm̄ sup illū locum luce.fac
af ꝑ glosā. me sicut vnū de mercēnarijs tuis.dicit glosa. Seru⁹
est q̄ timore pn̄tis pene vite vel future tēperat se a vi
cijs. Mercēnari⁹ qui spe ⁊ desiderio regni celorꝝ. Fi
lius q̄ amore virtutū succensus q̄cq̄d est cōtrariū illis
detestat.vn̄ fili⁹ ꝓdigus in se reuersus famis suppli
ciū timēs statū mercēnarij cupiebat. Sʒ pater nō cō
tent⁹ minora cōcedere pristine dignitati filiū restituit
Et ita mercēnari⁹ est qui spe ⁊ desiderio regni celestis
tēperat se a vicijs. Sʒ tales sūt amplectēdi: ergo mercē
Secundo. nari⁹ est amplectēdus. Itē mercēnari⁹ abstinet a pec
cato amore regni.fili⁹ amore virtutū. Sʒ regnū ē di
gni⁹ ⁊ meli⁹ q̄ virt⁹:ergo meli⁹ est abstinere a pctō amo
re regni q̄ amore virtutis.ergo stat⁹ mercēnarij melior ē
Solutio. q̄ stat⁹ filij.qd est ꝯtrariū tā textui q̄ glose. Solutio
mercēnari⁹ Mercēnari⁹ multipl̄r accipit.qn̄q3 enī mercēnari⁹ dr
multiplex oīs ille q̄ predicat:sʒ nō ex caritate q̄ est in pctō mor
tali.lʒ predicet ꝓpter deū. Scdo modo dr mercēna
rius qui tm̄ p̄dicat cā lucri vel ianis glīe. Tertio mō
dr mercēnari⁹ q̄ seruit deo spe ⁊ desiderio regni celo
rum.scdm̄ hoc accipit hic.prim⁹ nō meret nec deme
Pʒ solutō retur.scds demeret.terti⁹ meret ⁊ est amplectēdus.
ad primū Per hanc distinctionē pʒ solutio ad primo obiectū
Ad scdm̄ Ad scdm̄ dicim⁹ ꝙ amor mercēnarij est cōcupiscētia
q̄ desiderat hr̄e deū ⁊ frui eo. Et ideo dr mercēnari⁹:
qr suā vtilitatē q̄rit. Amor vero filij est amicitia qua
diligit deū ⁊ vult ei bonū q̄uis nō esset habiturus eā
lʒ tn̄ sibi nulla sit vtilitas. Et ille amor filij q̄ est ami
citia melior est ⁊ gratior deo:qr magis gratuit⁹ q̄ a
mor p̄dict⁹ mercēnarij q̄ est cōcupiscētia q̄ tn̄ bon⁹ est
et gratuit⁹ lʒ ꝑ eū querat hō suā vtilitatē.⁊ hoc ideo
qr nichil facit suā vtilitatē nisi deū. Distiguēda est ergo
illa ꝓpositio:amor regni est melior q̄ amor virtutis
Amphibo Est enī duplex ex amphibolia:qr amor virtutis pōt di
lia. ci amor quo diligitur virt⁹:⁊ sic vera est. vel pōt dici
amor virtutis amor quo virtute diligit de⁹:⁊ sic falsa
In hoc sensu accipitur in predicta auctoritate.

¶ Quarta questio huius capituli.

Ultimo querit vtrꝝ inanis glīa q̄ est pctm̄ venia
le deformet p̄dicationē ⁊ faciat eā pctm̄ veniale
ꝓbat ꝙ sic.qm̄ vana glīa mortalis aduenēs p̄dicatōi Af ꝙ sic.
facit eā pctm̄ mortale:ergo eadē ratione vana glīa venia
lis aduenēs p̄dicatiōi facit eā peccatū veniale. Sed
p̄dicationi aplorꝝ adueniebat inanis glīa:qr cōtrahe
bant puluerē in pedib⁹.ergo apostoli p̄dicādo peccabāt
venialiter.qd falsū est: imo merebant. Solutio. Si Solutio.
aliqs incipiat p̄dicare bona volūtate ⁊ postea occasiō
ne p̄dicationis gloriet de hoc ꝙ bene p̄dicauit. talis
gloria nō facit predicationē peccatū: siue sit venialis
siue sit mortalis. Sʒ si vana glīa moueat hoīeʒ ad p̄
dicādū vt p̄dicatio referat ad finē inanis glīe:tūc p̄di
catio illa est mortale peccatū. Nō enī credim⁹ ꝙ ianis
glīa q̄ est veniale peccatū posset mouere illū ad p̄dicā
dum qui hʒ caritatē.sic enī dormiret caritas. Predi
catio enī est de deo ⁊ de his q̄ dei sūt. Et ideo cū prio
ꝓponit predicare statim mouet caritas q̄ fortior est
in infinitū q̄ inanis glīa venialis. vn̄ pʒ ꝙ hec argu Ad primū.
mētatio nō valet. Inanis glīa mortalis p̄dicationem
prius meritoriā pōt facere pcm̄ mortale: ergo ianis glīa
venialis p̄dicationē pri⁹ meritoriā pōt facere pctm̄ ve
niale.qm̄ per mortale pctm̄ excludit caritas non p ve
niale. Unde aliqs pōt incipere predicare bona volun
tate.sed p̄dicationē illam postea refert ad inanē glo
riam.tunc predicatio illa efficitur mortale pctm̄ scdʒ
vltimā sui partē. Talē potentiā nō posset hr̄e inanis
gloria venialis vt predicationē meritoriā referret ad
suū finē. Impossibile est etiaʒ ꝙ aliqs p̄dicet partim
ex caritate partim ex inani glīa:qr nulla est cōuentio
xp̄i ad belial. Sed bene posset esse in eo qui nō hʒ ca
ritatē ꝙ predicaret partim ꝓpter deū partim ꝓpter
inanē gloriā.vt hō ꝯstituat sibi duos fines. ⁊ pōt esse
ꝙ illa predicatio sit mortale peccatū vel veniale:sm̄
ꝙ inanis glīa est venialis vel mortalis. Utrū aūt non Dubium
habens caritatē ex sola inani glīa veniali pōt p̄dicare
pōt dubitari. Sʒ credim⁹ ꝙ bene possibile est ꝙ tāta Opinio do
sit inanis glīa venialis q̄ preoccupet amorē dei natu ctoris.
ralē et moueat ad predicandum.

¶ Capitulum quintū.

Quinto capitulo querit vtrū opus cōmēsuretur Prima qō
scdm̄ intētionē. Quod videt. qm̄ sup illū locū Af ꝙ sic ꝑ
mathei. Bonus hō de thesauro suo ꝓfert bona.sunt glosas
due interlineares quarꝝ vna est hec. q̄tū boni intēdis
tantū boni facis. Altera est. q̄tū mali intendis tantū
facis. Ex his duabus colligitur tertia regula gn̄alis.
q̄tū intēdis tantū facis. Cōtra hanc regulā sic obicit ꝯ hāc regu
Ponatur ꝙ ille cōmittat simplicē fornicationē ⁊ cre lam af.
dit ꝙ talis fornicatio nō sit mortale peccatū:sed tātū
veniale. Inde sic. Quātū ille intendit tantū facit:sed
ille intendit peccare venialiter:ergo peccat venialit.
Preterea si aliquis intendit peccare mortaliter pec Secūdo
cat mortaliter: ergo multo fortius qui intendit pec
care venialiter peccat venialiter. cū deus pronior sit
ad remunerandū vel miserandū q̄ ad dānandū: igit
cum ille intendit peccare venialiter peccat venialiter
Contra. Apostolus dicit. Ignorās ignorabitur.hoc ꝯ hoc af.
autem intelligitur de ignorantia iuris diuini qd ma
gis hō tenet scire. Sʒ scdʒ ius diuinū oīs fornicatio
est mortale pctm̄:igr nō ignorātia excusat illū q̄n pec
cet mortalit:igr ipe peccat mortalit.nō ergo venialit

Solutio
Hec ē multiplex.

Sed ille intēdit peccare venialiter. nō igiť q̄tū intendit tantū facit. Solutio. Hec est multiplex. q̄tū intēdis tantū facis. qꝛ hec dictio q̄tū potest teneri aduerbialiť. ⁊ sic ēt est duplex: qꝛ hec dictio q̄tū pōt notare q̄titatē intēsiōis vt sit sensus. q̄tū intēse intēdit aliq̄s agere bonū vel malū. tantū bonū vel malū facit: ⁊ sic falsa. qꝛ nō tantūmodo penes intēsionē intentionis attēdiť bonitas vel malitia actionis. Sꝫ penes alias circūstantias attēditur malitia. Bonitas vero potiꝰ penes radicē. Uꝫ hec dictio q̄tū potest notare q̄titatem qualitatis vt sit sensus q̄tū bona vel mala est intentio: tā bona vel mala est actio: ⁊ ſm hoc est vera.

Ambrosiꝰ.

Hoc enī est qđ dicit btūs ambro. Affectus tuꝰ operi tuo nomen iponit: qꝛ si bonꝰ est affectꝰ bonū est opus si malus: malū. vel ille dictiones tantū q̄tū possūt teneri noīaliter in accusatiuo casu vt sit sensus. Quātū intendit aliq̄s facere tantū facit: ⁊ est idē sensus siue determinet trāsitionē huiꝰ verbi intendit siue determinet hoc verbū facere subintellectū. Et ſm hoc falsa est ſm ꝙ intelligitur pro bono: qꝛ q̄titas bonitatis non attēditur tantū penes illud qđ intēdiť: sꝫ potius penes radicē. vn̄ nō sequiť. Si intēdis multū mereri multū mereris: vel si intēdas parū mereri paꝝ mereris. Sed ſm ꝙ intelligitur in malo ⁊ ascēdendo ⁊ in genere vera est: vt sit sensus. Si intēdis multū peccare multū peccas. vn̄ pꝫ ꝙ hec argumētatio nō valet.

Ad primū.
Falsa vniuocationis

Quātū iste intēdit tantū facit. sꝫ ille intēdit peccare venialiter: ergo peccat venialiter ipediente fallatia vniuocationis: qꝛ ille dictiōes tm̄ q̄tū nō tenebātur priꝰ nisi pro q̄titate pcti mortalis. ⁊ cōcludit ac si tenereť pro q̄titate pcti venialis.

Ad aliud.

Silr nō valet hec argumētatio. Si q̄s intēdit peccare mortaliter peccat mortaliter: ergo si q̄s intēdit peccare venialiter peccat venialiter. qm̄ sola intētio mortalis facit mortale. sed non sola intētio venialis facit veniale peccatū: qꝛ nō solū illud qđ intendiť facit ad q̄titatē pcti: sed etiā genus pcti ⁊ alie circūstantie. vn̄ pꝫ ꝙ si illa ꝓpositio intelligiť in descēsu falsa est. qꝛ non sequiť. Si ille intēdit tantū peccare q̄tū peccauit lucifer tantū peccat. qꝛ in hoīe est circūstantia diminuēs peccatū q̄ nō fuit in lucifero. s. fragilitas nature et fragilitas pene. sicut dicit dn̄s in geñ. non permanebit spiritus meus in homine: quia caro est.

Dn̄s i geñ.

ITem sint hic duo quoꝝ vnꝰ cōmittat adulteriū alius simplicē fornicationē. Sꝫ ambo credūt se cōmittere simplicē fornicationē. nec alter eoꝝ hꝫ intentionē faciēdi adulteriū. ⁊ in oībus sūt pares. preterq̄ in hoc ꝙ vnꝰ cognoscit cōiugatā: aliꝰ solutā.

Iterum arḡ

In de sic. q̄tū aliq̄s intēdit tātū facit: sꝫ isti duo intēdūt equaliť peccare. qꝛ nō intēdūt nisi fornicari: ergo equaliter peccāt.

In oppoᵐ
Opinio aliquorum
ꝯ hanc arḡ.
Secundo.

Cōtra. Unus adulterať: aliꝰ fornicať. sed adulteriū est peccatū maius in gn̄e q̄ fornicatio: ergo cū oīa alia sin paria magis peccat q̄ adulteratur q̄ qui fornicať. qđ cōcedūt quidā. Sꝫ cōtra. Ubi est par cōteptꝰ est par peccatū. sed ibi est par cōteptus: ergo equaliter peccāt. Itē genus pci nō augmētat peccatū nisi inq̄tū neglectū. qđ ꝓbať per hoc: qꝛ si aliq̄s cognoscit nō suā credēs cognoscere suā adhibita oī diligētia quā potest et debet nō peccat. sicut dicit btūs ambrosius. ⁊ isti duo pariť negligūt genꝰ peccati: ergo equaliter peccāt q̄tum ad genus peccati. ⁊ q̄tum ad alia est omimoda paritas: ergo simpliciter isti equaliter peccant. qđ concedimus hac ratione.

Ambrosiꝰ.
Solutio.
Ad primū.

Nec valet hec argumentatio. Iste adulteratur. ille fornicatur et alia sunt paria: igitur qui adulteratur magis peccat q̄ qui fornicatur. qm̄ talis argumentatio teneret in simplici adulterio ⁊ in simplici fornicatione. Simplex adulteriū dico quādo aliq̄s adulteratur: et scit se adulterari. Similiter simplicē fornicationē dico quādo aliquis fornicatur: et scit se fornicari sciens se cognoscere solutā. In talibus enī semper verū est ꝙ adulteriū est maius fornicatione aliis paribus. Sed vbi est mixtū adulteriū ⁊ mixta fornicatio. s. vbi ignoratur genꝰ peccati ⁊ negligiť. ibi potest esse ꝙ adulterū ⁊ fornicatio sunt equalia peccata. etiā aliis paribus. ideo quia equaliter negligitur genus peccati.

Duplex adulterium.
Arḡ inq̄stie

Item sint hic duo quorum vnus intendit fornicari: sed in rei veritate adulteratur. Alius autē intendit adulterari: sed fornicatur. Queritur quis istoꝝ magis peccet. videtur ꝙ qui adulterať: qꝛ in eo est genꝰ peccati maius. ⁊ alie circūstantie sunt pares: qꝛ circūstantie persone sunt pares. qꝛ vterq̄ laycus: ⁊ attributa cetera sunt paria. Sit ita: ergo primus qui adulteratur magis peccat.

Secūdo
Euasio.
ꝯ hoc arḡ

Itē adulteriū est maius peccatū in gn̄e q̄ simplex fornicatio. Primus cōmittit adulteriū. secūdus simplicē fornicationē: ergo primꝰ magis peccat q̄ secūdus. Forte dicet ꝙ secūdus non cōmittit simplicē fornicationē: qꝛ cōmittit adulteriū in voluntate. Sed cōtra. Probatur ꝙ maius est adulterium in re q̄ in volūtate sola. qꝛ qui cōmittit adulteriū in re: ⁊ in se peccat ⁊ in proximū. Qui aūt cōmittit adulteriū sola volūtate in se peccat ⁊ nō in proximū: ergo aliis paribus magis peccat qui adulteratur in re q̄ qui volūtate sola. ⁊ ita primus magis peccat q̄ secūdus.

In ꝯrium.
Secundo.
Tertio.

Contra. Ubi est maior contēptꝰ maiꝰ peccatū. Sed secūdus magis contēpnit: ergo magis peccat. Itē secūdus intendit facere maius peccatū q̄ primus. qm̄ intēdit adulterari: ⁊ primus nō intēdit nisi fornicari. Sed q̄tum intendit vterq̄ tantum peccat: igiť secūdus magis peccat q̄ primus. Itē anteq̄ voluntates istoꝝ exeāt in actū secūdus magis peccat q̄ primus. qꝛ maius peccatū est volūtas adulterādi q̄ volūtas fornicādi. Sed sicut se habet volūtas ad voluntatē. ita actus ad actū. Si volūtas secūdi ē maius pctm̄ q̄ volūtas primi: ergo actus secundi est maius peccatū q̄ primi. ⁊ ita scđs magis peccat q̄ primus.

Solutio.
Ad primū.
Ad scđm.

qđ concedimus his rationibus. Ad primū dicimus ꝙ circunstantie nō sunt pares. quia quedā circūstātia est in scđo q̄ multū aggrauat pctm̄ ⁊ facit ꝙ scđs magis peccat q̄ primꝰ. Illa aūt circunstantia est opinio qua scđs opinať se adulterari. Ad ſm dicimꝰ ꝙ licet primus peccet in ꝓximū ⁊ in se. secūdus in se et nō in ꝓximū: tamen secundus magis peccat. qꝛ lꝫ non peccet actu in proximū: tamen voluntate peccat in proximū. qđ maius est peccatū q̄ peccare in proximū solo actu sine intentione. qm̄ ꝙ actio sit mala habet a voluntate: non ecōuerso. et ideo cum voluntas secundi sit peior: actus eius est peior.

Iterū ꝯra aliud dictū arguitur.
Secūdo

ITem dictum est ꝙ hec ꝓpositio: q̄tū intēdis tantum facis est falsa in bono secundū vltimā significationem. Sed probatur ꝙ est vera in bono. quia super predictum locum dicit interlinearis. quantum boni intendis tantum facis. ⁊ in hac auctoritate non potest intelligi tantum nisi nominaliter. Item deus est pronior ad remunerandum q̄ ad condemnandum. Sed deus magis cōdemnat illum qui magis intēdit peccare: ergo deus magis remunerat eum qui magis intēdit mereri: ⁊ ita ꝓpositio intelligēda est in bono.

In oppoᵐ
Solutio.
Ad primū

Contra. Meritū attēdiť penes radicem tantū: ⁊ pōt esse ꝙ habēs maiorē caritatē intēdat minus mereri: ⁊ habēs minorē intendat magis mereri igitur non q̄tū intēdit mereri aliq̄s tantū mereť: igiť illa ꝓpositio falsa est in bono. qđ cōcedimus. Et dicimus ꝙ illa interlinearis sic est exponenda. q̄tū boni intendis tantū facis. i. q̄tū boni est in intētione tantū bona est actio. i. q̄ bona est intentio tā bona est actio vt reducať ad scđam significationē.

Ad scđm

Ad scđo obiectū dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. Deꝰ est ꝓnior ad remunerandū q̄ ad condēpnandū: sed magis condēpnat illū qui magis intēdit peccare: ergo magis remunerat eū q̄ magis intēdit mereri. Et hoc ideo: qꝛ meritum attēdiť penes radicē tantū: nō scđm intentionē. Demeritū aūt ⁊ scđm intentionē ⁊ scđm circunstātiā.

Arḡ inq̄stie

Itē sint hic duo habētes pares caritates quoꝝ vnus vult ieiunare ⁊ ieiunat ꝓpter remissionē pctoꝝ suoꝝ. Aliꝰ silr dat elemosinas ꝓpť remissionē pctoꝝ suoꝝ. Sꝫ ille q̄ ieiunat credit se facere maius opus ⁊ maiꝰ meritū q̄ faciat. Si ille qui dat elemosinas tantū intendit q̄tuꝫ facit. queriť quis istoꝝ mereť maiorē remissionē pctoꝝ. videť ꝙ primus scꝫ ieiunās qꝛ intēdit maius bonū facere q̄ alius ꝓpter remissionem pctoꝝ. Sed q̄tum bonū intendit aliq̄s tantū bonū facit: igiť primus maius bonū facit ꝓpter remissionē pctoꝝ q̄ secūdus. ergo primꝰ mereť maiorē remissionē pctorū q̄ secūdus.

Secūdo
ꝯ hoc arḡ.

Preterea hec regula est vera. q̄tū bonū intendis tantū facis. Sed cōstat ꝙ non tenet in merito premii: qꝛ nō sequiť q̄tū premiū intēdis mereri tātū mereris. Restat ergo ꝙ regula illa habet locū in merito dimissiōis pene. aliter nusq̄ haberet locū. Sꝫ primus intendit maiorē remissionē pctoꝝ: ergo mereť maiorē remissionē pctoꝝ. Cōtra. Scđs facit opꝰ meliꝰ qđ meliꝰ est q̄ ieiuniū. qꝛ sicut dicit apls. Exercitatio corporis ad modicū valet. pietas aūt ad oīa: ergo secundus facit maius opus ꝓpter remissionē pctoꝝ q̄ primus.

Solutio.

tes. ⁊ in tantũ hõ dꝫ honorificari q̃tũ est filius deo: vt hec
sit mẽsura q̃tũ p̃cise hõ dign⁹ sit honorificari q̃tũ ẽ deo
filis. qm̃ tãtũ nobilis ⁊ alti gñis est q̃tũ est filius deo.
Debem⁹ tñ magꝭ honorare p̃latos ꝓpt̃ duas cãs. s. qr i *q̃re magis honorãtur p̃lati.*
eis magis dꝫ relucere dei similitudo ꝑ verã doctrinã et
bonã vitã: ⁊ ꝓpter vitandũ scãdalũ. Ideo dicit aplꝭ
Cui honorẽ hono. ⁊c. Ro. xiij. Diuites etiã magꝭ de *Diuites sũt honorãdi.*
bem⁹ honorare q̃ pauperes ꝓpter scãdalũ vitãdũ tãtũ
Ex hoc ptꝫ ꝙ hec argumẽtatio nõ valet. Magꝭ debe *Ad aliud.*
mus honorare diuites q̃ paupes: ergo diues est magꝭ ho-
norandus siue dign⁹ honorari q̃ paup. Per hoc etiã
ptꝫ ꝙ q̃ magꝭ honorat diuitẽ tãtũ mõ intuitu diuitiaꝝ
acceptor est ꝑsonaꝝ. qm̃ hoc est ex cupiditate qua ho
mines honorãt diuitias in hoib⁹ et p̃ponũt imagini
dei q̃ est in paupe. Tales redarguit iacob⁹ in p̃dicta
auctoritate. Ad auctoritatẽ aug. dicim⁹ ꝙ añs ponit *Ad augu-*
ꝑ ꝯñte hic. Nullus peccat nisi cũ apud semetipm ita
iudicat: vt ei tãto melior. i. dignior honore q̃to di-
tior videt. In hoc eñ peccãt acceptores ꝑsonaꝝ: qr iu
dicãt aliquẽ magꝭ honorãdum ꝓpt̃ diuitias. i. dignũ
honorari. qd̃ falsũ est. cũ tantũ ꝓpter imaginẽ vel si-
militudinẽ dei sit honorandus. Diuitie enĩ nõ se hñt
in aliqua ꝓportione ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ dei sicut
pũct⁹ ad lineã. vnde ꝓpt̃ eas nõ est aliqs magꝭ hono
rãd⁹. Ideo cũ aliqs ꝓpt̃ eas tãtũ aliquẽ plus hono-
rat alio derogat imagini dei. Seq̃tur. vtrũ ꝓpter cõ
sanguinitatẽ aliquis sit preponẽdus aliũ in spiritualĩ
bus ita ꝙ nõ sit acceptio personarum.

¶ Secunda questio. vtrum propter consanguinitatem. ⁊c.

Sic obicit. Sit hic duo equalis meriti prorsus *Ar̃ ꝙ non.*
excepto ꝙ alter est cõsanguine⁹ hui⁹ epi. io iste
ep̃s dat ei p̃bendã poti⁹ q̃ alteri. Videt ꝙ ille ep̃s in
hoc sit acceptor ꝑsone. qm̃ p̃ponit istũ illi ꝓpter cãm *In oppo^m*
indebitã. s. ꝓpter cõsanguinitatẽ tãtũ. Cõtra. Aplꝭ dr *ꝑ paulum.*
maxime aũt ad domesticos. Preterea. sine cõsangui *Secundo.*
nitate posset preferre istũ illi: igit ⁊ cũ ꝯsanguinitate *Tertio.*
Preterea. ordinata caritas est ꝙ magis diligam⁹ do
mesticos q̃ extraneos: ergo iste nõ peccat preponendo
consanguineũ suũ illi cũ in aliis sint pares. qd̃ conce- *Solutio.*
dimus. Et dicim⁹ ꝙ hec est falsa. Iste preponit istum *Ad argumẽ*
ꝓpter causam indebitã. qm̃ cõsanguinitas cũ equali *tũ añ oppõ*
merito est causa debita qua dꝫ eũ preponere ei: ⁊ ta- *situm.*
lem attẽdit ep̃s ille. aliter esset acceptor ꝑsone. Sed
si cõsanguineus ei⁹ esset minoris meriti: tunc esset ac-
ceptor ꝑsone. qm̃ preponit in spũalibus vbi causa spi-
ritualis preponẽda est carnali.

¶ Tertia questio. vtrũ propter nobilitatẽ sit aliquis alteri preferendus.

Obicit. Sint hic duo quoꝝ vn⁹ est ignobilis bene *Ar̃ ꝙ non.*
litterat⁹: alter nobilis illitterat⁹. videt ꝙ prim⁹
sit p̃ferẽdus. qm̃ custos est melior. s. aiaꝝ quaꝝ vna ẽ
melior toto mũdo. Preterea. dñs ꝓhibet in leuitico *scd̃o ad idẽ*
ne eunuchus intret in ecclesiã dei. Sꝫ talis illitterat⁹
est eunuch⁹ nõ potẽs gñare filios spũales: ergo nõ ẽ p̃fe-
rẽdus alteri. Cõtra. Talis nobilis melius pacẽ eccle *In oppo^m*
sie conseruat ⁊ melius resistit lupo venienti: ergo est
p̃ferẽdus. Dicim⁹ ꝙ talia sũt excedẽtia ⁊ excessa. qm̃ *Solutio.*
ignobilis litteratus qñq̃ dꝫ p̃poni. vt quando ecclia
hꝫ sufficiẽter alias ꝑsonas defendere potẽtes eccliaꝫ.
vt totũ corpus ecclie non sit vnũ mẽbrũ. qr sicut dicit

apostolus. Si totuz corpus ecclesie esset oculus vbi
manus? nobilis qñqꝫ pponẽdus est: nõ ꝓpter nobili-
Nõ diligẽt tatẽ suã: sed ꝓpter ꝯseq̃ns. s. ꝓpter pacẽ ecclesie. si tñ
sit oĩno illitteratus vel nõ sufficiẽter non est dandũ ei
beneficiũ cui est annexa cura aĩaꝝ. qm̃ hoc est contra
cõmunẽ ꝓhibitionem.

¶ Quarta questio vtrũ minus dign⁹
põt pferri magis digno in spũalibus.

Sic obicitur. Sint hic duo boni: sꝫ alter melioꝛ
qui equa facilitate põt haberi ad istã dignitatẽ
Arᵍ ꝙ non. Querit vtrũ melioꝛ debet pponi. videt ꝙ non. qꝛ de
In oppoᵐ cretũ dicit. sufficit si bonus. Cõtra. Cõsciã dictat epõ
ꝙ melioꝛ debet pferri: igr̃ facit cõtra cõscientiam nisi
Secũdo pferat. Preterea. eps̃ est architectoꝛ ecclesie: igr̃ me
lioꝛẽ colũpnã quã põt debet ĩ ea ponere: ꝗ pferẽdus
est melioꝛ. qm̃ equa facilitate põt haberi. igr̃ si aliter
Solutio. facit peccat. qđ cõcedim⁹. Ad decretũ dicim⁹. Suffi-
Ad pꝛimũ cit si bon⁹ vbi melioꝛ nõ põt haberi. vel vbi p minus
añ oppoᵐ. bonũ meli⁹ põt cõseruari pax ecclesie. Itẽ dꝛ in deut.
Iterum ar Nõ accipies psonã in iudicio vel munera. Ponat ꝙ
ex textu sa- aliqs iudex ꝓ pecunia data sibi male iudicet: iste pre
cre scripte. fert iniustũ iusto ꝓpter cãm indebitaꝫ: ꝗ est acceptio
ꝯ hoc ar. psone in hoc. Cõtra. Peccat auaritia nõ ergo p acce
ptionẽ psone. qm̃ lex distinguit nõ acci. in iudicio pso
nam vel munera. ꝛ ita aliud est accipe psonã aliud ac
Solutio. cipe munera. qđ cõcedimus. Sed ex vno seqtur aliđ
et sunt simul in eodẽ. vt in pdicto casu. qm̃ ex cupidi-
tate est in illo acceptio psone. tñ põt distigui hoc mõ.
vt acceptio psone in iudicio intelligat tantũ qñ timo
re vel amoꝛe psone praue iudicat iudex. ꝛ tũc distin-
guitur inter accipe psonã ꝛ accipere munera. nec sũt
simul nisi qñ aliqs parti reuerẽtia psone: parti amo-
ꝯ aliđ dictũ re pecunie praue iudicat. Itẽ obicit cõtra illud qđ di
prius ar. ctum est ꝙ accipe psonã est honoꝛare psonã ꝓpt̃ cau
sam indebitã. Dicit dñs in euangelio iudeis. Nolite
iudicare scđm faciẽ. hoc dicit eis q̃ rephendebant eũ
de illuminatõe ceci ꝛ pferebãt ei moysen. q.d. Moy-
ses pcepit circũcisionem in die sabbati et circuncidit.
quare ergo me rephenditis de illũinatione in die sab
bati? Sed in hoc solo pferebant moysen dño ꝙ dice-
bant. Scimus qꝛ moysi locutus est dñs. sed hoc non
erat causa indebita: igr̃ nõ erat acceptio psonaꝝ: igr̃
ꝓ nichilo dixit eis dñs. Nolite iudicare scđꝫ faciem.
Solutio. Dicimus ꝙ non tantũ est acceptio persone vbi tantũ
honoꝛat aliqua psona ꝓpter causam indebitã: sꝫ etiã
vbi ĩhonoꝛat aliqua persona ꝓpter causã indebitã. si
cut iudei inhonoꝛabant xp̃m: quia videbãt eũ in ab-
iecto et vili habitu. ꝛ ꝓpter hoc contẽpnebant eum.
ideo dicit eis dñs. Nolite iudicare scđm faciem. q.d.
Iterum ar nolite contẽpnere me in vili habitu. Itẽ dñs dicit in
ex alio. euangelio. Si oculus tuus fuerit simplex totum coꝛ
pus tuũ lucidũ erit. Sed ille nõ habet oculũ simpli-
cem qui vadit ad ecclesiã vt deũ oꝛet et ibi negociet.
Eadẽ ratione. Ille non habet oculũ simplicẽ qui dat
pbendã alicui: qꝛ est bonus. ꝛ quia cõsanguine⁹ eius.
Solutio. qđ est contra pdicta. Solutio. Non est simile. qm̃ in
pmo hec dictio vt notat causaꝫ finalẽ. Sed in secũdo
hec dictio qꝛ notat causam motiuã. qm̃ consanguini-
tas et honestũ officiũ potest esse causa motiua quare
eps̃ det alicui pbendã potius q̃ alij sine omĩ peccato
Ad rõnem vbi deus est causa finalis motiua ꝛ pꝛincipalis. Per
fm aliqs hoc patet ꝙ non valet solutio illoꝝ q̃ dicunt ꝙ ibi est
finis sub fine. quoniã consanguinitas vel honestũ ser-
uitium non est causa finalis quare eps̃ det illi pben-
dam. Sed est causa motiua secundario non pncipali
ter si dat vt debet.

¶ Contra illud dictum petri arguit.

Item dixit petrus. In veritate ꝯperi ꝙ non est
acceptio psonaꝝ apud deum. quomodo p corne
lij electionem cõperit hoc cum sciret prius. quia dñs
equaliter est parat⁹ oĩb⁹. Preterea a ꝯtrarijs. Si dñs Secũdo
non visitasset cornelũ nõ esset hoc argumentũ ad ꝓ-
bandũ ꝙ est acceptio psonarũ apud deũ: ergo ꝙ de⁹
visitauit eũ non fuit argumentũ ad ꝓbandũ ꝙ nõ est
acceptio apud deũ. Solutio. Beatus petrus ꝯperit Solutõ ad
in visitatione cornelij ꝙ nõ est. ꝛc. qm̃ hoc magis co- pꝛimum
gnouit q̃ prius. quoniã p illud factũ intellexit voca-
tionẽ gentiũ siue conuersionẽ. Ad scđm dicim⁹ ꝙ ar- Ad scđm
gumẽtatio a ꝯrijs est necessaria siue intelligatur de
cornelio psonaliter siue de signato per ipm̃. s. de gen
tibus. Sed pꝛimo modo ꝛ pꝛima ꝓpositio ꝛ conclu-
sio est vera. Scđo modo vtraqꝫ falsa. qm̃ gentiũ voca
tio est argumentũ: qꝛ apud deũ non est acceptio pso-
narum. ꝛ non vocatio fuisset aliqđ argumentũ ꝙ apđ
ipm̃ est acceptio personaꝝ. Ideo aũt vocauit potius
cornelũ q̃ aliũ: qꝛ corneli⁹ habilitauit se ad grãm su
scipiendã. ꝛ hec est ratio vocationis eius. Sed obici ꝯ pdicta ar
tur de iacob ꝛ esau vbi videt deus fuisse acceptoꝛ per
sonarũ vel psone cũ nulla esset causa quare potius re
pꝛobaret esau q̃ iacob. vel ecõuerso. Solutionẽ hu- Solutõ sꝫ
ius assignat btũs ambꝛosius vbi dicit ꝙ deus confert ambꝛosiũ
gratiã ei quẽ videt sibi seruiturũ. sicut dictum est in
questione de pdestinatione. Itẽ aliter videt posse ꝓ- Secũdo ar
bari ꝙ acceptio psone sit apud deum. qm̃ dñs dicit in ad idem
euãgel. Ue tibi coꝛozaym ve tibi bethsaida ꝛc. Dñs
enim pꝛedicauit eis quos sciebat non cõuertendos ꝛ
non pꝛedicauit eis quos sciebat cõuertẽdos. ꝛ nõ nisi
qꝛ illi erant iudei cognati sui: ꝛ ita ꝓpter cognationẽ
ptulit illos istis ꝛ in re spirituali: igitur xp̃s fuit acce
ptoꝛ psone. Solutio. Non ꝓpter cognationẽ tantuꝫ Solutio.
sed ꝓpter ꝓmissionẽ patribus factã ptulit eos. sicut
et pꝛimo dixit discipulis suis. In viã gentiũ ne abie-
ritis. Itẽ querit quare sacra scriptura ita frequenter q̃o incidẽs
detestatur acceptõnẽ psonarũ. ꝛ dñs laudatur in hoc
ꝙ nõ est acceptoꝛ psone. Dicimus ꝙ acceptio psona- Solutio.
rum vituperatur. maxime qꝛ est contra hoc qđ est ex
cellentissimũ in deo scꝫ cõtra largitatẽ dei qui nõ tan
tum est deus iudeoꝝ: sed etiam gentiũ in quo nõ est
nobilis vel ignobilis ꝛc. qui est lignũ positũ ĩ medio
paradisi. ideo laudat in eo ita frequenter hoc ꝙ ipse
nõ est acceptoꝛ personarum et vituperatur in homi-
nibus contrarium.

¶ Duplex opinio de peccato in spiritũ
sanctum. Capitulum quartum.

Ponit duas opiniones in sentencijs. Pꝛia sumit
peccatũ in spiritũ sanctũ large. vt est ꝓpositum
nõ penitẽdi siue finalis ĩpenitẽtia dicat in spiritũ scm̃
Scđa vero stricte. vt tantũ illud qđ est cũ finali ĩpe-
nitẽtia dicat in spiritũ sanctũ. ꝛ tale verissime dꝛ irre-
missibile. Querit tñ de pctõ illo vñ sit irremissibile. Pꝛima q̃o
Aut enĩ hoc est ex pte remittẽtis aut ex pte subiecti hui⁹ capl̃i.
aut ex parte ipsius pctĩ. Nõ pꝛimo modo cõstat. quia Ar ꝙ nõ sit
dñs potest remittere quodlibet peccatũ. Similiter irremissibi
non ex parte subiecti. quia vnum et idem contingit le.
esse subiectum peccati in patrẽ ꝛ peccati in filiũ ꝛ pec
cati in spiritum sanctũ. Si de natura subiecti vnũ il-
loꝛum esset irremissibile. eadem ratione reliqua. Si

ex parte ipsius pctĩ. aut ergo hoc est ex pctõ inq̃tum
peccatũ. aut ex cõiunctione ei⁹ ad subiectũ. Non pꝛĩo
modo: qꝛ scđꝫ hoc quodlꝫ peccatũ esset irremissibile
si scđo modo. illa ergo aut est separabilis aut inse-
parabilis. Si separabilis: igr̃ tale nõ faceret peccatũ
irremissibile. Si inseparabilis: ꝗ nec tale peccatũ põt
Solutio separari. qđ est cõtra aug. Solutio. Peccatũ in spi-
pctm̃ est ir- ritũ sanctũ dꝛ irremissibile septẽ de causis. Pꝛia est.
remissibile qꝛ nõ habet annexũ coloꝛẽ excusationis aliquẽ: sꝫ est
ꝓpt̃ septeꝫ simplr̃ voluntariũ ꝛ ex pura malitia: nõ ex ignoꝛãtia
causas. vel coactione aliqua. Scđa causa est. qꝛ aduersatur
fonti penitẽtie. s. bonitati diuine in spiritũ sanctum.
Tertia causa est. qꝛ nullo modo pparat se ad grãm.
Quarta est. qꝛ talis nõ penitet. Quinta. qꝛ nũq̃ legi
tur talis penituisse. Sexta. qꝛ merer nõ penitere. Sꝫ
ꝯ istam ar. tunc cõtra hoc obicit. Talis merer nõ penitere: ꝗ de
cõdigno vel de cõgruo. si pꝛimo modo. Sed quicq̃d
aliqs merer de cõdigno dũ modo nõ cadit de merito
de necessitate habebit: ꝗ talis de necessitate nõ peni-
tebit. qđ falsũ est. si de cõgruo. Sic quocũqꝫ pctõ me
retur de cõgruo nõ penitere: ꝛ sic p hãc rõnẽ quodlꝫ
Solutio. peccatũ est irremissibile. qđ falsũ est. Ad hoc dicẽdũ
ꝙ peccãs in spiritũ sanctũ merer de cõgruo nõ penite
re. nõ tñ sic peccãs in patrẽ ꝛ filiũ. Qui enĩ peccat ex
ignoꝛãtia si sciẽs esset nõ peccaret: imo vellet opposi
tum. Unde quodãmodo viuit in ipõ volũtas ꝛ bonũ
Siĩr in eo qui peccat ex infirmitate vel coactione. sed
ĩ eo q̃ peccat ex pura malitia volũtas ad bonũ simplr̃
moꝛtua ẽ. Un̄ nichil ẽ in ipõ de radice pnĩe: sꝫ in illis
est aliqđ volũtatis ad bonũ. ꝛ ꝓpter hoc meretur de
Septia cã cõgruo nõ penitere poti⁹ q̃ illi. Septima cã est. qꝛ ni
chil remittit de pena talis pctĩ. i. nullã circũstãtiã ꝓ-
pter quã minuẽda sit pena. hec septẽ notãtur his ver
sibus. Annexum aduersans vix raro non legis vnq̃.
Plene punitur non penituisse meretur.

Sequitur de pcõ in spiritũ sanctũ qđ grauissimũ
est: ꝛ nascit ex alijs. Pꝛio igr̃ dicendũ est q̃d sit
et q̃ sint eius spẽs. scđo cur dꝛ irremissibile. tertio de
pctm̃ ĩ spiri finali ĩpenitẽtia. Notãdum ꝗ ꝙ peccatũ in spiritũ san
tũ sanctum ctum dꝛ illud qđ est ex certa malitia fm ꝙ solẽt distin
quid est. gui tria gña pctoꝝ. Peccatũ in pr̃eꝫ ex ĩfirmitate hu
triplex pec mana. Peccatũ in filiũ ex ignoꝛãtia: qꝛ patri appꝛo-
catum. pꝛiat potẽtia: filio sapiẽtia Peccatũ in spiritũ sanctũ
ex certa malitia. qm̃ bonitas attribuit spũi sctõ. Hui⁹
Spẽs pctĩ pctĩ pꝛima spẽs est psumptio. scđa est desperatio. ter
in spm̃sctm̃ tia ĩpugnatio veritatĩ agnite. quarta ĩpugnatio fra-
ꝯ ista ar. terne societatis. quinta finalis ĩpenitẽtia. Cõtra has
distinctiones obicit. Eadẽ est bonitas ꝛ maiestas triũ
psonaꝝ: ꝗ idẽ honoꝛ: ꝗ eadẽ offensa: ergo q̃ peccat in
vnã peccat in aliã. Nõ ergo aliđ est peccatũ in pr̃eꝫ q̃
Secundo. peccatũ in filiũ vel spiritũ sanctũ. Preterea q̃ peccat
p presũptionẽ peccat eo ꝙ ignoꝛat iudiciũ dei q̃ pu-
niet in eternũ peccãtes: ꝗ peccatũ presũptõis est ex
ignoꝛãtia. Sꝫ oẽ peccatũ ex ignoꝛantia est peccatũ in
filiũ: ꝗ peccatũ presũptõis est peccatũ in filiũ. nõ ergo
Euasio in spiritũ sãctũ. Foꝛte dicet ꝙ ipa ignoꝛãtia siue falsa
opinio quam habet presumẽs cõtra iusticiam dei est
ipa presũptio: ꝛ peccatũ presũptõis nõ est ex ignoꝛã
ꝯ hãc ar. tia: sꝫ est ipa ignoꝛãtia. Cõtra. Ignoꝛãtia est in rõne.
alia euasio presũptio est in vi irascibili: ꝗ hec non est illa. Foꝛte
dicet ꝙ presũptio nõ est ex mera ignoꝛantia. qm̃ licet
presumens ignoꝛet iusticiã dei ꝛ falso opinet de illa.
tamen apud se habet vnde cognoscat iusticiã dei licet
nolit cõsiderare. vñ psal. Noluit intelligere vt bene Psalmista
ageret. qm̃ habet apud se vnde cognoscat deum esse
summe iustũ sicut sũme misericoꝛdẽ. ꝛ sicut deus ex
sũma misericoꝛdia bonos remunerat eternaliter. ita
deus ex sũma iusticia malos punit eternaliter. Per
hec et similia põt de facili ductu rationis cognoscere
iusticiã dei. ꝛ ideo peccatũ psumptionis nõ dicit pro-
cedere ex ignoꝛantia: sed ex certa malicia. Sed cõtra ꝯ hanc ar.
hoc obicit. qm̃ qui foꝛnicat simplici foꝛnicatione cre-
dens nõ esse peccatũ licet ignoꝛet eã esse moꝛtale pec
catum tñ habet in se vnde põt scire hoc. s. ex lege na-
turali q̃ scripta est in coꝛde ipsius: ꝗ talis hõ nõ debet
dici peccare ex ignoꝛantia: sꝫ ex certa malitia. sicut di
ctuꝫ est de presumẽte: ꝗ talis peccat in spiritũ sanctũ
nõ ergo in filiũ. qđ falsum ẽ. Itẽ sicut bonitas appꝛo Secũdo
pꝛiatur spiritui sctõ. ita veritas filio. ꝗ sicut qui pec-
cat cõtra bonitatẽ dei peccat in spiritũ sanctum. ita q̃
peccat ꝯtra veritatẽ dei peccat in filiũ: ꝗ impugnatio
veritatis agnite est peccatũ in filiũ non in spiritũ san-
ctum. Itẽ nullus magĩ destruit bonitatẽ spũs sctĩ q̃ Tertio.
ille qui asserit spiritũ sanctũ nõ esse sũmũ bonum. si-
cut arrius qui dicebat ipm̃ esse purã creaturã: ꝗ arri⁹
dicẽs hoc peccauit ĩ spiritũ sanctũ. Cõtra. Arri⁹ dicẽs ꝯ istã vltiaꝫ
hoc peccauit in filiũ qm̃ hoc erat in eo ex ignoꝛãtia: ꝗ rõnem ar.
eadẽ rõne dicẽdo spiritũ sanctũ nõ esse summũ bonũ
peccabat in filium. qm̃ hoc erat ex eadem ignoꝛãtiã.
Solutio. Ad hoc ꝙ aliquid sit peccatũ in spiritũ san Solutio.
ctum tria exigunt. s. ꝙ sit ex certa malitia ꝛ cum ob- q̃t reqrũt
stinatione siue ptinacia mẽtis. Tertium gen⁹ pctĩ in ad pctm̃ in
spiritũ sanctũ p quod hõ directe ꝛ pꝛĩo ĩpugnat gra- spiritũsctm̃
tiã dei. vel psũptionẽ nimis extẽdendo. vel p despe-
rationẽ eã minuẽdo. vel p ĩpugnationẽ veritatĩ agni
te vel societatis fraterne. vel p finalẽ ĩpenitẽtiã. i. ꝓ
positũ nõ penitendi. Ad pꝛimo obiectũ dicim⁹ ꝙ idẽ Ad pꝛimũ.
est honoꝛ ꝛ offensa triũ psonaꝝ. ꝛ ꝓpꝛie loq̃ndo omẽ
peccatũ est peccatũ in patrẽ ꝛ filiũ ꝛ spiritũ sanctum.
qm̃ oẽ peccatũ ẽ offensa triũ psonaꝝ. Iste tñ appella q̃re ita disti
tões peccatũ in patrẽ peccatũ in filiũ pctm̃ ĩ spm̃ sctm̃ guunt pctã
appꝛopꝛiãtur ad significandũ quedã gña pctoꝝ vt di
catur peccatum in patrẽ qđ est ex infirmitate. qm̃ prĩ
appꝛopꝛiat potentia. Peccatum in filiũ dꝛ quod est
ex ignoꝛantia. qm̃ filio appꝛopꝛiat sapientia. Pecca
tum in spiritũ sanctũ dicitur quoddã genus pctĩ qđ ẽ
ex certa malitia ꝛ cũ mentis obstinatione. Ad scđꝫ di Ad scđm.
cimus ꝙ peccatũ presũptõnis licet sit ex ignoꝛãtia. i.
ex quadam opinione falsa. tñ est ex certa malitia. Co
gnitio enĩ virtus dei siue sũmi boni naturaliter est ĩ-
sita hoĩ ꝛ ꝙ deus est sũme misericoꝛs ꝛ sũme iustus.
Un̄ falsa opinio in quã hõ cadit cõtra hãc cognitionẽ
naturalẽ potius dicit ex certa malitia q̃ ex ignoꝛãtia
Peccatũ aũt foꝛnicationis potius dꝛ esse ex ignoꝛan Foꝛnicatio
tia. qm̃ aĩa ex cõiunctione ad carnẽ magĩ est coꝛrupta in casu po-
in parte inferioꝛi q̃ in superioꝛi: qua cõtẽplatur deũ. sito.
Ideo oĩm vox est deũ esse: sed non oĩm vox est ꝙ sim
plex foꝛnicatio sit peccatum moꝛtale. Ex hoc ptꝫ so-
lutio ad tertio obiectũ. qm̃ hec argumentatio nõ va Ad tertiũ
let. Sicut bonitas appꝛopꝛiat spũi sctõ. ita veritas fi
lio. ꝗ sicut q̃ peccat cõtra bonitatẽ dei peccat ĩ spiritũ
sanctũ. Ita qui peccat cõtra veritatẽ dei peccat in fi-
liũ fm ꝙ peccare cõtra bonitatẽ dei est peccare cõtra
grãm dei directe ꝛ pmo. Sꝫ si aliqs dꝛ peccare cõtra
bonitatẽ dei: qꝛ sua assertione destruit summã boni-
tatem dei siue in vna siue in aliqua psona. sicut aliqs

dicitur peccare cōtra veritatē: q2 asserit aliqd contra veritatē. ſm hoc necessaria est p̄dicta argumētatio. et scd̄m hoc nō oīs q̄ peccat cōtra bonitatē dei peccat in sp̄msanctū. vt q̄ ex ignorātia asserit filiū vel spiritū

Impugnatio v̄itatis q̄le pctm̄ ē.

sanctū nō esse sūmū bonū sicut arri⁹. Vn̄ p3 ꝙ ipugnatio veritatis qn̄q3 est peccatu3 in filiū. vt qn̄ aliqs ex ignorātia ipugnat veritatē. qn̄q3 peccatū in sp̄msctm̄ vt qn̄ impugnat aliqs veritatē agnitā. Ex p̄dictis p3

Nota.

ꝙ nō oē peccatū est peccatū in pr̄e3 vel i filiū vel in spiritūsanctū. vt si qs impotēs fornicari ex sola libidine velit fornicari. qm̄ hic nō est genus pcti. qd exigit ad hoc ꝙ aliqd sit peccatū in spiritūsanctū. Itē cū distingatur triplex peccatū ⁊ ita triplex demeritū ſm tres

q̄o incidēs

psonas. q̄ritur quare nō distinguit triplex demeritū

Solutō aliquorum.

scd̄m easdē tres psonas. Solutio. Quidā dicūt ꝙ secus est in demerito q̄ in merito. qm̄ plura exigūt ad

Opinio doctoris.

meritū q̄ ad demeritū. Nobis videt ꝙ eodē mō pōt distingui triplex meritū scd̄m tres psonas. qm̄ in aīa sunt tres vires per quas aīa est imago dei in qb⁹ sunt tres v̄tutes qb⁹ assimilat tribus psonis. s. fides/spes caritas. Fide p cognitionē filio. Spe p fortitudine3 patri. Caritate p dilectionē sp̄ui sctō. ⁊ ex eis est triplex meritum qd tribus personis respondet per appropriationem.

ꝯ dicta ar.

Circa istud capitulū sic obicit. Dn̄s dicit in euangelio ꝙ est peccatū blasphemie qd nec dimittit in hoc seculo nec in futuro. s. peccatū in spiritūsanctū

Secūdo

et ita peccatū in spiritūsanctū est irremissibile. Preterea. iohānes dicit in epl̄a canonica. Est peccatū ad mortē. nō dico vt qs oret pro eo. ⁊ ita nulla orone di

Tertio.

mittit: ergo erit irremissibile. Itē in hieremia. dicit dn̄s hieremie. Noli orare pro populo: q2 nō exaudiam te

Quarto p augustinū.

et ita peccatū erat irremissibile. Itē sup illd. Pctm̄ blasph. nō remittet. ⁊c. dt aug. Tanta est labes huius peccati ꝙ nō sinit hoīem subire penitentiā. et ita est irremissibile cū homo non possit penitere de illo. Et iter ibidē dr̄ ꝙ est obdurati animi malitia ex qua

In oppo^m

fit homo ipenitēs. Cōtra. Auctoritas dicit. de nemi

Secūdo p augustinu3

ne desperandū est dū est in via. ⁊ sup illud. Dixit dn̄s ex basan cōuertam. ⁊c. Dicit aug. ꝙ etiā desperatissi

Tertio.

mos conuertit dn̄s. Preterea peccatū in spiritū sanctum est irremissibile. Aut ergo est ex ipotentia dei aut ex ipotentia hoīs. Nō ex ipotentia dei ꝯstat: ergo ex impotētia hoīs. Sed eadē ratione luxuria est peccatum irremissibile: q2 homo nō pōt p se ab eo liberari

Solutio.

Solutio. Peccatu3 in spiritū sanctū dr̄ irremissibile duabus de causis. s. q2 difficile dimittit. ideo q2 nō h3 calorē excusatōnis in tanto genere pcti. Genus enī ⁊ circunstācie faciunt ꝙ sit irremissibile. s. illa tria que exiguntur ad hoc ꝙ aliqd sit peccatū in spiritū sanctū

Ad primū

Ad primū obiectū de euāgelio dicim⁹ ꝙ nō dimittit

Ad scd̄m

subaudi nisi raro ⁊ cū difficultate. Ad scd̄m. s. nō dico vt pro eo oret qs. i. quil3. qm̄ ad hoc ꝙ dimitteret orōnibus alicuius oporteret ꝙ multū sanct⁹ oraret vt btūs martinus. vel aliter. Dico. i. non ipero vt qs

Ad tertiū.

oret pro eo: q2 forsan nichil pdesset. Ad illud qd dixit dn̄s hieremie. Noli orare. ⁊c. dicimus ꝙ in iudeis erat quare dn̄s nolebat audire pphetā: q2 omino rebelles erant: ⁊ pro talibus nulla auditur oratio. Ad

Ad quartū

aliud dicimus ꝙ peccatū in spiritū sanctū dicitur irremissibile pp̄ter ipotentiā hoīs. quoniā homo vix potest se p̄parare ad grām quē grauat tanta moles pcti Scd̄o dicit irremissibile. qm̄ habet finalē ipenitentiā sibi annexā. ⁊ scd̄m hoc peccatū in spiritū sanctum nō pōt remitti. i. vix vel ipossibile est remitti. ⁊ ex futuro pendet vtr̄ sit peccatū in spiritū sanctū an nō. Tertio

quare irremissibile.

modo dr̄ peccatū in spiritū sanctū irremissibile: q2 de pena ei⁹ nichil demet: nec in hoc seculo si peniteat p ipo: nec in futuro si dāpnetur pro illo. In alijs pctis semp est aliqua remissio pp̄ter infirmitatē vel ignorantiā. Sed in hoc pctō nulla est causa quin plene puniat sine aliqua remissione. qm̄ nō est color excusationis ibi. Itē sup illum locum marci. vbi dr̄ ꝙ blasphe

Iterum ar ex alio.

mia nō dimittit. ⁊c. dicit ꝙ iudei mouebātur spiritu blasphemie cū dicebant. In beelzebub principe demonioꝝ eicit demonia: ⁊ qm̄ dicebāt. demoniū habes

Contra.

Contra. Hoc dicendo nō blasphemabāt grām spirit⁹ sancti nec ipugnabāt. ergo nec peccabāt in spiritū sanctū de cuius gratia nō cogitabāt: s3 tantū de xp̄o. Sicut si aliqs blasphemaret petrū. nō ideo peccaret in spiritum sanctū. Solutio. Ideo peccabāt i spiritū sanctū

Solutio.

q2 videntes ꝙ opa eius erāt bona inuidie facib⁹ agitati intēdebant diminuere gratiā dei in eo. cū opera que sciebāt esse dei attribuebāt demoni. ⁊ ita in eis erat impugnatio gratie. qd similiter esset in blasphemāte petrū si eandē haberet intētionē. Itē si aliquis

Iterum ar

fornicat et intēdit adulterari nichilomin⁹ adulterat: ergo eadē rōne si qs intēdat peccare pctō in spiritu3 sanctū licet nō peccaret. nichilomin⁹ peccat illo pctō.

Contra.

Cōtra. Ibi est ignorātia nō certa malitia: ergo nō est ibi peccatū in spiritū sanctū. Solutio. Nō est simile. qm̄

Solutio.

adulterari scd̄m se est adulterari. S3 peccatū in spiritum sanctū nō scd̄m se: sed ex circūstancijs aduēticijs est peccatū in spiritū sanctū. qm̄ adulterari est genus peccati solum. Sed in peccato in spiritum sanctū nō tantum est genus peccati vt dictum est.

Circa idē capitulū notādum ꝙ hec appellatio finalis ipenitentia duobus modis accipit. qm̄ dr̄

Dupl̄r capitur finalis ipenitētia.

finalis impenitentia priuatio penitētie in fine scd̄m ꝙ hec appellatio peccatū in spiritū sanctū iportat finalē ipenitētiā. ⁊ scd̄m hoc nō valet hec argumētatio Necessariū est ipm̄ p̄sumpsisse: sed p̄sumptio est peccatum in spiritū sanctū: ergo necessariū est istu3 peccasse pctō in spiritū sanctū. Fallacia est scz3 accidēs. Qn̄q3

fallā accn̄s

dr̄ finalis ipenitētia. i. finale ppositū nō penitēdi in q̄ hō decedit. ⁊ scd̄3 hoc nō valet her argumētatio Iste pōt penitere de quol3 pctō. Sed finalis ipenitētia est aliqd pcm̄: igr ipe pōt penitere de finali ipenitētia secūdū ꝙ hoc verbū pōt respicit totū qd sequit. Si aūt

Sēsus ꝯpositi ⁊ diuisi.

respiceret suppositū p hoc nomē ipnīa ⁊ nō accidens significatū p hāc dictionē finali. necessaria esset argumētatio in hac significatiōe. Itē de nemine desperandum est dū est in via. Cōtra. Sit iste in vltimo instāti

ꝯ aliud dictum ar.

vite sue nec penitet. ipossibile est ꝙ ille peniteat vel modo vel de cetero: igitur de eo desperandum est.

Solutō aliquorum.

Solutio. Quidā dicūt ꝙ nō ē istātia i isto cū nō sit i via: s3 in termino vie. Alij dicūt ꝙ l3 iste nō peniteat

Alia opio.

in hoc instāti: pōt tn̄ penitere in hoc instāti cū penitere sit in aīa ⁊ in instāti. ⁊ ideo nō exigit tēpus ad hoc ꝙ aliquis peniteat. Sed re vera si p̄cogitasset de peccatis suis considerando ea respectu iusticie dei: tunc

Hāc in pte ꝯfirmat doctor.

posset aliquo modo dici ꝙ ille potest penitere in hoc instanti licet non peniteat in illo. Nec est simile ꝙ aliquis non potest esse albus in instanti in quo est niger quoniam ad hoc exigitur tempus compositum. ad actum anime non. Item iste peccato desperationis

Iterum ar

meret ꝙ nunq̄ conferat ei dn̄s grām: igitur meret ꝙ nō peniteat de cetero. s3 necessariū est istū desperasse: igitur necessariū est istum nunq̄ de cetero penitere. igitur impossibile est ꝙ isti remittat suum peccatū.

Solutio.

Solutio. Nullus potest ex condigno mereri ꝙ deus nunq̄ cōferat ei grām: sed ex cōgruo bene potest hoc mereri. q2 q̄diu hō est in via non claudit ei introitus in gratia dei si audit vocem dn̄i clamātis post tergū.

Iterum ar

Item in marco vbi legit ꝙ est pctm̄ qd non dimittit nec in hoc seculo nec i alio. dr̄ ꝙ talis est reus eterni delicti. et ita videtur ꝙ talis meret ꝙ nūq̄ peniteat.

Euasio.

Si dicat ꝙ eternū delictum accipit pro eterna pena.

Contra.

Similiter potuit dicere de quol3 mortali ꝙ facit hoīem

Solutio.

reū eterna pena. Solutio. Eternū delictū dicit odiū bonitatis dei: qd merētur peccātes in sp̄m sctm̄. sicut enī caritas nunq̄ excidet a sanctis: ita odiū dei nunq̄ excidet a desperatis ⁊ impugnātibus gr̄a3 sp̄us sc̄ti. Vn̄ talis potest fieri diuisio ꝙ est peccatū temporale tp̄aliter puniēdū: vt pctm̄ fornicatiōis/vel adulterij/

Multiplex peccatū.

vel furti de quo penitet hō. Est etiam pctm̄ tēporale eternaliter puniēdū: vt fornicatio de qua nō penitet homo. et est pctm̄ eternū tp̄aliter puniendū: vt pctm̄ desperatiōis de quo penitet homo in tp̄e. et est pctm̄ eternū eternaliter puniendum: vt pctm̄ desperatiōis vel presumptionis de quo non penitet aliquis.

¶ Quintum caplm̄ in quo q̄rit quattuor.

Dicto de spēbus pctōrum: ad vltimū dicēdū de gn̄ali questione qua querit vtrū pctm̄ sit pena peccati. scd̄o quō deus puniat pctm̄ per pctm̄. tertio vtrū pctm̄ sit pena simpliciter ⁊ proprie. quarto vtrū quia deus permittit hoīem peccare ideo peccet. vel

Prima q̄o

ecōuerso Primo pbat ꝙ peccatum est pena peccati.

Ar ꝙ pctm̄ sit pena p augustinū.

Aug. dicit inter primam apostasiam ⁊ vltimū ignem gehēne media q̄ sunt. et sunt pctā ⁊ pene pctōꝝ. ergo peccatū est pena peccati. Item peccatū est corruptio

Secundo.

naturaliū: sed oīs corruptio pena: igitur omne pctm̄

Tertio.

est pena. Preterea. Omē peccatū est mors aīe: sed oīs mors est pena: igitur omne pctm̄ est pena. ergo est pena contracta vel illata. Non cōtracta. quoniā loquimur de pctō volūtario. ergo est pena illata. non nisi pro pctō. ergo omē pctm̄ est pena illata pro pctō. igit oē pctm̄

In oppo^m

est pena pcti. Cōtra. Oīs pena ē a deo: pctm̄ ē pena:

Secundo.

igitur peccatū est a deo. Preterea. Cum peccatū non sit pena cōtracta: q2 est volūtariū: erit pena illata. sed oīs pena illata pro pctō est a deo: ergo peccatū est a deo.

Tertio.

Preterea. Videt ꝙ prīa auctoritas sit falsa. qm̄ habet instātiā in illo q̄ post inocentiā baptismi prīo peccat. illud primū pctm̄ post baptismū non est pena peccati precedētis: cum nullū in eo precedat qui prorsus est

Solutio. ista locutio est ipropa.

innocēs. Solutio. Tales ppositiōes improprie sunt Pctm̄ est pena peccati. Pctm̄ est causa pcti. In prīa est improprietas in noiatiuo. qm̄ cōsequēs ponit pro antecedēte. qm̄ is ē sensus Pctm̄ est pena peccati. i. subtractio grē. ex qua sequit Pctm̄ est pena peccati p̄cedētis. Sed in scd̄a improprietas est in genitiuo. quoniā is est sensus. i. peccatū est causa subtractiōis gratie ex qua sequit aliud peccatū. qm̄ subtracta grā de facili cadit homo in aliud peccatū. sicut aliquis de

Ad augu.

facili cadit in lubrico. De auctoritate aug. dicim⁹ ꝙ vera est in illa improprietate qua dr̄ ꝙ pctm̄ est pena precedētis pcti. Vn̄ hec argumētatio non valet Oīs pena est a deo. ⁊c. quoniā media ē impropria ⁊ procedit quasi eēt propria. Peccatū etiā dicit corruptio quia corrūpit non per modū efficiendi sed per modū deficiēdi. vt dictum est in questione vtrū oīs actio sit a deo. sicut dr̄ ꝙ nubes inter nos ⁊ solem posita facit tenebras. i. facit ꝙ aer non illuiat. Ad aliud dicimus

Ad aliud

ꝙ non est sile de morte aīe ⁊ morte corpis. qm̄ mors corpis est violēta: mors aīe est volūtaria sc3 peccatū. tn̄ peccatū nō proprie dicit mors aīe: sed per causam non per essentiā. quoniā pctm̄ facit ꝙ deus nō illuiat aīam. et ita facit lucem q̄ deus est recedere ab aīa: et sic facit vitam q̄ deus est recedere ab aīma que prius illuiabat eam sua illuiatiōe. Ad aliud dicūt quidā ꝙ

Ad aliū s3 aliqs.

auctoritas aug. non est gn̄alis. ⁊ habet instantiam in illo q̄ prīo peccat post baptismū. S3 btūs aug. dt in

Augustin⁹

libro de ciui. dei. ꝙ omne peccatū est ex cōcupiscētia. que alibi dr̄ improba voluntas q̄ est origo oīs pcti. sicut ipse dicit in libro de libero ar. et est cōcupiscētia in omni vi ſm diuersas suas spēs. quoniā ꝯcupiscētia delectatiōis ē in vi ꝯcupiscibili. cōcupiscētia vindicte est in vi irascibili. cōcupiscētia sciē est in vi rationali. Peccatū ergo qd fit post baptismū est pena pcti. vt ponat ꝯsequēs pro an̄cedente. quoniā ꝯcupiscētia ex qua est peccatū illud post baptismū est pena peccati. quia est pena pcti ade. Peccatū vero punit triplicit.

Tripl̄r punit peccatū

effectiue duobus mōis. materialiter vno mō. Prīo quia spoliat hoīem deo. qd considerās anima tristat naturaliter. Scd̄o cum homo liberatus a pctis cōsiderās q̄d egerit tristat. Tertio materialiter. q2 vero sicut ordiata dispositio partium naturaliter letificat visum: ita inordiatio cōtristat. Et q2 peccatum nichil aliud est q̄ priuatio spēi/modi/⁊ ordis: ideo ꝯsiderās cōtristat. Has penas peccatū facit non per se sed per accidēs: sc3 per hoc ꝙ est in cōsideratione. Nichil enī non potest esse causa alicui⁹ per se sed per accn̄s. sicut percepto silentio aliquis cōtristat.

¶ Secūda questio vtrum deus puniat vnum peccatū per aliud.

Sic obicit. Aug. dicit. Que sunt oblectamenta hoīs faciētis: sunt instrumēta dei puniētis. S3

Ar ꝙ sic p augustinū.

hec sunt pctā. ergo pctā sunt instrumēta dei. sed peccata vulnerāt hoīem in naturalibus ⁊ spoliāt gratuitis ⁊ sunt instrumēta dei. ergo proprie loquendo deus per ea vulnerat hoīem ⁊ spoliat gratuitis. ergo deus in homine vulnerat ⁊ dissipat suam imaginē ⁊ spoliat hoīe3 sua

In oppo^m

silitudīe. Cōtra. Hoc est illd qd deus exigit ab hoīe: scil3 ꝙ habeat grām siue dei silitudinē. ergo non spoliat

Solutio.

hoīem illa. Solutio. Peccatū punit duobus mōis. Vno modo p modū efficiēdi. quoniā dum p peccatū aīa priuat deo ⁊ bonis pp̄ter q̄ facta est/et ad q̄ facta est/⁊ ad q̄ naturalit tendit: naturalit timet ⁊ turbat. sicut stomach⁹ sentiēs suā manitionē appetit. Scd̄o mō punit p modū deficiēdi vt dictū est. Primo mō pctā sunt instrumēta dei puniētis. scd̄o mō nō. Item

Iterum ar p glosam

sup illd ad Ro. Tradidit illos deus i pas. ig. dt glō. Facit deus vt faciāt q̄ non cōueniūt: sed non facit vt non cōueniāt que faciūt. Sed facere vt faciāt que nō cōueniūt est facere peccare: igitur deus facit homīes

Solutio.

peccare. Solutio. Illa glosa est gn̄alis gilberti qui dixit ꝙ oīs actio est a deo. ⁊ q̄tū ad primam partem auctoritas illa diuisim intellecta vera est. coniūctim falsa. et non valet hec argumentatio q̄ inde fit: impediente fallacia cōpositionis. Item pctm̄ inq̄tū pctm̄

Iterum ar

obfuscat rōem. ergo quāto maius est pctm̄: tāto magis obfuscat. ergo luxuria magis obfuscat rōe3 q̄ ebrietas.

Ju ɔ̄rium. Cōtra. Ebrietas magis turbat rōem:ḡ magis obfu-
Solutio. scat. Solutio. Uerum est ꝙ quāto maius est peccatū
magis ledit rōem q̄tū in se est:sed ꝑ accidēs cōtingit
qn̄qꝫ ꝙ aliqđ peccatū magis quo ad actum impedit
rōez:licet sit minus vt ebrietas.ꝑ hoc ꝙ instrumētū
imaginationis dissipat a qua incipit intellectus siue
ratio.silr luxuria ꝑ hoc ꝙ qn̄qꝫ supfluos humores
purgat:reddit instrumēta sensus ⁊ imagiatiōis apta
ad seruiēdū rōni.et ita ꝑ accidēs expedit rōem. Sed
Rl̄a gn̄alis gn̄alis est regula ꝙ magis obfuscat siue obtenebrat
mai⁹ pctm̄ illa obtenebratiōe qua obtenebraṫ ratio
Iterum arḡ priuatiōe vere lucis. Itē sit ꝙ aliqs cadat ꝑ simplicē
fornicationē a caritate:et post fornicationē cōmittat
adulteriū. Primū peccatū puniṫ maxia pena que est
subtractio gr̄e.scđm peccatū non punitur tāta pena:
quoniā subtractio gr̄e est maius dānū et maior pena
q̄ aliqua q̄ possit eē:etiā maior q̄ pena inferni.nullū
enī damnū potest huic cōparari. Sed ſm quantitatē
pctī punit deus.igiṫ primū pctm̄ est maius q̄ scđm.
Solutio. qđ falsum est. Solutio. Subtractio gr̄e maxia pena
est. Sed hec argumētatio non valet Primum pctm̄
magis nocet vel punit q̄ scđz:⁊ non nocet nisi inq̄tū
peccatum:ḡ est maius pctm̄ q̄ scđm.qm̄ licet noceat
inq̄tū peccatum:illud tn̄ nocumentū quo subtrahit
grām non habet nisi per accidēs:scꝫ tm̄ quia inuenit
gratiam quam expellit. Perfectius hoc inuenies in
questione de circunstātijs.

¶ Tertia questio. vtrum pctm̄
sit pena simpliciter ⁊ proprie.

Arḡ ꝙ sic. CIrca idem capl'z queriṫ. vtrum peccatū proprie
loquēdo dicaṫ ⁊ sit pena. Probaṫ ꝙ sic. quoniā
oīs inuidia est dolor felicitatis aliene:⁊ oīs dolor est
ꝓprie pena:ḡ inuidia ꝓprie est pena. vñ illđ Inuidia
Secundo. seculi.⁊c. Preṫea ps. Ignis sulphur.⁊c.et post seqṫ
pars calicis eoꝝ.i.pars pene eorū. Pena diciṫ calix.
qm̄ pena mensuraṫ a deo sicut potus in calice. Ignis
ergo cupiditatis ⁊ luxurie pena est.ḡ pctm̄ est pena.
Tertio per Itē Osee Effraim in amaritudinibus suis ꝓuocauit
osee. me.i.in pctis suis.ergo pctm̄ est amaritudo.igiṫ est
Quarto pena. Item in cantico Deutero. Fel drachonū vinū
eorum et botrus amarissimus.igitur peccatū est res
Quinto. amarissima.igitur ē pena. Preṫea. Solum peccatū
expellit ab homie summam dulcedinem dei:⁊ nō fit
expulsio nisi ꝑ cōtrariū.ḡ peccatū est ɔtrariū summe
dulcedini.ḡ peccatū est summa amaritudo: ḡ pena.
Solutio. Solutio. Hec dictio dolor.potest supponere motū
mētis cui annexa ē angustia mētis vel ipam angustiā
⁊ sic ad pri que ꝓprie est pena et passio mētis.primo mō est hec
mum. vera:oīs iuidia est dolor.scđo mō falsa. Qꝫ aūt diciṫ
inuidia est tormentū.dictū est hoc per cām:scꝫ ꝓpter
Ad scđm. angustiā que est ei ānexa. Eodē mō dicimus ꝙ ignis
luxurie pena est per causam:qr consumit diminuēdo
Ad tertiū. bōa naturalia. Ad tertium dicimus silr ꝙ peccatū
est amaritudo propter amaritudinē annexam. Unde
notandum est ꝙ est pena cōtracta:⁊ est pena innata ⁊
Pena ɔ̄cta illata. Cōtracta vt in originali cum quo contrahit ab
Pena ina- origie hō multiplicem penam. Pena innata qdāmō
ta. est amaritudo mētis que naturaliter sequiṫ ex pctō.
Pena illa Pena illata vt illa que inferṫ a deo ꝓ peccato. Hec
ta vl' iflicta distinctio valde vtilis est in hac q̄stione. Sed obiciṫ.
Peccatū est amaritudo ⁊ amarificat aīam.ergo vel
Iterum arḡ inq̄tū pctm̄ vel inq̄tū actus. Si inq̄tū pctm̄. Cōtra.
Inq̄tū pctm̄ nichil est.teneaṫ ista opinio.ḡ inq̄tum
peccatum nō agit in aīam:ḡ non amaricat. Si ſm ꝙ
actus. Cōtra. Scđz ꝙ actus est bonū quid:ḡ ſm hoc ꝓbatio mi
non expellit dulcedinē dei ab anima.nō ergo ſm hoc noris.
amaricat aīam. Solutio. Hec propositio est duplex: Solutio.
Peccatū ſm ꝙ peccatū nichil est.ſm illā opinionem
que dicit ꝙ quicq̄d est/a deo est.quoniā si hec dictio
ſm respicit solam deformitatē vera est.si actum cum
deformitate falsa est. Primo mō hec est falsa Pctm̄
inq̄tū pctm̄ amaricat aīam. Scđo mō vera.sicut hec
Cecus quia cecus cadit in foueam.falsa est ſm ꝙ hec
dictio quia.respicit purā priuationē.quia cecitas nō
est proprie causa quare iste cadat nisi per accidēs:scꝫ
per vim gressibilem q̄ proprie est causa inq̄tū habet
cecitatem annexam. Eodē modo actus malus inq̄tū Quō actus
actus malus causa est ꝑ modū deficiendi amaritudis amaricat.
anime.est enim causa per medium:scꝫ quia excludit
dulcedinē dei qua anima sentiēs se spoliatam habet
naturalē dolorem/timorē/⁊ mali suspitionem.et iste
pene sunt a deo.qr nulla est causa illaꝝ proprie.pctm̄
aūt est eaꝝ causa predicto modo. Sic dicendū est ſm
illos qui dicunt ꝙ oīs actio est a deo. Sed ſm aliam Aliṫ pt dici
opinionē:peccatum proprie amaricat aīam inq̄tum
pctm̄.nec talis amaritudo ē a deo:sed a pctō directe.
vnde sicut pctm̄ nō est a deo:ita nec illa amaritudo.

¶ Quarta questio. vtrū homo
peccet quia deus permittit.

CIrca illud sic obicitur. Dicit apl's Propter qđ Arḡ ꝙ n
tradidit illos deus in pas.ig.ergo propter pctā
hoīs permittit deus eos peccare. Cōtra. Btūs aug. In oppo^m
dicit ꝙ nichil est qđ non faciat deus.vel illud sinēdo:
vel illud faciēdo.ḡ quia deus pmittit:homo peccat.
Preterea. Quia deus cohibet hō non peccat:ergo Secunda.
quia deus nō cohibet homo peccat.sed nō cohibere:
est pmittere.ḡ quia deus pmittit homo peccat. Non
igitur ecōuerso. Solutio. Deus cohibet qn̄qꝫ hoīes Solutio.
ne peccēt:per infirmitates/per flagella/per doctrinā
verbi sui ⁊ similia. Et tūcverum est ꝙ quia deus non
permittit vel cohibet hō non peccat. Quādoqꝫ autē
deus propter precedētia peccata permittit ꝙ homo
cadit in alia.nec cohibet ipsum sicut ipse dicit Zelus
meus recessit a te:nō irascar tibi ampli⁹. In hoc casu
vtraqꝫ istaꝝ est vera.quia deus permittit iste peccat.
quia iste peccat deus permittit eum peccare.quoniā
qr deus nō cohibet ipm propter precedētia peccata:
ideo cadit in sequētia.et quia iste peccat primo:ideo
deus permittit ipm cadere in pctā sequētia. Et ideo
vtraqꝫ p̄dictaꝝ ꝓpositionū est vera:sed pro diuersis.
Cum aūt homo peccat quia deus pmittit tūc habet
locū qđ dicitur sup illū locū Tradidit illos deus.⁊c. Quō intel
Crimia criminib⁹ vindicanṫ. ¶ Dicto de pctis q̄bus ligiṫ dictuꝫ
homo lapsus est in perditionē:dicēdū est de repara- pauli.
tore vel de filio dei. Hoc ordine procedemus.⁊c.

¶ Explicit liber secundus.

¶ In tertio agitur de reparatione generis
humani q̄ fit per verbum dei incarnatū.

¶ Incipit liber tertius summe doctissimi ma
gistri gullermi altissiodorensis.

¶ Primum capitulū de incarnatiōe.

DIcto de pctis quibus homo
lapsus est in perditione:dicendū
est de reparatiōe.scꝫ de filio dei.
Hoc ordine procedemus. De in-
carnatione primo. Scđo de pre-
destinatione christi. Tertio vtrū
christ⁹ fuit decimatus in lūbis abrahe. Quarto quō
sit caput eccl'e. Quīto de scīa eius. Sexto de duplici
volūtate eius. Septimo de merito. Octauo vtrum
aliṫ potuit redimi gen⁹ humanū q̄ ꝑ passionē eius.
Nono vtrum filius dei ſm ꝙ homo iustificare possit.
Decimo ⁊ vltio vtrū christus ī triduo fuerit homo.
Prima q̄o ¶ Primo q̄riṫ quare potius fuit fili⁹ incarnatus:q̄
hui⁹ capl'i. pater vel spiritus sctūs. Sup hoc sunt infinite rōnes
Ponit q̄n quaꝝ quinqꝫ sufficiunt. Prima est vt eadē sit imago
ꝙ rōnes recreatiōis que fuit creatiōis. Sicut enī per filiū oīa
Prima. fctā sunt vt dr in euāgelio.⁊ illud Oīa in sapīa fecit.
Ita cōpetēs fuit vt per eundē reedificarentur oīa.vt
qui per fidē videt filiū dei in carne:q̄ est expressissima
imago dei ipm imitādo recuperet silitudinē dei.qđ
est eius recreatio.⁊ sic recreabiṫ per quē creatus est.
Paulus Ad qđ inuitat apl's dicēs Induimini dn̄z nr̄m iesum
Secūda christum. Scđa ratio est ꝙ filius dei diciṫ verbū.per
verbū aūt manifestaṫ ille cuius est verbū et eius vo-
luntas. Ideo filius ē incarnatus vt manifestaret illū
cuius est verbū.i.patrem.⁊ eius voluntatē.i.spiritū
In euāge^o sctm̄.vnde euāgeliū Pater manifestaui nomē tuum
Tertia. hoībus. Tertia rō est confirmatio hereditatis.deus
enī pater ꝓmiserat patriarchis ⁊ ꝓphetis se daturū
eternā hereditatē.sꝫ quia possent dicere.dn̄e tu filiū
habes cuius est hereditas illa.qui ɔtradicere potest
Ideo misit deus pater filiū suū vt ꝓmissionē patris
In cantico cōfirmaret.vt sic esset hominibus oīmoda certitudo
marie. hereditatis eterne. vñ Sicut locutus ē ad p̄res.⁊c.
Quarta Quarta rō est vt cōmēdaret deus pater caritatē suā
in nobis. Est enim cōis animi cōceptio ꝙ deus pater
summe diligit filiū suum vnigeitū:ideo dedit nobis
filiū suū vt ostēderet nichil esse qđ non esset paratus
Paulus. dare nobis.sicut dicit apl's. Quinta rō. Ideo filius
Quinta dei fact⁹ est homo:vt homo fieret filius dei.vñ apl's.
Paulus. Misit deus filiū suum:vt adoptionē filioꝝ recipere-
Triplex o- mus. Circa incarnationē filij dei tres sūt opiniones.
pinio. Prima dicit ꝙ filius dei nō est nisi vnū solū:licet sit
aliq̄d ſm ꝙ homo. Scđa dicit ꝙ christus est duo:scꝫ
deus ⁊ hō. Tertia dicit ꝙ christus nō est aliq̄d ſm ꝙ
homo:sed alio mō se habēs. Isti dicūt ꝙ hoc nomen
homo nō predicat hāc spēm homo de christo sicut de
alijs hoībus sed habitū.vñ is est sensus.filius dei est
homo.i.humanatus.et hoc volunt cōfirmare verbis
apostoli dicētis.habitu inuentus vt hō. Et in psal. In
Reliq̄t ter idumeā extendam calciamētum meum. Hec opinio
tiā impro- reprobata est ꝑ dec.alex.ideo nihil est dicere de illa.
batam. Prima opinio magis videṫ consona scripture iohis
Nemo ascēdit in celū nisi qui descendit de celo filius
Pria opio hoīs qui est in celo. Hec opio habet familiarē modū
vr̄ securior vnionis deitatis ⁊ humanitatis ſm quā maior ondeṫ
dilectio dei ad hoīem. Cum ḡ deus per incarnationē
voluit ostēdere nobis dilectionē suā per cōiunctionē
deitatis ad humanitatē:patet ꝙ familiari mō se iūxit
humanitati:vt sic expressius erga nos dilectionē suā
ostenderet. Ex hoc ptꝫ ꝙ vera est prima opinio:quia
magis inflāmat ad fidē. Iste tres opiones habuerūt Unde hn̄t or-
ortū ab hac obiectiōe q̄ ita primo facta est. filius dei tū hee opi-
est aliq̄d qđ est pater.qr est diuina eēntia q̄ est pater. niones.
silr filius dei est aliq̄d qđ nō est pater.qr est homo
qđ nō est pater.ḡ filius dei est aliq̄d qđ nō est pater:
⁊ aliquid qđ nō est pater.ergo si filius dei est aliq̄d ⁊
aliquid:ergo filius dei est plura. Ad hoc dicunt qui Scđm tertiā
tenebant tertiā opinionē ꝙ hec est falsa.filius dei est opinionem
aliq̄d:qđ non est pater.quia nō est aliquid ſm ꝙ hō. diceret.
Sustinētes scđaꝫ ɔcedūt cōclusionē. Nos sustinētes Scđa dicēt
primā dicimus ꝙ hec argumentatio non valet.filius Opinio do
dei est aliq̄d qđ est pater ⁊ aliquid qđ non est pater: ctoris.
ergo est plura.et ē ibi fallacia accidētis.quoniā licet falla accn̄t
humanitas sit substātialis homini qui ē filius dei:tn̄
accidētalis est filio dei ſm ꝙ est filius dei. Instantia. Instātia a
Sortes est aliq̄d qđ non est plato:et est talis qualis simili.
non est plato:ḡ est aliquid ⁊ aliq̄d.quia enī hūanitas
est in filio dei tanq̄ accidentalis: ideo supposito illo
hoīe supponiṫ filius dei ⁊ econtra.et ideo ille homo
est diuina eēntia.vnde nō est ibi aliud ⁊ aliud. Prio Prima q̄o
ergo ꝓsequamur primā opinionē hoc ordine.primo declaratia
inuestigabimus vtrū filius dei assumpsit hoīez.scđo pme opini-
quō assumpsit humanam naturā.tertio vtrum filius onis.
dei ꝓpter duas naturas d̄beat dici duo.quarto vtrū
diuina natura fuerit incarnata.quinto si filius dei as-
sumpsisset aliā aīam et aliud corpus:vtrū eēt magis
vn⁹ hō vel plures hoīes.sexto si deus pr̄ assumpsisset
eādem aīam ⁊ idem corpus cum filio suo:vtrum eēt
idem homo vel alius homo q̄ filius suus.septimo:
intellecto ꝙ due vniones deficiāt ⁊ tetia remāeat scꝫ
anime ad corpus:vtrum idem hō remāet qui prius.
octauo ⁊ vltio vtrū filius dei sit ꝑsona ſm ꝙ homo.

¶ Primum argumentum ante op-
positū procedit ex auctoritatibus.

CIrca primum capitulū sic obicitur. Probatur
auctoritatibus ⁊ rōnibus ꝙ filius dei assumpsit
hoīem. Auctoritatibus.qr diciṫ in psal. Btūs quem
eleg.⁊ assump.hoīez. Aug. Anathema sit qui nega-
uerit filiū dei hoīez semel assumptū deposuisse.ergo
filius dei assump.ho. Rōibus sic.filius dei assumpsit Prima rō.
corpus ⁊ aīam simul iūcta.sed corpus et aīa sil' iūcta
faciūt hoīem:ḡ filius dei assumpsit hoīez. Itē homo Scđa rō.
proprie loquendo denoīaṫ a proprietatibus aīe.qm̄
ꝓprie diciṫ rōnalis.similiter a proprietatibus corpis
dicitur homo ꝓprie coloratus.ergo multo fortius
a proprietatibus vtriusqꝫ scꝫ aīe ⁊ corpis denoīabiṫ.
Cū ḡ assumptio fuerit dispositio aīe et corpis ꝓprie
debet dici hō assumptus.ḡ filius dei ꝓprie assumpsit
hoīez.probaṫ quare negaṫ hic filius dei assumpsisse Tertia rō.
hoīem.nisi propter diuersitatē quā exigit hoc verbū
assumpsit. Sed ɔtra. Hec est vera.filius dei fecit hūc
hoīem.licet hoc vbū fecit exigat diuersitatē factoris
ad factū.ḡ etiā sequiṫ hec ē vera.filius dei assumpsit
hoīem:ḡ assumpsit aliquem hoīem.licet hoc verbū
assumpsit.exigat diuersitatē assumētis ad assumptū.
Cōtra. Assumpsit aliquē hoīez.non nisi istum.ergo In oppo^m
ille homo est assumptus.ḡ ꝑsona est assumpta.et ita
ꝑsona assumpsit ꝑsonā.qđ negaṫ ab oīb⁹. Solutio. Solutio.
Quattuor sunt ꝓpositiōes.persona assumit ꝑsonā:
natura ꝑsonā:natura naturam:persona naturā. Due
prime sunt false:tertia vera:quarta dubia. Dicimus

ergo ꝙ hec est falsa ꝓprie. filius dei assumpsit hoiez.
qm̄ vbū significat ꝯiunctionē assumētis ad assumptū.
Ad primā ꝙ idē est assumpsit ꝙ sibi ꝯiūxit. Est ꝗ impropria hec
auctoritatē Btūs quē ele. ⁊ assūp. ⁊ sic exponēda. i. cuius naturā
Ad primā assump. Nec valet hec argumētatio Filiꝰ dei assūpsit
rōnem. corpus ⁊ aiam ꝯiūcta q̄ sufficiēter faciūt hoiez: ꝗ. ⁊c̄.
et est fallacia vniuocatiōis ⁊ accidētis. quia hoc vbū
assump. in pria tenet pro diuersis assump. in ꝯclusiōe
tm̄ pro vna. ꝓpter singularem accusatiuū qui sequit.
Ad scdam. Ad scdm dicimꝰ ꝙ homo denoiat a dispositiōe suaꝝ
partiū: sed non ab oibus. denoiatur enī ab absolutis.
non a respectiuis. qm̄ pars est hois aīma: non tamen
homo est pars hois. ⁊ ideo cum assumptio sit ꝓprie-
tas respectiua: non opꝫ ꝙ denotet totū licet denotet
Ad tertiā. partem. Ad aliud dicimus ꝙ hoc verbum facit. non
notat diuersitatē essentialē semp sed qn̄qꝫ accītalē.
qm̄ hec est vera: ille facit se grāmaticū. sed nō potest
dici: ille cōiungit sibi grāmatico. vel ille assumpsit se
grāmaticū. qm̄ nichil se assumit vel se sibi ꝯiūgit nec
per se nec p accidēs. sed aliquid facit per se: aliqd per
Ad vltimā accidēs. quia facit se grammaticum. Per hoc patet
solutio ad vltimo obiectum.

¶ Scda questio huius capituli.

Circa scdꝫ sic obicit. Filius dei assumpsit hūanā
naturā: ⁊ ideo corpus ⁊ aiam. Sed querit quō
Ar primo. ⁊ quid est assumere corpus ⁊ aiaꝫ? Videtur ꝙ nichil
aliud sit nisi ꝯiūgere sibi illa vt partes. non enī ꝯiūxit
In oppoᵐ ea sibi vt formas. Si hoc cōcedit. Cōtra. Dicit btūs
aug. ꝙ talis fuit illa susceptio q̄ deum faceret hoiem
⁊ hoiez deū. ꝗ illa susceptio fuit causa quare ille fuit
deus. ꝗ naturaliter prius fuit susceptio illa q̄ ille hō
esset deus. sed illa susceptio fuit aīe ⁊ corpis cōiūctio
vt partiū: ꝗ corpus ⁊ aīa naturalit prius fuerūt ptes
filij dei q̄ ille homo eēt deus et q̄ filius dei esset hō.
qd patet eē falsum: qm̄ non sunt eius partes nisi ꝯm
Solutio ꝙ homo. Dicimus ꝙ illud assumere corpus ⁊ aiam:
nō fuit facere illa sibi ptes vel vnire siue ꝯiūgere sibi
illa vt ptes. qm̄ si hoc eēt naturaliter eēnt prius ptes
Nō hoc qꝛ filij dei q̄ filiꝰ dei eēt hō. sed re vera ex illa susceptiōe
falsum est. siue ex illa vnione subsecutū est vt illa esset ptes filij
q̄o incidēs dei. Si istet q̄rēs qualis fuit illa susceptio siue vnio.
Solutio. Dicimus ꝙ talis q̄ faceret deū hoiem ⁊ hoiem deū.
nec potuit āplꝰ deteriari q̄ deteriat btūs aug. Fue-
rūt enī ibi tres vniones. vna filij dei ad carnē ⁊ econ-
uerso. alia filij dei ad aiaꝫ ⁊ ecōuerso. tertia aīme ad
carnē ⁊ ecōuerso. Dicemus ꝗ ꝙ prime due opiones
fuerūt taliter vnite ꝙ fecerūt filiū dei hoiez: ⁊ hoiem
filiū dei. ⁊ ꝙ ois ꝓprietas illius hois esset filij dei et
ecōuerso. ⁊ ꝙ nichil eēt verū de illo hoie: qd non eēt
verum de filio dei ⁊ ecōuerso. familiarior enī ꝯiūctio
Alia q̄stio non potest intelligi. Si vo adhuc q̄rit vnde habeat
incidens hoc illa cōiūctio. Nulla est talis questio. sicut si q̄rat
a phisico quare colera de tertio in tertiū mouetur: ⁊
melancolia de quarto in quartū. non amplius posset
rn̄dere medicus nisi ꝙ talis nature ē colera et melā-
ꝯ dicta ar. colia. qm̄ in nulla reddit ratio principioꝝ. Circa hoc
arguit. Nō valet: filius dei assumpsit hūanā naturā:
sed quicqd facit filius facit pater. quia indiuisa sunt
Solutio. opa trinitatis. ꝗ pater assumpsit humanā naturā. Et
Exempluꝫ est fallacia accidētis. sicut hic Quicqd vult iste: vult
eius pater. Sit ita. Sed ille vult ducere vxorē: ergo
⁊ eius pater. Accidēs qd significat per predicatū ad
aliud suppositū retorquet in conclusione q̄ in prima

propositione. Simile de tribus puellis induētibus Aliud exēplum
tertiam ipsaꝝ. tres enim psone quasi induunt filiū de
humanitate: solus tn̄ filius seipꝫ induit. Posset etiā Alr pt dici
dici ꝙ in p̄dicta argumētatiōe est fallacia ex diuersa
relatiōe. qm̄ in hoc verbo assumpsit: intelligitur hoc
relatiuū se qd ad aliud refert in cōclusiōe q̄ in prima
propositione.

¶ Tertia q̄stio. vtrū christus sit duo.

Circa tertiū articulū sic obicit. Christus ē deus
⁊ homo. ⁊ esse deum est esse quid: ⁊ eē similiter Ar ꝙ sic.
hoiez est esse quid. ergo christus est qd ⁊ quid: ergo
christus est vnū ⁊ aliū. ꝗ christus est duo. Itē christus Secundo.
est vnum vnitate creata: et est vnum vnitate increata
essentialit. ꝗ christus habet duas vnitates eētiales:
ergo christus est duo essentialiter. Item vna natura Tertio.
facit tres psonas. scꝫ patrem ⁊ filiū ⁊ spiritū sctm̄ esse
vnū: ergo a simili in ꝯtrario plures nature faciūt vnā
personam esse plura. Item sicut se habet accidētalis Quarto.
qualitas ad faciēdū rem eē alterius modi ⁊ alterius
mōi quātitas ad faciendū maius: ita se habet substā-
tialis dr̄ia ad faciēdū aliū. sed due forme substātiales
sunt in christo. ꝗ sicut hec est vera: christus est maior
se: christus est alterius modi a se rōne accidentalium
ꝓprietatū: ita rōne substātialiū christus ē aliud a se.
ergo ē duo. Item christus est id qd est pater: ⁊ est id Quinto.
ex predictis:qm̃ aliqua est minor vt ea qua peccat ali
quis in quo sunt paucissime vel nulle circũstantie ag=
Iterũ ar. grauantes pctm̃.sed multe diminuentes.Itẽ sint hic
duo laicus et sacerdos et in oĩbus alijs sint pares et
vterqꝫ vult peccare. inde sic quantũ vult iste peccare
tantũ peccat demonstrato laico.probatio.iste peccat
ex ista volũtate et nõ ex alio sit ita:ꝗ quãta est eiꝰ vo
luntas tantũ est eiꝰ peccatũ:ergo prima. eodẽmõ de
sacerdote.quantũ vult iste sacerdos peccare tm̃ pec=
cat.qm̃ non vult peccare nisi ex ista voluntate.sit ita.
Contra.in sacerdote est circũstantia aggrauãs pctm̃
scꝫ sacerdotiũ. in laico non:ꝗ magis peccat sacerdos
Solutio. ꝙ laicus qd cõcedimꝰ dicẽtes ꝙ hec est duplex. Quã
ta est voluntas huiꝰ tantũ est eius peccatũ.quoniã in
tensio põt notari per modũ materie vel per modum
Hec est du forme.si p modũ materie ipsa est vera.qm̃ sic cõpara
plex. tur idem sibiipsi. scꝫ voluntas volũtati. si per modũ
forme falsa est ita ꝙ fiat cõparatio vel collatio ipsius
voluntatis abstracte ad ipsã volũtatẽ cõcretã.i.ipsiꝰ
voluntatis secũdũ ꝙ est volũtas huiꝰ voliti ad seipsã
secundũ ꝙ est peccatũ sine deformitate pcĩ deforma
ta. et secundũ hoc idẽ est ac si fieret collatio volunta
tis ad difformitatẽ vt sic diceret.quantũ est intẽsa vo
lũtas ista tm̃ est mala.hoc aũt falsũ ẽ qm̃ nulla ẽ colla
Et si dicat. tio rerũ prorsus diuersorũ generũ. Sicut si diceret
quantũ distat pascha a penthecoste tantum distat pa
risius ab antisiod.posset tamẽ dici ita in vno sensu im
proprie hec volũtas est magis mala ꝙ sit intẽsa.qm̃
ex pluribus causis est mala ꝙ sit intensa. quoniã ma
la est propter intensionẽ suã.s. qr est contra deum et
contra legem dei.

¶De virtututibus et de ordine eorundem.
¶Secundum capitulum.

Post q̃stiones p̃ambulas ad virtutes: sequit de
virtutibus.de quibus hoc ordine tractabimꝰ.
Primo de diffinitione virtutis.Secundo de diffini= Augustinꝰ
tione specierũ virtutis. Augustinus sic diffinit virtu= diffinit ꝟtu
tem.Uirtus est bona qualitas mentis qua recte viui tem.
tur,qua nemo male vtitur quã deꝰ in nobis.sine no= pt q̃ri vtrũ
bis operatur.qualitas ponitur tãq̃ genus.bona po diffinitõ ꝟ=
nitur ad dĩam malarũ qualitatuꝫ siue malorꝫ habitu tut sit bõa.
um.vt prodigalitatis et auaricie. licet quidã hoc ne
gent.Sed contra eos est orig.et sancti qui dicunt ꝙ ꝯ aliq̃s ar.
male qualitates sunt in nobis:et etiã mali habitꝰ se
cundũ ꝙ dicitur:veloces pedes eorꝫ ad effun. sang.
Qua recte viuitur. dicit ad differentiã scientie. quo
niã scientia recte intelligimus.virtute recte viuimꝰ.
qm̃ cũ duplex sit intellectus.s.speculatiuus et practi
cus. Speculatiuus intellectus in quo ẽ sciẽtia. finis
est vero practici.in quo est virtus.finis est bonum et
operatio.⁊ ideo hec est dĩa inter scientiam et virtu= Sciẽtia et
tem.ꝙ per scientiam vere intelligimus. per virtu= ꝟtus dĩnt.
tẽ bñ siue recte viuimꝰ.rectũ aũt est cuius media non Recte viue
exeunt ab extremis:⁊ ideo recte viuere est a summo re quid est
bono ad sũmũ bonũ tendere. Unde dñs in apocali.
Ego sũ alpha ⁊ o principiũ et finis. oĩs enĩ actio de actiõis p̃n
bet incipere a deo ⁊ terminare in deũ. vnde de malis cipiũ ⁊ finis
dicit in ysa. Egypto nõ opus ꝙ faciat caput aut cau=
dam.Tertia pticula scꝫ hec qua nemo male vtit: po
nitur ad differentiã naturaliũ potentiarũ.Augustinꝰ Triplicia
enĩ distinguit tria genera bonorũ. scꝫ maxima bona bona ꝫ au
media. infima.minima bona sunt bona corporis.me gustinũ.
dia sunt naturales potẽtie aĩe.maxima virtutes.me
diis et ĩfimis possumꝰ bñ ⁊ male vti.ꝫ maxĩs.i.ꝟtuti
bꝰ nõ possumꝰ vti nisi bñ.ꝫ qm̃ hec oĩa ꝯueniũt politi
cis ꝟtutibꝰ. ideo ad dĩame arũ ponitur quarta pti=
cula quã deus in nobis ⁊c.qm̃ hec est dĩa inter virtu
tutes polititas ⁊ theologicas.ꝙ politice ꝟtutes gene
rantur ex frequẽti bene agere.Theologice aũt fiunt
a solo deo.Sed obijcitur de prima parte diffinitio ꝯ p̃mã ptẽ
nis que est.Uirtus ẽ bona qualitas ⁊c.videtur enim ar.
ꝙ idem ponatur in sui diffinitione.qm̃ virtus est bo=
nitas qua homo est bonus:nec diffinitur virtus per
aliam bonitatem.et ita videtur ꝙ idem ponitur ĩ sui
diffinitone. quod concedunt quidã dicentes.ꝙ quali Opĩo ali=
tas secundum ꝙ ponitur siue intelligitur concrete quorum.
notior ẽ seipsa.secundũ ꝙ intelligitur abstracte sicut
qualitas seipsa describitur cũ dr Qualitas est secun
dum quod quales dicunt.sed secundũ hoc pro nichi=
lo apponerẽtur alie dĩe.quoniã oĩs virtus est qua ꝯ hanc ar
litas bona et econuerso. cum enim hec dictio bona
significet bonitatẽ gratuitatã vt ipsi dicũt soli ꝟtuti
conuenit esse qualitatem bonam. Item virtus est Secundo.
bona et est sua bonitas: ergo est bona bonitate que
ipsa est vel alia bonitate.Si bonitate que ipsa est: er
go est bona seipsa : ergo est pura bonitas:quod im=
probatum est superius. Si aũt alia bonitate est bõa
ergo se bonitate vel alia et sic in infinitum.vel occur
ret alia bonitas que est bona seipsa et illa est diuina
bonitas vt probatũ est supra.illa bonitas occurret se
cundo aut tertio et sic deinceps.si dicit ꝙ occurrat se
cundo loco,sequit ꝙ virtus sit bona prima bonitate

Si tertio vel quarto loco occurrat. ⁊ sic deinceps:ꝗ
aliqua bonitas creata erit bona bõitate increata.Sꝫ
virtus inter oĩa bona creata est optimum bonũ: er=
go si aliqua bonitas creata est bona bonitate diuina
opinio do= sequitur ꝙ nulla potius ꝙ bonitas que est virtus:
ctoris. ergo quicquid dicatur virtus est bona bonitate diui
ꝯ dicta ar. na.qd concedimus.Sed contra. Uirtus non dicitur
bona nisi quia per se est ductiua ad primã bonitatem
ergo cũ dicitur virtus est bona. dicit illã ductiuitatẽ
non. ergo predicat primã bonitatẽ de virtute: ergo
cum dico virtꝰ est bona sic predicatur ductiuitas illa
Euasio. ad primã bonitateꝫ.non prima bonitas. Forte dicet
aliquis ꝙ hoc est verum: sed scdꝫ hoc redit precedẽs
obiectio. quoniã illa bonitas que est ductiuitas est
bona. aut seipsa aut alia bonitate. Et inde vt prius.
ad primã. Propter hoc dicimus ꝙ cum dicitur virtus est bona
hec dictio bona predicat primã bonitatẽ tantũ. Nec
valet hec argumentatio.Uirtus nõ dicitur bona nisi
quia per se ductiua est ad primã bonitatem: ergo cũ
dico virtus est bona hoc nomen bona dicit illã ducti
Instãtia. uitatem.non primã bonitatẽ. Instantia cũ dicit me=
dicina est sana idem est ꝙ medicina est effectiua sani=
tatis.Sic predicatur illa effectiuitas sanitatis: ergo cũ
dicitur medicina est sana. sic predicat illa effectiuitas
et non sanitas. qd falsum est. immo predicatur sani=
tas in habitudine effectus ad causaꝫ. Similiter cum
dicitur virtꝰ est bona sic predicatur bonitas in habi=
tudine : finis ad illd cuius est finis que habitudo est
illa ductiuitas. Uirtus enim dicitur bona.i. honesta
honestũ aũt est quod suo decore nos allicit:⁊ sua bo=
nitate nos attrahit. Trahit enĩ nos ad se.⁊ principa
liter ad primã bonitatem. cuius tractio est illa ducti
uitas qua virtus per se ductiua est ad primã bonita=
ꝯ aliã par= tem.Item obicitur de hac parte diffinitionis quã de
tem ar. bemus in nobis siue nobis operatur. Dicit enĩ au=
Augustinꝰ gu Qui creauit te sine te nõ iustificat te sine te. ergo
Secundo. deus non dat nobis virtutes sine nobis Item. in iu=
stificatione quattuor exiguunt. quorũ vnum est mo=
tus liberi arbitrij: ꝗ ad iustificationẽ nõ exigitur mo
tus liberi arbitrij: ergo motus liberi arbitrij exigi=
tur ad infusionem virtutum. non ergo deꝰ operatur
Solutio. eas sine nobis. Solutio. Dicimus ꝙ deus iustificat
hominem sine homine cooperante:sed nõ sine homi
Exemplũ. ne operante:sicut sol illuminat domum non sine ho=
mine operante qui aperit fenestram:sed sine homine
p hoc ad p̃ cooperante.quoniam homo non cooperatur soli in
mum. hoc ꝙ domum illuminat. Eodẽ modo deus qui est
verus sol non infundit virtutẽ sine nobis operantibꝰ
qm̃ nos p̃paramꝰ nos ad susceptõnẽ ꝟtutũ:ꝫ sine no
bis operãtibꝰ.qm̃ nõ coopamur deo in infusione vir
tutum:sed postea cooperamur ei in moribus et ope
Paulus. ribus virtutum.sicut dicit apostolus . Coadiutores
Ad aliud. dei sumus.Ad aliud obiectum dicimus:ꝙ motus li
beri arbitrij exigitur ad iustificationẽ impij nõ pro=
pter opꝰ misericordie in quo cooperatur: scilicet in
infusione gratie:sed propter opus iusticie:scilicet vt
Augustinꝰ per motũ liberi arbitrij conteratur de peccatis suis
et aristo. et puniat peccata sua. et notandum ꝙ augustinus in
diffinitione virtutis ponit genus transcendens : sed
Medium aristo.ponit genus proximũ dicens.virtus est habi=
q̃ ad nos. tus voluntarius immediate existens quo ad nos:me
dietas:quo ad nos est medietas personalis que attẽ
ditur secundum diuersitatem personarum. quoniaꝫ
ꝙ vni est multuꝫ dare vel comedere. alij est parum.
Sed cum virtus sit immediate pꝫ ꝙ ipsa ẽ medium
inter vicia.Sꝫ contra.virtus ⁊ viciũ sunt cõtraria:ꝗ ꝯ istd ar.
virtꝰ est extremũ respectu vicij: ergo non est mediũ
inter vicia. Solutio.dicimus ꝙ ipsa est medium q̃= Solutio.
tum ad esse diffinitiuũ:extremũ q̃tum ad bonum ⁊ ꝑ
fectum vt dictum est supra.

¶De speciebus virtutũ.

¶Scda questio vtrꝫ virtꝰ habeat plures spẽs

Queritur de speciebꝰ virtutũ. ⁊ probatur ꝙ vni
ca est species virtutũ.Uirtutes enĩ distinguunt ar ꝙ non.
secundũ fines suos potissimos. ⁊ vnicus est finis po=
tissimus et principalis omniũ virtutũ: ergo vnica est
species virtutũ Item.dilectio dei ⁊ proximi sũt vni= Secundo.
ca virtus propter vnicũ finem quem habent.quoniã
non videtur esse alia ratio: ergo eadem ratiõe omẽs
virtutes sunt vnica virtus propter vnicũ finem quem
habent. Item.vnicum malũ potens est mouere oẽs Tertio.
potentias anime et omnia mẽbra corporis ad malũ.
Sed quelibet virtus est fortior quolibet vicio vt ali
bi probatur:ergo vnica virtus sufficit ad mouẽdum
omnes potentias anime et omĩa corporis mẽbra ad
bonum:ergo alique virtutes superfluũt.Sed cõstat
ꝙ nichil est superfluũ in operibꝰ nature vel dei: ergo
vnica est species virtutũ Itẽ.tẽperantia virtute vult Quarto.
homo abstinere ab operibus imũdis.⁊ hoc est bonũ
ergo temperantia virtute vult homo sibi bonũ. Sꝫ
velle sibi bonũ est diligere se:ergo temperãtia virtu
te diligit homo se.Sed nulla virtute diligit se nisi ca
ritate:ergo tẽperantia est caritas.Preterea.Mun= Quinto.
ditia virtute diligit se homo.⁊ munditia mẽtis ⁊ cor
poris:ergo ea diligit bonũ:ergo tẽperantia est amor
boni.Sed amor boni idem est ꝙ caritas:ergo tẽpe=
rantia est caritas.Eodem modo prorsus potest pro=
bari de qualibet virtute ꝙ ipa sit caritas.Item aug. Sexto per
dicit in libro de moribꝰ ecclesie ꝙ quattuor cardina= augustinũ.
les virtutes non sunt nisi amor.Amor autem qui est
virtus non est nisi caritas.⁊ ita omẽs virtutes sũt ca
ritas. Dicit etiã augu.in libro de ciuitate dei ꝙ vir= cõfirmatur
tus nõ est nisi amor ordinatꝰ vel ordo amoris. Forte Euasio.
dicit ꝙ non est nisi vnica species virtutũ. sed hoc est
contra infinitas auctoritates. Apls dicit. Nunc autẽ ꝯ hanc est
manent tria hec.fides/spes/caritas.maior autẽ horũ paulus.
est caritas.Quedã etiã sunt auctoritates que distin=
guũt septem dona spiritus sancti et octo virtutes in
matheo.⁊ in libro sapientie. Sapientia docet prudẽ matheꝰ ẽꝯ
tiam/sobrietatem/⁊ iusticiam. quibus nichil melius in li.sapie.
est in vita.Itẽ fides est in vi rationabili siue ĩtellectu ad idem.
et similiter prudẽtia.vt dicit aristoteles. Caritas est
in vi concupiscibili:⁊ similiter temperantia.Sed ari=
stoteles ⁊ sancti etiã hoc dicunt Spes in irascibili: ⁊
similiter fortitudo.ergo cũ iste virtutes sint in diuer
sis virtutibus ⁊ in diuersis subiectis diuersaꝝ specie
rum sunt. Item. species rerũ distinguũtur scdꝫ fines Item.
principales. scdm vltimũ finem.non.quoniã si distin
guerentur secundũ vltimũ finem omĩa essent eiusdẽ
speciei.quoniã omĩa habent eundem finem vltimũ:
ergo restat ꝙ species rerũ distinguũtur secundum fi=
nes exteriores.Sed diuersi sunt principales ⁊ primi
fines fidei:spei:⁊ caritatis.quoniã fidei/credere/spei
sperare/caritatis/ diligere/ temperantie/ abstinere a
carnalibus desiderijs . et sic de alijs . ꝗ iste virtutes
sũt diuersaꝝ specieꝝ.qd concedimꝰ hac vltima rõne. Solutio.

Augustinꝰ
Dicit enī augustinus ꝙ volūtas qua aliquis vult ire ad fenestram vt videat transeūtes duplicē habet finē scȝ primū et substantialē ire ad fenestram. secundū ⁊ accidentalē videre transeuntes. Distinguuntur ergo species rerum scdm primos ⁊ principales ⁊ substantiales fines. non secundū secundarios ⁊ accidentales
Exēplū in homine ꝓ hoc ad ꝓ mum.
vt patet in hac specie homo. Homo enī primo est ad hoc vt ratiocinetur. Secundo. vt per ratiocinari acquirat sibi virtutes. Tertio vt per virtutes acquirat beatitudinē. Sed eius distinctū siue substātialis differentia sumitur a primo fine. vnde ratōnale est eius
Siƚi mō.
substantialis differentia. Eodē modo virtutes distinguuntur scdm suos primos fines. ⁊ ideo diuersarum specierum sunt cū primi fines sint diuersaꝝ specierū.

Ad scdm.
Ad secundo obiectū dicimꝰ ꝙ hec est falsa. Dilectio dei et proximi sunt vnica virtus propter vnicū finem. scȝ deum. sed sunt vnica virtus propter vnicum finē. Primū scȝ propter vnicū volitū. quoniā idē volo dilectione dei ⁊ dilectione proximi. quoniā dilectione dei volo michi summū bonū quidem habere. Similiter dilectione proximi volo summū bonū proximo

Ad tertiū.
Ad tertiū ꝙ dicit. vnū malū potest mouere. ⁊c. ergo multo fortius vnica virtus. ⁊c. hoc bene cōcedimus. Sed non inde sequitur: ergo alie virtutes sunt superflue. Virtus enī est ad facile agere. vnde cū in quolibet actu virtutū sint proprie difficultates: necessarius est proprius habitus cuilibet motui ad vincendū difficultatē illius motꝰ. vt patet in hoc actu dare q̄ propriam habet difficultatem propter diuersas circūstantias que statuūt illum actū in medio. Et ideo est necessarius vnus habitus qui proprie dirigat istū actuȝ dare ⁊ statuat ipm in medio. ⁊ ideo non valet predicta argumentatio. Licet enī vnica virtus sufficiat ad mouendū omēs vires anime ⁊ omīa mēbra corporis
Plures ꝟtutes quare ponūtur
ad bonū tamen non potest ita de facili sicut oēs virtutes. quoniam sola fides vel caritas posset mouere ad omnē bonū actum. Sed non ita facile. sicut propria virtus que proprie est directiua illius actus.

Ad q̄rtum
Ad quarto obiectum dicimus ꝙ hec est duplex. Temperātia virtute volo michi hoc bonū: quia si hoc modū largitatis est etiā finis caritatis delectans eam per modum suauitatis: et ita quodammodo diuersi sūt fines illarum dilectionuȝ: et ideo dilectiones ille sūt diuersarum specierum: et secundū hoc patet ꝙ fidei spei caritatis non tantum sunt diuersi fines quibus
Quare spiritussāctus dr̄ mltiplex
quiescitur: sed etiam earū multiplex est finis in quo quiescitur: scȝ ipse deus: sicut spiritussanctus in libro sapientie: dicitur multiplex propter multos effectus quos habet in nobis.
Iteꝝ ꝯ alid arguit̄.
Item contra hoc quod dictū est supra. ꝙ voluntates distinguuntur secundum primos et principales fines sic obicit̄. velle pascere velle vestire: velle visitare: sunt voluntates diuersaruȝ specierum: quoniam sunt volita diuersarum specieꝝ que sunt primi fines voluntatum: ergo voluntates sunt diuersarum specierum. et constat ꝙ ille voluntates sunt motus virtutum: ergo sunt a diuersis virtutibus. sed constat ꝙ nulla aliarum virtutum est ab alia virtute: nisi a pietate. ergo pietas nō est species specialissima: sed genus ad plures species virtutū: qd̄ patet esse falsum.
Secundo.
Preterea velle dilectiones carnis: velle diuitias: velle dignitates mundi sūt diuerse voluntates propter diuersa volita: ergo procedunt a diuersis virtutibus: et inde vt prius.
Ad idem.
Eodem modo potest probari ꝙ caritas non est species specialissima: sed genus subalternū. quoniā velle alicuius dampnū et velle gratiā sunt voluntates diuersarum specierū: quia volita sunt diuersarū specierū. ergo procedunt a virtutibus diuersarum specierum. Sed constat ꝙ vtraqȝ procedit a caritate: ḡ caritas nō est species specialissima: sed genꝰ subalternū diuersaꝝ virtutum.
Solutio.
Solutio. Dicimus ꝙ secundū diuersa volita distinguuntur volūtates in specie: sed non scdm q̄cunqȝ volita. sed tantū scdm volita p̄ma ⁊ ꝓpria. Si ergo vis assignare primū et propriū volitum pietatis dic ꝙ pietas est velle reuelare inopiā indigentis. qm̄
ꝓpriꝰ actꝰ pietatis
hec est prima ⁊ principalis intētio pietatis. scȝ inopia pauperis multis modis reuelatur. Cū ergo dicitur pietas pascere pauperē vel vestire non sic assignatur propriū et immediatū volitum pietatis: sed secundarium. ⁊ ideo secundū talia volita nō debēt distingui species pietatis siue volitū pietatis.
Ad secūdū
Ad scdm dicimꝰ ꝙ volitum caritatis est proprie deus qua volo alicui bonum: sed gratia est volitum secundario qua volo alicui gratiā. nō propter grām sed propter deum scȝ vt illa gratia fruatur deo. Ubi autem vnū propter alterū vtrobiqȝ totum. ⁊ ideo vnica virtus est qua volo homini ⁊ qua volo ei grām. ⁊ quasi equipollentia sunt velle alicui bonū ⁊ velle grām. nec tantum sunt equipollentia: imo fere idem. vt patet ex dictis.

¶ In qua vi aīe virtus sita sit.

¶ Tertia questio in qua vi aīe sit virtus.

Queritur que virtus in qua vi anime sita sit. Notandum ꝙ sicut dicitur super illud geñ. Fluuiꝰ egrediebatur de loco vo. ⁊c.
Expō illꝰ dicti in genesi.
Prudentia est in vi rationabili. fortitudo in vi irascibili. tēperantia in concupiscibili. iusticia vero non est determiate in aliqua vi: sed circuit omēs vires anime. Et ideo significatur per eufraten. de quo non determinatur in genesi per quas terras transeat. quoniā iusticia circuit omēs vires anime.
Nō istā assignationē
In vna etiā vi site sunt plures virtutes. vt in rationali site sunt iste virtutes. fides/scientia/donū consiliū/intellectus/sapiētia. In vi irascibili. spes/pacientia/mansuetudo/luctus/pietas: ⁊ similia. In concupiscibili. caritas/temperantia/abstinentia: ⁊ hmōi. Iusticia vero nō est in aliqua vi determinate vt dictū est. ⁊ propter diuersitatē istarū virtutū dicitur anima hominis iusti. celū. in ysa. ca. penultimo.
Expō dicti ysaie.
Celū michi sedes est. non tantū propter eleuationē a terrenis ad celestia. sed propter picturationē qua depingit̄ aīma predictis virtutibus. Sunt enī predicte virtutes radiantes in aīa sicut stelle in firmamēto. Dicturi ergo que virtutes in quibus viribus aīe site sint. Primo dicemus de affectionibus aīe vtrum sint virtutes. ⁊ si virtutes in qua vi aīe site sint. Secūdo vtrȝ desideriū virtutum ⁊ odiū viciorum sint in eadē vi. Tertio de iusticia et eius speciebus. Quarto de concupiscentia amore ⁊ desiderio in quibus viribus anime sint sita. Quinto vtrū plures virtutes theologice sūt in eadē vi.
q̄tuor affectiōes aīe.
Sunt aūt quattuor affectiones aīe. s. spes/timor/dolor/gaudium.
Utrum iste affectiones sint ꝟtutes
Primo queritur vtrum iste affectōnes sint virtutes. probatur ꝙ sint. quoniā bonus timor ⁊ bona spes sunt virtutes. ergo a simili. bonꝰ dolor ⁊ bonū gaudium sunt virtutes.
Secundo.
Item dñs dicit in euāge. Beati q̄ lugēt.
Glosa.
glo. dicit. luctꝰ ꝓ pctīs ē virtꝰ. qm̄ lugere ꝓ pctīs est meritoriū. ⁊ ita est opus ꝟtutis. Sed luctꝰ pro pctīs idē est ꝙ dolor ꝓ pctīs. est virtꝰ:

Tertio ꝓ paulum
ergo et gaudiū de virtutibus erit virtus. Itē aplš. Gaudete in dño semper: iterū dico gaudete. Pro nichilo ita affectuose inuitaret aplš ad gaudiū nisi gaudere esset meritoriū ⁊ opus virtutis. ⁊ ita gaudiū est virtus.
In oppom
Sed cōtra. Gaudiū est virtus: ergo politica vel theologica nō est politica. qm̄ non est vna cardinaliū virtutū: ergo est virtus theologica. Sed cōstat ꝙ non est fides vel spes vel caritas: ergo plures sunt virtutes theologice ꝙ tres.
aꝛ ꝙ sit ꝟtꝰ theologica
Q[uod] aūt sit virtus theologica probat̄. quoniā virtus theologica proprie ē illa qua mouetur in deū imediate. vt fides/spes/caritas. Sȝ sicut fide/spe/caritate mouemur in deū imediate ita gaudio q̄ mouemur in deū mouemur in ipm imediate. ergo sicut fides/spes/caritas/sūt virtutes theologice: ita gaudiū est virtus theologica.
Iteꝝ aꝛ ꝙ gaudiū sit virtus.
nec pōt negari quin gaudiū in dño sit virtꝰ. quoniā gaudere in dño est meritoriū. ⁊ est in precepto decalogi quo precipitur. Memēto vt diē sabbati sanctifices.
Euasio.
Forte dicit ꝙ gaudiū in dño est virtus theologica. Sȝ est virtus eadem subiecto cū caritate. quoniā caritas habȝ duos motus in nobis. Unum quo facit nos diligere deum. Aliū quo facit nos gaudere in deo siue delectari. Q̄tum ad primū motū dicitur caritas. q̄tuȝ ad
ꝯ hanc aꝛ.
secūdū dicitur gaudiū. Sed cōtra. Sicut est annexū caritati: ita et spei. vnde aplš. Spe gaudentes. ⁊ per
ysaac q̄d ſt
ysaac. qui interpretat̄ risus intelligitur spes. quoniā spes ridere facit nos. Similiter fidei annexū est gaudium. Sicut enī caritate gaudemus in prima suauitate. ita spe gaudemus in prima largitate. et fide in prima veritate. nec solis virtutibus theologicis an-
aristoteles
nexum est gaudium. sed etiam politicis. Vñ aristo. Si aliquis abstinet et hoc ipo letatur continens est. si vero tristatur: incontinens est. ⁊ ita continentie annexū est gaudium. Similiter fortitudini annexum ē gaudium. vnde super illud euangeliȷ̄. Beati qui esuriunt et sitiūt iusticiā.
Glosa.
Dicit glosa ꝙ fortitudo excludit accidiā. ⁊ ita tristiciam seculi. Non potest aūt expellere nisi per suū contrariū. s. gaudiū: ergo fortitu-
Eodēmō d alijs.
dini annexū est gaudiū. Eodē modo potest ꝓbari de alijs virtutibus: ergo gaudiū est annexū generaliter omibus virtutibus: ergo gaudiū nō est aliqua spēs
Iterum ad p̄ncipale aꝛ
virtutis. Contra. Dolor de pctō est specialis virtus. quoniā distinguitur ab alijs ibi. Beati qui lugent: ḡ gaudiū de bono est specialis virtus.
Solutio. multiplex volitio.
Solutio. Notandum ꝙ velle dicitur multipliciter. Quādoqȝ dicitur velle idem ꝙ appetere. ⁊ scdm hoc velle est in qualibet vi. quoniā quelibet vis aīe est appetitiua sui finis in quo est ei quies. Quādoqȝ velle idē est ꝙ cōsentire in aliquid vt fiat vel nō fiat. ⁊ scdm hoc velle est tātum in ratione. Scdm hoc dicit aristoteles ꝙ voluntas est in rationabili. Tertio modo dicitur velle idē ꝙ placere: vt cum dicitur. volo istū esse bonū. i. michi
Augustinꝰ
placet ꝙ sit ꝯbonꝰ. Scdȝ d̄t hoc aug. in libro de trinitate ꝙ placitū est voluntas quieta. qm̄ cum hō habet qd̄ placet ei. quiescit ibi volūtas eius. ⁊ scdm hoc velle siue placere non est primus actus alicuius virtutis sed secūdus. quoniā sicut ad quēlibet motū virtutis sequitur hec passio. s. delectatio. ita post primū motum virtutis sequitur iste actꝰ velle siue placere. qd̄ idem est. nec potest aliquis primo moueri hoc motu quoniam primū est vt homo credat gaudia eterna. Secundo vt ei placeant ⁊ in eis gaudeat vt etiam ei
multiplex gaudium.
placeat ipȝ credere ⁊ gaudeat in illo. In ipā enī fide essentialiter est multiplex gaudium ⁊ multiplex refectio. Non tantū in delectabili multitudine creditoꝝ sed etiam in ipo actu credendi cū super eam fidei intellectus intenderit.
Ad rōnem
Per hoc patet ꝙ hec argumentatio non valet. Gaudere in domino est meritoriꝰ motus: ergo est motus specialis virtutis. Hec enim tenet in primis motibus virtutum: non in secundis. Et
Fallaꝯn̄tis
est ibi fallacia consequentis. quoniam processus fit a superiori ad inferius affirmando. Omnis enim motus specialis virtutis est meritorius. sed nō ecōuerso Per hoc patet solutio ad primū.
Ad scdm. Dolor de peccatis ē duplex.
Ad secundo obiectum dicimꝰ ꝙ hec est duplex. Dolor de peccatis est virtus specialis. quoniā si accipitur dolor pro tristicia nō est aliqua specialis virtus: sed est passio vel motus habens sibi annexam illā passionem. ⁊ est motus non primus alicuius virtutis: sed secundus cuiuslibet virtutis.
Due vie cuiuslibet virtutis.
Quelibet enim virtus habet duas vias. vnam gaudiȷ̄. aliam tristicie siue doloris. vt patet in fide. cuius via vna est cum cogitat de bonis creditis et in eis gaudet. que est via gaudiȷ̄. Alia via est cū cogitat de suo opposito detestādo īfidelitatē q̄ ē via
Tristicia ⁊ gaudiū se habent.
tristicie. Secundum hoc tristicia et gaudium opponuntur sibi: et sicut vnum non est specialis virtus: ita nec reliquū.
Aꝛ p̄t dici
vel potest dici: dolor de peccatis idem ꝙ planctus de peccatis: quo aliquis vult satisfacere ꝓ peccatis suis. crucifigendo carnē suam cum vicijs et concu. i. quo planctu vult punire in se quod deliquit
Luctus ad iusticiā ꝑtinet.
qui luctus est species iusticie. et secundū hoc non sequitur ꝙ si dolor de peccatis est specialis virtus: ꝙ gaudium de bono sit specialis virtus. quoniam secūdum hoc dolor de peccatis non p̄mo loco opponit̄ gaudio. delectatio aūt ⁊ tristicia ꝓut sūt pure passiones non sunt virtutes neqȝ motus virtutum: sed sūt determinatiue virtutum et operationum ipsaꝝ. Similiter dolor et gaudium prout secundi motus sunt determinatiui ipsarum virtutum: qm̄ sicut dictū est: Si aliquis abstinet et in hoc gaudet: castus est. quoniam quod gaudet in abstinentia sua et ei placet
verū signū castitatis.
signum est et quedam determinatio ꝙ ipse habeat veram caritatem in corpore. Si vero tristatur in abstinendo signum est ꝙ non habeat verā castitatem Si autem tristatur de incontinentia signū est ꝙ habet castitatem.
Iteꝝ aꝛ alieno medio
Item dolor de alieno bono est speciale vicium. s. inuidia. Inuidia enim est dolor felicitatis aliene. ergo per contrariū. Gaudere de bono alterius est specialis virtus: ergo gaudium de bono alieno est specialis virtus.
Ad idem.
Item dolere de alieno bono est primus motus viciȷ̄. scilicet inuidie. ergo per contrarium. Gaudere de bono alieno est primus motus specialis virtutis. qd̄ prius negatum est.
Solutio.
Solutio. Dicimus ꝙ sicut dolor de alieno est motus specialis viciȷ̄. ita gaudium de alieno bono est motus specialis virtutis. scilicet caritatis. Sed gaudium in se de hoc bono vel de illo non est motus specialis virtutis: sed omnium. Hec autem propositio est duplex.
ꝓ hec ad ꝓ mum.
Gaudium de hoc bono demonstrata fide est in concupiscibili. sicut dictum est ꝙ hec est duplex. Desiderium virtutum est in vi concupiscibili. Et sic patet solutio ad primum argumentum.
Ad scdm.
Ad secundum soluimus interimēdo istam. Dolor de alieno bono est primus motus inuidie. quoniā dolere et gaudere proprie non sunt primi motus vel virtutis vel viciȷ̄: sed tm̄ secūdi. Vñ si ꝓprimū motū velimꝰ diffinire inuidiā
duplex motus iuidie.
dicimꝰ. Ita īuidia est odiū felicitatis aliene. et hoc odium seq̄t̄ dolor siue tristicia felicitatis aliene. ⁊ sic prima

descriptio inuidie non est data per primū motū suum sed per scd̃m. Cum aūt vnus sit primus motus inuidie.s.odiū felicitatis aliene. duo sunt secūdi.s. dolor felicitatis aliene: ⁊ gaudiū de infelicitate. Eodē mo-
Act⁹ superbie. do est in superbia. Est autē superbia amor nimi⁹ proprie excellentie: ⁊ in hoc gaudet superbus. Cōtristat autē siue dolet de excellentia alterius.

Utrum desideriū virtutū et odiū viciorum sint in eadem vi.

Quarta questio.

Queritur vtrū desideriū virtutū ⁊ odiū viciorum sint in eadē vi. Probatur q̄ non. qm̄ sup illud euangelij. Simile est regnum celorum fermento quod acceptū abscōdit mulier ī farine sata. Tria ibi dicit
Arguit q̄ nō per gregoriū. grego. q̄ tres virtutes aīe in vnū redigantur siue vt omēs virtutes fermentētur in vnū. vt in ratiōe possideam⁹ prudentiā. in ira odiū viciorum. in cupiditate desideriū virtutū. ⁊ ita odium viciorum est in alia vi q̄ de-
In oppo^m siderium virtutū. Contra. Desideriū virtutū ⁊ odium viciorum sūt contraria: ergo in eadē vi. Sed desideriū viciorum est in concupiscibili: ergo odiū viciorum est in concupiscibili. ⁊ ibi est desideriū virtutū: ergo desideriū virtutum ⁊ odiū viciorum sunt in eadē vi. qd̄ etiā pōt pro-
Secundo. bari per hoc quod aristo. dicit in topicis. Si odium sequitur irā: erit odiū in furoris specie. illic enī ira.i. in vi irascibili. Sed hoc est falsum: q2 eius contrariū scʒ amicitia est in concupiscibili: ergo ⁊ odiū est in cōcupiscibili. Sed desideriū virtutū similiter est in concupiscibili: ergo desideriū virtutū ⁊ odiū viciorum sunt
Solutio. in eadē vi. qd̄ prenegatū est. Solutio. Odiū dicit tri-
Odiū sūt tripliciter. pliciter. Primo vt odium viciorum dicatur motus ille quo aīa insurgit contra vicia ad detestandū ea vel detestādo ea. ⁊ scd̃m hoc odiū est in vi irascibili. In hac
Gregorius significatōne dicit grego. q̄ odiū viciorum est in ira siue in irascibili. Scd̄o modo dicitur odiū viciorum voluntas fugiendi seu elongandi se a vicijs: ⁊ scd̃m hoc est in cōcupiscibili. qm̄ secūdum hoc est contrariū amori siue desiderio viciorum quo anima appetit se coniūgere vicijs. Scd̃m hanc significationē dicit aristo. q̄ odiū est in vi concupiscibili. In tertia significatione odiū viciorū idem est q̄ displicētia mali. ⁊ scd̃m hoc est in qualibet vi. sicut placentia boni est in qualibet vi. et scd̃m hoc odiū viciorum est annexū virtuti. quoniā quelibet virtus odit viciū sibi oppositū. Has tres significationes habet hoc verbū detestari. habet etiā quartam significationē in qua detestari est iudicare aliqd esse malū ⁊ abhominabile. ⁊ scd̃m hoc est in ratione.

De iusticia.

Circa tertiū capitulū queritur de iusticia in qua vi sita sit et vtrū in vna vi vel in pluribus. Sup
Arguit q̄ in oībus. illud geñ. Fluui⁹ egrediebat de loco voluptatis ⁊c. dicit quedā glosa q̄ per quattuor flumia paradisi significantur quattuor virtutes cardinales. prudētia. temperantia. fortitudo. iusticia. Et dicitur ibi q̄ per eufraten significat iusticia. nec dicit ibi per quas terras fluat eufraten. qm̄ iusticia non est determinate in
In opp^m aliqua vi: sed in oībus qm̄ circuit omēs. Sed contra Constat q̄ si vnus motus singularis esset in pluribus potentijs non possent distingui potētie per suos act⁹ ergo vnicus actus singularis non pōt esse nisi in vnica
vi. Preterea. vnus motus singularis non potest esse Secundo.
in diuersis subiectis: ergo iste motus virtutis quocunq̄ demonstrato aut proprie est tātum in irascibili aut concupiscibili. aut in irascibili. ⁊ ex hoc sequitur q̄ sit in vnica vi. Sed vbi est motus v̄tutis ibi est virtus: ergo cū motus iusticie sit in vnica vi: iusticia erit in vnica vi. nō ergo in pluribus. Solutio. Dicimus q̄ pru- Solutio.
dentia est in rationabili scd̃m omēs species suas que Prudentia ī rōnali
sunt. scientia/consiliū/intellectus/sapientia. Similit temperantia scd̃m omēs species suas in cōcupiscibili Tēperātia in concupiscibili.
qm̄ sobrietas ⁊ continētia sunt in cōcupiscibili. Simr. fortitudo scd̃m oēs spēs suas est in irascibili qm̄ vis irascibilis est ad victoriam et dominiū. qm̄ pacientia Fortitudo in irascibili
magnanimitas/ magnificentia siue largitas ⁊ similia sunt in vi irascibili. Iusticia vero cū sit genus ad mul- Iusticia vero. ⁊c.
tas species virtutū. scd̃m quasdā species est in vna vi scd̃m alias est in alia vi. Ueritas enī que est virt⁹ qua Ueritas.
hō vult dicere verū tantūmodo proximo suo ⁊ non eū decipere per falsitatē species est iusticie: ⁊ est in rōne.
Protectio vero q̄ est virtus qua homo bene protegit subditos suos ⁊ mansuetudo que est virtus refrenans irā erga proximū species sunt iusticie ⁊ sūt in vi irascibili. Liberalitas vero siue beniuolentia species est iusticie: ⁊ est in cōcupiscibili. ⁊ ita patet ratio qua re dicitur iusticia circuit omēs vires. ⁊ sic solute sunt omnes predicte obiectiōes. Protectio. Māsuetudo. Patʒ solutio rōnū

De concupiscentia.

Queritur primo de concupiscentia in qua vi sita sit. apostolus dicit ad romanos. Concupiscentiam nesciebā nisi lex diceret nō concu. Super hūc locum dicit augustinus. Elegit aposto. quod ē cōmune omnium.s. concupiscentiā a qua procedunt oīa mala bona ergo est lex que dū concupiscētiā prohibet oīa mala: prohibet. inde sic. Omne malū procedit ex cōcupiscentia: sed omnis motus bonus vel malus dicitur esse in aliqua vi: quia est ab illa vi. ergo cū oē peccatum sit a concupiscentia: oē pctm̄ est in cocupiscentia ergo omne peccatū est in vi cōcupiscibili: ergo et omnis virtus est in vi concupiscibili. Est enī regula q̄ cōtraria sunt in eadē vi. Item primus motus concupiscentie est in sensualitate: sed prim⁹ motus est peccatū: ergo aliquod peccatū est in sensualitate: sed sensualitas cōmunis est nobis cum brutis: ergo aliquod pctm̄ ē qd̄ communicamus cum brutis: sed contraria sunt ī eodem susceptibili in eadem vi: sed constat q̄ virtus non est in eo quod communicamus cuʒ brutis. ergo nec pctm̄ est ibi. Sed forte dicet q̄ sēsualitas dr̄ pars iferior rōnis cū dr̄ q̄ p̄mi mot⁹ sunt ī sēsualitate: hoc non potest dici qm̄ primi motus sunt in concupiscibili anteq̄ adueniat operatio rationis. Solutio. Ad primū dicimus q̄ cōcupiscentia quādoq̄ large qn̄q̄ stricte accipitur. Stricte dicitur ꝯcupiscētia amor delectandi in rē suam. ⁊ scd̃m hoc concupiscentia tantū modo est in vi concupiscibili. large dicitur cōcupiscētia. quilibet appetitus cuiuslibet rei. Et accipit quādoq̄ in malo vt dicatur concupiscentia voluntas improba siue libido qua appetit aīa delectari siue forni cari in creatura. Scd̃m hoc superbia est concupiscentia ꝓprie excellētie. scd̄ʒ hoc supbia ꝯprehēdit nō tm̄ cōcupiscētiā carnis ⁊ ꝯcupiscētiā oculorum: sʒ etiā superbiā vite. ⁊ scd̄ʒ hoc cōcupiscētia est radix oīm malorum

Margin: Questio. Paulus. Augustin⁹ Arguit primo. Secundo. Euasio. ꝯ hanc arguit. Solutio. per hoc ad primum.

scd̃m hoc omne peccatū actuale in concupiscentia est
Fallacia equiuocationis. tanq̄ in sua causa. nec inde sequitur: ergo omne peccatum est in concupiscibili. impediente fallacia equiuocationis. quoniam primo accipitur cōcupiscentia
Ad scd̃m. large: ⁊ cōcluditur ac si acciperetur stricte. Ad scd̄o obiectum dicimus q̄ cū dicitur. primi motus sunt in sensualitate. ibi accipitur sensualitas non pro brutali: sed pro sensualitate humana. Est enim duplex sen-
Duplex sensualitas. sualitas. s. brutalis vel que mouetur per modum nature: ⁊ est irrationabilis. nec subest libero arbitrio: quia cōcupiscim⁹ siue appetimus comedere vel coire velimus nolimus in hac. nec est virtus nec est viciū est ⁊ sensualitas humana que est inferior pars vis cōcupiscibilis. Uis enim cōcupiscibilis humana habet
Duplex cōcupiscibil. duas partes. Superiorē qua cōcupiscit eterna. ⁊ inferiorem qua cōcupiscit temporalia. Et scd̃m vtramq̄ partem mouetur volūtarie. ⁊ ideo in ea est peccatuʒ et in ea suut primi motus quibus indebito modo cōcupiscimus tēporalia ante iudiciū ratōnis. Per hoc patet solutio ad scd̄o obiectū. quoniā primi mot⁹ sūt in sensualitate. sed illa nobis nō est cōis cū brutis.

Utrum sint plures virtutes theologice q̄ tres.

Queritur vtrū sint plures virtutes theologice q̄
Arguit q̄ plures per augustinum. tres in eadē vi. Probat q̄ plures sunt q̄ tres. quoniā augustinus dicit in libro de moribus ecclesie q̄ amor boni est amor sūme potentie. sapientie. concordie. Sed respectu huius finis qui est prima veritas inest nobis vna virtus theologica que est fides. ⁊ amor prime veritatis. respectu prime largitatis inest nobis spes ⁊ amor p̄me largitatis. Silr̄ respectu sūme suauitatis inest nobis caritas ⁊ amor summe suauitatis. ergo a simili: respectu summe potētie inerit nobis quarta virtus theologica que erit amor sūme potentie. ⁊ respectu sūme sapientie. quinta. et respectu summe cōcordie. sexta. Et ita ad minus sex erunt
Arguit formatur rō. virtutes theologice. vel sic. Prima veritas generat in nobis vnam virtutē theologicā. Prima largitas secundam. prima suauitas tertiam. ergo eadē ratōne prima potentia quartā. prima sapientia quintā. p̄ms theologice cōcordia sextā. ⁊ sic erūt plures v̄tutes q̄
Secundo. tres. Item fides/spes/caritas dicūtur virtutes theologice: quia per eas mouemur in deum immediate: ergo eadē ratōne timor erit virtus theologica: quia per ipm̄ mouemur in deū imediate. quoniā sicut caritate diligimus deū propter se: ergo sicut caritas est
Tertio. virtus theologica: ita et timor. Item. sicut prima veritas generat in nobis fidem: ita prima potētia timorem. ergo sicut ⁊c. et ita plures erunt q̄ tres. Sʒ constat q̄ tantum sunt tres vires aīe: ergo cum oīs virtus sita sit in aliqua vi aīe sequitur q̄ plures virtutes
In oppo^m theologice sint in aliqua vi aīe. Contra. Omnis vis habet vnicum finem vltimū. sicut intellectus habet vnicum finē. s. primā veritatem quā querit omibus operibus suis ⁊ in ea quiescere intendit: ergo de⁹ nō est intellectui nisi vnicus finis: ergo in intellectu non est sita nisi vnica virtus theologica qua querit quie-
Ad idem. scere in prima veritate. Eodē modo potest probari q̄ in alijs duabus viribus non sunt nisi tantū due virtutes theologice: ergo nō sunt plures theologice q̄
Iteruʒ ad principale. tres. Sed iterum obicitur de duobus vltimis donis spiritussancti. s. de intellectu ⁊ sapientia. quoniam eis mouemur in deū immediate: ergo cum sint virtutes erūt v̄tutes theologice. ⁊ ita plures q̄ tres. Solutio Solutio.
Dicimus q̄ cum delectemur in deo immediate virtutibus theologicis non erunt nisi tres virtutes theologice. quoniā non sunt nisi tres modi delectandi in ipō summo delectabili. sicut patet in delectabili sensibili in quo non potest aliquis delectari nisi tribus modis. s. vel per modū estimationis vel per modum confidentie vel per modum coniūctionis ad illud. vt quando aliquis desiderat delectabile sensibile. si estimat se posse habere illud de facili. vel si sperat se habiturum vel quando coniūgitur illi per adoptionem Tripliciť
siue possessionē delectetur in eo desiderio prius. nec dlectamur
sunt plures modi delectandi in delectabili sensibili. in sensibili.
Eodem modo non sunt nisi tres modi delectandi in summo delectabili. Per fideʒ enī delectamur in ipō Tripliciť
per modū estimationis siue cognitionis. per spē. mo delectať d̄s
do confidentie. per caritatem delectamur in ipō per in deo
modū coniūctionis. quoniā dilectio est coniunctio diligentis cum dilecto. Deus etiā qui est multiplex fi- De⁹ m̄tipliciť ē finis v̄tutū theologicarum
nis virtutū theologi. quodāmodo nō est nisi triplex finis. Est enī finis vt prima lux ⁊ sapientia. ⁊ scd̄ʒ hoc est finis fidei. Est etiam finis inq̄tum summe largus et omipotēs. ⁊ secundū hoc est finis spei. Est finis vt summa bonitas siue suauitas caritatis. nec tantū secundū hoc est finis virtutum theo. sed etiam principiū siue causa efficiens earū. Finis enī consideratus fit causa efficiens. cōsideratio enī prime veritatis generat fidem. consideratio prime largitatis et omipotentie simul generat spem. consideratio prime suauitatis caritatem. Omia autē que dicuntur de deo reduci habent ad ista tria. Sapientia. lux reducitur ad hoc quod dicitur prima veritas. Per hoc aūt q̄ dicitur sūma remuneratio ⁊ omnipotentia reducitur ad hoc quod dicitur sūme largus. Sūma concordia. sūma misericordia reducit ad hoc quod dicit sūme bonus siue suauis. ⁊ ideo non sunt nisi tres theologice. Ad duas primas.
Per hoc patet solutio ad duas primas obiectiones
Adultimo obiectū dicim⁹ q̄ dono timoris nō moue- Ad vltimū
mur immediate in deū qd̄ patet per hoc q̄ timor initialis vel filialis non dicitur timor dei: nisi quia eo timemus offendere deum: sed timore reuerentie non mouemur in deum: sed potius a deo. Est enim timor Timor reuerentie
reuerentie quedam resilitio ab altitudine dei in propriam infirmitatem. Omnis enī timor fuga est: sed non est in aliqd sʒ ab aliquo. Contra hoc quod dicit ꝯ dictū gregorij.
beatus gregori⁹. q̄ desideriū virtutum est in concupiscibili obijcitur: quoniā velle credere ⁊ credere sūt eiusdem virtutis: ergo eiusdem potentie: sed credere est in ratione: hoc constat ergo velle credere est in ratione. ergo voluntas credendi est in ratione: ergo desiderium fidei est in ratione: non ergo in vi concupisci-
bili. Item communis animi cōceptio est: q̄ quilibet Secundo.
desiderat suam perfectionem. sed perfectio rationis est fides: ergo ratio ē desideratiua fidei: ergo desiderium fidei est in ratione. Pari ratione. Deside-
rium spei est in vi irascibili. et desideriū caritatis est Eodē mō arguit de alijs.
in vi concupiscibili: ergo desiderium virtutum generaliter consideratū nō est potius in vi cōcupiscibili q̄
in alijs virib⁹. Solutio. Dicim⁹ q̄ desideriū virtutū Solutio.
dupliciter dicitur: quia desiderium virtutū dicitur.i. desiderium earum que sunt virtutes. Et secundum hoc desiderium virtutum est in qualibet vi. vt probatum est. quoniam quelibet vis desiderat suā per-
fectionem. ⁊ ita virtutē que perficit eam. vel potest Arguit p̄t dici

dici desideriū virtutum quo desideramus virtutem
vt virtutē:non vt fidem vel spem/vel caritatē. ⁊ scd̄z
hoc desideriū virtutū idem est qd̄ amor boni siue de=
Dictū gregorij sic intelligitur. sideriū boni in aliquo.⁊ hoc est amicitia. Et scd̄z hoc
est in vi concupiscibili. Scd̄m hoc intelligit gregor.
scd̄m hoc hec ꝓpositio est duplex.Iste vult hoc ver=
Hec est duplex. bum demonstrata fide. quoniā si hoc verbū vult re=
spicit solum suppositū per accusatiuū significatur vo
luntas que est in ratione.Si autē respiciat suppositū
cum forma significatur voluntas que est in vi concu=
piscibili. Eodem modo dicimus ꝙ hic est multiplici
tas desiderium virtutum.

De singulis speciebus virtutū.

Tertius tractatus.

Dicto de essentia virtutum.dicendū est de singu
lis speciebus virtutum per ordinē. Primo de
fide.quoniā prima est intervirtutes.iuxta illd̄.Pri=
ma petit camp̄.⁊c. de qua sic agemus. primo quid fi
des siue de diffinitione fidei. Secundo vtrū fides sit
virtus. Tertio. vtrum fides sit vna species virtutis
an sit genus continens sub se multas species virtutū
Quarto.vtrū idem credatur ⁊ dubitetur. Quinto
de fide implicita ⁊ explicita. Sexto. de fide distincta
⁊ indistncta. Septimo.de articulis fidei. Octauo et
vltimo.vtrū fidei subsit falsum.

Qꝫ hoc nomen fides capi=
tur multipliciter.

Primū capitulū cōtinēs octo partes.

Fides capitur quinqꝫ mōis. Prius ergo notandū ꝙ hoc nomen fides multi=
pliciter accipitur. Fides quandoqꝫ dicitur habi
tus credendi informis quē habent christiani in mor=
tali peccato ⁊ demones.sicut dicit btūs iacobus.De
mones credunt ⁊ contremiscunt.Quādoqꝫ fides di=
citur habitus credēdi formatus que proprie est virtꝰ
de qua dicitur.Iustus ex fide viuit.⁊ iterum.Sancti
per fidem vicerunt regna.Et iterum.hec est victoria
que vincit mundū fides nostra.Quandoqꝫ dicitur fi=
des ip̄a cognitio aperta quam habebimus in futuro
Unde apl's. de fide in fidem. vbi dicit augustinꝰ. De
fide spei transibimus in fidem speciei quādo cogno=
scemus sicut cogniti sumus. Quādoqꝫ dicitur fides
ip̄e motus fidei.vnde augustinus. Fides est credere
quod non vides. Quandoqꝫ fides dicuntur articuli
fidei collectiue.vt ibi. Hec est fides catholica quam
Diffinitō fidei. nisi quisqꝫ ⁊c. De fide scd̄m ꝙ est virtꝰ ad presens in=
tendimꝰ.quā sic diffinit apl's.Fides est substātia rerū
sperandarꝫ argumentū non apparentiū. qd̄ sic est in=
telligendū. Fides est substantia.i. fundamentū rerū
sperandarū per quod.s. acquirūtur res acquirende.
Expō diffinitionis Dicit etiam fides substantia rerꝫ sperandarꝫ:qr p eaꝫ
substant in nobis res sperande. in presenti per spē.in
futuro per rē.Per fidē enī iam p̄gustamꝰ dulcedinē
felicitatis eterne q̄ consistit in stola aīe ⁊ stola corpis
Illa pticla dupliciter exponitur que sūt res sperāde. Argumētū nō apparentiū dicit
duobus modis. vt solet exponi.Primo:qr per eam
cōiunguntur res nō apparentes. qd̄ sicut hoc modo
patriarche et prophete et apostoli crediderunt ista.
Utrū diffinitō fidei sit bñ assignata. Pater ⁊ filꝰ ⁊ sp̄ūsctūs sūt vnus deus:ꝙ ita est. Se
cundo sic. Fides est argumentū.qm̄ p fidē probatur
de rebus nō apparētibꝰ:qr nō apparent sicut ecclesia
credidit hoc:ergo non apparet.Contra hanc diffini= **Ↄ diffinitionem arguit**
tionem apostoli obicitur multipliciter. qm̄ illa diffi=
nitio non congruit tantū fidei:sed etiam spei.quoniā
spes est substantia rerū sperandarū. quoniā per eam
iam substant in nobis res sperande per pregustatio=
nem.Est etiam argumentum apparentiū dupliciter.
sicut dictū est de fide: ergo diffinitio ista non cōgruit
soli fidei:ergo male est assignata.Forte dicit ꝙ fides **Euasio.**
dicitur substantia.i.primū fundamentum siue primū
principiū rerū sperandarum.⁊ hoc non congruit spei
Sed scd̄m hoc prima pars diffinitionis hec.s.substā= **Ↄ hanc ar.**
tia rerū sperandarū congruit omni fidei et soli:ergo
reliqua pars male apponit. quoniam a nullo distin=
guit. Item quelibet res debet diffiniri secundū pri= **Scd̄o p̄ncipalit.**
mū et principalem finem ad quē est. Sꝫ fides primo
et principaliter est ad credere:ergo fides debet diffi=
niri per hunc motū credere.⁊ apostolus diffinit eam
per effectū remotū.videtur ergo ꝙ male. Item que **Tertio.**
ritur quare potius dicit sperandarꝫ ꝙ credendarꝫ vel
diligendarum.Solutio. Dicimus ꝙ predicta diffini **Solutio.**
tio fidei scd̄m ꝙ intelligitur eo modo quo prius ex=
posita est:congruit et fidei et spei. Sed vltima pars
illius diffinitionis duobus alijs modis intelligitur
scd̄m ꝙ illa diffinitio congruit soli fidei. ⁊ secundum **Diffinitio vnomō cōuenit soli fidei.**
hoc pars prima hec.s.substantia rerꝫ sperandarꝫ poni
tur ibi ad differentiam fidei informis proprie. Reli=
qua autē pars ponitur ibi ad differentiā virtutum se
cundum ꝙ intelligitur tertio ⁊ quarto modo. Ter=
tio enim modo intelligiturvt dicatur fides argumē=
tum per similitudinē. quoniam sicut per argumen=
tum venitur ad conclusionis noticiā. ita per fidē ma
gis et magis illuminantem intellectum venitur pau
latim in perfectam noticiam etiā bonorū non appa=
rentium quod soli fidei congruit. quoniā sola fides
est que prima et per se illuminat intellectum. Quar
to modo dicitur fides argumentū non apparentium
propter articulos fidei qui sunt principia fidei per se
nota. Unde fides siue fidelis respuit eorū probatio= **Articuli fidei nō ꝓbātur.**
nem.Fides enī:quia soli veritati innititur in ip̄is ar=
ticulis inuenit causam quare credat eis.s. deuꝫ. sicut
in alia facultate. Intellectus in hoc principio Omne
totum est maius sua parte. Causam inuenit per quā
cognoscit illud.quoniā si in theologia nō essent prin=
cipia non esset ars vel scientia. Habet ergo principia
scilicet articulos qui tamen solis fidelibus sunt prin= **per hoc ad prima.**
cipia.quibus fidelibus sunt per se nota:non extrinse
cus aliqua ꝓbatōne indigentia.sicut enī hoc p̄ncipiū
Omne totum maius est sua parte: habet aliquātam
illuminationem per modum nature illuminantis in
tellectum:ita hoc principium. deus est remunera=
tor omnium bonorū:et alij articuli habent in se illu
minationem per modū gratie qua deus illuminat ī
tellectum.vnde esa.vij.Nisi credideritis non intelli
getis.⁊ salomō.iiij.prouerbiorum . Semita iustorꝫ
quasi lux splendens et crescit vsqꝫ in perfectam dieꝫ
Isti duovltimi modi quibus fides dicitur argumen
tum non apparentiū non conuenit alijs virtutibus:
et ideo per illā vltimam partē differt fides ab alijs
virtutibꝰ. Ad aliud sequēs obiectū dicimꝰ ꝙ illa dif
finitio non est logica vel phisica . sicut enī logica dif **Ad aliud.**
finit res per genus et differentias:vt cum dicit : ira ē
appetitus cōtrarij doloris.et naturalis philosophia
diffinit p naturā:vt ira ē accēsio sāguinis circa cor:ita
theologia diffinit rem p habitudinem ꝓpriam quaꝫ

habet ad vltimū finem scilicet deū quod generaliter
dicitur ꝙ res debet diffiniri per primū ⁊ principalem
Ad vltimū finem locū habet in alijs diffinitionibus. Ad vltimo
obiectum patet solutio.quoniam fides principaliter
tendit ad omēs et solas res sperandas quibus inten=
dit frui deo: sed non intendit ad omēs res credēdas
vel ad omnes res diligendas.

Utrum fides sit virtus.
Secunda questio huius capituli.

Ar ꝙ non. Queritur vtrum fides sit virtus. Uidetur posse
probari ꝙ non: quia philosophi dicunt ꝙ finis
speculatōis est veritas siue verū:virtutis ṽo finis est
bonum. Sed fidei finis est veritas. quoniā fides est
cognitio enigmatica bonorū eternorū: ergo eius fi=
Secundo. nis non est bonū: ergo ip̄a non est virtus. Item cum
duplex sit intellectus:speculatiuus: et practicus. In
speculatiuo intellectu sunt sciētie ⁊ speculationes ve
ritatis. In practico intellectu est virtus ⁊ bona ope=
ratio. Fides autē est in speculatio intellectu: non in
practico.quoniā fides non est in inferiori parte men=
Gregorius sup hiere. tis:sed in superiori. sicut dicit beatus Gregorius su=
per illud hieremie. Filij mempheos et thāneos con
stuprauerunt tevsqꝫ ad verticem.Cum ergo fides sit
in speculatio intellectu: ergo ip̄a est sciētia siue cogni
Tertio. tio quedā:et non virtus. Item fides est media inter
scientiam et opinionē. Sed duo extrema.s.scientia ⁊
opinio sunt in speculatiuo intellectu.⁊ cōsistūt in pu=
ra speculatione: ergo fides est pura speculatio: ergo
Solutio. non est virtus.Solutio. Dicimus ꝙ fides est in spe=
culatiuo intellectu:non tamen consistit pure in specu
latione. nec eius finis tantū est veritas: immo etiam
bonum.consistit enī in speculatione primeveritatis⁊
Nota ista. in estimatione boni: quia dū intellectus per fidē spe=
culatur primā veritatem estimat eam sibi summe de
lectabilem:⁊ sibi summū bonū.⁊ ideo mouetur in il
Exemplū. lāvt ī ea delectet et qescat Sicut ouis p estimationē
fugit lupū.ita fides per estimationē mouet in primā
veritatē.Et ideo fides coniūgit animas sanctas deo.
Intellectꝰ speculatiuꝰ et quia est prima virtus inter theologicas. Intellē=
ctus autē speculatiuus in alijs sciencijs vti debet so=
la speculatione et nō estimatione.quoniā nullū sub=
iectum alterius scientie est bonū in quo debeat dele=
ctari noster intellectus. Unde non debet moueri per
estimationē in illud.s.in quācunqꝫ creaturam vt dele
ctetur in illa. qd̄ si faceret mecharetur. quoniā sicut
affectus noster mechatur cū mouetur ad hoc vt dele
ctetur in aliquo bono temporali.ita intellectꝰ noster
mechatur quādo mouetur per estimationē ad hocvt
Finis fidei delectetur in aliqua veritate creata. Et ideo in alijs
scientijs debet esse pura speculatio. Sed in hac sen=
tentia siue scientia ip̄a speculatio virtus est. quoniaꝫ
per modum estimationis mouet ad bonum: ad bo=
num dico eternū. Non primo loco ad bonū in opera
Fides mouet ṽtutes tione sicut politice virtutes.tamen ipsa fides mouet
ad bonum in operatione per medias virtutes politi
cas quas omēs ip̄a mouet. Ip̄a enīviuificat ⁊ hoīem
Apostolꝰ. interiorem ⁊ hoīem exteriorē. sicut dicit apostolus.
Iustus ex fide viuit. Cum ergo dicūt philosophi ꝙ
virtꝰ est sita in practico intellectu hoc intelligūt tan=
Philosophi nō cognouerunt fidem. tum de politicis virtutibus que consistunt in opera=
tione. De fide enim nichil vel parum cognouerunt.
Per hoc patet solutio ad duas primas obiectōnes.
aliquid futurū potest videre eius oppositū propter
indeterminatā veritatē ipsius . Itē sit ita q̄ aliquis Iterū ar.
proposuerit ysaac innocenti hanc pro positionē deus
non erit homo:et probet illud per simile naturale sic
magis distant homo et deus q̄ homo et asinus. sed
homo nunq̄ erit asinus:ergo deus nūq̄ erit homo et
sit ita q̄ ysaac acquiescat et dicit verū est.q̄ nunq̄ de⁹
erit homo et sic decedat.inde sic.ysaac credidit cōtra
riū articulo:ḡ peccauit mortaliter et sic decessit: ergo
iam dānatus est in inferno: ergo necessarium est ipm
esse damnatum. quia in inferno nulla est redemptio
sed possibile est q̄ nunq̄ deus erit hō: ergo hoc totū
possibile est q̄ ysaac dānatus est et q̄ deus nō erit hō
Ponat inde sic ysaac credidit deū nō esse futurū ho= Ar sic.
minē et hoc est verū q̄ ysaac credendo hoc credidit
verū:ḡ credēdo hoc nō peccauit nec alia vice peccauit
et ē dānat⁹ hoc est de positiōe: ḡ est dānatus sine pctō
qd̄ est impossibile. Solutio.dicimus q̄ hec argumē= Solutio.
tatio non valet.ysaac credēdo hoc nō credidit nisi ve
rum:ergo credēdo hoc nō peccauit. quoniā creden=
do verū peccat aliquis qn̄ id quod nō est determina= Aliqs peccat credendo verum.
tum in sacra scriptura aliquis presumit asserere licet
sit verū.quia hic est ordo naturalis vt de⁹ iudicet ho
minē spirituale et omnia inferiora. spiritualis aūt iu
dicet carnalē.carnalis aūt nō potest iudicare nisi ea q̄
sunt sub ipso.scz bruta animalia. cū ergo aliquis asse
rit aliquid de deo quod nō est determinatum ab ipso
deo licet sit verū tamē peccat quia facit se iudicē dei
et se quodāmodo cōstituit supra deū ordine puerso
quoniā apostolus dicit sed neq̄ meipsū iudico.q̄ aūt Paulus.
iudicat me dn̄s est. si autē apostolus nō p̄sumit iudi=
care seipsum multo fortius presumptio erit iudicare
deū. Itē queritur vtrū aliquis sine pctō p̄ot credere q̄o incidēs
contrariū articulo.qd̄ probat.sit q̄ aliqua vetula cre Ar q̄ sic.
dat patrē esse maiorē filio per hoc qd̄ audiuit quicq̄d
habet filius habet a patre. q̄ hoc possit credere sine
peccato probat.quoniā in quarto sententiarum dicit In q̄rto sententiarum
q̄ si aliquis hereticus predicet nomine augustini et
aliquis ei credat non dicit credere heretico . sed au=
gustino.sed vetula simpliciter credēdo augustino nō
peccat licet hereticus predicet hoc falsum.patrē esse
maiorē filio.et ita nō peccat vetula credēs contrariū
articulo. Item ignorātia inuincibilis excusat a toto Secūdo
sed in hac vetula est ignorātia inuincibilis quoniā est
supra eius facultatē aliquid explicare de patre:ergo
propter ignorantiā inuincibilem que ex toto excusat
credendo patrē esse maiorē filio non peccat. Item su Tertio.
mus in tempore sanctorum hyla.anastasij:eusebij i quo

omnes prelati fuerunt heretici:exceptis istis tribus
inde sic: ista vetula tenetur credere prelato suo iquā
tum est prelatus eius.et prelatus predicat patrē esse
maior filio:et omnes prelati fere . ḡ vetula acquie=
In oppoᵐ scēdo prelato suo in hoc non peccat. Contra: credit
Secundo. contra fidem.ergo peccat mortaliter . Item si ali=
quis facit contrarium eius quod tenetur facere:pec=
cat mortaliter:ergo a simili.si aliquis credit quod nō
Tertio. tenetur credere peccat mortaliter Item. peius est er
rare in via fidei q̄ in via morum.quod probatur per
hoc quod supra illum locum euāgelij dr̄ de peccato
Augustin⁹ quia non credunt i me. dicit augu.de peccato infide
litatis. Quo retēto:omnia retinentur.quo dimisso:
omnia dimittuntur.et ita peius est errare in via fidei
q̄ in via morum:sed quicunq̄ errat in via moruz pec
cat mortaliter.nec aliqua ignorantia excusat eū.ergo
quicūq̄ errat in via fidei peccat mortaliter.ita q̄ eum
Solutio. nulla excusat ignorantia. Solutio:dicimus q̄ nullus
potest credere contrarium articulo:quin peccet mor
taliter:quia ignorantia iuris diuini neminē excusat.
Ad primum:dicimus q̄ illa auctoritas: si aliquis he
Ad primū reticus predicat nomine augustini: intelligenda est i
hoc casu.s.quando hereticus predicat verum:siue de
ceptus siue non.quoniā heretici sepe predicant verū
licet credant illud esse falsum.quoniam credūt illud
verum esse contra ecclesiam.quia hec est intentio eo
rum vt destruant ecclesiam.in tali casu intelligenda ē
predicta auctoritas:nō in omni casu:et ad distiguēdū
quō vetula iuuatur. talem casum a tali:iuuabit vetula a spiritu sācto nisi
ipsa sit in culpa. si aūt predicet cōtrariū articulo nō ē
credendū ei.vnde apostol⁹.si āgelus de celo aliud.i.
cōtrariū nobis predicauerit anathema sit qm̄ cū di=
Ratio. ctū sit.q̄ asserere de deo etiā verū auctoritate liberi
arbitrij.s.tale verum quod nunq̄ a deo est determi=
per hoc ad oppositū. natū sit peccatuz multo fortius erit peccatū asserere
de deo contrariū vero nec excusata est vetula ignorā
tia inuincibili respectu huius articuli:filium dei esse
equalem patri in omnibus:quia potest addiscere ab
Faciēs qd̄ in se est nō errat in fide. alio.habet enim quidam per se motum in intellectu
suo speculatiuo:scilicet deū esse:quod si bene conside
ret glorificabit deum:et sic aperiet hostium vt intret
lux vera que illuminet eam sufficienter:nec permit=
tet eam errare. Ad tertio obiectū: dicimus q̄ si etiā
Ad tertiū. prelati suo heresim credit quicunq̄ simplex nec excu
satur.quoniam nec si angelus de celo predicet hoc.
sic esset credendum ei.qm̄ quilibet habet prope se su
Holcot. premum prelatum : scilicet deum:de quo debet dice
re. Audiam quid loquatur in me dn̄s.hunc prelatuz
principaliter et maxime debet sequi quilibet christia
nus quantūcunq̄ potest.quod si fecerit non decipiet
ab alijs prelatis:sed quando homines sūt sine docto
re isto difficile est tunc recte credere de deo:et sepe cō
tingit q̄ propter peccatum populorum non mittit
eis dn̄s veros doctores . Item q̄rit in quo instanti te
Alia q̄o incidens. neatur primo credere et ponatur q̄ paruulus statim
post baptismū deferatur apud paganos : et moretur
ibi donec sit adultus:queritur de isto in quo instanti
primo tenetur credere:videtur q̄ in illo instanti in q̄
primo potest dici:iste est adultus:probatio dicatur il
Ar primo. lud instans a:si iste decederet:statim post a damnare
tur:quia cum sit adultus nec credidit in deū nūq̄ di=
lexit deum:ḡ peccauit mortaliter:nō nisi peccato ob
missionis sit:ita ergo obmisit:non nisi in a et ita obmi
sit credere in a:et ita tenebatur credere in a et nō an
a:quoniā nondū erat adultus. ḡ a fuit primum istās

in quo tenebatur credere. Cōtra.apo. dicit. Inuisi= In oppoᵐ
bilia dei per ea que facta sūt etc. Ad hoc igitur q̄ ali
quis credat oportet q̄ prius consideret inuisibilia et
conferat illa sue esse. Unde dicit aristo. q̄ credere ē p
suasū eē:sz ad omnia ista facienda exigit tēpus. ḡ im
possibile est per se q̄ aliquis in primo instanti etatis
sue adulte credat:ergo impossibile erat per se isti vt
crederet in a.sed nullus tenet ad impossibile per se.
ergo iste non tenebatur credere in a . quod concedi= Solutio.
mus dicētes. q̄ nullus tenet credere in p̄mo instanti
etatis adulte.iudex enī secularis dat inducias delibe
rationis multo fortius iudex eternus qui in infinitū
est benignior dat inducias ad credendū in se. quantū
vero temp⁹ det ad huiusmodi deliberationē nullus
scit. Un̄ patz q̄ hec argumētatio non valet.iste est ad hec argumētatio nō valet.
ultus et non credit i deū et decedit sic: ergo dānabit
quoniā nō fuit in mora credēdi.et iudicat ideo vt par
uulus donec tempus deliberationis fuerit elapsum.

¶ De cognitione dei quā habuerunt gentiles. ¶ Quartus tractatus.

POst predicta dicendū est de cognitione dei quā
habuerunt gētiles heretici et iudei et discipuli
adhuc infirmi. Apls dicit q̄ philosophi deū cognoue Paulus.
runt.sed non sicut deū glorificauerunt. Queritur er Prima q̄o
go vtrū philosophi cognouerūt tres psonas vel ali=
quā illarum.videtur q̄ sic.quoniā augustin⁹ dixit q̄ ma Ar q̄ sic per augustinū.
gi pharaonis defecerūt in tertio signo:verterunt enī
aquā in sanguinē fecerūt ranas et ciniphes facere nō
potuerūt et dicit augustin⁹ q̄ per hoc significat q̄ phi
de duab⁹ psonis.s.de prē et filio cognitionē habuerūt
sed cognitionē de spiritusancto habere nō potuerūt
Sed contra.idē est effectus triū personarū in creatu In oppoᵐ
ris quoniā indiuisa sunt opera trinitatis: ergo si per
effectum in creaturis habuerūt cognitionē de patre
et filio.eadē ratione de spiritusancto. Item magi di Secundo.
xerunt digitus dei hic est: ergo habuerunt noticiam
de digito dei:ḡ habuerūt noticiā de patre et spiritu=
sancto. Item philosophi per potentiā que attribuit Tertio.
patri habuerūt noticiā de patre. similiter per sapien
tiam de filio dei:ergo eadē ratione de spūsancto per
bonitatem . Preterea. bonitas relucet in creaturis Quarto
magis q̄ potētia vel sapientia.omis enī creatura cla
mat bonitatē dei apertius q̄ potentiā vel sapientiā:
ergo si philosophi potuerūt per potētiā et sapiētiā
cognoscere patrē et filium multo fortius per boni=
tatem potuerūt cognoscere spiritūsanctū quomodo
igitur defecerunt in tertio signo. Itē aug.dicit q̄ in Quinto per augustinū.
omni creatura relucet vestigiū trinitatis.quoniā cre
ature sunt ymagines et signa trinitatis . sed ex yma=
ginibus et signis fiunt sillogismi. qm̄ naturaliter per
ymagines et signa hn̄t res cognosci:ergo cū ymagiēs
et signa totius trinitatis sint impressa in omni creatu
ra tota trinitas est cognoscibilis naturaliter per illa
sed apostolus dicit q̄ notū est dei.i.cognoscibile deo
manifestū factum est illis. ergo tota trinitas manife=
sta facta est philosophis: ḡ nō defecerunt in tertio si=
gno. ex hoc etiā sequitur q̄ articulus de trinitate nō
est supra naturā. Itē de cognitiōe hereticorū sic obi= Sexto.
citur. Quedā glosa dicit super principiū apocalipsi.
q̄ nunq̄ fuit erratū in persona patris:ergo videtur q̄
omnes bene senserunt de persona patris. sed constat
q̄ pater et filius sunt correlatiua : ergo vno cognito
diffinitiue alterū cognoscitur diffinitiue . sed omnes

In oppo^m senserunt bene de psona patris. ergo τ de psona filij. Cõtra: arrius dicit q pater ẽ maior filio et filius est minor prẽ et vtrũq ẽ falsũ et hereticũ: ergo erratum ẽ in persona patris in persona filij. Ad primũ dupliciter **Ad primũ.** rñdetur Primo vt dicatur q phi non cognouerunt tres personas distincte: qm̃ non cognouerunt deum nisi per effectum. effectus aũt non distinguit psonas quoniã pater nõ ĩquantum pater: nec filius inquantum filius: nec spiritussanctus inquantum talis: sed ĩ quantum deus habet effectum in creatura. vnde phi **Nõ de phis** losophi dicuntur cognouisse patrem et filium nõ ꝓpter distinctionem personarum: sed quia cognouerunt potentiam et sapientiam que appropriantur patri et filio: sed quia non cognouerunt supremũ effectum bonitatis diuine: scilicet incarnationez filij dei ideo dicuntur non cognouisse spiritum sanctum de **Alr̃ pt dici** quo conceptus est filius dei. Secundo mõ potest dici q philosophi defecerunt in cognitione persone tertie: ideo quia sibi attribuerunt sapientiã suã: sicut dicit aposto. de ipsis qui cũ deum cognouissent non si- **Paulus.** cut deum glorificauerunt: nec gratias egerũt: sed euanuerunt in cogitationibus suis dicentes enim esse sapientes: labia nostra a nobis sunt: et hoc est sũma ignorantia sũme bonitatis: que fons est oĩm bonorũ: dũ sibi aliqd bonũ attribuit aliquis. et ideo defecerunt in tertio signo: quoniam licet sufficiẽter potẽtiã et sapiẽtiã dei cognoscebant: in predicta tñ co- **Ad scdm.** gnitione sũme bonitatis defecerunt. Ad secũdũ: dicimus q qñ magi dixerunt digitus dei hic est: hoc de dei bonitate intellexerunt quã insufficienter cognoscebant: quoniam contradicebant et q̃uis in nullo cõ- **Ad tertiũ.** tradixerunt potentie et sapientie dei. Ad tertio obiectũ dicim⁹ q bõitas dei magis relucet in creaturis q̃ potentia vel sapientia: et philosophi magis cognoscebant bonitatem dei q̃ potentiam et sapientiam quantũ ad visibiles effectus qui debent esse principium cognitionis: sed non quantũ ad inuisibiles effectus: quelibz etiã inuisibilia bona a fonte sũme bonitat͡ procedunt: contradixerunt sũme bonitati dũ sapientiam suam attribuũt sibi: non auertentes deũ eẽ **Ad vltimũ** fontem sũmi boni et causã principalem. Ad vltio obiectũ dicim⁹ q per ymagines et signa sua habẽt res cognosci: sed non per quaslibet ymagines et signa: sz tantum per ymagines et signa expressa: vestigiũ aũt trinitatis relucet in rebus non expressis: sed remotis et obscuris: non enim dixit aposto. tm̃ quod videm⁹ nunc per speculum: sed addidit in enigmate. non enĩ est expressũ vestigiũ in creaturis de hoc q genuit pater filium eiusdẽ singularis essentie secũ: et de hoc q pater et filius spirant spiritũ sanctũ simul concordãter vniformiter et equalr̃ et eiusdẽ sigularis essẽtie **Ↄ hoc ar̃ ꝑ augustinũ.** secũ. sed contra. augusti. dicit q philosophi disputauerunt de tugatori et non. i. de patre τ paterna sapiẽtia. quo philosophi habuerunt cognitionẽ persona- **Secũdo** rum distinctã. Item mercurius philosophus dicit q monas monadem genuit propriũq ardorẽ in se reflexit. Monas monadem. i. pater filium propriũ ardorem. i. spiritũ sanctũ quo pater et filius mutuo se diligũt: et ita philosophus iste distinxit tres personas: et ita philosophi distincte cognoscũt tres per- **Solutio.** sonas. Ad quod dicimus q tria sunt genera philoso- **triplex genus phox.** phorũ quidã non cognouerũt personas distincte. sed tantũ indistincte neq cognouerũt personas nisi quia cognouerunt propria illarũ: sz potentiã et sapientiã

Quidã alij cognouerũt distincte duas personas. sed ad cognitionẽ tercie nõ potuerũt peruenire τ hoc iõ quia generatio filij dei satis est propinqua cordi humano quoniã cõsiderauerũt de facili q deus nõ erat sterilis sicut ipse dicit per ysaiam. **Ysaias.** Nũquid ego q̃ generationes alijs tribuo sterilis pmanebo et ita per hoc cognouerũt philosophi q de⁹ ab eterno genuit filiũ sibi equalem cui cõmunicaret cõmunes diuitias maiestatis sue. alr̃ inuidus eẽt retinẽs sibi aliqd qd nõ cõmunicaret et quẽ sũme diligeret aliter nõ hr̃et sũmã τ mutuã dilectionẽ ad aliquẽ τ ita nõ eẽt sũme beatus sicut ostensũ est in pmo libro. Preterea. phi dicebant deũ esse primã et perfectissimã intelligẽtiã ex quo de facili intulerũt q ex illa prima et perfectissima intelligentia generata est sũma et perfectissima sapientia et sic. disputauit de tugat. et non. sed pcessio spiritussãcti multo remotior erat a corde hũano et ideo nulli philosophi potuerũt venire in cognitionem spũssancti. licet venissent in cognitionem patris et filij et iste est tertius subtilior modus respondẽdi **Iste mod⁹ subtilior.** ad auctoritatẽ augustini qua dicit q philosophi defecerũt in tertio signo. fuit etiam tertium genus phi **Tertiũ genus phorũ** losophorũ qui cognouerũt tres psonas distincte. sed illi fuerũt edocti a christianis. vt mercuri⁹ qui fuit in tempore christianorũ. Ad illud qd supra q̃situ est q **Ad rõnem** nunq̃ fuit erratũ in persona patris dupliciter potest responderi. primo. vt dicar̃ q nõ fuit erratũ in persõa patris. quoniã nulla heresis derogauit maiestati patris. quoniã plenã maiestatẽ diuinitat͡ ei ascriberet sed alia heresis derogauit maiestati filij. sz arriana que dixit q filius erat minor patre. Secundo modo **Alr̃ pt dici** potest dici q nũq̃ fuit erratũ in persona patris scdm se. quoniã secundũ se omnes cõfitebar̃ ipsũ innascibilẽ deũ omnipotentẽ sũme bonũ. τc. sed in collatione ad filiũ erratũ est in persona patris et in persona filij. Itẽ querir̃ de cognitiõe iudeorũ vtrũ ipsi in tpe **Alia q̃o incidẽs.** christi cognouerũt personas qd sic videt. quoniã dominus dicit in euãgelio Jo. Pater me⁹ quẽ vos dicitis quia deus noster est: ergo iudei de patre christi dixerunt quia deus noster est: ergo cognouerũt patrem. Itẽ ipsi adorabant patrẽ. quoniã dñs dicit in euãge- **Secundo.** lio in persona iudeorũ samaritane. nos adoram⁹ qd scimus vos autẽ sz samaritani adoratis quod nescitis. hoc autẽ ĩtelligir̃ de psona aut de eẽntia. de essẽtia nõ quia etiã samaritani bene cognoscũt essentiam diuinã: ergo intelligir̃ de persona: ergo iudei adorabant personã: ergo cognouerunt personã et ita patrẽ et filiũ et spiritũsanctũ. Itẽ iudei adorabãt deũ: **Tertio.** ergo trinũ vel nõ trinũ. sed non potest dici q adorabant deũ nõ trinũ quia deus est trin⁹: ergo adorabãt deum trinũ: ergo adorabãt trinitatẽ: ergo adorabãt tres personas: ergo habebãt cognitionẽ de tribus psonis. **In oppo^m** Contra. dicir̃ in euangelio Qui nõ honorificat filiũ nõ honorificat patrẽ qui misit illũ. sed iudei non honorificauerũt filiũ: ergo nõ honorificabãt patrẽ: ergo nõ adorabãt patrẽ: ergo nec cognoscebãt. quia q̃cũq cognoscit adorat qr q̃ cognoscit deũ vel personã diuinam diligit et qui diligit honorificat et adorat. sed videtur q hoc nõ sequitur. quoniã apostol⁹. dicit athe- **Ↄ hoc ar̃.** niensibus. quẽ colitis et adoratis illũ vobis annũcio ergo non sequitur q si aliquis colit aliquã personã q cognoscat eam. Solutio. notandum q pater quã- **Solutio.** doq adoratur vt pater: scilicet in habitudine ad filium: quãdoq adoratur vt inascibilis sub proprietate

triplicit pr̃ adorar̃. innascibilitatis tantũ. q̃nq sub natura sua vt deus. τ his tribus modis adoratur a veris christianis. Sed duobus modis vltimis adoratur a iudeis τ cognoscitur. vnde hec. Judei cognoscebãt patrẽ non est vera **Quõ iudei cognoscebant patrẽ Hec est duplex.** nisi per accidens. quoniã non cognouerunt inq̃tũ pater est: sed inq̃tum innascibilis est. τ sic loquẽdo per accidens dixit dñs iudeis. Pater meus τc. Hec autẽ est duplex. Judei adorabant deum trinũ vel cognoscebãt deum trinũ. quoniã si verbũ respiciat totã istã orationẽ deum trinũ falsa est. Si primã partem vera est. quoniam adorabant deũ qui est trinus. τ re vera sequitur si adorat cognoscit aliquo modo. Sed potest esse q aliquis adorat quod cognoscit alio modo licet ignoret alio modo. sicut athenienses qui adorabant filiũ dei. τ tamen ignorabant filium dei inq̃tum filius dei est. sed cognoscebant inq̃tum pius τ misericors propter quẽ sol obscuratus erat cõtra naturam Eodẽ modo iudei cognoscebãt filiũ dei τ ignorabãt cognoscebant inq̃tum erat ille homo. ignorabãt inq̃tum erat filius dei. qd autẽ dicit dñs. Nos adoramus qd scimus. intellexit proprie de iudeis fidelib⁹.

De cognitione discipulorum.

Secunda questio.

Ultimo queritur de cognitione discipulorũ adhuc infirmorũ in quorũ persona locutus est philippus quando dixit. Dñe ostende nobis patrẽ τ sufficit nobis. Philippus ergo et ei similes aut tũc co- **Ar̃.** gnoscebant patrem aut nõ. Uidetur q non. quoniaz querit certificare de deo patre. τ querebat certificari de deo quod ignorabat: ergo ignorabat patrẽ. qd videtur velle dñs dicens. Si cognouisset͡ me τ patrem meũ vtiq cognouissetis. Loquir̃ etiã dñs quibusdã discipulis suis qui cognoscebant eũ licet imperfecte. de quibus erat thomas qui dixerat ei. Dñe nescim⁹ quo vadis. τ quõ possumus viã scire. quibus dñs probat q ipsi sciunt viam. vt habetur in glosa augustini. **Augustin⁹** hoc argumento. Ego sũ via. vos scitis me: ergo vos scitis viam. Dixit enĩ et me scitis. τ vnde viam scitis quasi diceret ex quo me scitis viam scitis. qm̃ ego sũ via. Sed videtur in hac argumentatione dñi esse fal- **Ↄ hoc ar̃.** lacia scdm accidens. sicut hic. Iste cognoscit choriscũ choriscus est veniens: ergo iste cognoscit venientem Ad hoc dicunt quidã q conclusio est duplex. qm̃ ver- **Solutõ aliquorum.** bum potest respicere accusatiuũ ratione suppositi cũ accidente. τ sic falsa. vel ratione tantũ suppositi: τ sic vera. τ scdm hoc intellexit dñs conclusionẽ. Sz cõtra **Ↄ hãc solutionem ar̃.** hanc solutionẽ obicitur. qd dñs dixit. Philippe. qui videt me videt et patrẽ meũ. τ iterum. Si cognouissetis me et patrem meũ vtiq cognouissetis: ergo ad hoc q aliquis cognoscat christũ oportet q cognoscat et alias eius dispositiones proprias. Sed esse viã est eius propria dispositio: ergo ad hoc q aliquis cognoscat christũ oportet q sciat eum esse viam. qd concedimus hac ratione dicentes q argumentatio est neces- **Solutio.** saria. τ verbũ proprie respicit suppositũ cum accidente nec est simile quod inducitur pro simili. qm̃ hec dictio venientem significat accidens τ non propriam dispositionẽ subiecti. quã dispositionẽ opz cognosci ad hoc q subiectũ cognoscar̃. Sed videt q hec solutio **Ↄ hoc ar̃.** nõ valet. qm̃ ipse thomas dicit nescimus quo vadis τ quõ possum⁹ viã scire. Ad hoc dicim⁹ q thomas non **Solutio.** aduertebat actu de quo loqueretur. Loquebar̃ enĩ de gloria patris ad quã itur⁹ erat per mortẽ. ad quẽ finẽ christus erat via anthonomatice secundũ suas ꝓprias dispositiones quas cognoscebat thomas τ ei similes: et ita cognoscebat q ipse esset via ad gloriam dei patris: quoniã sciebat q per cõformitatẽ ei⁹ itur ad gloriã immortalitatis in qua est pater: sed quoniam nesciebat de quo fine vel loco loqueretur cũ dicebat. Ego vado parare vobis locũ. iõ dixit hoc. Nos non possumus scire viã ad locũ ad quẽ vadis. sicut si aliquis vellet ire remis et alius diceret ei. nescio viã ad locum ad quẽ vis ire: qm̃ nescio ad quem locum vis ire. licet sciat viã que ducit remis: et q predicto modo sit intelligẽdũ patet ex fine glose que sic inci- **Probat ꝑ glosam.** pit: hoc dictũ est secundũ quosdã τc. que etiam de cognoscentibus christũ. vult legi totũ textũ qui seqtur vsq ibi dicit enĩ philip. qm̃ philipp⁹ erat de ignorãtibus et christuz et patrem. ꝑ hoc pz solutio ad primo obiectum.

Quid sit spes.

Quintus tractatus.

Dicto de fide et cognitione: seqtur de spe. Primo quid spes. secũdo quõ differt a fide. tertio quõ differt a timore dono. Quarto vtrũ spes sit mercennaria. Quinto vtrũ sancti qui modo sũt ĩ patria habeant spem τ quõ euacuar̃ in futuro. Spes ita describir̃ a btõ augustino. Spes est certa expectatio fu- **Diffinitio spei.** ture btitudinis prouenien ex gratia et meritis precedentibus quã natura preit caritas. Sed hoc videt **Ↄ diffinitionem ar̃.** esse falsum. quoniã nulla virtus est ex meritis. ideo omĩs virtus gratis infunditur a deo. quoniã sicut dicit aug. Deus operatur virtutes in nobis sine nobis. **Augustin⁹** Preterea. Oĩs virt⁹ theologica a solo deo est: ergo nõ **Secundo.** est ex grã τ merit͡. τ spes est theo. ergo τc. Ad hoc dicũt **Solutõ aliquorum.** quidã q sicut fides q̃nq dr̃ virt⁹ q̃nq dr̃ mot⁹. vt cũ dr̃. fides est credere qd nõ vides. ita spes q̃nq dicitur virtus q̃nq mot⁹. τ ipi dicũt q sic describir̃. Nõ spes virt⁹: sed spes mot⁹ q̃ est ex grã. i. ex spe virtute. τ est ex meritis: qr ex motu fidei q̃ naturaliter pcedit ipm tanq̃ cã ipi⁹. Sz fm hoc videt q nõ dz dici ex meritis sz ex merito. qm̃ mot⁹ spei bene pot pcedere ex vno **Item ar̃ ad principale.** motu fidei. Item. in iustificatione impij omnes virtutes simul infundũtur: ergo cum iustificatus habet insimul omẽs virtutes potest vti quacunq vult primo. quoniam quelibet virtus mouetur voluntarie. et ita potest vti primo motu spei. Et ita ille motus spei nõ procedit ex meritis nec ex aliquo merito: qm̃ nullũ meritũ procedit: et ita videtur inconueniẽs predicta descriptio. Preterea statim post descriptionẽ **Ad idem.** dicit augu. ex meritis dico: qm̃ sperare sine meritis non est spes: sed presumptio. constat aũt q hoc intelligitur de meritis bonorũ operum. ergo in descriptione hec dictio meritis supponit pro bonis operibus non pro motu vel motibus fidei: tñ videtur esse falsũ quod dicit. q sperare sine meritis non est spes: sz pre- **Ↄ augustinum ar̃.** sumptio. quoniã aliquis existens in peccato mortali et habens fidem τ spem informes potest sperare spe informi: ita q non peccet: quoniã ille mot⁹ est mot⁹ virtutis licet informis: ergo non est peccatũ et tamẽ iste est sine meritis: non ergo sperare sine meritis: ẽ psũptio. Dicimus q reuera ibi describir̃ motus spei **Solutio.** vel spes per suum motum. q aũt dicitur ex grã τ meritis pcedentib⁹. i. ꝓuenies ĩtuitu grẽ dei. i. largitat͡

siue liberalitatis eius ꝛ intuitu meritoꝝ precedentiũ
Auda cia mentis. vel motus spei vel ipam rem speratã. Spes enim est
quedã audacia mẽtis ex largitate dei cõcepta haben
Ad duo p̃= ma. di vitã eternã per bona opera quasi per bellũ. Per
hoc patet solutio ad duas primas obiectiones. qm̃ si
proprie loquẽdo spes. i. motus spei est ex meritis: sȝ
cõcipitur intuitu meritoꝝ. ꝛ licet ipe mot⁹ spei sit ex
gratia creata scȝ ex spe virtute. tamen hoc nõ intelli=
gitur cũ dicitur Spes ꝓueniens ex grã: sed intelligit
ꝓuenire ex gratia. i. intuitu supfluẽtis bonitatꝭ ꝛ lar
gitatis dei. qui quolibet datore largitor est in infini=
tum ꝓpter quod seruiẽtes ei expectant ab ipo beati
Ad aliud. tudinẽ eternam. Ad aliud dicimus ꝙ hec est duplex
Sperare sine meritis nõ est spes: sed presũptio. Spe
rare enĩ est expectare se habiturũ: ergo si hec deter=
minatio sine meritis determinet verbũ ratione parti
cipij inclusi vera est. qꝛ is est sensus. Aliquẽ hoĩeȝ ex
pectare quod habeat sine meritis vitã eternã non est
spes: sed presũptio. Quod aũt appoit in diffinitõne
Opio ma= gistri. quã natura pcit caritas appositũ est a mgr̃o cui⁹ opi
nio fuit ꝙ caritas nichil aliud est q̃ spũsctũs. ꝛ reue=
ra spũsctũs precedit fidem. spem in cordibus hoim
tanq̃ causa suum effectum.

¶ In quo spes differt a fide.
¶ Secunda questio.

Queritur in quo spes differt a fide. videtur ꝙ nõ
differant fides ꝛ spes. qm̃ spes est certa expecta
Ar̃ ꝙ non tio futuroꝝ bonoꝝ. Sed oĩs certitudo est in fide vel
ĩ sciẽtia: ergo certitudo est illa ĩ qua spes est certa ex
pectatio ꝛc. est in fide. ꝛ est in expectatione illa certa
ergo illa expectatio certa est fides. ꝛ ita spes est ideȝ
Solutio. quod fides. Solutio. Duplex ẽ certitudo. s. vie ꝛ pa
trie. certitudo vie duplex est. s. fidei spei. Certitudo
fidei est intentio cũ priuatione dubitationis. Certitu
do spei est intentio cum priuatione desperationis vel
Certitu do fidei ꝛ cer= titudo spei diffidẽtie. Certitudo igitur fidei ꝛ certitudo spei nõ
expellũt timorẽ separationis a suo subiecto. Certitu
do patrie expellit oẽm dubitationẽ oẽm diffidentiaȝ
oẽm timorẽ separationis. Patet igit̃ ꝙ hec est falsa
Omis certitudo est in fide vel scientia. Itẽ. augu. in
eucheridion assignat triplicẽ differentiã inter fidẽ et
spem. Prima est ꝙ fides est de preteritis presentib⁹
et futuris. Spes aũt de solis futuris. Scd̃a differen=
tia est. qm̃ fides est de bonis et de malis. Spes autẽ
tantũ de bonis. s. de futuro premio. Tertia differẽtia
est ꝙ fides est de bonis ꝛ sibi ꝛ alijs. Spes aũt de bo
ꝯ augusti= num ar̃. nis tantũ sibi. i. tantũ suo subiecto. Contra hoc mul=
tipliciter obicitur. qm̃ de me nõ debeo p̃sumere ꝙ sũ
bonus: sed reputare ꝙ sũ peccator. Sed de alio de=
beo potius credere ꝙ sit bonus q̃ malus. ꝛ similiter
sperare: ergo de alio poti⁹ debeo sperare ꝙ sit bon⁹
q̃ de me: ergo potius est spes de bono alieno subie=
Secundo. cto q̃ de proprio. Item. aug. dicit. De nemine despe
randũ est dũ est in via: ergo de quolibet sperandũ est
Tertio. dũ est in via: ergo spes est de alieno subiecto. Itẽ. di
ligere summũ bonũ sibi et diligere summũ bonũ alij
vtrũq; meritoriũ est ꝛ eiusdẽ virtutis: ꝗ eadẽ ratione
sperare sũmũ bonũ sibi sp̃are sũmũ bonũ aliũ. vtrũq;
meritoriũ est ꝛ eiusdẽ virtutis. Sȝ sperare sũmũ bo=
nũ sibi est motus spei virtutꝭ: ꝗ spes est de alieno sub
In oppoᵐ iecto. Cõtra. Spes est audacia mẽtis pueniẽdi ad vi
tam eternã per merita cõcepta intuitu largitatis dei
talis aũt audatia est virtus media inter presũptionẽ
et desperationẽ. Sed sperare per merita mea alij vi=
tam eternã nõ est alicuius virtutis: qꝛ hoc fatuũ esset
Similiter sperasse alij vitã eternã per sua merita nõ
est aliqua audacia: ergo nõ est motus spei: ergo spes
non est de alieno subiecto. Ad hoc forte dicet aliquis Euasio.
ꝙ hoc est verũ. ꝛ in auctoritate augustini qua dicit de
nemine desperandũ est ꝛc. Hec dictio desperandũ po
tius sonat in oppositũ fidei q̃ in oppositũ spei. et est
sensus. De nemine desperandũ est. i. discernendũ. qm̃
credere se habiturum vitam eternã et sperare se hr̃e
vitam eternã sunt valde affinia sibi. vnde quidã dixe Opinio ali
runt ꝙ fides idem est in essentia quod spes. Unde cõ= quorum.
traria illis sunt valde affinia sibi. s. discredere ꝛ despe
rare. ꝛ ideo nomen vni⁹ cuiusq; ponitur pro noĩe alteri⁹
Sed contra. Sicut spes est proprie de futuro bono. ꝯ hoc ar̃.
ita timor de malo futuro. Sȝ timor ꝓprie est de ali=
quo subiecto. qm̃ prelatus meritorie timet ne subdi=
tus suus pericliteẗ. ergo eadẽ ratione spes est de ali=
quo subiecto. Forte dicit ꝙ spes est de aliquo subie= Euasio.
cto: sed non spes virtus. qm̃ sperare alij summũ bonũ
non est alicuius virtutis. qm̃ hoc est facile. sicut ire p
viã. Accidit tamen ei ꝙ sit meritoriũ: qꝛ est de gñe
indifferentiũ. Sed contra. sicut sperare alij sũmũ bo= ꝯ hãc ar̃.
num est facile. ita velle alij summũ bonũ siue diligere
est facile. Sed facilitas non impedit quin vltimũ sit
alicuius virtutis. s. caritatis: ergo similiter nõ impe=
dit q̃n primũ sit alicui⁹ virtutꝭ. Forte iterũ dicet aliq̃s alia euasio
ꝙ spes est de alieno subiecto ꝛ suo. Sȝ cõtra. Timor ꝯ hanc ar̃.
dñi quo aliq̃s timet deũ nõ est nisi de ꝓprio subiecto
qm̃ nichil esset dictu. timeo deũ petro. sed sicut se ha
bet timor ad malũ futurũ ita se habet spes ad bonũ
futurũ ergo eadẽ ratione nõ est nisi de proprio subie
cto. Solutio. dicimus ꝙ tam timor q̃ spes p̃t dici de Solutio
subiecto suo et de alio. Sed notandũ ꝙ est timor rei Notandũ.
et est timor euentus. Timor rei vt quãdo dr̃. timeo Duplex ti=
deũ. timeo penã eternã. Timor euẽtus vt cũ dicitur mor.
timeo separari a deo. Eodẽ modo spes quãdoq; re= duplex spes
spectu rei quandoq; respectu euentus. timor igitur
et spes secundũ ꝙ dicuntur respectu rei sunt tantum
de pertinentibus ad sua subiecta et nõ de ptinentib⁹
ad alia subiecta. sed secundũ hoc ꝙ dicũtur respectu
euẽt⁹ sũt et de pertinẽtibus ad alia subiecta. Qd̃ er ad augusti
go dicit augustinus. ꝙ spes est de pertinentib⁹ ad se num.
nõ vniuersaliter. sed particulariter intelligendũ est.
sicut illud qd̃ dicit beatus gregori⁹. ꝙ caritas est ad Gregorius
minus inter duos. nõ vniuersaliter est intelligendum
sed particulariter scȝ de caritate q̃ est amicicia. supra
dicta aũt determinatio timoris et spei intelligẽda est
secundum diuersas habitudines et modos dicẽdi nõ
secundũ essentiã. quoniã idem est timor ad minus in Timor ẽm
specie quo timeo deum et quo timeo offendere deũ. essentiam.
Similiter eadẽ ẽ spes qua spero vitã eternã et q̃ spe
ro me habiturũ vitam eternam.

¶ De differentia spei et caritatis.
¶ Alia questio huius capituli.

Iterũ querit̃ de differentia spei et caritatis vide
tur autẽ ꝙ nõ differũt. quoniã caritas immedia Ar̃ ꝙ non
te et principaliter mouetur in deũ cũ sit virtus theo= differunt.
logica. similiter spes et fides. et ita vn⁹ et idẽ est finis
principalis et immediat⁹ motuũ spei et caritatis. sed
species motuũ distinguuntur secundum diuersos fi=
nes principales et ĩmediatos sicut pȝ in oĩb⁹ motib⁹
ergo oĩs mot⁹ fidei spei caritatis sũt eiusdẽ speciei

Solutio. Duplex fi= nis. Solutio. Duplex est finis. s. finis in quo quiescitur ꝛ
finis quo quiescitur siue per quẽ. finis in quo quiesci
tur est ipe deus siue beatitudo increata. ꝛ scd̃ȝ illum
finẽ non est distinctio. Finis aũt per quem quiescit̃ est
beatitudo creata. ꝛ scd̃m illũ finem differũt virtutes
Quelibet enĩ viriũ motiuaꝝ in quibus sunt theolo=
gice virtutes. vt fides in rationabili. spes in irascibili
caritas in cõcupiscibili. suam propriã habebit beati=
tudinẽ creatã per quã q̃escet in deo qui est finis finiũ
per finem ergo quo quiescitur fit distinctio.

¶ De differentia spei ꝛ timoris.
¶ Tertia questio huius capituli.

ar̃ ꝙ nõ dif ferunt. Queritur de differentia spei ꝛ timoris. ꝛ videẗ ꝙ
sint eadẽ virtus: qꝛ virtus consistit ĩmediate. et
eadẽ sunt extrema spei ꝛ timoris. s. presumptio ꝛ de=
speratio: ergo eoꝝ extremoꝝ idem est mediũ: ꝗ spes
Secundo. et timor sunt eadẽ virtus. Item. cõtrarioꝝ eadem est
Tertio. ars. pari ratione eadẽ virtus. Itẽ. cum virtus sit cer=
tior omni arte. vnica aũt ars subiecta sibi habeat bo=
num ꝛ malũ de futuro: ergo ꝛ eadẽ est virt⁹ de futuro
bono ꝛ futuro malo. ꝛ ita timor ꝛ spes sũt eadẽ virt⁹
Quarto. Item. eadem est virtus in cognitione futuri boni et
futuri mali. s. fides: ergo eadẽ ratione eadẽ est virtus
in affectione de futuro bono ꝛ de futuro malo. et ita
Quinto. timor et spes sunt eadẽ virtus. Item. parcitas ꝛ lar=
gitas sunt eadẽ virtus. licet medient diuersos actus
Parcitas enĩ mediat retinere: largitas dare: tamen
quia habent eadẽ extrema. sunt eadẽ virtus: ergo si=
militer licet timor ꝛ spes medient diuersos actus: ta
In oppoᵐ men quia habent eadẽ extrema sunt eadẽ virtus. Si
conceditur. contra. Spes euacuabitur in futuro. ti=
mor aũt non: qꝛ timor dñi sãctus permanet ꝛc. ergo
Secundo. spes nõ est timor. Itẽ. in principio iob dicit̃ a grego.
ꝙ spes est vna de filiabus iob. timor vnus de filijs: ꝗ
Tertio. non sunt idem. Item. spes ꝛ timor sũt circa diuersas
materias. timor enĩ habet ꝓpriã materiã offensã dei
vel separationẽ ab illo. Spes vero beatitudinẽ crea
tam: ergo spes ꝛ timor sunt diuerse virtutes. sicut iu
sticia ꝛ tẽperantia que consistũt in diuersis materijs.
Iusticia enĩ consistit in subueniendo miseris. tempe
rantia in coherendis delectationibus prauis. ꝛ ideo
sunt diuerse virtutes: ergo eadẽ ratione timor ꝛ spes
Solutio sunt diuerse virtutes. qd̃ concedimus. Ad primo ob
Ad primũ. iectum dicimus ꝙ hec est falsa. Timor et spes habẽt
eadem extrema. quoniã extrema spei sunt presũptio
et desperatio. Timoris autẽ extrema sunt temeritas
et timiditas. temerarius est qui nulla pericula fugit
timidus qui oĩa fugit. Sed timore virtute timentur
Ad scd̃m. tantũmodo timenda. Ad scd̃m dicimus ꝙ sicut con=
trarioꝝ eadẽ est ars. ita eadẽ virtus. Sed per hoc nõ
põt ꝓbari ꝙ timor ꝛ spes sũt eadẽ virtus. qm̃ nõ sũt
de cõtrarijs. qm̃ spes est de btĩudine. btĩudo auteȝ
siue creata siue increata nõ habet cõtrariũ. qm̃ nichil
Ad tertiũ est sũme malũ. Ad tertiũ similiter patet solutio. Ad
Ad q̃rtum quartũ dicimus ꝙ hec argumentatio nõ valet. Eadẽ
est virtus in cognitione. ꝛc. quoniã cognitio que est
fides principaliter respicit primam veritatẽ cui cre=
dit. ꝛ de futuris bonis et malis. Spes autẽ et timor
non respiciunt idẽ. timor enĩ respicit dei iusticiã. spes
dei largitatẽ. qm̃ vna est ratio cognoscẽdi: sȝ diuerse
Ad quintũ afficiendi. ideo non valet illa argumẽtatio. Ad q̃ntũ
patet solutio ex predictis. quia spes et timor non ha
bent eadem extrema.

¶ Utrum spes sit mercennaria.
¶ Quarta questio huius capituli.

Queritur vtrũ spes sit mercennaria. Probat̃ ꝙ Ar̃ ꝙ sic
sic: qꝛ spes est certa expectatio futuroꝝ bonorũ
per quã nõ mouetur aĩa nisi ad habendũ vitã eternã
per merita: ꝗ per merita tendit tantũ ad suã vtilitatẽ
ergo est mercẽnaria: ꝗ nõ est virt⁹. Solutio. Duplex Solutio.
est mercimonia. est mercimonia qua quis intendit lu Duplex
crum tẽporale. vt ille qui seruit deo ꝓpter tẽporalia mercimõia
tantũ. ꝛ talis motus mercẽnari⁹ peccatũ est. quoniã
talis ponit deum viam: non finem. De tali dicitur in
euangelio. Mercennarius videns lupũ venientẽ fu= Duplex
git. Est etiam mercennarius qui seruit deo propter mercẽnari⁹
regnũ celeste habendũ siue propter beatitudinẽ ha=
bendam. Et talis motus non est peccatum: quia tali
motu querit homo vtilitatẽ suam in deo vbi est. De
tali mercẽnario dicitur in euãgelio luce. Quãti mer
cennarij in domo patris mei abũdant pa. ꝛc. hoc mo
do est spes mercẽnaria. tñ nichilominus est virt⁹.

¶ Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrum sãcti habeãt spem ĩ patria. Ui= Ar̃ ꝙ sic.
deẗ ꝙ sic: qm̃ spes est de gemina stola: aĩe. s. et
corporis. s. de glorificatione aĩe et glorificatione cor
poris. Sãcti aũt in patria expectant glorificationem
corporis: ꝗ in eis est expectatio future beatitudinis
prouemens ex gratia et meritis precedentib⁹. ꝗ ĩ eis
est spes virtus. Preterea in christo homine fuit spes Secundo.
dum erat in via: qꝛ de eo dicit̃. Exultauit vt gigas ad
currendã viã. vnde in persona eius dicit propheta.
In te dñe speraui: et christus erat cõprehensor dum Psalmista
erat in via. ergo eadẽ ratione alij cõprehensores hñt
spem: et ita spes est in patria. Solutio. Dicimus ꝙ Solutio.
spes non est in patria nec est verũ ꝙ stola corporis sit
beatitudo vel pars beatitudinis proprie: tñ dr̃ pars
beatitudinis: quoniã ex coniũctione aĩe ad corp⁹ glo
rificatum: erit maior delectatio aĩe: et ita maior bea=
titudo. Unde cum bona corporis sint in differentia Mot⁹ cor=
motus in illa nõ sunt proprie alicuius virtutis: nisi p porales nõ
accidens: nec meritorij nisi per accidens. vnde velle sũt merito
alicui bona corporis non est motus caritatis: nisi per rij.
statum indigentie. Eodẽmodo expectare stolam cor
poris non est alicui⁹ virtutis proprie nec est mot⁹ me
ritorius: nisi per accidens sicut et alij motus indiffe=
rentes. ꝙ aũt stola corporis nõ sit beatitudo vel pars q̃d btĩtudõ
beatitudinis patet per illud euangelij. Hec est vita proprie.
eterna vt cog. te. ꝛc. cognitio enĩ tota est in anima. vñ
nulla pars beatitudinis in corpore est: qꝛ ꝗ sancti nõ
expectant visionẽ illã apertã quam habent. iã patet
ꝙ sãcti non habẽt spem in patria. Unde apo. qd̃ quis
habet quomõ sperat. Sed iteruȝ probat̃ ꝙ spes erit Iteꝝ ar̃ ad
in patria: quia spes et timor sunt due mole ĩter quas principale.
debet̃ moli quilibȝ christianus. Timor enĩ reprimit
spem ne luxuriet in p̃sũptionẽ. Spes eleuat timoreȝ
ne cadat in desperationẽ: sed timor erit in patria. qm̃
timor dñi sanct⁹ permanet ĩ seculũ seculi. ꝗ pari rõne
spes erit in patria. Itẽ mali habebũt in ĩferno timo= Ad idem.
rem ꝛ horrorẽ. vñ in libro sapiẽtie. Erit enĩ transitus
ab aq̃s niuiũ in calorẽ nimiũ: et hoc nõ fiet sine horro
re. cũ ꝗ timor futuri mali sit in ĩferno. spes futuri bõi
econtrario ẽ in paradiso. Itẽ grã mutabit̃ in gloriã ꝛ Iterum ad
merita ĩ p̃miũ: vt dicit cassio. Et cõstat ꝙ tota anima ad idem.
glorificabit̃. ꝗ quãtũ ad vim rationabilem irascibilẽ ꝑ cassiodo=
concupiscibilem. Spes ergo que est in irascibili mu rum.

tabitur in gloriam:sed in nullam aliam videtur esse
mutanda:nisi in seipam melioratā ⁊ perfectam:ergo
Sexto. spes erit in patria. Item.quedā delectatio est in aīa
ex eo ꝙ per fidē videt deū: ⁊ hoc non destruet in pa-
tria.imo augmentabit ex cognitione fidei succedēte
Similiter delectatio q̄ est ex caritate non destruetur
sed augmētabitur:ergo nec delectatio que est ex spe
Sed talis delectatio nō est nisi in certa expectatione
ergo huiusmodi expectatio erit in patria: ergo et spes.
Solutō ad Solutio. Ad primū dicim⁹ ꝙ timor erit in patria nō
primum. scdm ꝙ mola.qm̄ scdm ꝙ mola est timor separatiōis
vel offense dei talis timor nō erit ibi. Sed timor re-
uerētie qui est resilitio aīme ab altitudine dei in pro
priā paruitatem scdm ꝙ timor nō est mola opposita
Ad scdm. spei. Ad scdm dicimus ꝙ nō est simile de inferno ⁊ pa
radiso.qm̄ in inferno erit tēpus sicut dicit in psal. Et
erit tēpus eorꝫ in secula. ⁊ in apoca.dicit de babilone
ꝙ fumus eius ascendet in secula seculorꝫ. In paradiso
autē erit tātū eternitas. ⁊ ideo nō erit ibi spes futuri
Ad tertiū. boni. Ad tertiū dicimus ꝙ hec auctoritas. Gratia mu-
tabitur in gloriam intelligit tantū de gratijs permanēti-
bus. Unde obiectio nō tenet in spe:quia spes euacuabi
Quō fides tur ex toto ⁊ quantum ad genus suū. Fides autē euacua-
et spes eua bitur quantum ad differentias suas: sed nō quo ad gen⁹
cuabuntur quoniā cognitio dei remanebit in gñe: sed nō in enig-
mate. Et ita nō oīno euacuabitur fides: sed spes eua
cuabitur oīno. non tamen vis irascibilis remanebit
irremunerata.imo habebit gloriam suā siue perfectio-
nem.s. reuerentiā/humilitatē/fortitudinē.per quas
erit delectatio in deo. sicut enī aliqs populus terre-
nus delectatur in hoc ꝙ subijcitur bono regi terreno
ita populus dei delectabit in hoc ꝙ subijcietur regi
Ad quartum eterno. Ad aliud dicimus ꝙ delectatio ex fide erit in
patria.quoniā delectabit in deo vt in prima veritate
et prima luce ⁊ hmōi. Et hoc ideo qm̄ fides non eua-
cuabitur quantum ad genus suū. Spes autē euacuabit
quantū ad genus suū nec remanebit delectatio que est
ex spe. Unde nō valet hec argumentatio. Delectatio
que est ex fide remanebit.delectatio q̄ est ex caritate
remāebit:ergo delectatio que est ex fide remanebit
caritas enī non remanebit tātūmō eadē specie ⁊ ge-
nere:sed eadē in numero. fides autē euacuabit quātū
ad speciem et numerū:sed remanebit in genere.spes
autē nec numero nec specie nec genere remanebit ea
dem:qm̄ nō erit expectatio futuri boni:vbi erit pos
Contra dicta ar. sessio pñs oīs boni. Sed obijcitur. per fidē mō dele
ctamur in deo vt in prima veritate.per spē vt in sum
ma largitate. per caritatē vt in sūma bonitate.in pa-
tria aliqd erit loco fidei quo vis rationabilis delecta
bitur in deo immediate:vt in prima veritate. similit
aliqd erit quo delectabitur vis concupiscibilis : scilꝫ
ipsa caritas quare non erit aliqd loco spei quo dele-
Solutio. ctemur immediate in sūma largitate. Dicim⁹ ꝙ duo
sunt in anima:intellectus et affectus:in tellectu dele-
ctamur in p̄ma veritate immediate:sꝫ affectu in p̄ma
bonitate:dū absens est nec adhuc possidet:scilicet ex
pectando et diligendo:cū autē presens est et posside-
tur vnico modo.s.diligendo:cū ergo largitas refera
tur ad bonitatē dei dū absens est:nec possidemus ad
huc eā delectamur in ipsa duobus modis:sed quādo
erit pñs et possidebimus eā et quicquid habet dare
non delectabitur in ipsa nisi diligendo. quia ex toto
euacuabitur illud quo vi irascibili delectamur ī deo
scꝫ expectare nec remanebit in vi irascibili quo dele-

ctemur in deo immediate.vis enim intellectiua prope
est ad verū:vis concupiscibilis prope est ad bonum
vis irascibilis proprie est ad remouendū impedimē Nō de tri-
ta vie:q̄ ducit ad bonū:nec est ad bonū nisi expectan busvirib⁹.
do se peruenturam ad ipsum quasi per bella.

¶De caritate.

¶Aliud capitulum.

DIcto de fide ⁊ spe.sequitur de caritate de qua
hoc ordine agendū est. Primo de essentia cari
tatis. Secundo de ordine caritatis. Postea de alijs
questionib⁹ que circa caritatē versantur. Agētes de
essentia caritatis. Primo dicem⁹ de diffinitiōe ei⁹.scdo
vtrū caritas sit spēs specialissima.tertio.vtrū eodem
motu numero diligit deus ⁊ proxim⁹. quarto. vtrum Utrū diffi-
possibile sit ꝙ equali motu caritatis diligat deus et nitio carita
proximus.quinto.quō dilectio dei sit cā dilectōis pro- tis sit bene
ximi. vt dicit btūs greg. Sexto ⁊ vltimo quō caritas assignata.
sit forma virtutū. Apls ita diffinit caritatē. Caritas Diffinitio
est finis p̄cepti de corde puro ⁊ cōscientia bona. ⁊ fide caritatis.
non ficta. Contra hanc diffinitionē multipliciter obi- Contra hāc diffi-
citur. Primo cōtra primū mēbrū sic. Solus spūssctūs nitionē ar.
est finis precepti.i.operū que a deo precipiunt. Sed
caritas est finis precepti:ergo caritas est spūssanctus
que fuit opinio mgri pe.lō. Itē. super istū locū dicit Scdo per
glo.ꝙ oīa bona opera que sunt in precepto tendunt glosam.
ad caritatē: ergo habens caritatē omībus operibus
suis bonis tendit ad caritatē. ⁊ ita tendit ad illud qd
habet quod est ociosum vel ipossibile. qm̄ si ipossibi
le est ꝙ motus nature sit ociosus.multo forti⁹ ipossi-
bile est ꝙ motus caritatis sit ociosus. Item.hoc mē Tertio.
brum caritas est finis precepti cōuenit omni caritati
et soli.quoniā sola caritas est impletio legis:ergo re
sidua mēbra ponitur superflue ibi. Item.hec dictio Quarto.
corde ponitur ibi pro intellectu.vnde in ysa. Redite
p̄uaricatores ad cor.i.ad intellectū.aut hoc itelligit
de intellectu vi aīe aut de intellectu dono. Si de vi
anime hoc videt falsum.quoniā caritas est a sola grā
dei:ergo non ex vi aīe. Si dono:iterū falsum est.qm̄
caritas precedit omīa alia dona ⁊ primū donum.s.ti-
moris dñi. Fides enī spes/caritas/sūt theologice vir
tutes ⁊ prime oīm virtutū. Item.notandū ꝙ cōscien Quinto.
tia ponitur ibi pro spe. quoniā qui puram habet con
scientiam retrahit se a spe ⁊ fide non ficta . i. nō simu
lata vel non ficta.i. non fictili siue non fragili. sed in-
ter aduersa forti: ergo caritas procedit ex fide ⁊ spe.
hoc etiam vult auctoritas ista. Abrahā genuit ysaac Abrahā ge
Jacob.i.fides spem:spes caritatē. Sed contra. Oēs nuit ysaac.
infundūtur virtutes simul: ergo nulla est causa alte- Contra hoc ar.
rius. Cum ergo dubitatio sit de qualibet parte pre-
dicte diffinitionis est quedā dubitatio de tota diffini-
tione. quoniā in hac tota diffinitione nō ponitur sub
stantialis differētia caritatis. Quod probatur per hoc Probat.
quoniā substantialis differētia sumitur respectu pri-
mi et principalis act⁹ ad quē est res. Sꝫ caritas primo
loco se hꝫ ad diligere. sicut fides ad credere: et spes
ad sperare. Patet ergo ꝙ nō ponit in hac totali diffi
nitiōe substātialis differētia:ergo illa diffinitio nō ē bene
assignata. Solutio. Ad primū dicim⁹ ꝙ hec argumē Solutio
tatio nō valet. Solus spiritussanctus est finis prece- Ad primū
pti. Sꝫ caritas est finis precepti:ergo caritas est spi-
ritussanctus. Instantia. Iste tenet solū frenū et tenet Instantia.
equum: ergo frenum est equus.quoniam vbi vnum
propter alterum vtrobiqꝫ totum.caritas enim ideo

Caritas est dicitur finis precepti: quia coniūgit mentem huma-
finis p̄cepti nam dilectioni spiritussancti. Quod autem falsa sit
Opio ma- opinio magistri pe.l. probatur per hoc quia quantū
gistri est fal potens est prima caritas que deus est ad inflāman-
sa. dum affectum ad diligendū. tam potēs est prima lux
ad illuminandū intellectum ad credendū. ergo sicut
prima lux non illuminat intellectū ad credēdum nisi
per mediū habitū qui est fides.ita prima caritas non
inflāmat affectum nisi per mediū habitum qui est ca-
Scdo ꝯtra ritas creata. Item. sanctus homo quando dormit
māgistrum nec diligit deū actu nec habitu: ergo non habet cari-
tatem. Si autē dicatur habere caritatē propter solā
potentiam diligendi: ergo pessimi homines habent
Tertio. caritatem:quia habent potentiā diligēdi. Item.iste
vir sanctus habilis est ⁊ promptus ad diligendū deū
ergo habet habitū ad diligendū deum. Sed constat
ꝙ ille habitus est virtus potius q̄ alius habit⁹:ergo
caritas est habitus creatus quod est cōtra magistrū
qui dicit ꝙ fides est habitus creatus. ⁊ spes similiter
Ad scdm. caritas non. Ad scdm dicimus ꝙ caritas est finis pre
Finis capit̄ cepti.sed finis tripliciter accipitur. Est enī finis con-
tripliciter. sumptionis. vt cum dicitur.candela finitur.i. consu-
mitur. Est finis consummationis. vt hic.domus fini
tur.i.consūmatur. Est finis terminatiōis. vt hic.ager
iste finitur hic.i.terminatur. Caritas dicit finis duo-
bus vltimis modis.quoniā caritas est consummatio
siue adimpletio omīs precepti.sicut dicit apostolus.
Est etiam caritas terminatio omīs precepti. quoniā
omīa bona opera que sunt in precepto tendūt ad ca-
ritatem ratione iocunditatis que est annexa caritati
que iocunditas est pars mentis ad quā tendūt omīa
bona opera hoīm. ⁊ habens caritatē suis operib⁹ ten
dit ad illam.licet habeat eam: non tamen ociose.qm̄
Ecclasticī. tendit vt eā magis habeat. vnde in ecclesiastico. Qui
Ad tertiū edunt me adhuc esurient. ⁊c. Ad tertium dicimus ꝙ
prima pars illius diffinitionis nō conuenit soli carita
ti:sed et fidei et spei. Principalius autē caritati.qm̄
caritas principaliter mouet ad opera.quoniā ipa est
dulcedo mentis per quam homo seruit deo libenter
Ad quartum bonis operib⁹. Ad aliud dicimus ꝙ ibi sumitur cor-
Augustin⁹ de pro intellectu. sicut dicit augustinus.s. pro intel-
lectu qui est vis anime siue pro iudicio ipi⁹. Per in-
tellectum enī qui est vis anime et per eius iudicium
preparat se anima rationalis vt sit susceptibilis fidei
spei/et caritatis. et ita intellectus ille est principium
oīm virtutum materiale ⁊ ab eo procedūt omēs vir-
tutes nō effectiue : sꝫ materialiter. effectiue autem a
Ad quintū deo. Ad aliud dicimus ꝙ caritas procedit ex fide et
spe tanq̄ ex causis suis originalibus.tamen omēs vir
tutes simul infundūtur ⁊ simul sunt per naturā con-
Ad vltimū nexionis non per naturā causalitatis. Ad vltimū di-
cimus ꝙ hec argumentatio non valet. In hac diffini-
tione non ponitur substantialis differentia:ergo dif-
triplex dif- finitio nō est bene assignata. Est enī triplex diffinitio
finitio. phisicha/logica/⁊ theologica. Philosophus enī dif-
finit res per materiā.logicus per formā.theologic⁹
Diffinitio per finem. Unde diffinitio phisica est materialis sicut
phisica. illa . Ira est accessus sanguinis circa cor. logica diffi-
Diffinitio nitio est formalis que constat ex genere ⁊ differencijs
logica. vt hic. Ira est appetitus contrarij doloris. Diffinitio
Diffinitio theologica est finalis:quia datur in habitudine ad fi
theologica nem vltimū. vt predicta diffinitio caritatis. Est igitur
exponit dif sensus. Caritas ē finis precepti.i. caritas quietat cor
finitio.cari in suo bono per quod ipa est finis oīm preceptorū si-
tatis.

ue omniū bonorꝫ operū que sunt in precepto. Patet
ergo ꝙ non valet predicta argumentatio. quoniam
tantū logica diffinitio exigit substantialē differentiā.

¶Utrum virtus que est caritas
sit species specialissima.

¶Secunda questio huius capituli.

QUeritur vtrum virtus que est caritas sit speci-
es specialissima.probatur ꝙ non: quia sapientia Ar ꝙ non.
que est de diuinis est aliud donum q̄ scientia que est
de humanis:ergo eadē ratione:alia est dilectio dei q̄
dilectio proximi. Ad hoc dicimus ꝙ vnica virt⁹ spē Solutio.
est caritas qua diligitur deus et qua diligitur proxi
mus.nec est simile de sapientia et scientia: quoniam
per sapientiam cognoscuntur aliq̄ dispositiones q̄
per scientiam et de alio subiecto. Sed cum caritas
sit voluntas et diligere velle eiusdem rei principa-
liter est voluntas qua diligitur deus et qua diligi- Dilectō dei
tur proximus:quoniam dilectio qua aliquis diligit et dilectio
deū est voluntas qua vult ei sūmū bonū qd habet.s. proximi.
ꝙ sit omnipotens summe bon⁹ et huiusmōi.dilectio
qua aliquis diligit proximum est voluntas qua vult
et idem summū bonū. licet non per essentiā : sed per
grām. Sed obicitur. Cōstat ꝙ voluntas qua aliquis Contra hoc ar.
vult fidem/spem/caritatem: ⁊ alias virtutes. alij est
motus caritatis.quoniā illa voluntate vult ei bonū.
Sed constat ꝙ diuersa sunt talia bona volita in spē.
qm̄ tot sūt quot sunt virtutes. sꝫ scdm diuersa volita
distinguuntur diuerse voluntates. vt dicit augustin⁹ Augustin⁹
ergo diuerse sunt spē voluntates caritatis:ergo ipsa
caritas diuersificat in specie. Solutio. dicimus ꝙ vir Solutio.
tutes sunt diuersa volita naturaliter:sed sunt vnū vo
dr̄ respectu debitoris. sȝ de⁹ nō credidit illis pctā nec
ꝯmisit nec pēas. siliter ḡ nec pctā nec penas debebāt
deo. Itē alia glo. ꝙ debitū vtriusq̧ populi ē aīa yma Tertio.
gine regis insignita et multiplicatur per quinarium
qm̄ per operationē quinq̧ sensuū debet exerceri ī bo
nis operibus: sed constat ꝙ huiusmōi debitū non est
dimissū: nec debem⁹ velle ꝙ dimittat̄ nobis: ideo ꝙ
remanet nobis. ḡ glo. illa non cōpetit textui. Itē glo Quarto.
sa illa loquit̄ de cōmisso: textus aūt de dimisso. ḡ non
conuenit. Solutio. Dicimus ꝙ gentilis popul⁹ ma= Solutio.
gis peccator erat q̄ iudaicus: qm̄ preter pctā coīa q̄
peccata vterq̧ habebat: habebat gētilis pctm̄ īfide
litatis et ydolatrie. vnde non est verū ꝙ in omni ge=
nere plus peccauit iudeus q̄ gentilis: sed in oī gene per hoc ad
re peccati in quo vterq̧ peccabat magis peccauit iu p̄mū.
deus. Ad secundū dicimus: ꝙ peccata dicuntur debi Ad scd̄m.
ta. q̄ pro eis penas debem⁹: tm̄ verū est ꝙ nec penas
nec peccata credidit nobis deus: sed naturales potē=
tias et gratiā credidit nobis ⁊ cōmisit. vnde creditor
dicitur respectu dimissi ⁊ non respectu cōmissi et non
debemus ei cōmissū: quoniā debemus pecuniā spiri
tualē dare ad vsurā non corporalem pecuniam. Ad
aliud dicimus: ꝙ sine dubio largius sumitur debitū Ad tertiū.
in glo. q̄ in textu: qm̄ in textu sumitur tantū pro di=
misso. in glo. sumitur pro dimisso et cōmisso: ⁊ tamē
incompetenter: sumitur enī pro cōmisso vt ostendat̄
causa dimissiōis: quoniā per gratiā que committitur
fit dimissio peccati.

¶ Vtrum aliquis sciat se habere caritatem.
¶ Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrū aliquis sciat se habere caritatem
videtur ꝙ non: quoniā dn̄s dicit in euāgelio io
hannis. Spiritus vbi vult spirat. i. vbi vult se infun= Ar ꝙ nō
dit et vocem eius audis: quoniā sācti loquūtur a spi
ritu sancto: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. ne
scis ergo an ad te veniat an a te recedat: et ita nullus
scit se habere caritatē. Item iob. Si venerit ad me Secundo.
non videbo eū. Si abierit non intelligā. Itē apo. ni Tertio
chil michi conscius sū: sed non in hoc iustificatus sū.
ergo si paulus nesciebat se esse iustificatū nec aliquis
alius. Item salomō in prouer. Quis gloriatur mun Quarto
dū se habere cor. quasi dicat. Nullus potest gloriari Quinto.
et ita nullus scit se habere caritatē. Itē in eccle. Ne
mo scit an amore an odio dignus sit: lȝ spiritū. s. esse
in te et caritate eē in te: sūt duo conuertibilia. p̄mū
nescis quoniā spiritū. s. eē in te non est scibile: sed cre
dibile. ergo nec secundū scis. Contra. in geñ. dicit do In oppoᵐ
minus abrahe. Nūc cognoui ꝙ timeas dn̄m. i. cogno
scentē te fieri ⁊c. et loquitur de vero timore. ergo a=
brahā sciuit se habere amorē: quoniā ver⁹ timor nō ē
sine amore vero dei. ergo sciuit se habere caritatem
Item super illud apo. Petitiones vestre innotescāt Secundo.
⁊c. dt glo. nō sic accipiendū ē tāq̄ deo innotescāt qui

eas etiā anteq̄ essent nouerat. sed nobis innotescant
esse apud deū: ergo secundū hoc possumus scire peti=
tiones nostras eē acceptas deo. qm̄ nisi possem⁹ scire
nulla esset illa expositio: ergo possumus scire nos ha
bere caritatē. quoniā nisi habeamus caritatē: petitio
Tertio. nes nostre nō sunt accepte deo. Item. Io. in epl̄a ca.
in hoc scimus. quia in deo manemus ⁊ deus in nobis
quia de spūsancto dedit nobis. i. qm̄ dulcedinē et io=
cūditatē mentis que est a spūsācto dedit nobis: ergo
sancti sciunt se habere caritatē. qm̄ sciūt deū manere
Quarto. in ipsis et se in deo. Itē perfecta caritas foras mittit
timorē: ergo qui habet perfectā caritatē nō habet ti
morē: ḡ est securus et ita cert⁹ et ita qui talis est scit
Quinto se habere caritatē. Itē. in vltimo secunde ad cori. dt
ap̄lus ipsi vos ꝓbate. an nō cognoscatis vosmetipos
quia christus iesus in vobis est nisi forte reprobi estis
ergo poterat scire christū esse in eis. aliter non essent
redarguendi. et sic poterāt scire se habere caritatem
Solutō ali Solutio. quidā dicunt ꝙ quidā sciunt se non habere
quorum. caritatē. s. qui sunt in actu vel in proposito peccandi.
Alij dubitāt se habere caritatē. qm̄ habent eque for
tes rōnes ad vtrāq̧ partē contradictionis: scȝ illi qui
incipiunt facere quod in se est. et proponūt nō pecca=
re de cetero. Alij putant se habere caritatē. s. illi qui
iam multa bona fecerunt. et diu est ꝙ non fuerunt in
actu peccandi nec in proprosito. tm̄ adhuc sustinēt pri
mos motus et ymaginant̄ turpia ⁊ patiunt̄ inquietu
dinem muscarū morientiū que perdunt suauitatem
vnguenti. Alij sciunt se habere caritatē. s. qui gusta=
uerunt dulcedinē dei. et in quibus fere extinctus est
fomes vt maria magdalena et egypciaca post mltos
fletus. auctoritates q̄ sunt cōtra hoc de facili soluunt
Ad primā vt istā. Spūs vbi vult spirat. ⁊c. i. q̄uis ibi sit nō sed=
auctoritatē tur tamē ꝙ tu scias eē ibi tm̄ potes scire. similiter et
Ad scd̄am. illā si venerit ad me nō videbo eū. i. nō sequitur ꝙ vi
Ad tertiā. deam illū. Similiter illā nichil michi cōscius sū. ⁊c.
non sequtur ꝙ propter hoc iustificatus sim. Ad hāc
Ad q̄rtam Quis gloriat̄. ⁊c. dicendū ꝙ q̄uis aliquis sciat se ha=
bere caritatē. tamen nō debet gloriari q̄si a se habeat
Ad quintā sed debet gloriā dare deo. Ad istā nemo scit an amo
re. ⁊c. dicendū ꝙ intelligitur de amore predestinatio
nis. sed notandū ꝙ duplex est scientia. scȝ experimēti
que est per se signa et scientia que est vero noīe scien
tia. s. cognitio alicui⁹ ꝑ se noti vl' ex ꝑ se notis deducti
Primo modo potest aliquis scire se habere caritatē
Tria signa et illa signa sunt tria. primū est iocūditas mentis. se=
caritatis. cundū bona desideria. tertiū bona opera. Secundo
modo nullus scit si habeat caritatem nisi per reuela=
tionē. sicut forte sciuit abrahā. Soluēda est ergo ar=
Ad vltimā gumentatio vltima per distinctionē scientie. et simili
ter omnes auctoritates q̄ loquūtur de scientia patet
igitur ꝙ vno modo scimus nos habere caritatē. alio
modo nō. tribus de causis scimus. prima est vt cōso=
lationē habeamus in miserijs hui⁹ seculi. secūda est
vt grās agam⁹ deo. tertia ē vt ad meliora ꝓuocemur
nescim⁹ aūt vt cautiores sim⁹ ⁊ magis solliciti de nr̄a
Iterum ar salute. Itē rōnibus probatur. ꝙ aliquis scit vel scire
rōnibus. potest se habere caritatē recte sumendo sciētiā. p̄mo
per naturā sensus. qm̄ gustus corporalis gustās ali=
quā dulcedinē corporalē si sit bene dispositus nō stu
pidus scit illā dulcedinē esse in se: ergo gustus spūa=
lis bene dispositus si gustet dulcedinē spūalē scit il=
lam dulcedinē spūalē esse in se. sed quicunq̧ habet ca
ritatē gustans dulcedinē spūsancti. et habet gustum

spiritualem bene dispositū. ḡ scit dulcedinē spiritus
sancti esse in se: sed dulcedo spiritussancti est caritas:
ergo scit caritatē esse in se. Idem potest probari per Secundo.
visū: quoniā si aliquis habens visū bene dispositum
et sit in lumine corporali et ei est presēs visibile cor=
porale habet scientiā verā de illo visibili corporali:
sed visus spiritualis limpidior est q̄ visus corporalis
et qui habet caritatē est in lumine spirituali. qm̄ io.
di. in canonica. Qui diligit fratrē ī luce ē: et talis ha=
bet visum spiritualē bene dispositū. ergo cum cari=
tas sit ei presens et sit visibile spirituale habet veraȝ
scientiā de illa caritate: ergo scit vero modo se eē in
caritate. Item augu. dicit ꝙ anima que habet fidem Tertio.
videt fidem in se: quoniā fides est presens ei et ita q̄
habet fidem scit se habere fidem. ḡ eadē ratione qui
habet caritatē scit se habere caritatem: qm̄ videt eā ī
se cū sit ei presens. Item duplex est demonstratio. s. Quarto.
demonstratio propter quid: que est effectus ꝑ causā.
⁊ demonstratio q̄ est: que est causa per effectū imme
diatū. Si ergo omnis effectus proximus et immedi=
atus aptus natus est ad faciendū scientiā demōstrati
uam de causa sua: et caritas habet effectum proximū
et imediatū: ille effectus aptus natus est ad faciendū
verā scientiā de caritate: et sic aliquis per illū effectū
potest scire se habere caritatem. Ad hoc notandum. Solutō du
ꝙ sicut duplex est fides: informis et formata. Simili plex ē fides
ter duplex est dilectio. s. naturalis et gratuita. et iste ⁊ duplex di
habent tantā affinitatē et coniunctionē inter se ꝙ nō lectio.
potest aliquis discernere vtrū suū diligere sit motus
naturalis dilectionis vel caritatis. de lucifero enī dr̄. Lucifer nō
in delicijs paradisi fuisti: et tm̄ nunq̄ habuit caritatē. habuit cari
patet ergo ꝙ naturalis dilectio habet delitias suas ⁊ tatem.
dulcedinē quādā. Ad primum dicimus ꝙ qui gustat ad p̄mū.
dulcedinē spiritualē siue dulcedinē caritatis scit illā
dulcedinē esse in se: sed non sequitur. ḡ scit dulcedi=
nem spiritus sancti esse in se. immo est ibi fallacia ac= Fallā acci=
cidentis: quoniā ad hoc ꝙ conclusio esset vera opor= dentis.
teret ꝙ sciret illā dulcedinē eē a caritate. vnde nō va=
let. scit dulcedinē eē in se et illa ē a caritate: ergo scit
illam esse a caritate. Ad secundū dicimus ꝙ non est Ad scd̄m.
simile de visu corporali et spirituali: q̄uis spūalis li=
pidior sit q̄ visus corporalis habet multa iuuātia. s.
sicut locū tempus ⁊ cetera accidentia indiuiduentia
per q̄ p̄t discernere et verā scientiā habere de visibili
corporali. sed visus spiritualis non habet huiusmodi
adiuuātia. Ad aliud dicimus ꝙ non est simile de fi= Ad tertiū.
de et caritate: quoniā fides duplex est informis ⁊ for
mata: et qui habet fidem scit se hr̄e fidē informē vl' for
matā. sed caritas non est duplex: quoniā non est nisi
formata. Ad aliud dicimus ꝙ effectus caritatis quā= Ad q̄rtum
tum in se est aptus natus est ad faciendū scientiam de
caritate: sed defectus est ex parte nostra qui nō possu
mus scire minorē propositionē sillogismi qui fit per
effectū caritatis. sillogismus talis est Omnis diligēs sillogism⁹.
deū propter se et super omnia habet caritatē. iste di=
ligit deū propter se et super oīa: ergo habet caritatē
maior propositio est nota nobis: sed minor ignota ē
nobis: in alijs aūt sillogismis qui fiunt per effectum
non est ita. Sed iterum probatur per diffinitionē ca Iterū ar ꝙ
ritatis. ꝙ aliq̄s scit habere se caritatē. Augustin⁹ di= aliq̄s scit se
cit: ꝙ caritas est amor quo diligitur deus propter se habere ca=
et proximus propter deū: sed iste qui reliquit omīa ritatem.
et dedit oīa que habebat pauperibus propter deum
scit se diligere deū propter se. q̄ scit se diligere deū

non propter lucrũ temporale cũ dimiserit oĩa tẽpo=
ralia propter deũ :ergo scit se diligere deũ ex carita=
te per locũ a diffinitione:ergo scit se habere caritatẽ
Euasio. Si dicit ꝙ hec non est diffinitio caritatis Caritas est
amor quo diligitur deus propter se:et proxim⁹ pro=
ꝯ quã ar. pter deũ:imo oportet addi hoc.s. super oĩa. Pro=
batur ꝙ quicunq; diligit deũ propter se: diligit eum
ex caritate:quoniã si diligit ipsũ propter se non dili
git ipm,p cõmodo tẽporali:ergo diligit ipsũ gratis.
ergo amor iste est gratuitus.ergo ex caritate:ꝛ inde
Secundo. vt prius. Item si aliquis diligit vnũ hominem plus
q̃ aliũ scit se diligere illu3 hominẽ pl⁹ q̃ aliũ hoc non
potest ignorare cum diligere sit de primis dispositio
nibus.ergo si aliquis diligit deum plus q̃ se : scit se
diligere deũ plus q̃ se:ergo quicunq; est in caritate
scit se diligere deũ plus q̃ se.ergo scit se diligere de
um super oĩa:ergo a diffinitione scit se diligere deũ
Solutio. ex caritate.g̃ scit se habere caritatẽ.Solutio.ad hoc
dicimus ꝙ qñ augustinus dicit.Caritas ẽ amor q̃ di=
ligitur ꝛc.secundũ ꝙ est diffinitio caritatis oportetꝙ
hec prepositio propter denotet duplicẽ causalitatẽ.
scilicet cause finalis et efficientis:qm̃ deus efficit ca
ritatem in nobis qui est alpha ꝛ o.i.principiũ ꝛ finis
quoniã gratuitus debet esse amor caritatis: ꝛ ex par
te cause efficientis et ex parte cause finalis.amor aũt
naturalis potest eẽ gratuitus ex parte cause finalis:
s3 nõ ex parte cause efficiẽtis:vt p3 ĩ illo.qui diligit ma
gistrũ propter filium qm̃ diligit ipsũ gratis ꝛ propt
se:quantum ad causam finalem.qm̃ vult ei multa bo
na q̃uis nullum bonũ inde accideret sibi: s3 ex parte
cause efficientis:non est amor ille gratuitus qm̃ illũ
Ad primũ. amorem facit amor filij qui est naturalis.Ad primũ
dicimus ꝙ hec est duplex:iste scit se diligere deũ pro
pter se:quoniã si hec dictio propter denotet vtranq;
causalitatem falsa est.quoniã non scit vtrũ deus fece
rit illum amorem an natura:quoniã deus diligitur.
quia creator et benefic⁹ naturaliter. Si aũt denotet
causalitatẽ cause finalis vera est et nõ sequitur ex hoc
ꝙ sciat se diligere ex caritate:vt patet per predicta.
Ad scdm. Ad aliud dicimus ꝙ hec argumentatio nõ valet.Si
aliquis diligit vnum hominẽ plus q̃ ꝛc.g̃ ꝛc.ꝛ hoc ẽ
quoniam excessus vnius amoris ad alium p̃t cogno=
sci per opera:quoniã plura opera vult facere pro eo
quem plus diligit:sed excessus amoris dei ad meum
non potest cognosci per opera. quodlibet enĩ facerẽ
pro me secundum naturalẽ dilectionem et quodlib3
p deo.Unde nescitur an talis amor sit naturalis an
gratuitus.Sed de hoc quod dictum est ꝙ per reue=
lationẽ potest aliquis scire se habere caritatem sicut
abraham sciuit et paulus dicens.Scio ꝙ neq; mors
q̃o incidẽs neq; vita et cetera.Queritur qualiter hoc potest eẽ
et videtur ꝙ si aliquis habeat discretionem spiritu=
um et bonus angelus qui scit esse bonum dicat ei
ꝙ habet caritatem:sic sit ei reuelatio et ita per reue=
lationem scit aliquis se habere caritatem. sed secun=
ꝯ hoc ar. dum hoc videtur . ꝙ alicui potest reuelari sua dãna=
tio:sit enĩ aliquis qui habeat discretionẽ spũum ꝛan
gelus bonus dicat ei.damnaberis. sicut dominus in
euangelio dicit iudeis.vos in pctĩs moriemini.vide
tur ꝙ eis reueletur dãnatio sua . eadem ratione qua
Secundo. et primo reuelabat ipsi habere caritatẽ. Itẽ. si nulli
p̃t reuelari sua dãnatio ne despet. eadẽ rõne nulli p̃t
Solutio. reuelari ꝙ habeat caritatẽ ne presumat.Solutio.re
uelari habet duas significatioens: vna est secundũ ꝙ

reuelari est dici a bono angelo ita esse . et sic potest
alicui reuelari sua dãnatio.tñ ille cui hoc dicitur non
debet credere ita esse simpliciter.deb3 enĩ credere ꝙ
ad correctionẽ dictũ sit.vel cõmunicatorie vel propt
aliqd tale. Quãdoq; aũt reuelatio est inspiratio sci=
entie alicuius rei et sic nulli potest reuelari sua dãna
tio.nõ propter hanc rationẽ ne desperet.sed ne sit p=
plexus in via.quoniã tenet sperare et nõ desperare si
fieret et talis reuelatio. sed adhuc per naturã anime Iter ar ad
probat ꝙ quicũq; habet caritatẽ scit se habere carita principale.
tem.quoniã qui cogitat scit se cogitare ꝛ qui scit.scit
se scire:ergo qui diligit scit se diligere . sed ita nescit
anima nisi quia sunt ei presẽtia: ergo cũ caritas sit ei
presens qui habet caritatẽ scit se habere caritatẽ . si
dicit ꝙ qui diligit scit se diligere quantũ ad essentiã
ipsius dilectionis . sed quantũ ad perfectionẽ ipsius
dilectionis nõ scit . quoniã per fectio est ꝙ deus dili=
gatur super omnia cũ caritas est presens aĩe et quan
tum ad essentiã et quantũ ad perfectionẽ suã:ergo si
propter p̃sentialitatẽ scit aliquis se cogitare cũ cogi
tat . eadẽ ratione scit se diligere ex caritate cũ diligit
ex caritate.Itẽ augustinus dicit nemo dicat nõ noui Scdo per
quid diligã. diligat fratrẽ et diligat eadẽ dilectionẽ augustinũ.
magis enĩ nouit dilectionẽ quã diligit q̃ fratrẽ quẽ
diligit. Ecce iã potest habere deũ notiorẽ q̃ fratrem
plene notiorẽ.quia presentiorẽ. q2 ĩteriorẽ. quia cer
tiorẽ.Ex hac auctoritate habet ꝙ aliquis magis no=
uit caritatẽ q̃ diligit fratrẽ q̃ ipsũ fratrẽ.sed fratrem
secundũ scientiã nouit stricte sũpto vocabulo sciẽtie
ergo et caritatẽ scit se habere stricte sũpto vocabulo
scientie. Itẽ.si notiorẽ habet deũ q̃ fratrẽ quia p̃sen= Tertio.
tiorẽ:ergo notiorẽ habet caritatẽ q̃ fratrẽ.et inde vt
prius.Solutio. quedã forme sunt in substãtijs q̃ sũt Solutio.
de ipsis substantijs vt forme substãtiales.quedã que
non sunt de substantijs.vt forme accidentales absolu
te.quedã vero assũt substantijs vt relationes.Conce
dimus ergo ꝙ qui diligit deũ scit se diligere deũ. nõ
tamẽ scit se diligere deũ ex caritate q̃uis diligit ex ca
ritate. caritas enĩ importat quãdam relationẽ q̃ dici
tur per hoc super oĩa .vel per hoc propter se. et illa per hoc ad
relatio adest anime. vnde nõ est simpliciter p̃sens ei. primũ.
et sic patet solutio ad primũ.Ad secundũ dicimus ꝙ Ad scdm.
ille qui habet caritatẽ magis nouit dilectionẽ suã q̃
ipsum fratrẽ.i.firmus siue durabilius.diuti⁹ enĩ pre=
sens est ei dilectio q̃ frater. qm̃ frater sensibilis est:
et q̃ cito extra sensũ ẽ incertus est. quoniã omĩe sensi=
bile extra sensũ factũ incertũ est vt dicit aristo.tamen
magis nouit fratrẽ.i. discretius . quoniam plura sũt
discernẽtia fratrem q̃ dilectionẽ.Queritur aũt vtrũ Alia q̃o in
aliquis potest dicere sine peccato se habere caritatẽ cidens.
quod videtur. qm̃ aliquis magister dicit per ratiões Ar ꝙ sic.
probabiles.paternitas est pater.Alius similiter per
rationes probabiles dicit.paternitas non ẽ pater et
vterq; meritorie.vterq; enĩ docet meritorie. Sit ita
et contingat ꝙ alter eoꝝ dicat falsũ. ergo si cõtingit
dicere falsũ meritorie multo forti⁹ contingit dicere
verũ sine peccato : ergo aliquis qui habet caritatem
potest dicere se habere caritatẽ sine peccato . Item. Secundo.
apostolus christi bonus odor sumus . sed dicere hoc
est plus dicere q̃ dicere se habere caritatẽ.Itẽ dauid Tertio
in petra exaltasti me et iterũ benedictus deus qui nõ
ammouit orationẽ meã et miam suã a me:ergo dice
bat se habere caritatẽ. Itẽ.adultus qui sufficiẽter cõ Quarto
tritus accedit ad baptismũ post baptismũ statim p̃ot

In oppo^m dicere ego habeo caritatẽ et sine peccato. Si ꝯcedit
contra.beatus io .dicit si dixerimus qm̃ peccatũ non
habemus . nosmetipsos seducim⁹ et veritas in nobis
nõ est: ergo eoipso ꝙ aliquis dicit se habere caritatẽ
Solutio. peccat. Solutio.tribus modis potest aliquis dicere
se habere caritatẽ.primo ad vtilitatẽ auditoꝝ vt pau
lus.Secundo ad gratiarũ actionẽ vt propheta d̃t be
nedictus deus qui nõ ãmouit orationẽ. ꝛc. Tertio p̃
sumendo et sibi attribuendo.duobus primis modis
Ad illud. nõ est peccatũ.sed tertio est pctm̃.Ad illud q̃d obijci
tur de auct.io.dicimus ꝙ nullus p̃ot habere signũ ꝙ
nullus habeat pctm̃ .vnde illud nemo p̃ot dicere sine
pctõ.sed bene potest habere signum de hoc ꝙ habet
caritatem.

¶ Queritur de effectu caritatis.
¶ Sexta questio huius capituli.

INter questiones de caritate vltimo queritur de
effectu caritatis post mortem.ꝯmuniter dicit ꝙ
hec argumentatio nõ valet:iste decessit in caritate: g̃
saluabitur.et habet instantiã in lazaro . qui in prima
morte sua decessit in caritate.vnde inter illã mortẽ ꝛ
suã resurrectionẽ necessariũ fuit illi decessisse in cari=
tate.quia dictũ erat de preterito verũ cuius euentus
ꝛc.tamẽ ipsũ esse saluandũ erat cõtingens.quoniã re
uocandus erat ad statũ in quo poterat peccare mor=
taliter ꝛ sic decedere. cũ ergo ex necessario nõ sequat
contingens nõ valet illa argumentatio.S3 ad intelli
q̃o de laza= gentiã eorũ que dicenda sunt. queritur vtrum mors
ro. lazari prima fuit miraculosa vl naturalis.Probatur
Ar ꝙ natu ꝙ naturalis . quoniã ex morbo infirmabatur vt pa=
ralis. tet in euangelio iohan. mors autẽ que est ex morbo
In oppo^m naturalis est:ergo illa mors fuit naturalis. Contra.
dñs dicit in euangelio infirmitas hec non est ad mor
Secundo. tem:ergo illa mors non fuit naturalis.Itẽ.si fuit na
turalis fuit originalis peccati.et similiter secũda fuit
pena origĩalis peccati: ergo lazarus fuit punitus bis
pro peccato originali . Contra.in naum.nõ cõsurget
duplex tribulatio alia translatio.nõ iudicabit de⁹ bis
Opinio ali in idip3 bis .i.nõ puniet bis p eodẽ peccato. Ad hoc
quorum. dicunt quidã ꝙ vtraq; mors fuit naturalis et neutra
fuit sufficiens pena originalis peccati. et ideo nõ fuit
punitus bis pro eodẽ pctõ.qm̃ si sufficiẽter punit de⁹
pro aliquo peccato nõ punit post pro eodẽ. sed quo=
niam auctoritates magis consonant in hoc ꝙ prima
Alia opio. mors nõ fuit naturalis.Melius est dicendũ ꝙ nõ fuit
naturalis. nec est verũ ꝙ fuerit ex morbo sufficienter
immo ex volũtate dei volentis manifestare gloriam
suã sicut d̃r de ceco nato et cõfirmare fidẽ in fidelib⁹.
ꝯ hoc ar. tamẽ contra hoc videtur esse auctoritas hieremie di.
Quicquid mali sup nos adducit peccata nostra me=
ruerũt:ergo videtur ꝙ mors prima fuit pro pctõ pe
Solutio. na. Sed auctoritas illa sic exponitur ab omĩbus nisi
essent peccata nostra nichil mali induceret sup nos ꝛ
ex hoc nõ accidit ꝙ pctã sint recta cã oĩ3 malorũ:sed
sunt causa sine qua . sed videt ꝙ hec argumẽtatio sit
necessaria.iste decessit in caritate: ergo saluabitur.si
mus inter primã mortẽ lazari et resuscitationẽ eius.
iste est in sinu abrahe: g̃ h3 liberũ arbitriũ cõfirmatũ
ad bonũ:g̃ nõ p̃t peccare:g̃ ĩpossibie ẽ ipsũ peccare:g̃
ĩpossibile ẽ ipsũ dãnandũ:g̃ necessariũ ẽ ip3 saluãdũ
Iterum ar g̃ illa argumẽtatio est necessaria. Itẽ.post mortẽ dat
diffinitiua sñia: g̃ cũ iste decesserit ĩ caritate data ẽ sñia
ꝙ ipe saluabit diffinitiua.s.diffinitiua sentẽtia irreuo
Secundo. cabilis est.ergo necessariũ ẽ istũ esse saluandũ. Item

demeretur aliquis resuscitandus qui decessit in cari
tate post ascensionẽ.iste habet liberũ arbitriũ confir
matũ sicut petrus:sed petrus nec potest nec poterit
peccare.ergo nec iste et tñ reuocandus est ad erũp=
nas istas.ergo illud nõ ĩpedit quin necessariũ sit ipm
saluari. Item.iste meruit gloriã quã habet.g̃ ex iusti Tertio.
cia data est ei.ergo si auferatur iniuste aget deus cũ
eo.hoc aũt impossibile.g̃ si decessit in caritate neces=
sariũ ipsũ.ẽ saluari. Item .deus non p̃t negare iustici Quarto.
am suam quoniã nõ potest negare se.ergo si iuste de
dit illi gloriã non potest auferre ei. Solutio. Bene Solutio
concedim⁹ ꝙ cuicũq; ex iusticia data sit ei gloria si re
uocetur ad miserias istas:adhuc habebit liberũ arbi
triũ confirmatũ ad bonũ:sed si alia de causa fecerit il
lum dñs decedere in caritate accelerando ei morte3
bene potest reuocari ad istas miserias et habere libe
rum arbitriũ nõ confirmatũ.Ad primũ dicim⁹ ꝙ hec Ad primũ
argumentatio non valet.impossibile est istũ peccare
g̃ impossibile est istũ esse damnãdũ:qm̃ in prima pri=
uatur possibilitas tantũ respectu status in quo ẽ iste
vnde vna est qm̃ iste non habet potentiã ad peccãdũ
in conclusione priuat possibilitas et respetu presẽtis
et respectu futuri. Fallacia conse.ab inferiori ad su= Falla ꝯñtis
perius negando etiã illa argumentatio nõ valeret si
fieret:iste peccabit.ergo potest peccare. Instãtia iste
cecus videbit:ergo potst videre demonstrato ceco
qui illuminabitur per miraculum . Ad secundũ dici Ad scdm.
mus ꝙ non semper post mortẽ datur diffinitiua sen=
tentia.Ad tertiũ dicimus ꝙ non est simile de isto et Ad tertiũ.
de petro qm̃ petrus non reuocabitur . Ad vltimũ so Ad vltimũ
lutum est iã.quoniã si iste reuocãdus est ad istas mi
serias:ita ꝙ habeat liberum arbitriũ non cõfirmatũ:
non fuit ei data gloria ex iusticia:sed alia de causa.
Dictum est ꝙ si aliquis ex meritis suis iã habeat glo
riam non potest reuocari ad istas miserias:ita ꝙ pos
sit demereri.Sed contra. aliquis qui in inferno est ꝯ hoc ar.
p̃t reuocari ad vitam istã:ita ꝙ potest mereri.sicut le
gitur de traiano:qui precibus beati gregorij resusci= de traiano.
tatus fuit et extractus de inferno et positus in statu
merendi: qm̃ si non posset mereri pro nichilo resusci
taretur:constat aũt ꝙ quicunq; ẽ in inferno ex merit
suis ẽ ibi.ergo si ille qui ex meritis suis est in inferno
potest reuocari ad statũ merendi.a simili per contra
rium:ille qui ẽ in paradiso ex meritis suis potest re=
uocari ad statũ demerendi. Ad hoc dicunt quidã ꝙ Opinio ali
non ẽ simile:qm̃ misericordia superexaltat iudicium quorum.
sicut dicit beatus iacob⁹ . Misericorditer aũt agere
tur cũ eo qui ẽ in inferno si reuocaretur ad statũ me=
rendi.ĩmisericorditer cũ eo qui ẽ in paradiso:si reuo
caretur ad statum demerendi. Sed contra. Aposto. ꝯ hanc ar.
dicit.deus non potest negare seipm̃.ergo sicut nõ p̃t
facere contra suã misericordiã sic nõ potest facere cõ
tra suã iusticiã.g̃ cũ iste ex meritis suis sit in inferno
non potest esse quin a deo puniatur:et ita videtur ꝙ
non potest reuocari ad statum merendi: vel si potest
pari ratione alius ad statũ demerendi. Solutio. Si Solutio.
cut in vita presẽti quidã sunt ita obstinati ꝙ deus nõ
vult ꝙ pro eis oret.vnde dixit hieremias.Noli ora=
re pro populo isto.Alij sunt pro quibus vult orari :
ita in inferno quidã sunt pro quibus vult non orari
sicut pro illis qui decesserunt cõpletis peccatis suis ꝛ
in proposito peccandi.Alij sunt qui decesserunt non
completis peccatis suis et in proposito penitendi Nõ dilgẽt.
aliquando pro talibus vult deus ꝙ oretur.et tales

possunt reuocari ad statum merendi per merita san=
ctorum qui sunt coniunctissimi deo . quoniam tales
non sunt simpliciter damnati . sed sub conditione.et
concedimus q non est simile de illo qui est in inferno
et de eo qui est in paradiso . qm saluare est dei ppriũ
sed punire nõ ẽ dei ppriũ. quoniã nõ ex corde suo hu
miliauit et abiecit filios hoĩm sicut dicit hiere . imo
quasi inuitus punit. vñ ysa.heu ɔsolabor.s.de hostib⁹
Alia q̃o incidens. meis. Jtẽ queritur vtrum resuscitatus potest petere
vxorẽ suã quã prius habuit.videtur q nõ. quoniam
Arr q nõ apostolus dicit q post mortẽ viri soluta est mulier a
lege viri:ergo inter mortẽ 7 resuscitationẽ potest nu
bere alij.esto q nupserit:ergo resuscitatus nõ potest
In oppo^m petere eã ex quo legitime nupsit alij.Contra.aliqua
sacramenta remanẽt in resuscitato. quoniã si baptisa
tus fuit baptismus manet et cõfirmatio et ordo.qm
si prius fuit sacerdos adhuc est sacerdos: g similiter
Secundo. matrimoniũ manet. Jtẽ apls.acceperũt mulieres de
Solutio. resurrectione mor.suos. Solutio.dicimus q nõ ma
net matrimonium nec est simile de alijs sacramẽtis.
qm alia sacramenta cõsistunt in vnctione spirituali 7
interiori.in baptismo imprimit caracter discretionis
quoniã per baptismũ discernit populus dei.in confir
matione 7 ordine caracter excellẽtie.in matrimonio
nullus caracter iprimit.qm causa matrimonij et vtili
tas cõsistit in exteriori opatione.Ad auctoritatẽ apli
Ad auctoritatem. dicimus q mulieres acceperũt ex resurrectione mor
tuos maritos.sed de nouo consensu quo cõsentiebãt
in cõiugalẽ copulã aliter nõ eẽt matrimoniũ int eos.
Dictũ est q hec argumentatio non valet:iste decessit
in caritate:ergo saluabit. iste decessit in caritate 7 nõ
Ↄ vnũ dictũ arguit. reuocabit.ergo saluabitur. videt q sic.qm auctorita
tes dicunt q merita post mortẽ nõ possũt imutari : g
cũ iste meruerit vitã eternã . ponatur q iste adultus
decesserit nec amiserit nec amittet ex culpa. cũ nõ sit
reuocandus habebit vitã eternã. vel deus aget imu
Secundo. ste cum eo.Jtẽ.in ecclesia dicitur ceciderit lignũ siue
ad austrũ.i.ad regionẽ spũssancti siue ad aquilonẽ.i.
ad regionẽ diaboli ibi erit: ergo si iste decessit in cari
tate et non reuocabitur saluabit: g illa argumẽtatio
In oppo^m est necessaria . Contra. simus ante incarnationẽ anti
qui patres decesserũt in caritate : ergo necessariũ est
ipsos decessisse in caritate et nõ reuocabunt.sit ita.nõ
tamẽ necessariũ est ipsos esse saluandos. quoniã chri
stũ esse passurũ est contingẽs et nullus saluand⁹ nisi p
mortẽ christi . qm per passionẽ eius aperta fuit ianua
ergo cũ premissa sit necessaria 7 cõclusio ɔtingens nõ
Opinio aliquorum. valet illa argumẽtatio. Ad hoc dixerũt quidã q nec
virtus nec motus virtutis potuit per se attingere ad
visionẽ dei que est in patria imo exigebat passio xpi
vnde dixerunt q antiqui patres non meruerũt illam
visionem apertam. vnde nec valet illa argumẽtatio.
si sumatur vita eterna vel salus pro illa visione aperta
sed si sumatur pro quadã delectatiõe quã habebant
sancti in deo. huiusmodi vitã eternã meruerũt et hu
iusmodi salutẽ. et sic necessaria est illa argumẽtatio.
Sic soluũt rõnes p distinctionẽ. Soluebant ergo omnes illas argumentationes per
distinctionem.

¶De eligentia motuum.
¶Sextus tractatus.

Dicto de caritate et ordine caritatis et de effecti
bus caritatis. consequẽter dicendũ est de eligẽ
tia motuũ . Circa quod apostolus questionẽ pponit
ad philippẽ.d.qd eligam ignoro.coartor enĩ ex duo
bus desideriũ habens dissolui et eẽ cũ christo perma
nere autem in carne necessariũ est propter fratres si=
ue propter vos.Primo circa hanc questionẽ querit
in qua vi aĩe situ sit desideriũ quo desiderabat aplus
dissolui et eẽ cũ christo:et cuius virtutis sit. secundo
vtrũ apls tenebatur velle permanere in carne propt
fratres.tertio de contrarietate que videtur esse int
augu.et ãbro.dicit enĩ augu. q apls vnũ illorũ habe
bat in desiderio.s.dissolui et eẽ cũ christo. Reliquũ
in patientia.s.permanere in carne propter fratres.
Ambrosius dicit. q vtrũq habebat apo . in deside=
rio.quarto de eligentia illorũ duorũ. quinto vtrum
apo.voluit illud coniũctim an diuisim.sexto et vltio
vtrũ quilibet debeat velle quantãlibet penã quia si=
bi vtilis ẽ:sicut apo.voluit mortẽ:qm sibi erat vtilis

¶Obiectio motuum.
¶Primum capitulum.

Circa primũ obicitur sic.illud desideriũ aposto
li erat ex mera et perfecta caritate:et caritas Arr q sic.
est in concupiscibili.ergo desideriũ illud erat in con=
cupiscibili.Jtem motus ille non videtur fuisse in vi Secundo.
rationabili:qm ratio et intellectus circa vnũ sunt.p=
mo et motus ille non fuit circa verũ.imo circa bonũ
in irascibili nõ videtur fuisse. quoniã irascibilitas nõ
est circa bonũ.desideriũ aũt illd erat in bonũ 7 q2 bo
nũ:g desideriũ illd nõ erat ĩ irascibili.s3 poti⁹ ĩ ɔcupi
scibili in q̃ sola ẽ desideriũ boni iquãtũ bonũ.Cõtra. In oppo^m
fortitudo ẽ circa ardua 7 terribilia: s3 sũme terribile
est mors.g velle mori pro causa honesta ẽ mot⁹ for=
titudinis:sed fortitudo est ĩ vi irascibili:vt dicũt gre
go.et ãbro. Desideriũ illud erat in irascibili . Circa q̃o incidẽs
hoc etiã querit vtrũ apo.desiderando dissolui et esse
cum christo moueretur vnico motu.an pluribus.vi= Arr q vnico
detur q vnico:qm vtrũq volebat ex caritate et vtrũ
q3 q2 bonũ.ergo cũ vtriusq partis esset eadem ratio
vnico motu mouebatur in hoc.s.dissol.7 eẽ cũ cristo
Contra.esse cum christo ẽ delectabile:mori nõ ẽ dele In oppo^m.
ctabile:sed apo.mouebatur in primũ quia delectabi
le .non ĩ secundum:ergo nõ erat vnica ratio mouẽdi
in illud.ergo nec vnicus motus.Ad primum dicim⁹ Ad primũ
q velle mori sumptũ simpliciter non est in aliqua vi
determinate:immo secundum diuersas causas vl cir
cunstantias ẽ in diuersis viribus quia velle mori pro
defensione fidei fortitudinis est: et ita ẽ ĩ vi irascibili
sed velle mori inquantũ ẽ via ad esse cum christo siue
ad beatitudinem ẽ motus caritatis:et est in vi concu
piscibili:hoc enĩ ẽ velle mori inquantũ bonũ:et hoc
modo considerabat et desiderabat illud . apo . vnde
desideriũ illud apli erat in concupiscibili. Per hoc p h⁹ soluit
patet solutio ad illud qd obicitur:quoniã velle mo=
ri pro causa honesta nec simpliciter ẽ in irascibili. nec
simpliciter in concupiscibili: sicut velle dare pecuniã
simpliciter consideratum nõ ẽ in aliqua vi quia velle
dare pecuniã pauperi:q2 pauper est:ẽ pietatis mot⁹
et est in concupiscibili:quoniã bonitas voliti ẽ ratio
volendi:sed dare pecuniã militibus pro defensione
regni est opus magnificentie:et ẽ in vi irascibili. Eo Eodem.
demodo dicimus de hoc velle mori pro causa hone
sta:quoniã velle mori pro hac causa: vt sit homo cũ
christo caritatis est et ẽ in vi concupiscibili: sed velle
mori pro defensione fidei fortitudinis ẽ et est ĩ vi ira=
scibili.Ad secundo obiectum dicimus q apo.potuit Ad scdm.

moueri ad coniũctũ vnico motu propter vnã rationẽ
cum vtrũq eẽt bonũ:quoniã secundũ hanc rationẽ
qua mori erat ei via ad eẽ cum christo erat ei delecta
bile et ita bonum:nichilominus tamẽ potuit aplus
moueri in ptes illius ɔiũcti diuisis motibus:si sepa=
ratim cõsideraret illas partes vnũ ad viã alterum vt
Iterũ arr terminũ vie.Sed iterũ videtur q mot⁹ ille nõ fuerit
ex caritate.quia oĩs motus meritorius principaliter
est ad gloriã dei. sed motus ille quo apostolus desi=
derabat dissol.et esse cũ christo non erat principaliter
ad gloriã dei. qd probat per hoc q maior gloria dei
proueniebat ex permanẽtia apli in carne . quoniã p=
manere in carne in apostolo erat ad profectũ et con=
uersionẽ plurimorũ ex quorũ cõuersione magnifica=
batur et laudabatur deus . sed in morte apli nõ erat
profectus nisi eius solius:ergo apostol⁹ volebat cõ=
trariũ eius qd erat ad gloriã dei:ergo indiscrete de=
siderabat illud. nec motus ille erat principaliter ad
gloriã dei:ergo nec erat meritori⁹ : ergo nec erat ex
Secundo. caritate. Jtem. si apostolus desiderabat illud qd de
siderabat principaliter propter gloriã dei : ergo qd
erat ad maiorẽ gloriã dei magis debebat desiderare
sed desiderabat illud quod erat minus ad gloriã dei
vt probatũ est:ergo indiscrete.et ita non ex caritate.
Solutio. Solutio.gloria dei dupliciter dicit. quãdoq dr glo
ria dei sũma bonitas eius in qua ipse sũme delectat.
et secundũ hoc oĩs motus meritorius principaliter ẽ
ad sũmũ bonũ participandũ. etiã finalẽ qñq glia dei
dicitur frequens fama cũ laude. vt cũ dicimus adora
mus te et glorificamus te.et sic non oportet omnem
motũ meritoriũ esse ad gloriã dei nisi q prelati q de=
bent exemplo suo lucere alijs per bona opera sua te
per hoc ad primum. nentur ex precepto dei facere bona opera ad gloriã
dei.quoniã dicit eis a dño . sic luceãt opera vestra co
ram hoĩbus vt glorificent patrẽ vestrũ. 7c. per hanc
Ad scdm distinctionẽ patet solutio ad primo obiectũ. Ad secũ
do obiectũ dicimus q in secunda significatiõe in hec
falsa apostolus desiderabat hoc principaliter ppter
gloriã dei. qm non cõsiderabat tũc apostolus nisi sũ=
mã bonitatẽ dei.cũ qua desiderabat esse siue volebat
tamen si concedit illa propositio ppter laudẽ dei ad
quã habet terminari oĩs motus meritorius . dicẽdũ
Hec argumẽtatio nõ valet. est tamen q hec argumẽtatio nõ valet : apostolus de
siderabat illud pricipaliter propter gloriã dei: ergo
qd erat ad maiorẽ gloriã dei.7c. sicut hec argumẽta
tio non valet: calidũ inquantũ est calidũ calefacit : g
magis calidũ magis calefacit:potest enĩ ipedimentũ
esse in materia. Ad hoc igitur q teneat talis argumẽ
tatio debet hoc addi alijs paribus . hoc autẽ non est
verũ in propositis.qm in hoc dissol.et esse cũ christo ẽ
maior vtilitas propria.in hoc autẽ permanere in car
ne propter fratres maior est vtilitas pximi . vtilitas
autẽ propria preferenda est vtilitati proximi.

¶Secunda questio huius capituli.

Queritur vtrũ apostolus teneret velle pmanere
propter fratres in carne.probatio q sic.qm scie
Arr q sic bat se pmansurũ in carne vt dixit et sciebat hoc eẽ bo
nũ: ergo sciebat deũ velle illud et tenebatur quicqd
sciebat deũ velle:ergo tenet velle hoc. Jtẽ apostol⁹
Secundo. tenebatur ad opera mĩe et tenebat esse vtilis pximo
sed nullum opus mĩe maius est 7 nulla maior est vti=
litas proximi q̃ instruere ipsũ et cõuertere ipsũ ad fi
dem:ergo apostolus tenetur velle talẽ vtilitatẽ pxi=
morũ:ergo apostolus tenebatur velle permanere in
carne propt fratres. Jtẽ.quia sũme delectabile ẽ eẽ Tertio.
cũ christo.propter hoc desiderabat apls dissolui simi
liter qm valde desiderabile est cupido habere centũ
marchas.propter hoc cũ desiderat esse in luto : ergo
eadẽ rõne. qm sũme desiderabile est deũ magnificari
glorificari . et hoc sũme desiderabat apostol⁹ ppter
hoc cũ illo debebat desiderare pmanere propter fra
tres in carne et ita tenebatur velle permanere in car
ne ppter fra.Contra.tenebatur velle pmanere in car In oppo^m
ne propter fratres 7 volebat cõtrariũ: ergo peccabat
mortaliter.sed constat q nõ peccat mortaliter: ergo
non tenebatur velle permanere.7c.Solutio.dicim⁹ Solutio.
q apostolus nõ sciebat deũ velle pmanere se in carne
stricte et proprie sũpto vocabulo sciendi. qm nec sen
sitiua nec demõstratiua sciẽtia sciebat illd nec erat re
uelatũ ei.vnde nõ dixit simpliciter scio.sed dixit cõfi=
dens scio.i.ex cõfidentia.i.per quasdã cõiecturas ve=
hementer credo.credebat enĩ q deus hoc vellet ppt
profectũ multorũ ppter hoc etiã dixit scio. vt cõsola
retur eos de suo pmanere in carne et secũdum q sic per hec ad
accipitur verbũ sciendi non sequitur q quilibet tene primũ.
tur velle quicquid scit deum velle et sic pat3 solutio
ad primũ. Ad secundũ dicimus q apo.non tenebat Ad scdm
simpliciter predicare fratribus nec magnificare in
eis deũ:sed sub conditione.s.si viueret.Ad tertio ob Ad tertiũ.
iectum dicimus q sũme desiderabile erat aplo deu3
magnificari et glorificari:sed non sequitur.g hic de=
bebat velle se permanere in carne.7 hoc ideo cõtin
git quia hoc non erat aplo indifferẽs:ideo erat sibi ĩ
pedimentũ eius qd apls desiderabat multo ampli⁹:
quoniã impedit sanctos multũ tẽdẽtes ad patriam
vita ista misera.sicut dr in libro sapientie. Corp⁹ qd
corrumpitur aggrauat aĩam.et apo. Infelix ego hõ
quis me leberabit de corpore mortis hui⁹: p hoc pa
tet q non est simile:quod inducitur pro simili de cu
pido.et hec argumentatio. Jste cupid⁹ sũme deside p hec ad ter
rat habere.c.marcas. g cũ hic vellet eẽ in luto . non tium.
nisi ratione termini.

¶Queritur de cõtrarietate augu. et ãbrosij
¶Tertia questio huius capituli.

Queritur de contrarietate augu. et ãbrosij. Est
autẽ duplex contrarietas inter ipsos Prima ẽ
de distinctione littere.augu.enĩ sic distinguit litterã Augustin⁹
Coartor ex duobus vt hic fiat distinctio: et hec ora=
tio ex duobus determinet hoc verbũ coartor: qm se
cundum augusti . apostolus coartabatur inter duo
quorum vnũ ipe desiderabat quia melius erat. s.esse
cum christo. alterum aũt erat necessariũ. s. permane
re in carne propter fres.igitur secundũ augu.pmum Ↄ augustinũ arguit.
habebat in desiderio.secundum in patienta tm.Sed
in istis duobus videtur et contradicere.ambrosi⁹ p=
mo ĩ distinctione littere:q2 distigut litterã sic.Coar
tor vt hic fiat distictio.7 seqt ex duob⁹ desideriũ hñs
quoniam illa duo desiderabat apostolus secundũ ã=
brosium:primũ qd erat melius.s.eẽ cum christo: se=
cundu3 qd necessariũ erat:scilicet permanere ĩ carne
propter fratres:sic ergo contradicit augu.in duob⁹.
primo in distinctione littere . secundo in hoc q dicit
aposto.ĩ desiderasse vtrũq.Qd etiã potest pbari p
hoc qd apls volebat permanere in carne propt fra=
tres:volebat enim predicare et prodesse: et hoc non
poterat facere nisi permaneret ĩcarne:ergo volebat

permanere in carne .ergo appetebat illud. ꝫ desiderabat illud. Solutio. Ad hoc dicimus cõmuniter ꝙ
Solutio.
augustinus sũpsit verbũ desiderandi stricte. secundũ ꝙ desiderium non est nisi rei delectabilis: et sic apls non desiderabat permanere in carne. quoniã hoc nõ erat delectabile ei: qm̃ ei conueniebat hec vox ꝓphete. Renuit consolari aĩa mea. perfectis enĩ vita ista tediosa est. ambrosius aũt largius sũpsit verbũ desiderandi .s. pro verbo volendi: et ita non est cõtrarietas inter eos quantũ ad secundũ propter equiuocationẽ. nec ẽ cõtrarietas quantum ad distinctionẽ: sed diuersitas. vterqꝫ enim bene distinguit secundũ suaꝫ
Ad primũ.
intelligentiã sanã. pꝫ ergo ꝙ hec argumentatio non valet. Apostolus volebat permanere in carne propter fratres. ꝫ desiderabat illud secundũ ꝙ desiderare sumitur stricte. et est ibi fallacia cõsequentis a superiori ad inferius affirmando: qm̃ multa sũt volibilia que non sunt desiderabilia. Sancti enĩ volunt pctõres puniri in inferno: sed non desiderant: qm̃ non volunt illud cum delectatione: volunt tñ illud confirmando voluntatem suã voluntati diuine. Unde bene dicitur. Letabitur iustus cum viderit vindictam
quõ intelligit dictum prophete.
non dicit qꝛ videbit. sed cum viderit. non enĩ letabit de mera vindicta: scilicet pena. sꝫ qm̃ euasit penã vel intuitus iusticie dei nõ intuitu pene. Sed econtra ꝓ-
ꝯ ista ar.
batur ꝙ permanere in carne propter fratres erat delectabile ei. quia erat bonũ et apostolus volebat illud deo etiã deus volebat hoc qui nõ vult nisi bonũ sed bonũ est perfectio cuius apprehensio est delectatio: ergo apprehẽsio quã habebat apostolus de illo bono erat delectatio: ꝫ apostolus volebat illud cum delectatione: ergo desiderabat illud. Itẽ. psalmista
Secundo.
dicit in custodiendis illis retributio multa. nõ enĩ tm̃ pro custodiẽdis. sed etiã in custodiẽdis mãdatis dei est magna retributio. ꝛ hoc dꝛ ꝓpt iocũditatẽ mẽtis et pregustationẽ dulcedinis dei que habet in custodia preceptorũ dei: ergo apostolus habebat magnã iocunditatem de viuendo in carne magnificabat deũ ergo viuere in carne propter magnificationem ꝛ laudem dei in fratribus erat ei delectabile ꝛ ita volebat illud cũ desiderio et ita desiderabat illud. Solutio.
Solutio duo gña ꝑfectorum.
duo sunt genera perfectorũ. quidã sunt pfecti qui vix ꝛ raro molestant a carne et a primis motibus carnis ꝛ talibus perfectis delectabile est viuere in carne ꝓpt fratres. Alij sunt pfecti qui valde molestantur a primis motibus carnis et talibus molestũ et tediosum est in carne viuere propter periculũ qd videt imminere. in quorũ persona loquit apostolus dicens infelix ego. ꝛc. et ideo nõ sequit ꝙ apostol⁹ desideraret permanere in carne propter fratres. licet vellet illud potest tamen dici ꝙ apostolus desiderabat vtrũqꝫ secundũ ꝙ desiderare sumitur stricte. sed augustin⁹ lo-
Alr pt dici
cutus est vt frequẽter. quoniã frequẽtius cõtingit qd perfectis tediosa est vita ista. qñqꝫ tamẽ cõtingit ꝙ in alia cõsideratiõe desiderãt manere in carne ꝓpt fra. vt quando considerant ꝙ manendo in carne prosunt multis et magnificant deũ. Quod ergo dicit augusti-
ꝯcordat augustinũ et ambrosiũ.
nus ꝙ alterũ illorũ est in desiderio reliquũ in patiẽtia: loquitur vt frequẽter Ambrosi⁹ aũt vt qñqꝫ. Ad
Ad aliud.
aliud obiectũ dicimus ꝙ apostolus delectabat in predicando et laudando deũ viuendo in carne. nõ tamẽ delectabatur ex hoc ꝙ viuebat in carne.

¶ Quarta questio huius capituli.

Queritur de eligentia illorũ duorũ et queritur. vtrũ illorũ duorũ fuit magis eligendũ aplo. et videtur ꝙ apostolus nõ ignorabat immo bene scie-
Ar primo.
bat. vtrũ illorũ magis esset eligẽdũ. dicit enĩ aristo. quod propinqui⁹ est fini. magis est eligendum ꝛ hoc sciebat apostolus. sed dissolui et esse cũ xpo propinquius est fini ꝙ viuere in carne propter fratres et hoc iterũ sciebat apostolus: ergo sciebat dissolui et eẽ cũ christo eẽ magis eligendũ: ergo falsũ dixit qñ dixit quid eligã ignoro. Itẽ motus quo volet dissolui et
Secundo.
esse cum christo erat motus caritatis in deum et motus quo volebat viuere in carne propter fratres erat motus caritatis in proximum. sed motus caritatis in deũ maior est in infinitum et melior ꝙ motus caritatis in proximũ et hec omia sciebat apls: ergo sciebat primũ esse magis eligẽdũ ꝙ vltimũ. et inde vt prius Itẽ dissolui et esse cũ christo est bonũ glorie. viuere
Tertio
in carne ꝓpt fra. bonũ gratie: ergo pmũ i ifinitũ melius ꝙ scdꝫ ꝛ hoc sciebat apls: ꝫ sciebat pmũ eẽ magis eligendũ. ꝛ inde vt prius. Contra. apostolus sciebat
In oppo^m
vltimum esse vtilius sibi qm̃ quanto plus laborabat tanto maius pmium acquirebat augmentabatur enĩ caritas in ipso. Item sciebat illud eẽ vtilius ꝓximo
Secundo.
et etiã deo. cui plures per hoc acquirebantur: ꝫ sciebat illud eẽ magis eligẽdũ. Solutio. Mltis de cau-
Solutio.
sis est magis eligendũ aliquid. aut qꝛ vtilius. aut qa
Multiplicit aliqd ẽ eligendum
melius. aut quia diuturni⁹. aut qꝛ acceleratius: et sic de multis alijs causis. vnde nisi excellat in oib⁹ magis alijs circunstantijs non est necessariũ: ꝙ sit magis eligendum. vnde in omibus premissis argumentationibus que pro vtraqꝫ parte facte sunt est fallatia secundum quid et simpliciter. Qm̃ non sequit hoc est
Falla sꝫ qd ad simpliciter.
propinquius fini ꝙ illud. ergo est magis eligendum simpliciter: sed bene sequitur: ꝫ ẽ magis eligendum quantum ad hoc: quoniã huiusmodi consideratiões aristotelis intelligende sunt cum tali determinatiõe Similiter non sequitur: vltimũ est vtilius: ergo est
Silr nõ sequitur.
magis eligẽdũ simplicit: sed seqtur. ergo ẽ magis eligẽduꝫ. quo ad hoc. ꝑ hoc pꝫ solutio ad oĩa obiecta Sꝫ iterum obicit. Dictũ est ꝙ apo. volebat vtrũqꝫ. s. dis-
Iterũ ar.
solui et eẽ cũ christo et permanere in carne propt fratres: et etiam vtrũqꝫ desiderabat secundũ ambrosiũ non tamẽ male. contingit enĩ velle contraria bene ꝛ meritorie ex diuersis causis. sicut ysaias volebat ꝙ deus mitteret ipsum ad predicandũ qñ dixit. Ecce ego mitte me. et meritorie volebat hoc. Ieremi. vo meritorie recusauit cũ dixit. a. a. a. dñe de⁹. Ecce ego nescio loqui: quia puer ego sum. primus volebat mitti ex caritate et vtilitate proximi. secundus autẽ ex humilitate recusauit mitti. Similiter moyses ex humilitate dixit. Obsecro dñe mitte quẽ missurus es. potuit ergo apls velle illa duo contraria ex diuersis causis honestis. Sed obicitur. apo. volebat merito-
ꝯ hoc.
rie dissolui et eẽ cum christo. ꝫ discrete. in oĩ enim sacrificio offerendũ est sal. ergo ex deliberatione ꝛ consilio volebat illud: ergo eligebat illud. quoniã eligẽtia ẽ voluntas deliberata et consiliata. eligebat ꝫ dissolui et eẽ cum christo. ergo videtur mentiri cũ dicit Quid eligam ignoro. Eodẽ argumento potest ꝓba-
Eodẽ mõ.
ri ꝙ apls eligebat permanere in carne propter fres. Solutio. Dicimus ꝙ vtrũqꝫ eligebat apls in cõpara-
Solutio.
tione ad suũ contradictorie oppositũ. vtrũqꝫ enĩ sciebat eẽ bonũ: sed neutrũ eligebat in comparatione ad reliquũ. quoniã vnũ estimabat multo melius: aliud vtilius et alijs et deo et sibi: etiã in futurũ. ꝛ propter

huiusmodi cõparationẽ mutuã ignorabat vtrum illorum duorum eligeret dũ conferebat illa duo inter se et
Iterum ar insistitue.
propter hoc dixit. Quid eligã ignoro. Item ponat ꝙ apls sciret esse se predestinatũ ꝛ sciret ꝙ ex hoc permanere in carne propter fratres per bienniũ vel triennium duplicaretur sibi corona vel triplicaretur. queritur scdm̃ hoc an magis deberet eligere permanere in carne propter fratres ꝙ dissolui et esse cũ christo? Uidetur ꝙ sic. qm̃ ex permanere in carne propter fratres perueniret ei duplicatio premij aut triplicatio: sed ex dissolui et esse cũ christo perueniret premij acceleratio. Sed duplicatio premij in ifinitũ melior est ꝙ acceleratio premij: ꝫ in infinitũ magis deberet eligere pmanere in carne ꝙ dissolui ꝛ eẽ cũ xpo: ꝫ in tali statu nõ deberet desiderare dissolui ꝛ esse cũ xpo. Sꝫ
In oppo^m
cõtra. glo. dicit ꝙ hec vox cupio dis. ꝛ eẽ cũ xpo ẽ vox pfectorum et apo. in tali statu esset pfect⁹. ꝫ in tali statu
Solutio.
desideraret dissol. et esse cũ christo. Solutio. Dicim⁹ ꝙ apo. in tali statu non desideraret dissolui et eẽ cuꝫ christo vt nunc: sed posset desiderare dissolui aliquã-
Ad rõnem
do. Qd obicitur ꝙ vox illa ẽ vox perfectorũ. intelligendũ ẽ dictũ eorum secundũ statũ solitũ. est enĩ generaliter dictũ de perfectis et iperfectis. Hoc nescit hõ an sit dignus amore ꝛc.

¶ Utrum apostolus voluit coniuncti an diuisim dissolui et esse cũ xpo.

¶ Quinta questio huius capituli.

Ar primo.
Queritur vtrũ apo. voluit coniunctim an diuisim dissolui et esse cũ christo. Si coniuncti: sed nullus ẽ adeo imperfectus qui non velit illud coniũctim. ergo illa vox ẽ tam perfectorũ ꝙ imperfectorum igit pro nichilo dicit glo. ꝙ illa vox est perfectorum. Si diuisim. ꝫ volebat dissolui per se et desiderabat. Contra. illud nõ erat bonũ ꝑ se: ergo apo. nõ deside-
Secundo.
rabat illud per se siue diuisim. Item mori per se minus est volibile ꝙ eẽ in luto. sed iste qui vult eẽ in luto et habere centum marcas non vult diuisim eẽ i luto. ergo multomagis ille qui vult dissolui et eẽ cum
Solutio.
christo: nõ vult dissolui simpliciter ꝛ per se. Solutio Utrũqꝫ vere potest dici. potest enĩ dici ꝙ apo. voluit illud coniunctĩ et diuisim et etiã desiderauit: et ꝙuis quilibet imperfectus velit dissolui ꝛ esse cum christo coniunctim: tñ soli perfecti cupiunt hoc. i. desiderãt scꝫ dissolui et eẽ cum christo. hoc enĩ est eis delectabile. non imperfectis qui adhuc tenentur aliquo amore huius vite. potest etiã vere dici ꝙ apostolus desiderauit vtrũqꝫ diuisim et desiderabat dissolui iquãtum estimabat dissolui eẽ viaꝫ ad eẽ cum christo: qm̃
Per hoc pꝫ ad rõnem.
sic erat ei delectabile etiã bonũ: nec est simile de hoc eẽ in luto et habere cẽtũ marcas. qm̃ esse in luto non est via ad habere cẽtũ marcas: sicut dissolui est via ꝑfectis ad eẽ cum christo.

¶ Utrũ quilibet sciens se esse predestinatum debet velle quantãlꝫ penam sibi infligi dũ sit ei vtilis

¶ Sexta questio huius capituli.

Queritur vtrũ quilibet sciens se eẽ predestinatum debet velle quantanlibet penã sibi infligi
Ar ꝙ sic.
dum sit ei vtilis. Quod videtur. qꝛ apo. dissolui volebat. ꝫ volebat mori. sed mori est maxima pena in vita ista. ergo apostolus volebat maximã penã: ergo ad similitudinẽ eius quilibet sciens se eẽ predestina-
Secundo.
tum debet velle quantanlibet penã sibi infligi. Iteꝫ predestinatis oĩa cooperãtur in bonũ. ergo quantalibet pena cooperatur predestinatis in bonũ. ꝫ quãtalibet pena vtilis ẽ eis. ergo qui scit se esse predestinatũ scit quãtãlibet penã esse vtilẽ sibi. ergo debet eaꝫ velle. Item apo. fuit reprehensus qm̃ petijt stimulũ
Tertio.
remoueri a se. ergo debebat velle stimulũ inesse sibi Sed stimulus secundũ vnã expositionẽ erat dolor la-
Stimulus qd erat.
teris. ergo debebat velle dolorẽ lateris ineẽ sibi. eadem ratione quãtãlibet penã. ergo quilibet sciẽs se esse predestinatũ debet velle quãtãlibet penã sibi infligi. Si hoc: ergo debet velle se esse leprosũ. i. para-
In oppo^m
liticũ. Quod nõ videtur. apo. enĩ in secunda ad thessalo. versus finẽ. gratias agit deo pro eo ꝙ ipe ꝛ thessalo. non crediderant in tempore tam periculoso: ꝙ futurum erat tempus antichristi. Solutio. Status
Solutio.
sanitatis melior est quibusdam ꝙ status egritudinis: quibusdã vtilior est status egritudinis. Similiter dicimus de statu diuitiarum et statu paupertatis. Cõcedimus igr ꝙ nõ quilibet sciẽs se esse predestinatum debet velle quantamlibet penam sibi infligi. qm̃ nescit vtrũ status opposit⁹ sit ei vtilior vel eque vtilis. Ad
Ad primũ
primũ ergo dicimus ꝙ apls volebat dissolui. qm̃ dis. erat illi imediata via ad esse cum christo. sic nõ est de alijs penis. Ad scdm̃ dicimus ꝙ hec argumẽtatio nõ
Ad scdm̃.
valet. Iste scit hanc penã esse sibi vtilẽ: ergo debet eã velle. Et est instantia in pctõ mortali. qm̃ pctm̃ mortale est vtile predestinato. tñ nõ debet velle illud. Et
Similiter.
preterea probabile est ꝙ deus ponat hoiem predestinatũ in statu vtiliori sibi. ꝛ ideo nõ debet velle oppositum. Ad vltimũ dicimus ꝙ apls fuit iuste reprehẽ-
Ad vltimũ
sus. qm̃ sciebat deũ velle dolorem illũ siue stimulum inesse sibi. ꝛ quoniã sciebat voluntatẽ dei tenebat cõformare vocẽ suã voci diuine. vñ tenebatur velle illũ stimulũ inesse sibi dũ inerat. Sed de alijs penis q nõ ierãt nõ tenebat velle cũ sup hoc nesciret vocẽ diuinã

¶ De politicis ante donũ spũsscti.

¶ Septimus tractatus.

Dicto de virtutib⁹ theologicis dicendum est de politicis anteꝙ dicam⁹ de donis spũsscti. et hac ratione. qꝛ de virtutib⁹ politicis nõ est qstio an sint virtutes. sꝫ de donis est questio an sint virtutes. vñ recti⁹ cõtinuant virtutes politice theologicis ꝙ dona. qm̃ sicut patebit infer⁹. operatio virtutũ politicarum pcedit operationẽ donorum. qm̃ aũt ius naturale origo ꝛ pncipiũ est oim virtutũ ꝛ motuũ ipsarũ: ideo pri⁹ dicendũ de iure naturali. Circa quod prio inqrẽdũ quõ liget Scdo vtrũ ille q primo sibi appropriauit aliqd peccauit mortaliter. Tertio de differẽtia iuris naturalis ꝛ iuris positiui. Quarto qualiter lex naturalis scripta est in corde hois. Quinto vtrũ pcepta iuris naturalis recipiãt dispẽsationẽ. Sciẽdũ ꝫ ꝙ ius naturale qñqꝫ
Ius naturale capit dupliciter.
large qñqꝫ stricte dꝛ. large sm ꝙ ius naturale qd natura docuit oĩa aĩalia: vt est cõiũctio maris et femine et similia. Et sm hoc ius nõ est virt⁹ vel viciũ. qm̃ sm cõia oib⁹ aĩalib⁹ nõ est virt⁹ vel viciũ. sic enĩ bruta susceptibilia essent virtutis ꝛ vicij. Stricte sumit ius naturale sm ꝙ dꝛ ius naturale. qd naturalis ratio sine oĩ deliberatiõe aut sine magna dictat esse faciendum vt deum esse diligendũ. ꝛ consimilia.

¶ Primũ capitulum.

Circa pmũ ca. sic obicit. Scti dicũt ꝙ oĩa eẽ cõia sũt pcepta iuris naturalis. et ad hoc tenebãt adã
Ar primo.
et eua i prio statu. sꝫ nõ tenebãt ad hoc nisi ex pcepto nature: ꝫ cũ eadẽ natura maneat mõ adhuc tenemur ex pcepto nature ad hoc. s. oĩa eẽ cõia: ꝫ q sibi appro

priat aliquid peccat mortaliter. cū faciat contra preceptū nature. et sic totus mūdus inuolut⁹ est in pctō mortali. *Euasio.* Si dicit q ad hoc non tenetur nisi in casu.s. tēpore necessitatis. Tūc enī oīa debent esse cōmunia *Ↄ quā ar.* illud non soluit argumētationē precedentē. qm̄ non teneť sp honorare parētes: sed tantū pro loco et tpe. tamen in quocūqȝ tēpore cōtrariū facimus.s. inhonoramus parētes peccamus mortaliter. Eadē ratione licet ad cōicationē oīm non teneamur nisi pro loco ⁊ tēpore. tn̄ qñcunqȝ cōtrariū facim⁹ peccamus mortaliter. sed appropriando nobis aliqd facim⁹ contrariū *Tertio.* illius precepti: ḡ peccam⁹ mortaliter. Item aristote. Quod natura tale. ⁊c. ḡ iustū fm ius naturale magis est iustū q̄ quod est iustū scdz ius positiuū. Sed oīa esse cōia est iustū scd̄m ius naturale: ⁊ nō oīa esse cōia est iustū scd̄m ius positiuū: ergo primū est magis iustum q̄ scd̄m: ḡ magis tenemur ad primū. ḡ si trāsgredimur peccamus mortaliter. Sed appropriando nobis aliquid transgredimur ipm̄: ergo tūc peccamus *Solutio.* mortaliter. Solutio. Sicut dicit prepositiu⁹. in iure sunt quedā precepta ⁊ quedā phibitiones et quedā *Precepta* demōstrationes. Precepta sūt hec. Quecūqȝ vultis vt faciāt vobis homiēs ⁊ vos eis faciatis prohibitiones vt hec. Non facias alicui qđ tibi non vis fieri. et *phibitio.* sub hac phibitione cōtinentur phibitiōes decalogi. Quod patz. qm̄ nullus vellet q alius occideret ipsū vel q furareť ei aliqd. vñ nec ipe debz hoc facere alij Et propter hoc preceptū est. Non occides: non furtū facies ⁊c. Precepta enī ⁊ phibitiones iuris natura- *demōstratō* lis semp et simplr̄ obligāt. Demōstrationes sūt que ad tēpus ⁊ fm qd obligant: quarꝫ opposita fm casus emergētes licet fieri. verbi grã. Scd̄m ius naturale licet vim expellere vi ⁊ sua repetere. Uindicatio enī est de iure naturali. vt dicit tulli⁹ in fine rethorice. tn̄ dñs precepit apl̄is oppositū dicens. Qui percusserit te in vnam maxillā prebe ei ⁊ alterā. ⁊ qui voluerit tibi auferre tunicā: dimitte ei ⁊ palliū. Tēpus enī et loc⁹ sic se offerebāt q p nimiā māsuetudinē trahēdi erāt hoīes ad deū. hoc igiť.s. oīa esse cōia de quo obiectū est cadit sub demōstratione. qm̄ non fuit p̄ceptū iuris naturalis simplr̄. sed tantū scd̄m qd. Fuit enī p̄ceptū in statu inocētie siue in statu nature bñ disposite. sȝ in statu cupiditatis ⁊ nature corrupte nō ē p̄ceptū nec debet eē. qm̄ si eēt dissolueret respublica ⁊ mutua cede *Oia sūt cōmunicāda sȝ nō cōia.* perimeret se genus hūanū. Uerū est tn̄ q oīa sint cōmunicāda tpe extreme necessitatis. qm̄ naturalis ratio dictat q magis diligēda est salus pximi q̄ ista tēporalia. *Ad primū* Ad primū dicimus q licet eadē natura maneat q̄ fuit in statu innocētie. tn̄ qr non manet in eodē *Ad scd̄m.* statu nō est modo preceptū. Ad scd̄m dicim⁹ q nō est sic de hoc honorare parētes. qm̄ illud semp ⁊ simpli- *Ad tertiū.* citer p̄ceptū est aliud nō. Ad tertiū dicim⁹ q hoc non oīa esse cōia iustū est non tantū scd̄m ius positiuū: sed etiam scd̄m iusticiam naturalē. vt patet ex iam dictis Dictū est enī q hoc Non furtum facies cōtinetur sub hac regula iuris naturalis. Nō facies alij qđ tibi non vis fieri: ergo cum furtū sit contra ius naturale aliqd est propriū scd̄m ius naturale. ⁊ sic ptz solutio ad ter- *Notandū.* tio obiectum. Notandū aūt q q̄uis aliqua esse propria sit de iure naturali. tamen appropriare sic vel sic nō est de iure naturali: sed de positiuo. Similiter punire malos est de iure naturali: sȝ punire sic vel sic nō *Ↄ dicta ar* est de iure naturali: sed est de positiuo. Sed obicitur. Omnia esse cōmunia est de iure naturali: ergo est iustum. Item. aliqua esse propria est de iure naturali: ergo est iustū. Sed omia esse cōmunia et aliqua esse propria sunt cōtraria: ergo iustū est contrariū iusto: ergo bonū est contrariū bono. qđ est cōtra aristotelem dicentē q malū malo cōtingit esse contrarium et malū bono: sed nunq̄ bonum est contrariū bono. Item. punire malos est sub precepto iuris naturalis *Secundo.* sed punire sic est sub precepto: ergo punire sic est sub precepto iuris naturalis. qđ pri⁹ negatū est. Solutio *Solutio.* Sine dubio incōueniēs est bonū esse contrariū bono in eadē ratōne boni. ⁊ ex eadē causa. Sed ex diuersis et in diuersis casibus nō est incōueniens. sicut refutare officiū predicandi ⁊ recipere officiū predicandi cōtraria sunt. tamen vtrūqȝ bonū ex diuersis causis ⁊ in diuersis casib⁹. sicut predictū est. Eodē modo omnia esse cōia est iustū ⁊ bonū scd̄m ius naturale. Silr̄ aliq̄ esse ppria est iustū scd̄m ius naturale. sed aliter ⁊ aliť *Rō dictat oia eē cōia et aliq̄ esse propria. per hoc ad primum.* qm̄ naturalis ratio dictat q oīa debent esse cōmunia et valde appetit ⁊ amplectiť omīa esse cōmunia. Ita enī erit in statu ad quē tendimus. s. in statu beatitudinis. Sȝ aliqua esse ppria dictat ratio naturalis quasi coacta. Scit enim q secundū statum nature qui modo est vtilius est esse aliqua propria q̄ omnia esse cōmunia. Unde sustinet aliqua esse propria ne peius accidat. Unde aliqua esse propria est de iure naturali quasi ex permissione nature: sed omnia eē communia est de iure naturali quasi ex beneplacito nature. quia ḡ ex diuersis causis et in diuersis casibus sunt illa duo de iure naturali: non ē incōueniēs illa eē cōtraria: ⁊ tn̄ vtrūqȝ est bonū. Ad secundū dicimus q hec *Ad scd̄m.* argumentatio non valet. Punire malos est sub precepto iuris naturalis ⁊ punire sic ⁊c. ḡ ⁊c. et hoc ē qr punire sic nō est essentialiter cōtentū sub punire: sȝ p accidēs. sicut non sequiť: linea est sub subiecto geometrie et linea alba vel visibilis est sub linea. ergo linea alba vel visibilis ē sub subiecto geometrie: quoniā linea alba p accidēs est sub linea. Queriť postea *q̄o incidēs* vtrū hoc preceptū. Oia esse cōmunia semp liget. videtur q nō: qm̄ non est p̄ceptū ex sola natura: sed ex *Ar q non.* natura cū statu innocentie: sed modo nō ē idē stat⁹. ḡ modo nō ligat: ḡ nō semp ligat. ḡ cū hec sit demōstratio: sequiť q demonstratio nō semp liget: vel nō erit dr̄a inter p̄cepta ⁊ demonstratiōes. Solutio. Ad hoc *Solutio.* potest dici q illud preceptū semper ligat: differenter tn̄ ligat et ligebat in statu innocentie: modo enī non ligat ad oīmodā executionē: in oī tēpore: sed tm̄ ligat in tempore necessitatis: sed in statu innocentie ligabat ad oīmodā executionē ī q̄libet tēpore siue in tpe necessitatis siue in alio. Ad primū ḡ dicim⁹ q ex *Ad primū.* sola natura ligat. sed ex natura et statu innocetie ligabat ad oīmodā executionē et cū modo non maneat idē status. modo non sic ligat. Ad secundo obiec- *Ad scd̄m.* tum dicimus q q̄uis demonstratio semper liget: tn̄ adhuc ē differentia inter demonstrationem et p̄ceptum: qm̄ contrariū precepti nunq̄ licet facere: sed cōtrarium demonstrationis licet facere.

¶ Utrum ille qui primo sibi appropriauit aliquid peccauit mortaliter.

¶ Secunda questio huius capituli.

Queritur vtrum ille qui primo sibi appropriauit aliquid peccauit mortaliter. Uidetur q sic. qm̄ *Ar q sic.*

auctoritas dicit. Iniquitatis est dicere: hoc est meū. hoc est tuū. ergo qui primo dixit hoc iniquus fuit: ḡ peccauit mortaliter. Sed dicendo hoc appropriauit sibi aliquid: ḡ qui primo appropriauit sibi aliqd pec- *Secundo.* cauit mortaliter. Itē alia auct. feliciter viuerēt hoīes nisi essent ista duo meū tuū: ergo qui primo dixit hoc siue qui primo appropriauit sibi aliquid fecit contra *Tertio.* felicitatē vite: ergo peccauit mortaliter. Itē. naturalis ratio dictabat q omia debebāt esse cōia ⁊ sine dispensatione appropriauit aliquid sibi: ḡ fecit contra illud qđ naturalis ratio dictabat ei esse faciēdū: ergo *Euasio.* fecit contra scientiā: ḡ peccauit mortaliter. Forte di- *Ↄ hanc ar.* cit q dñs dispensauit cum dixit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Sed probo q nō oportuit dispen- *In oppoᵐ* sare. nec peccauit qui sibi primo appropriauit aliqd. qm̄ nunq̄ ratio naturalis dixit ei q oīa deberent esse cōia in omī tēpore ⁊ in omni statu. Perniciosum enī esset hoc in statu corrupte nature: ḡ in hmōi statu appropriādo sibi aliquid nō peccauit. precipue cū oporteret terrā excoli ⁊ de labore pprio viuere. Solutio *Solutio.* Si ex cupiditate prīo sibi appropriauit peccauit mortaliter. sicut nēroth qui ex cupiditate vsurpauit sibi dñium ⁊ ciuitates. Sȝ si hac de causa approp̄auit sibi aliquid. qm̄ vidit nociuū omnia esse cōmunia in statu corrupte nature nō peccauit. nec dispēsauit dñs qñ dixit. In sudore vult⁹ tui ⁊c. sed qđ futurū erat p̄dixit. *Ad primū* Ad primū ergo dicim⁹ q iniq̄tatis fuit dicere ⁊c. Ex iniquitate ade pdiďt hmōi appropriatio. qm̄ nisi peccasset nō fuisset natura corrupta. ⁊ sic remāsissent oīa *Ad scd̄m.* cōmunia. Ad scd̄m dicimus q hmōi appropriatio nō est contra felicitatē vite. qm̄ multis modis contingit *Ad tertiū.* feliciter viuere. Ad tertiū patet solutio ex predictis. quoniā naturalis ratio nō dicebat q oīa deberēt esse cōmunia in omī statu. ⁊ hoc ideo: qr natura dictat cōtrariū huic hoc esse faciendū oīa sunt cōia in casu. Sȝ non dictat contrariū huic esse faciendū in aliquo casu scȝ honorare parentes. nec in statu ignocentie nec in statu miserie.

¶ Que sit differentia inter precepta nature et legis diuine.

¶ Tertia questio huius capituli.

Ar q nulla Queriť q̄ sit differētia iter p̄cepta nature ⁊ p̄cepta leg̃ diuīe. Quibusdā videť q nulla. Sȝ aliqͥ dicūt q tenemur ad p̄cepta: sȝ nō ad modū. i. nō tenemur facere p̄cepta ex caritate. vñ scd̄m istos nō tenemur diligere deuȝ ex caritate. Et ita diligere deū ex caritate nō est in precepto. Sed excluso modo preceptū de dilectione nō est nisi de dilectiōe naturali. Sic igiť scd̄m istos nulla differētia est inter precepta iuris *Confirmať* naturalis ⁊ precepta legis diuine. ⁊ hoc sic volūt probare. caritas nō est in potestate nr̄a. Datur enī a deo imediate: ḡ moueri ex caritate nō est in ptāte nostra Sed de⁹ nō p̄cipit ipossibile: ḡ nō precipit nobis moueri ex caritate: ergo nō tenemur moueri ex caritate. *Secundo.* Itē. si tenemur moueri ex caritate: ḡ tenemur diligere deū ex caritate. Sed cū diligim⁹ deū naturali dilectione tantū non diligim⁹ ipm̄ ex caritate: ḡ cū teneamur diligere ipm̄ ex caritate peccamus obmittendo et ita diligendo deū naturali dilectione tantū peccamus mortaliter. Similiter dando elemosinā ex naturali pietate tm̄ peccam⁹ mortaliť. hoc aūt falsū est. Restat ergo q non tenemur ad modū. ⁊ sic nulla est *In oppoᵐ* differentia inter precepta ⁊c. Sed videť q magna sit differentia et q teneamur ex caritate moueri. Precepta enī naturalia nō sunt data ad merendū. qm̄ mereri est supra naturā: et natura nichil potest supra se. Precepta legis diuine data sunt ad merendum. qđ probatur. Qm̄ augu. dicit q omēs volunt esse beati: *Probať p augustinū.* sed non omēs fiunt beati. Quare: qr non oēs volunt antecedens. s. recte viuere. Sed recte viuere non antecedit ad esse beatū nisi scd̄m q importat meritum: ergo cū precepta legis diuine data sunt ad recte viuēdum: data sunt igiť ad merendū. ergo differunt a preceptis naturalibus que nō sunt data ad merendum. Ex hoc sequiť q si meritum est de essentia preceptorꝫ legis diuīe cū meritū nō sit nisi ex caritate q tenemur ad implendū precepta ex caritate. Itē. si nō tenemur *Secundo.* iplere p̄cepta ex caritate ⁊ cōstat q nō tenemur iplere p̄cepta: ḡ aliqs pōt iplere oīa precepta ex solis naturalibus sine caritate. Sed iplētib⁹ oīa precepta promittitur vita eterna: ḡ sine caritate pōt aliqs saluari. qđ est hereticū. Item. dominus in eis in sinay in san- *Tertio.* cto. i. dominus in eis qui implent mandatum. Sina enim interpretatur mandatum. Et dicit glosa ibi. qr sine domino nō potest impleri mandatū. ⁊ ita sine caritate nō impleť preceptū meritū. igiť est de essentia legis diuine siue de essentia preceptorū legis diuine. ergo precepta naturalia et precepta legis diuine differunt qđ concedimus. Unde dicimus q nō sunt ea- *Caritas est de precepto legis diuīe* dem formaliter: sed materialiter. tenemur ei implere precepta legis diuine ex caritate. Ad primo obie- *Ad primū* ctum dicimus q hec est falsa. Nō est in potestate nr̄a moueri ex caritate. imo ex quo in ptāte nostra est vt habeamus caritatē possumus moueri ex caritate: et ita in nobis est habere caritatē: qm̄ caritas offerť nobis. Unde apo. Uidete ne quid desit gratie dei: ⁊ petim⁹ in prima sua canonica. Sperate in eā que nobis offertur gratiā. Q̄uis igitur iste non possit per se habere caritatē. tamē potest dicere q deus potest dare ⁊ iste potest recipere: sicut q̄uis iste puer nō potest p *Exemplū.* se habere illud pomū in alto positū. tamē potest habere: qm̄ pater suus potest ei dare et ipse potest recipere. Ad secundū dicimus q hec argumentatio non *Ad scd̄m.* valet. iste tenetur diligere deū ex caritate: et nō diligit deū ex caritate. ergo omittit: sed ista tenet. iste tenetur ex caritate diligere deū nūc: et non diligit ex caritate nunc. ergo obmittit nunc Q̄uis enī teneamur moueri ex caritate: non tn̄ tenemur moueri sēper: sȝ tantum qñ habemus caritatē: et ea cadūt in apphensionem nostram: que sunt excitatiua motus caritatis *q̄o incidēs* Si queritur propter quid data sunt naturalia precepta: si nō sunt ad merendū data. Dicimus q data sūt *Solutio.* ad merendū: sed nō primo et pricipaliter: qr ideo data sūt primo et principaliter vt habilitent nos ad habēdū virtutes politicas: et per virtutes politicas veniamus ad theologas: per quas meremur. precepta autē legis diuine data sūt primo ⁊ p̄ncipaliter ad merendū et sic patet differentia. Sūt aūt due regule de *Due regľe iuris naturalis.* iure naturali sub quibus cōtinētur omnia precepta iuris naturalis que pertinent ad proximos. s. iste. ne facias alij qđ tibi nō vis fieri. oīa q̄cūqȝ vultis vt faciant vobis ho. ⁊c. Ea vero q̄ ptinēt ad deū cōtinentur sub hoc. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊c. hoc eī ē preceptū iuris naturalis: qm̄ hoc dictat ratio *Ↄ ista ar.* naturalis q̄uis ad illud nō pt per se. Sed obicitur. de illa regula. Ne facias. et cetera. Sed nolles q aliquis occideret te: vel q furaretur tibi rem tuam. ergo non debes occidere. nec per regulam illam: ergo

illa precepta: nō occides. non furtū facies sunt precepta iuris naturalis. Cōtra. Si sint precepta iuris naturalis: ergo semper fuerūt. Sed in statu nature non corrupte inutile erat tale quid precipere cū oīa essēt comunia. quoniā tunc nō poterat fieri furtū. quoniā furtum est contrectatio rei aliene. Item. in statu illo nullus potuit occidere aliū. quoniā cum acutissimo ense non posset adā occidi ante peccatū. ad minus secundum quosdā: ergo tunc non erant hmōi precepta iuris naturalis: ergo nec modo. quoniam si modo et semper. *Solutio.* Solutio. Tūc fuerūt precepta iuris naturalis non occidere: non furari. Sed nō pro statu qui tūc erat: sed pro statu qui poterat esse ꝛ futurꝰ erat in veritate. quoniā naturalis ratio bene dictabat ꝙ si huiusmodi status esset non esset occidendū nec furandū. *ꝙo incidēs.* Postea querit de regula ista. Quecunqꝫ vultis vt faciant ꝛc. vtrum sit preceptū vel consiliū. Si cōsilium ergo non tenemur ad illud. ꝛ hoc falsum. qm̄ certum *Arg ꝯ illam* est ꝙ tenemur subuenire indigentibus. Si preceptū ergo tenemur facere hoībus quecunqꝫ volumus vt faciant nobis. Sed si essemus in statu vellemus ꝙ nō suspenderent nos: ergo tenemur non suspendere latrones. ꝛ hoc falsuꝫ. qm̄ nisi malefactores punirētur *Secundo.* respublica destrueretur. Item. si peteremus aliquid ab aliis vellemus ꝙ darēt nobis: ergo tenemur dare cuilibet petenti: ergo fere omēs sunt transgressores. *Opinio aliquorum.* qđ durum est dicere. Propter hoc dicūt quidam ꝙ partim est consiliū partim preceptū: qꝛ est preceptuꝫ ꝙtum ad articulū necessitatꝭ. ꝙtū ad alios articulos *ꝯ hāc arg.* est cōsiliū. Sꝫ obicit. preceptū est in euāgelio. Omni petenti te tribue. tenet ergo dare omni petēti etiam *Secundo.* citra articulū necessitatis. Iteꝫ. si expectet articulus *Tertio.* necessitatis forte interim morietur pauper. Preterea. potest esse ꝙ in articulo necessitatis nō poterit sumere cibū: ergo subueniendū est et ante articulū necessitatis. Ergo etiā ꝙtum ad alios articulos preceptuꝫ *Solutio.* est illud. Quecunqꝫ vultis ꝛc. qđ cōcedimus: ꝛ est intelligendū sic. Quecūqꝫ vultis ratiōabiliter vt faciāt vobis ꝛc. Sed si essemus in statu latronis non vellemus rationabiliter ꝯdonari nobis. ꝛ si peteremꝰ rem aliquā et non indigeremus nō vellemus eam ratio- *Ad duo p̄ma.* nabiliter nobis dari. Et sic patet solutio ad duo primo obiecta. Qđ concedimus ꝙ citra articulū necessitatꝭ tenemur aliqua dare. s. superflua. tamē nō cuilibet petenti nec in quolibet tēpore. qm̄ precepta affirmatiua non obligant ad semper. quoniam si aliquis non sūme indigens petit a me aliquid licet michi nō dare. quoniā possum reseruare magis indigenti vel eque indigenti. Si sit consanguineus meus aut domesticus aut vicinus. ꝛ sic non oportet oēs esse transgressores. Sed pro quanta necessitate tenemur dare huic petenti et nō reseruare aliꝫ. hoc non est artis determinare: sed potius caritatis que dicit que circunstantia preponderat aliꝫ circūstantie: qꝛ virtus est certior omni arte ꝛ melior. vt dicit aristo. Et btūs ioh. dicit. Unctio nos docet de omibus que nō permittit nos decipi. Dicimus tamen ꝙ illud est preceptū omī petenti te tribue. Sed intelligit tribue rem vel correctionem vel bonū verbum.

¶ Quō ius naturale scriptū sit in corde hoīs.
¶ Quarta questio huius capituli.

Arg ꝙ sic. Queritur quomodo ius naturale scriptum sit in corde hoīs. Qꝫ aūt scriptū sit naturaliter videt quoniā si queratur a puero quinqꝫ annorū vel sex: an sint puniendi malefactores: dicit ꝙ ita. Similiter si queratur an diligendi sint amici. dicet ꝙ ita. Uidetur ergo ꝙ naturaliter sciat hoc. Sed contra. Omis sciē- *In oppoᵐ* tia inchoatur a sensu: sed iste puer nunꝙ vidit aliquā iusticiā exequi. Sit ita: ergo nō scit malefactores eē puniendos. Ad hoc dicit augustinꝰ ꝙ aīa rationalis *Rñsio augustini.* est ymago dei ꝛ in illa ymagine videt deū. vnde in se quasi naturaliter videt deū. Propter hoc dicit tulliꝰ *Tullius* ꝙ deū esse est vox nature. Uidet igitur aīa rationalis quasi naturaliter in se primā iusticiā: primā largitatē primā benignitatē. ꝛ propter hoc dicit quasi naturaliter malefactores esse puniendos. largos esse diligēdos. ꝛ sic de aliis. Quod obicit ꝙ oīs scientia incho- *Ad argumētū post oppositum* atur a sensu. Dicimꝰ ꝙ hoc est falsuꝫ scđm augustinū nec aristote. dicit illud. Sed si aliquis sensus defecerit necessariū est aliquā scientiā deficere. s. illam que est de vniuersali cuius singularia habēt cognosci per sensū illū. Dicit etiā ꝙ oīs doctrina ꝛ disciplina itellectiua sit ex p̄existēti cognitōe. ꝛ hoc verū est. qm̄ disciplina p aliū recipit. ꝛ icipit ab eis: q̄ p se nota sūt sēsu vel itellectu. Sed contra predicta obicit. qm̄ anima *ꝯ dicta arg.* rationalis ymago est diuine essentie inquantū ē diuina essentia. dicunt enī sancti ꝙ cum dicit: faciamꝰ hominē ad ymaginē dei ꝛ siītudinē nostrā. ymago ꝛ similitudo ibi significāt diuinā essentiā: ergo aīa rationalis ē ymago dei. secundū ꝙ ē iusticia vel veritas vł bonitas. ergo aīa nō videt in se primā veritatē: secūdū ꝙ prima veritas vel primā iusticiā: secundū ꝙ p̄ma iusticia. Alterius enī rationis ē secundū ꝙ diuia essētia. alterius secundū ꝙ ē prima iusticia. Sic ergo non ēverū ꝙ per visionē prime iusticie scripta sint naturaliter precepta iuris naturalis in corde hominis. *Euasio.* Forte concedet ꝙ anima non videt naturaliter in se primā iusticiā aut primā bonitatē: nisi per accidens. scꝫ quia videt in se diuinā essentiā que ē prima bonitas. videtur hoc falsum eē: quoniā augu. dicit. ꝙ no- *ꝯ hāc arg.* tio boni naturaliter est impressa anime. ꝛ alia aucto. *Augustinꝰ* dicit. ꝙ quilibet naturaliter diligit bonū: sed non diligit nisi cognitū. ǧ quilibet cognoscit naturalit bonum: secundū ꝙ bonū. quod cōcedimꝰ. vnde dicimꝰ *Solutio.* ꝙ aīa naturaliter videt primā bonitatē non tantum prout ē diuina essentia: sed etiā prout est prima bonitas: quoniā cū aīa videt in se deū delectat in apprehensione illa: quoniā conueniens conīūgitur cū conuenienti. Sed bonū est illud cuius apprehensio est delectatio. videt igitur aīma primā bonitatē in se secundum ꝙ est prima bonitas. Iterū qꝛ videt in se primum bonū et videt: qm̄ non est bonuꝫ ab alio videt qm̄ illud ē sūme bonū: et ita videt ꝙ sūme bonū sūme odit malū: et ita punit ipsum. videt igitur in se p̄mā iusticiā et sic est videre in omnibus aliis que per modum dispositionis predicātur de deo. Sed tamē quedā facillime et sine collatione videt in se sicut diuinā essentiā. facillime videt ꝛ primā bonitatem sine collatione aliqua. quedā vero non ita de facilli videt nec sine collatione vt omīpotentiam iusticiam: omia tamen vt sic loqui liceat naturaliter videt in se.

¶ Utrum possit fieri dispensatio contra precepta iuris naturalis.
¶ Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrum possit fieri dispensatio contra precepta iuris naturalis. Sed primo videndū

est quid sit dispensatio et quibus de causis habet fie- *Quid dispensatio.* ri. Dispensatio est legitima iuris relaxatio. et dicitur dispensatio quasi diuersorum pensatio. Pensantur enim diuersa vt sciatur quid quo vtilius aut me- *Due cause dispēsatiōis* lius. Fit autem dispensatio duabus de causis scilicet aut vtilitate aut necessitate. et quando fit necessitate aut fit necessitate ecclesie aut priuate persone. Queritur ergo vtrū potest fieri dispensatio cōtra precepta *Arg ꝙ non.* iuris naturalis. videt ꝙ non. qm̄ dicitur ꝙ dñs ꝓpterea non potest dispensare cōtra vetus et nouum testamentū. ꝛ precepta iuris naturalis sunt de veteri ꝛ nouo testamento: ergo nō potest dispensare contra illa. *In oppoᵐ* Sed videtur ꝙ potest. qm̄ preceptū est in iure naturali. nō occides. ꝛ tamen occiditur aliquādo sine peccato. Similiter preceptū est in iure naturali: nō furtū facies. ꝛ tamen dñs iussit hebreis asportare vasa egy. et ita videtur dispensasse contra furtū. Similiter secundū ius naturale vnica vxor debet esse vnici: et tamen iacob habuit plures. Similiter dauid ꝛ salomō qꝛ qm̄ mos erat peccatū non erat. vt auctoritas dicit. et ita circa matrimoniū dispensatū est cōtra ius naturale. Similit votū est de iure naturali. tamen dñs pro- *Solutio.* pter ea dispensat contra votū. Solutio. Quedā sūt p̄me necessitatis quedā secunde quedā tertie quedā quarte. Prime necessitatis sunt sine quibꝰ nō soluatur similitudo dei. sicut est diligere deū. cōtra ista nō potest fieri dispensatio. qm̄ homo nō potest dispēsare nec deus vult dispensare. Secūde necessitatis sunt q̄ valent ad cōseruationē similitudinis dei ꝛ ad augmētum caritatis. tñ sine illis potest saluari caritas ꝛ dei similitudo. sicut est vnicā esse vnici. Illud enī conseruat caritatem ꝛ nutrit. qm̄ si vnꝰ haberet plures cito posset amitti caritas. qm̄ inuidia ꝛ discordia oriretur inter ipos. Contra. Ista q̄ sūt secūde necessitatis pōt dispensari ꝛ dñs dispensauit cū multis q̄ plures vxores habuerunt. qm̄ viri sancti seruabāt mundiciā cordis ꝛ corporis in accedendo ad plures vxores. qꝛ non accedebāt causa delectationis: sed causa ꝓlis generāde vel educande ad cultū vnius dei. Similiter votū recipit dispensationē. qm̄ votum fit ad augmentū caritatis ꝛ sine illo augmento pōt manere caritas et similitudo dei. Contra homicidiū non est facta dispensatio. qm̄ illud preceptū intelligi debet sic. Tu auctoritate tua nō occides. cum aūt prepositus nō suspendit latronē non ipm occidit: sed lex. Similiter circa furtū non est facta dispensatio nec hebrei fecerūt furtum. qm̄ dñs cuius sunt omia dedit vasa egyptio. he- *Hebrei nō furati sunt ꝛc.* breis. Unde nō contrectauerūt rem alienā: sed suam ꝙuis aūt dispēsatio pōt fieri. ꝛ circa illa q̄ sūt scđe necessitatis nō tamen oīmodo. qm̄ non recipiūt dispēsationē ex ea parte qua cōmunicāt cū illis q̄ sunt prime necessitatis. Illa enī sūt prime necessitatꝭ q̄ a p̄ncipio naturaliter obligant: ꝛ in gnāli ꝛ in spāli illa sūt scđe necessitatis q̄ a p̄ncipio ꝛ naturaliter obligāt in gnāli sed nō in speciali vt satisfactio pro pctīs est scđe necessitatis ꝛ obligat naturaliter a principio in gnāli. qm̄ necessariū est satisfieri pro pctīs. ꝛ illud nō recipit dispensationē. qm̄ homo nō potest dispensare. Nec deꝰ potest: qꝛ nō vult. qm̄ non pōt negare iusticiā suā. qm̄ non pōt negare se. vt dicit aplꝯ. In spāli aūt nō obligat a principio nec naturaliter illo ꝙ aliqs teneat satisfacere hac satisfactione. vel illa. Hec est a volūtate sacerdotis iniūgentis penitētiā: ꝛ illud recipit dispēsationē. Potest enī cōmutare sacerdos qui iniungit vel propter vtilitatē vel propter necessitatē. sicut faciunt sacerdotes quando dant licentiam comedendi carnes in die mercurii eis qui interfuerūt diuinis officiis. Illa sunt tertie necessitatis que ex actu humano obligant. vt votum. vel que obligant quosdā et non omnes. aut etiam omēs in casu. sicut consilia quosdam obligant sicut ista. Qui te percusserit in vnam maxillā prebe ei ꝛ alteram. Illud precepit dominus a xp̄ianis ꝛ ad hoc tenebantur ipi. quoniam per magnam māsuetudinem et pacientiā debebant trahere homines ad amorē summi. Uotum autē obligat ex actu humano. Est aūt multiplex votum. s. religionis *q̄le votū recipit dispensationem.* continentie/peregrinationis/abstinētie. Duo prima non recipiunt dispensationem. duo vltima recipiunt. Quarte necessitatis sunt que ecclesiarū instituunt. s. que instituit papa aut archiepyscopus in ꝓuincia sua aut epyscopus in diocesi sua aut abbas in abbatia. et in istis possūt dispensare ipi institutores. Sed obicit. *ꝯ p̄dicta arg.* Ea que sunt secunde necessitatis obligāt a principio ea que sunt tertie necessitatis non obligant a principio: ergo magis obligāt ea que sunt secūde necessitatis ꝙ̄ que tertie. Sed omia que sunt secunde necessitatis recipiunt dispensationē: ergo et omia que sunt tertie: ergo votum continentie recipit dispensationē qđ est contra predicta. Solutio. Ea que sunt secūde *Solutio.* necessitatis non recipiunt dispensationem nisi per recompensationem. ꝛ quia votum continentie non re- *votū ꝯtinētie nō recipit dispensationem.* cipit recompensationē propter hoc nō recipit dispensationē. qm̄ nichil pōt recōpensari pro continētia. qm̄ continentia cohibet maximā delectationē que est secundū tactū que delectatio maxime impedit caritatē vnde continētia maxime conseruat caritatē. Sꝫ ite- *Iterū arg.* rum obicitur. continētia et abstinentia sunt virtutes due eque bone. quoniā omnes virtutes in eodē homine sunt pares. ǧ vota continētie et abstinētie sunt eque bona. Sed votū abstinentie recipit dispensationem. ergo et votū continentie. Solutio. Continen- *Solutio* tia et abstinentia sūt eque bone. i. eque meritorie vite eterne: sed non sunt equales. i. eque vtiles ad alia quoniā continentia magis conseruat caritatem ꝙ̄ abstinentia: quoniā delectatio que ē secundū gustū minor est ꝙ̄ delectatio que est secundū tactū. vñ minus impedit caritatē. et ꝓpter hoc nō sequitur. cōtinētia et abstinentia sunt eque bone. ergo vota sūt eque bona: votum enī respicit vtilitatē. Sed obicitur de ma- *Iterū arg.* trimonio. matrimoniū enim non obligat nisi ex actu humano. s. ex consensu. ergo recipit dispensationē. ǧ coniuncti per matrmoniū possūt separari. Solutio. *Solutio.* matrimoniū quo ad quid recipit dispensationē: quo ad quid non. quantū ad actum matrimonialē recipit dispensationem: qꝛ vir et mulier ex mutuo consensu possunt continere et trāsire ad religionē: sed quo ad sacramentū non recipit dispensationē qm̄ nō recipit recōpēsationē: quoniā sacramentuꝫ matrimonii magnum est vt dicit apo. quoniā significat cōiunctionē christi et ecclesie que optima ē. vnde nec vir nec mulier pt transire ad alia vota inuito reliquo. Sꝫ cōtra *ꝯ hoc arg.* huiusmodi dispensationes sunt multe aucto. dicitur in deutero. Maledictus qui nō ipleuerit oīa verba q̄ scripta sunt in libro isto. ꝛ apostolus. Quicunqꝫ aliđ predicauerit anathema sit ꝛc. In euāgelio. Celum ꝛ terra transibunt: verba autem mea nō transi. videt ǧ ꝙ nullū p̄ceptū recipiat dispēsatōeꝫ. Solutio. Ad p̄- *Solutio.* mū p̄t dici ꝙ omnia p̄cepta dicuntur adimpleri siue

secundū se adipleant siue per recōpensationē.vñ non *Vel aliter.* sequit quin recipiāt dispen.vel pōt dici ꝙ p̄cepta veteris testamēti nō recipiūt dispen. ſʒ quedā precepta noui testamēti q̄ de nouo precepta sūt recipiūt dispēsationē sicut dictū est. Ad auctoritatē apl̄i dicim⁹ ꝙ apl̄s loq̄t de credēdis q̄ sine dubio nō recipiūt dispē- *Ad vltimū* sationē. Ad vltimū dicim⁹ ꝙ verba dñi dicuntur non transire ꝗtum ad effectū.qm̄ eoꝝ effectus nunꝗ transibit.ſ.vita eterna.

¶De virtutibus politicis. Capi.ij.

DIcto de precepti iuris naturalis q̄ sunt origo ꝛ quasi scientia virtutū politicaꝝ. Cōsequēter dicendū est de virtutibus politicis de quib⁹ in libro sapientie. Sapiētia docet sobrietatē/tēperantiā/ꝛ prudentiā.ꝛ iusticiā ꝛ virtutē.i.forti.quib⁹ nichil est vtilius in vita hoībus. Iste enī quattuor virtutes habilitant hoīem ad habendū theologicas virtutes ꝛ faciunt per exteriora opa hoīem similē deo. Per hoc enī ꝙ homo reddit vnicuiqꝫ qđ suum est similis est in iusticia. per hoc ꝙ abstinet a delectationibus prauis similis est deo in mūditia. ꝛ sic de aliis. Et ꝓpter hoc *Alr p̄t dici* in vita et cōuersatiōe exteriori cū hoīb⁹ nichil est vtilius istis virtutib⁹.vel pōt dici ꝙ istis virtutib⁹ nichil est vtilius in vita scđm ꝙ sūt informate caritate. Tūc enī sūt eque bone ꝛ eque meritorie vite eṫne. sicut ꝛ alie.qm̄ oēs ꝟtutes sic sūpte sūt pares. Vñ ꝗuis alie sint eque vtiles:nō tñ magis ꝛ ꝓpter hoc vere dr̄ ꝙ his nichil vtili⁹ in vita. De his igiṫ dicēdū hoc ordīe.p̄mo qđ sit vnaqꝗ. scđo de differentia eaꝝ.tertio de qualꝫ per se. Augu.dicit ꝙ prudētia est in precauendis insidiis. q.d. prudētia est virtus qua p̄cauemus insidias Iusticia in subueniēdo miseris. Fortitudo in pferendis molestiis. Tēperantia in cohercēdis delectatio- *Prima q̄o* nibus prauis. Sed vt meli⁹ pateat qđ sit quelibet virtus queriṫ scđm quid differant virtutes.qm̄ aut differunt scđm origines.ſ. scđm vires in quib⁹ sūt aut ſm finem ad quē sunt. aut scđm naturas circa quas sunt *Ar primo.* operationes eaꝝ aut scđm motus. Si scđm vires in quibus sunt. Sed cōstat ꝙ nō sunt nisi tres vires:rationalis.cōcupiscibilis.irascibilis.ģ scđm hoc nō sunt nisi tres virtutes.ꝛ hoc falsū. Si scđm finē:ģ cū nō sit nisi vn⁹ finis oīm virtutū.ſ.btitudo.etiā ſm p̄hos nō debet esse nisi vnica virt⁹ in spē. ꝛ hoc falsū. Si scđm materias circa quas operātur. Sed cōstat ꝙ prudentia precauet insidias in quolibet bono ꝛ quolꝫ malo ergo ꝛc. Eandē partē operaṫ circa quā et alie operātur:ģ scđm hoc nō differt ab aliis.ꝛ hoc falsū. Si secundū actus ꝓprios. Sed cōstat ꝙ prudētia est ad dirigēdū actū siue motū rationabilis. Fortitudo ad dirigendū actū irascibilis. Tēperantia ad dirigendum actū ꝯcupiscibilis:ģ cū nō sint nisi tres vires in spē nō sūt nisi tres act⁹ in spē: ģ nō sunt nisi tres virtutes in *q̄o incidēs.* spē cū non differāt nisi ſm actus. Queri etiā pōt cum non sint nisi tres vires motiue ad bonum quare sunt quatuor virtutes. Item.ratio vnū actum vel motuꝫ habet.ſ.discernere bonū a malo. ad illū dirigendum sufficit prudentia. Similiter cōcupiscibilis vnū actuꝫ habet propriū ad quē dirigendū sufficit temperantia Ille actus est appetere. Similiter irascibilis habet vnum actū propriū.ſ.detestari malū. ad illū dirigendum sufficit fortitudo. Videṫ igitur superflua esse iusticia.ꝛ sic non debent esse nisi tres virtutes in specie. *Solutio.* Solutio. Ad primū dicimus ꝙ virtutes secūdū act⁹ proprios. Actus enī sunt proximi fines ꝛ immediati virtutum.nec valet hec argumentatio. Actus nō sūt nisi a tribus viribus: ergo nō sunt nisi tres virtutes. Proceditur enī ac si prudentia regeret omēs mot⁹ rationis. et temperantia omēs motus concupiscibilis.ꝛ fortitudo omēs motus irascibilis. Hoc aūt non est verū.vnde quasi sillogisat ex indefinitis.et vt hoc *Exemplū.* melius pateat ponamus exemplū in concupiscentia certum est ꝙ concupiscibilis appetit bonū. sed illud subdiuiditur.quoniā aut appetit bonū vt finem vltimū aut vt viam ad finem vltimū. Si primū illud non *Duplex appetit⁹ boni* diuiditur amplius.quoniā illud bonum est deus. Si secundū illud iterū subdiuiditur. quoniā potest appetere illud bonū respectu subiecti proprii aut respectu proximi. Si respectu subiecti proprii appetitum illum sufficit regere temperantia. Si respectu proximi appetitū sufficit regere iusticia. potest enī vis cōcupiscibilis appetere reddere proximo quod suū est et talem appetitum dirigit iusticia. ꝛ sic patet ꝙ nō quemlibet motū concupiscibilis dirigit tēperantia: immo aliquē dirigit iusticia. Similiter et aliquē mo- *Iusticia circuit tres vires.* tum rationis dirigit iusticia ꝛ aliquē motum irascibilis vnde circuit tres vires.

¶De qualibet per se.

DIcto qualiter differunt virtutes. dicendum est de qualibet p se. Et primo de prudētia de qua primo querendum est vtrū sit idem ꝙ scientia. Scđo vtrum scientia sit species specialissima an genus subalternum? Tertio. vtrum prudentia sit prima cardinalium virtutum ꝛ an sint tantum quattuor cardinales virtutes.

¶Vtrum prudentia sit scientia.
¶Tertium capitulum.
¶Prima questio huius capituli.

CIrca primū videtur ꝙ prudentia sit scientia:qm̄ *Ar ꝙ sic.* moralis sciētia que traditur in libris salomonis et in ceteris libris moralibus et etiā in ethica aristo. est ad electionem boni et fugam mali.prudentia vero nō est ad aliud nisi ad electionē boni et fugā mali ergo prudentia est illa scientia. Si dicit ꝙ non sequitur *Euasio.* .quoniā scientia illa ē circa vniuersalia. prudentia vero circa singularia. Probaṫ ꝙ illa scientia cir- *Ar ꝯ illam* ca singularia ē quoniā eadē qua scio quid bonū simpliciter et quid malum simpliciter:scio quid bonum michi et quid malū michi nulla est ģ illa dr̄ia. Item *Secundo.* fides est cognitio quedā et tamen est virtus quia est cognitio cum inclinatione ad bonum:quoniā omnis virtus ad bonuꝫ est. Eodēmodo nichil prohibet prudentiam eē scientiam et virtutem cum inclinet ad bonum. Preterea prudentia theologarum rerū est vir- *Tertio* tus.quare ģ fides que est cognitio politicarum rerū non est virtus. Si conceditur ꝙ prudentia sit scientia Contra.virtus et scientia sunt diuersa genera quorū *In oppo^m* vnum non est sub alio .ergo nulla virtus ē scientia ꝛ econuerso. Solutio .Duplex est iudicium ratiōis. ſ. *Solutio.* iudicium discretiuum et iudiciū diffinitiuum:iudiciū *Iudiciū duplex.* discretiuum est ipsa discretio qua ratio iudicat aliq̄d esse faciendum vel non faciendum:et huiusmodi discretio non est virtus:ſʒ directiua virtutis.vnde bea- *Bernard⁹.* tus bernar.discretio non magis est virtus ꝗ auriga ꝟtutis circa tale iudiciū ē sciētia et nō virt⁹. Mlti eī sciūt qđ faciendū q̄ tñ nō faciūt.iudiciū aūt diffinitiuū

est quo ratio imperat aliquid fieri vel non fieri.et ad illud vltimū est virtus . vnde ad operationes bonas se habet scientia in primo iudicio vt cōsiliarius. Virtus aūt in secundo iudicio se habet imperās.hoc mō *sciētia moralis ꝛ prudētia drūt.* differt prudentia a sciētia morali. qm̄ moralis sciētia demonstrat quid faciendū:quid nō? Prudentia vero diffinit ꝛ imperat aliquid fieri vel nō fieri. ꝛ sic patet *Ad primū.* solutio ad primo obiectū. Ad aliud dicimus ꝙ licet *Ad scđm.* fides sit cognitio.tñ virtus est.qm̄ nō innititur naturalibus rationibus: sed prime veritati per se ꝛ ſm se Moralis vero scientia nō potest esse virtus. qm̄ p se innititur naturalibus preceptis que naturaliter scripta sūt in corde hoīs.ꝛ scđm naturalia nō est laus vel vituperiū. Vnde cū scđm virtutē sit laus vel vitupe- *Iteꝝ ar ad principale.* riū moralis scientia nō est virtus. Sed iterū ꝓbatur ꝙ prudentia sit scientia.qm̄ aug.dicit ꝙ ignorātia est viciū:ergo aliqua scientia est virtus.sed nulla potius ꝗ moralis scientia: ergo moralis scientia est virtus. Sꝫ nō est aliqua alia virt⁹ ꝗ prudentia: ergo prudē- *Ad idem.* tia est scientia. Item nō facere aliq̄d cū teneamur facere illud est peccatū:ergo ignorare aliquid cū teneamur scire illud est peccatū. ꝛ ita ignorātia est vicium *Tertio.* ergo aliqua scientia est virtus.ꝛ inde vt prius. Item ignorare aliq̄d cū teneamur scire illđ est vituperabile ergo ignorantia est vituperabilis. Sꝫ nichil est vituperabile nisi viciū:ergo ignorātia est viciū. ꝛ inde vt *Quarto p dionysiū* prius. Item. btūs dionysius ostendēs ꝙ malū culpe est defectus boni. Subdiuidit postea cui⁹ boni ꝛ dicit ꝙ malū culpe est defectus sciētie vel fidei vel operationis bone:ergo defectus scientie est malū culpe. Sed defectus scientie est ignorantia: ergo ignorātia est malū culpe:ergo ignorantia est vicium. ꝛ inde vt *Quinto.* prius. Item.per species prudentie quas assignat tullius potest probari ꝙ prudentia est sciētia. Dicit enī ꝙ partes prudentie sunt memoria/ intelligētia/ prouidētia. Memoria est per quā animus repetit illa q̄ fuerūt. Intelligentia est per quā respicit ea que sunt Prouidentia per quā ad futurū videtur anteꝗ factū sit. Sed certū est repetere quod dicit nullius esse in memoria ꝛ perspicere qđ in intelligētia: ꝛ videre qđ in prouidentia ꝓprie pertinēt ad scientiā: ģ ille tres partes sūt partes sciētie.sed nō sūt partes nisi prudē- *Sexto.* tie:ģ prudētia est sciētia. Itē.nō videṫ verū qđ dictū est superius,ſ.ꝙ prudētie sit īperare. qm̄ memoria ē species prudētie.ꝛ certū est ꝙ memoria nō ē nisi preteritoꝝ. De preteritis aūt nullū est imperiū.qm̄ pterita aut sunt necessaria aut īpossibilia. De necessariis inutile est īperiū.de īpossibilib⁹ fatuum. Sic igiṫ memoria q̄ est spēs prudentie nullo modo īperat vt aliquid fiat aut nō fiat.sed tñ cognoscit qđ faciendū qđ non:ģ memoria scđm ꝙ species est prudētie cognitio quedā est:ģ alie spēs sīr̄ cognitiones sūt: ģ prudētia *Solutio.* est sciētia. Solutio. Dicim⁹ ꝙ prudētia nō est sciētia *Ad primū.* imo differt a sciētia.sicut predictum est. Ad primū ergo dicimus ꝙ ignorantia ꝓprie loq̄ndo non est viciū Sed aug.dicit ignorantia esse viciū. nō pro ip̄a igno- *Ad secūdū* rantia:ſʒ pro negligētia sibi annexa. Ad scđm dicim⁹ ꝙ hec argumētatio nō valet. Nō facere cū teneamur facere est peccatū:ģ nō scire cū teneamur scire est peccatum. Tenemur enī ad opa per se. qm̄ circa opationes est virtus. Sed ad scire nō tenemur nisi propter opera. sicut patet in monacho cui p̄ceperit abbas vt pulsaret cāpanas tali hora.cōstat ꝙ tenebatur surgere et ire ad locum in quo erant cāpane. nō tamen obmisit ex eo ꝙ non surrexit:nec obmisit ex eo ꝙ nō iuit Sed obmisit tātū ex eo ꝙ non pulsauit. quoniam nō tenebatur surgere propter surgere:nec ire ꝓpter ire sed propter pulsare. Ad tertium dicimus ꝙ ignoran- *Ad tertiū.* tia non est vituperabilis propter se: sed propter negligentiam sibi annexam . ergo scire non subiacet libero arbitrio:quoniam nō scit aliq̄s qñ vult nec ignorare subiacet libero arbitrio:qm̄ aliquis ignorat qñ ꝙ licet non vult ignorare:sed esse sollicitū de sciēdo subiacet libero arbitro:qm̄ aliquis potest esse sollicitus qñ vult:et ex hoc est vituperabilis ꝙ non est sollicitus et hoc est eē negligentē. Ad quartū dicimus *Ad q̄rtum* ꝙ defectus sciētie non dicit̄ ꝓpe ignorātia a beato dyonisio:sed negligentia sciendi. Ad quintū dicimus *Ad quintū* ꝙ diffinitiones ille specierū prudentie danṫ p causam vnde non sequitur ꝙ ille species sint ꝓpe cognitiones sicut cū dicit̄ dies est sol lucens super terrā : quia sicut dicit apo.ꝙ caritas est de corde puro et consciētia bona et fide non ficta. Est enī caritas ex fide ꝛ spe et sumitur ibi conscientia bona pro spe bona:qm̄ qui *Consciētia bona.* bonā scientiā habet bonā spem habet.et p̄terea caritas est de corde puro.i.de ītellectu puro.appellatur aūt intellectus purus quo intelligimus deū esse diligendū super oīa:et similiter prudentia et species ei⁹ sunt ab aliquo intellectu siue ab aliqua scientia. ſ. a scientia morali. Est enī scientia causa bonarū opera- *sciētia causat opationem.* tionū per modū consiliarii:sicut cōsiliarii regis causa sunt eorum que sunt in regno . Ad vltimū dicim⁹ *Ad aliud.* ꝙ memoria secundū ꝙ est species prudentie imperat non preterita sed futura:sed per recordationē preteritorū.vnde secundum hoc memoria est prudentia disponens nos ad repetēdū mala preterita ad penitētiam bona ad iterationē siue ad bona que fecerunt sancti vt eis assimilemur.intelligentia autem est prudētia disponens nos ad imperandū bona presentia per discretionē. prouidētia est prudentia disponens nos ad precipiendū futurū.ſ.vt si sit bonū eligaṫ:si sit malum caueaṫ. Sed iterum obicitur.prudentia est vir- *Iterum ar* tus.ergo motus eius voluntarius est.ģ motus ei⁹ ē a voluntate:ģ vel a voluntate naturali vel a voluntate deliberata :sed non a naturali q: secundū illam non est laus vel vituperiū.ergo a voluntate deliberata siue consiliata. Sed iterum.illa deliberatio est voluntaria:ergo vel a voluntate naturali vł a voluntate deliberata siue consiliata:sed iterum.illa deliberatio est volūtaria.ģ vł a volūtate naturali vł a volūtate deliberata:et sic in infinitū. ģ infinite volūtates precedunt motum prudentie quod est impossibile. Ad hoc dicimus ꝙ voluntariū est illud cuius princi- *Solutio.* piū est in ipso cognoscente singularia. principiū autē volūtarii in ipso volente duplex est. scꝫ. potentia vo- *Duplex p̄ncipium.* lendi et motus eius. Vnde in hac argumentatōe est fallatia consequentis.motus prudentie est volūtari⁹ *Fallatia ꝯñtis* ergo est a voluntate sumpta voluntate pro motu:qm̄ fit ibi processus a superiori ad inferius affirmando : quoniam voluntarium dicitur aut quod est a volūtate motu aut volūtate potentia.velle enim qđ exit a vi volendi immediate non est a voluntate motu:ſʒ a voluntate potentia:sed bene sequitur hoc est voluntarium.ergo subiacet voluntati:quoniam ī potestate deliberantis est.

¶Vtrum prudentia sit species specialissima.
¶Secūda questio huius capituli.

q̄ sit gen⁹ arguitur. QUeritur vtrū prudentia sit spēs specialissima an
genus subalternū. Uidetur q̄ sit genus subal-
ternū. qm̄ sicut dictū est tulli⁹ diuidit ipāȝ in tres spe
cies. s. in memoriā/ intelligentiā/ ꝓuidentiā. ḡ est ge-
Secundo. nus subalternū cū habeat spēs sub se. Item. phi diui
dunt prudentiā in monasticā yconomicā politicam.
triplex prudentia. Et est monastica qua aliquis regit se. vñ d̄r a monos
qđ est vnū. yconomica qua aliquis regit ꝓpriā fami-
liā. yconom⁹ enī idē est q̄ dispensator. Politica qua
aliquis regit ciuitatē vel exercitū. vnde d̄r a polis qđ
est ciuitas vel pluralitas. ꝛ sic prudētia multas habȝ
Tertio. spēs: ḡ est genus. Itē. virtutes differūt per act⁹ pro-
prios ꝛ actus differūt ꝑ materias ꝓprias supra quas
transeūt. ꝛ sic per mediū spēs virtutū differūt ꝑ mate
rias supra quas sūt operationes virtutū. Sed prudē
tie mot⁹ trāsit supra materias aliaꝝ virtutū. qm̄ pru-
dentia regit oēs alias virtutes. Imperat enī prudē-
tia q̄ cuilibet reddatur quod suū est ꝛ quod abstinea
tur a delectationib⁹ carnis. ꝛ sic de alijs. Unde mot⁹
eius trāsit supra materias aliaꝝ virtutū. Cū igit̄ vir-
tutes differāt saltē per materias proprias quot sunt
aliaꝝ virtutū scđm illas materias tot debent esse spe
cies prudentie scđm easdē materias. Et sic prudētia
plures habet spēs sub se: ḡ non est spēs specialissima
In oppo^m Si conceditur. Contra. cū prudētia imperat motum
alicuius virtutis eius nō est proprie ille motus ipera
tiuus: sed ei⁹ est tantū imperare. verbi gr̄a. Cū pru-
dētia iperat reddere vnicuiqȝ quod suū est. hmōi red
dere iusticie est ꝓprie: sed iperare vt fiat prudētie est
Non trāsit igit̄ prudētia supra materiā iusticie. Eadē
ratione nō supra materias aliaꝝ virtutū: ergo nō de-
bet habere diuersas species scđm illas materias. Cū
igit̄ prudentia habeat vnicū motū specialē propriū. s.
imperare vt fiat quod faciendū est ipa debet eē vnica
virtus specialis. ꝛ sic nō est genus. Itē. vnica virtus
Secundo. in specie est oīm credendoꝝ. s. fides. qm̄ vnica est ra-
tio credendi. s. auctoritas prime veritatis cui ꝑ se in-
uenitur fides. ergo eadem ratione vnica virt⁹ in spe-
cie est imperās omīa facienda: q̄ vnica est ratio ipe-
randi. Prudentia enī imperat: q̄ ratio dictat sic esse
faciendū. Unde dicūt philosophi q̄ prudentie est oīa
ad normā rationis dirigere. ꝛ hoc est consentire diui
ysaias. ne voluntati. vnde in ysai. Redite preuaricatores ad
cor. quoniā in corde est sinderesis que dicit quid faci-
endum et quid non. Cum igitur vnica sit ratio impe-
randi omnia facienda. s. norma rationis siue confor-
mitas diuine volūtatis. Unica virtus in specie debet
esse prudentia. ꝛ sic prudētia est species specialissima
Solutō ad primum. qđ concedimus. Ad primo obiectum dicim⁹ q̄ diui-
sio quā facit tulli⁹. nō est ꝑ species formales ꝛ substā
tiales: sed per materias que non diuersificant spēm.
qm̄ vnica virtus in specie negociatur circa presentia/
preterita/ ꝛ futura. Sed quoniā ex eadē ratione non
Ad scđm diuersificatur per species. Ad scđȝ dicimus similiter
q̄ illa diuisio nō est per species: imo poti⁹ ꝑ accidētia
Diuersificat̄ enī prudētia ꝑ maioritatē ꝛ minoritatē
motus sui. Paruus enī est motus prudentie in regi
mine familie. ꝛ iteꝝ maior in regimine ciuitatis. Sed
hoc non diuersificat prudentiā scđm speciem: nec se-
cundū numerum. qm̄ vnica prudentia numero regit
aliquis se et propriā familiam. ꝛ totam ciuitatem et
Ad tertiū. totam regionē. Ad tertium dicimus q̄ motus pru-
dentie attingit materias ceterarū virtutū: sed in alia
ratione quā cetere virtutes. verbi gratia. Pruden
tia imperat reddere vnicuiqȝ quod suū est. ꝛ reddere
vnicuiqȝ quod suū est inq̄tum reddere vnicuiqȝ quod
suum est motus est iusticie. Sed scđm q̄ reddere vni
cuiqȝ quod suū est in ratione faciendi iperatur a pru-
dentia. ꝛ sic prudentia attingit materias ceterarū vir
tutum prout ille materie sūt vnite in ratione faciēdi
et q̄ sub vnica ratione attingit illas vnica est virt⁹ in
specie. ꝛ hoc est propter illā vnicā rationem. Sed q̄
cetere virtutes attingūt illas in diuersis rationibus.
ideo diuerse sunt scđm speciē. Et sic patet solutio ad
tertio obiectum.

¶ Utrum prudentia sit prima cardinaliū
virtutū et an sint tantum quattuor.

¶ Tertia questio hui⁹ capituli.

QUerit̄ vtrū prudentia sit prima cardinaliū virtu
tum ꝛ an sint tantū quattuor cardinales virtu-
tes. Uidet̄ enī q̄ quedā virt⁹ q̄ nō est aliqua istaꝝ pre Ar q̄ non.
cedat istas quattuor. qm̄ opus cuiuslibet virtutis dȝ
esse informatū circūstācijs sicut circūstantia tēporis
et circūstantia loci/ ꝛ circūstantia finis. Sȝ aug. dicit Augustin⁹
in libro de ciui. dei q̄ phi oēs ponūt btitudinē eē finē
oīm virtutū politicaꝝ ꝛ opationū eaꝝ: ḡ gr̄a btitudi
nis operant̄ omēs ꝟtutes politice: ḡ amor beatitudi
nis mouet oēs virtutes politicas: ḡ amor btitudinis
precedit omēs virtutes politicas. Sed amor beati-
tudinis est virtus: ḡ aliqua virtus etiā in phis p̄cedit
illas quattuor virtutes politicas. Sȝ in phis nō erat
nisi virt⁹ politica. ḡ in philosophis erāt plures virtu
tes politice q̄ quatuor. Solutio. amor beatitudis Solutio.
sine dubio p̄cedit oēs virtutes politicas. sed non est
virt⁹ politica: qm̄ nō habet motū exteriorē: sed tātū
interiorē. vnde potius debet computari inter virtu-
tes intellectuales q̄ consuebiles. nec est verū q̄ phi
losophi habuerunt virtutes politicas tantum.

¶ De temperantia.

¶ Quartum capitulum.

DIcto de prudentia: sequit̄ de tēperātia hac ra-
tione q̄ pri⁹ est habere secū pacē: postea cū ꝓ-
ximo. Tēperantia domat rebellionē carnis et cohi-
bet motus ei⁹ illicitos. Sunt aūt due species tēpe-
rantie. s. sobrietas et cōtinētia. Sobrietas est abstinē Sobrietas
tia in cibo et potu et cohibet motus illicitos carnis ꝯtinētia.
pertinentes ad gustum. Continētia ē abstinētia a coi
tu et cohibet motus illicitos pertinētes ad tactū: tm̄
sobrietas quandoqȝ large sumit̄: ita q̄ cōprehendit
continentiā: vt ibi. Sobrie et iuste ꝛ pie viuamus in dictū pauli
hoc seculo. Sobrie quantū ad nos. iuste ad proximū
pie ad deū. Primo dicendū de sobrietate circa quā
primo q̄rit̄ quid destruit sobrietatē. secundo vtrum
oīs motus gule sit peccatum. tertio: quare oīs luxu
ria sit mortale peccatum et nō omnis ebrietas. quar
to. inebrians aliquem peccet mortaliter.

¶ Prima questio huius capituli.

CIrca primū sic obicitur. Sobrie ꝛ iuste ꝛc. Sȝ
quod corrumpit iusticiā est mortale peccatum
Omne quod corrumpit pietatem est mortale pecca
tum: ergo oē qđ corrumpit sobrietatē ē mortale pec Ar q̄ oīs
ctum. sȝ oīs ebrietas corrūpit sobrietatē. ḡ oīs ebrie ebrietas sit
tas ē mortale pctm̄. Itē. sobri⁹ ꝛ ebri⁹ sūt ꝯtraria. ḡ mortalis.
nō pn̄t eē simul ī eodē. ḡ sobrietas exludit oēȝ ebrie- Secundo.
tatē. sȝ ꝟt⁹ nō excludit nisi mortale pctm̄. ḡ oīs ebrie
tas ē mor. pec. Itē delectatio morosa ī motu illicite Tertio.

gule est peccatū mortale: sed in omnī ebrietate ē ta-
lis delectatio: ergo oīs ebrietas est mortale peccatū
Quarto Item. omnis cōsēsus in motu luxurie ē mortale pec
catum: ergo oīs consensus in motū illicitum gule est
mortale peccatū. sed in omni ebrietate est huiusmōi
Euasio. consens⁹. ḡ omnis ebrietas ē mortale peccatū. Forte
dicet q̄ ebrietas non ē peccatū: sed assiduitas siue cō-
suetudo inebriandi se ē mortale peccatū. et huiusmo
di assiduitas appellatur ebriositas. vñ prima ebrie-
tas non est mortale peccatum nec secunda: sed decia
vel vndecima vel illa ad quā cum deuentū est dicitur
ꝯ hāc ar. aliquis ebriosus. Sed queritur quid appellatur assi
duitas inebriandi: aut enī est ipe actus ingurgitandi
se aut dispositio illius. Si dispositio illa non ē pecca-
tum: ergo nec mortale nec veniale. si ipse actus sit
igitur q̄ aliquis sit ebriosus cum deuētum ē ad deci
mam ebrietatē sic. igitur decima ebrietas ē mortale
peccatum. Contra. ebrietas obfuscat rationem ꝛ im
pedit vsum eius: sed scientia aggrauat peccatū. pro
pter hoc enim peccatum diaboli fuit irremissibile q̄
maximā habebat scientiam et nullum impellens. ḡ
similiter cum iste habeat maiorem scientiam et libe
riorem vsum rationis in prima ebrietate q̄ ī decima
magis peccat in prima q̄ in decima. ergo si decima ē
mortalis multomagis et prima: et sic quelibet ebrie
Solutio. tas est mortale peccatuȝ. Solutio. continētie quan
doqȝ large quandoqȝ stricte sumitur stricte secundū
q̄ dicitur continentia est oīmoda abstinentia a coitu
Augustin⁹ secundū q̄ dicit augu. in matrimonio. Si continētia
non seruatur: dānatio non timetur. large sumitur se
cundū q̄ continētia dicitur esse in coniugatis qui nō
semper continent: sed qm̄ et vbi: et sic de alijs circun
stantijs: et sic est circunstantia virtus: sed primo mō
Siſr sobrietas capitur dupliciter. plus ē q̄ virtus. Similiter sobrietas stricte sumitur
secundū q̄ dicitur sobrietas oīmoda abstinētia a su-
perfluo cibo et potu: ꝛ sic sobrietas non tm̄ excludit
mortale: sed etiā veniale: scȝ ebrietatē q̄ in se ē venia
lis. large sumitur sobrietas secundū q̄ non ē omimo
da abstinentia a superfluo cibo et potu: sed qm̄ ꝛ vbi
et sic de alijs circunstantijs: et hoc modo dicitur vir-
Ad primū tutes non excludit ebrietatē que ē venialis. Ad prīo
igitur obiectum soluendū per interemptionē nō enī
verū est q̄ ebrietas corrumpat huiusmodi sobrieta-
Ad scđm. tem. Similiter ad secundū. sobrietas enim large sū-
pta et ebrietas non sunt contraria et in eodē possūt
esse: tm̄ sunt repugnantes quodā modo qm̄ ebrietas
Ad tertiū. minuit motū et feruorē sobrietatis. Ad tertium dici
mus q̄ nulla delectatio est morosa citra consensum
vnde nulla delectatio ē mortalis citra consensū: quo
niam sola circunstantia temporis nō potest facere de
Ad q̄rtum veniali mortale. Ad quartū quod obicitur de consē
su. dicimus q̄ hec argumētatio non valet. consensus
in motū luxurie est mortale peccatum. ergo consen-
sus in motū gule est mortale peccatum. nec ē simile:
quoniā actus luxurie in quem est consensus non est
Ad vltimū mortale pctm̄. vñ aūt hoc sit postea dicetur. Ad vl
timū dicimus q̄ omnibus alijs paribus. si decia vel
cētesima est mortale similiter et prima. nunq̄ enim
aliquota ebrietas est mortalis: nisi homo magis de
lectet̄ ī potu q̄ ī p̄ceptis dei. sȝ quandocunqȝ p̄ponit
delectationem que est in creatura delectatiōi q̄ est ī
Qñ ē pctm̄ mortale. deo peccat sēper mortaliter. vnde illi peccāt mortali
ter: quibus magis placet eē in taberna ad gustandū
vina q̄ in ecclesia ad audiendū diuina. ꝛ hoc modo p̄
ma ebrietas est mortalis. sȝ si citra deum delectetur
aliquis in potatione vini et inebrietur illa ebrietas
est venialis. dicitur tamen decima vel centesima mor
talis nō quia sit necessariū. sed quoniā ꝑ frequentē in
gurgitationem sepe accidit q̄ maior sit delectatio in
creatura q̄ in creatore vel preceptis eius. Sed iterū
probatur q̄ ebrietas sit mortale peccatū. dicit̄ enī q̄ Iterū ar
si aliquis coeat cū sua ex causa necessaria peccat veni-
aliter. sed preter causam necessariā peccat mortalit̄
i. si preter causā prolis vel causā refrenande libidinis
vel preter debitū reddēdi cognoscat suā peccat mor
taliter. qm̄ tunc est vehemens amator vxoris prope
et auctoritas dicit q̄ omnis vehemēs amator vxoris
adulter est: ergo eadē ratiōe qui comedit et bibit p̄-
ter omnē causā necessariā. sed tm̄ libidine comedēdi
et bibendi peccat mortaliter: ergo ebrietas est mor
tale peccatū. Solutio. per interemptionē huius. si
aliquis cognoscat suā ex causa necessaria peccat ve- Solutio.
nialiter. quoniā aliquis posset esse ita spūalis q̄ non
cognosceret suā nisi causa prolis nec vellet delectari
in illo opere volūtate rationis. vnde delectatio quā
haberet in illo opere esset tantū in sensualite brutali
in qua nullū est peccatū. similiter hec est falsa. si aliqs
preter omnē causā necessariam cognoscit suā peccat
mortaliter. qm̄ potest esse q̄ aliquis propter solā de-
lectationeȝ cognoscit suā quā nullo mō cognosceret
nisi esset sua. talis p̄t ibi delectari in creatura. tm̄ citra
deū nec propter hoc obmittit q̄n impleat p̄cepta dei
nec peccat mortaliter. sed tm̄ venialiter. nec dicit̄ ve
hemens amator vxoris nisi magis delectet̄ in ipsa q̄
in deo

¶ Utrum primus motus ad gulam sit pec-
catum mortale. ¶ Scđa q̄o hui⁹ capli

QUerit̄ vtrū prim⁹ motus ad gulam sit mortale
peccatū. Qđ videt̄. qm̄ sicut luxuria ē mortale
peccatū. ita et gula: ergo sicut primus motus ad lu- Ar q̄ sic
xuriā est mortale peccatū. ita primus motus ad gu-
lam est mortale peccatū. Itē si primus motus ad gu
lam nō est mortale pctm̄. quare ita culpatus est esau Secundo.
et punitus pro appetitu lenticule ruffe. si dicat q̄ pri
mus motus ad luxuriā est mortale peccatū. quia vis Euasio.
concupiscibilis quantū ad vim generatiuā corrupta
est et infecta prim⁹ motus ad coeūdū est peccatū. sed
quantū ad vim nutritiuā tm̄ corrupta est et propter
hoc primus motus ad gulam nō est peccatū. Pro-
batur q̄ hec solutio nulla. quia corruptio et infectio
vis ꝯcupiscibilis pena est: ergo vtrūqȝ bonū et ex bo ꝯ hoc ar.
no inquantū bonū non est malū: ergo ex eo q̄ vis cō-
cupiscibilis est infecta nō est primus motus ad coeū
dum pctm̄: ergo peccatū ex eo q̄ tendit ad illicitum
sed similiter motus gule tendit ad illicitū: ergo est
peccatum. Item comedere ante horā debitā est illi-
citū: ergo prim⁹ mot⁹ ad illud est peccatū. Solutio.
vis concupiscibilis corruptiōi est et quantū ad vī nu Tertio.
tritiuā et quātū ad vim generatiuā. sed nō ē infecta Solutio.
quantū ad vim nutritiuā nisi infectio dicatur intēsio
corruptionis. Concedimus ergo q̄ magis corrupta
est quātū ad vī ḡnatiuā q̄ q̄tū ad nutritiuā cui⁹ hec ē
rō. q̄ adā re⁹ fuit lese maiestatis. voluit enī rapere di
uinitatē ꝛ ꝓpt̄ hoc dānat⁹ ē ꝛ in sex in posteritate sua
vñ vis ꝯcupiscibilis mag̃ corrupta est in p̄te illa scđȝ
quā fit ꝓpagatio q̄ in alia parte. dicim⁹ ergo q̄ pri-
mus motus ad luxuriā est peccatū nō ex parte cause
sed ex parte finis. quoniā tēdit ad illicitum. s. ad dele

ctandũ in re temporali.tamen primus motus ad gu
lã nõ est peccatũ nisi tendat ad delectandũ in cibo et
potu.q̃dã enĩ ita assueti fiũt in cõmesatiõibus et ebrie
tatibus q̄ statim quãdo appetũt comedere libidino
per hoc ad primum. se appetunt et in talibus primus motus ad comede=
re est pctm̃ in alijs vero nõ est peccatũ.quoniã come=
Ad illõ de esau. dere scdm̃ se et bibere secundũ se licitũ est. Esau aũt
culpatur quia ardenter et libidinose appetit vñ pec=
Ad vltimũ cauit. Ad vltimũ dicimus q̄ appetere comedere ãte
horã debitã nõ est pctm̃ scdz se.qm̃ naturaliter et q̃si
de necessitate potest hoc aliquis appetere velit nolit
vnde nõ est in potestate nr̃a appetere: igit̃ comedere
quãdoq̧ est peccatũ q̃nq̧ non. si sit motus naturalis
tendens ad corporis sustẽtationem nõ est peccatũ. si
motus libidinosus.i.tendens ad delectandũ in crea=
tura propter se peccatum est.

¶ Utrũ omnis luxuria sit peccatũ mortale.
¶ Tertia questio huius capituli.

Ar̃ q̄ sic. Queritur vtrũ omnis luxuria sit mortale pecca=
tum et nõ omnis ebrietas. videt̃ q̄ sicut omis
simplex fornicatio est mortalis.ita quelibet ebrietas
ponatur enĩ q̄ iste velit delectari in hac muliere so=
luta et delectetur cognoscendo ipsã. alius velit dele
ctari in optimo vino et delectetur in ipso equaliter.
inde sic. iste delectatur in muliere et peccat delectan
do in ipsa.hoc est aũt quia delectatur in creatura sic.
sed ille qui delectat̃ in vino equaliter delectat̃ in cre=
atura: ergo equaliter peccat. sz qui delectatur in mu
liere cognoscendo ipsam peccat mortaliter: ergo et
ali⁹ peccat mortaliter. et ita ebrietas est mortale pec=
Euasio. catum. si dicit nõ esse simile. quia vnũ est prohibitũ
ꝯ hãc ar̃. reliquũ nõ. Contra.quedã sunt mala quia prohibita
sicut comedere pomũ fuit malũ quia prohibitũ.q̃dã
prohibita qꝛ mala.sed delectari in muliere nõ est ma
lũ quia prohibitũ: ergo est prohibitũ quia malum. et
ita malũ est in se et propter hoc prohibitũ. sed dele=
ctari in vino eodẽ modo quo dictũ est. malũ est in se
Solutio. et ita debet esse prohibitũ et sic mortale. Solutio. de
lectari in creatura citra deũ nõ est mortale. vnde dele
ctari in muliere soluta cognoscendo ipsã est mortale
Nõ diligẽt̃ et cadit sub prohibitione. sed non ꝓhibitione scripta
tantũ.sed sub prohibitione iuris naturalis.quia illi=
citũ est secundũ ius naturale cognoscere nõ suã.quia
si esset licitũ non posset saluari respublica.acciderent
enĩ mutue cedes hominũ. sed bibere vinũ scdm̃ se in
differens est et delectari in vino citra deũ veniale est
per hoc ad rões. nec cadit sub prohibitiõe scripta nec sub prohibitio=
ne iuris naturalis. Dicimus ergo q̄ qui cognoscit
nõ suã peccat mortaliter. nõ tm̃ quia delectat̃ in crea
tura.sed quia cognoscẽdo delectatur in non sua. et sic
Iter ar̃. patet solutio ad obiecta. Sed iterũ obijcit̃ cognosce
re istã secundũ se est indifferens.sed quia est soluta ꝓ
pter hoc est peccatũ mortale. quia ꝯtra ius naturale
est cognere nõ suã.similiter bibere vinũ ad superflui
tatẽ propter circũstantiã superfluitatis est cõtra ius
naturale.quoniã superfluitas corrũpit naturã: ergo
bibere vinũ ad superfluitatẽ est mortale peccatũ.sed
hoc est inebriare se: ꝙ oĩs q̄ iebriat se peccat mortali
Secundo. ter: ergo oĩs ebrietas est peccatũ mortale. Itẽ q̄cũq̧
vult voluntate rationis nocere alicui peccat mortali
ter: ꝙ quicũq̧ vult rõnis voluntate nocere sibi peccat
mortaliter. sed quicũq̧ rationis voluntate inebriare
se vult voluntate rationis nocere sibi: ergo. ꝛc. er=
go omnis ebrietas voluntaria est peccatum mortale

Ad primũ dicim⁹ q̄ bibere vinũ ad supfluitatẽ non Ad primũ.
est pctm̃ mortale. et hoc ꝯtigit duab⁹ de causis.s. ꝓpt̃
infirmitatẽ et ignorantiam.ex infirmitate nature ẽ q̄
homo cito inebriatur et vinũ nocet ei.vnde infirmi=
tas quodãmodo excusat: ignorãtia similiter excusat
difficile enim est scire quod sit superfluuz nature: qm̃
aliquid dicitur superfluũ qd̃ non est superfluũ: et ecõ
uerso. et aliquid superfluũ vni non ẽ superfluũ alij: sz
qui cognoscit solutã peccat mortaliter.qm̃ sit actu vt̃
habitu se cognoscere non suam.vnde non est simile.
Ad secundũ dicimus q̄ oĩs homo qui vult volũtate Ad scdm̃.
rationis inebriare se peccat mortaliter. secundum q̄
velle trãsit supra hoc totum bibere in excessu ad gra
uamen nature: sed non sequit̃ ex hoc. ergo oĩs ebrie
tas voluntaria est peccatũ mortale: qm̃ ĩ conclusiõe
hec dictio voluntaria tenetur cõmuniter pro volun=
tate que transit supra bibere cum delectatiõe et pro
voluntate que trãsit supra bibere cũ excessu et graua
mine nature.vnde fit processus ab inferiori ad supi⁹
cum signo vniuersali.et est fallatia cõsequẽtis. vel si Fallã ꝯñtis
placet distinguatur cõclusio de diuersis voluntatib⁹
et sic patet solutio illius argumentationis.

¶ Utrũ iebrians alium peccat mortaliter
¶ Quarta questio huius capituli.

Utrum inebrians alium peccat mortaliter. vi=
detur q̄ non: quia inebriat⁹ tm̃ peccat veniali Ar̃ q̄ non.
ter.ergo et inebrians cum non moueat nisi advenia=
le. Contra.inebrians aliũ magis nocet ei q̃ si aufer= In oppo^m
ret ei decẽ sol̃.quoniã aufert ei vsũ rationis. sed si au
fert ei decẽ sol̃.peccat mortaliter. ꝙ si inebriat alium
peccat mortaliter. Item.ne facias alij qd̃ tibi nõ vis Secundo.
fieri hoc est preceptũ iuris naturalis. sed qui inebri=
at aliquẽ facit alij qd̃ sibi nõ vult fieri nec debet velle
ergo facit contra illud preceptum.ergo peccat mor=
taliter. Solutio. Quidã ex sola caritate inuitãt ho= Solutio.
spites suos ad comedendum et bibendũ.qꝛ forte ho
spites pudet comedere et bibere et ex huiusmõi fre=
quenti inuitatione sumũt inuitati occasionẽ bibẽdi
in excessu: et sic inebriantur.in hoc casu inuitans nec
mortaliter nec venialiter peccat: quoniã non inebri=
at causaliter: sed tm̃ occasionaliter: sicut multi scãda
lizati sunt in christo et ex dictis eius.tm̃ christus nul=
lum scandalizauit. Quidã vero diligũt amicos suos qñ iebriãs
plusq̃ debent: tm̃ citra deum et inuitant amicos suos peccat mor
ad bibendum cũ delectatiõe: quoniã volũt ex nimio taliter.
amore letificare eos et si ex huiusmodi inuitatiõe ie
brientur ipsi inebriantes non peccant nisi venialiter.
Si autẽ per superfluuz potũ grauarent naturã bibẽ
tium et excecarent rationẽ: peccarent mortaliter. Ad Ad primũ
primũ dicim⁹ q̄ hec argumentatio nõ valet.inebriãs
plus nocet iebriato q̃ si auferret ei decẽ sol̃.sed si ꝛc.
ergo ꝛc.qm̃ cũ aufert decẽ sol̃.aufert causalit̃: sed cuz
inebriat non inebriat causaliter: sed tantũ occasiona=
liter. Ad secundũ põt dici q̄ illud ne facias alij.ꝛc.cõ Ad scdm̃.
tinet et precepta.et cõsilia.vnde nõ est necessariũ q̄ q̄
facit contra illud q̄ peccet mortaliter.vel potest dici Alr̃ p̃t dici
q̄ ille qui inebriat aliũ nõ facit cõtra illud preceptũ.
quia nõ facit cõtrariũ precepto: sed repugnãs. venia
le enĩ nõ est contrariũ precepto neq̧ virtuti.sed repu
gnans sicut dictũ est.sed adhuc videtur q̄ ebrietas sit
mortale peccatũ. quoniã virtus est mediũ viciorum Iterũ ar̃.
duorũ.s.superfluitatis et indigentie: ergo vbi est su
perfluitas nõ est mediũ: ergo nec virtus: ꝙ nec sobrie

tas.sed vbi est ebrietas ibi est superfluitas: ergo vbi
est ebrietas nõ est sobrietas: ergo omnis ebrietas ex
pellit virtutẽ. sed nichil expellit virtutẽ nisi mortale
peccatũ: ergo omnis ebrietas est mortale peccatum
Secundo Itẽ aristo. dicit q̄ virtus corrũpitur per superfluita=
tem et indigentiã: ergo sobrietas corrũpit̃ per ebrie
Euasio. tatẽ cũ ebrietas sit supfluitas.et inde vt prius. si dicit
sicut p̃us dictũ ẽ q̄ ignorãtia illi⁹ supfluitatis excusat
ꝯ quã ar̃. ne sit peccatũ mortale. Contra.ignorãtia illa aut est
vincibilis aut inuincibilis. si inuĩcibilis excusat a to=
to: ergo ebrietas nõ est peccatũ mortale nec veniale
si vincibilis: ergo nõ excusat quin sit mortale. sicut si
aliquis cognoscat nõ suã ignorãter cũ nõ adhibuerit
omnẽ diligentiã quã debuit talis ignorantia nõ excu
sat eũ quin peccet mortalit̃ cũ ignorãtia illa sit vinci=
Tertio. bilis. Itẽ probat̃ q̄ illa ignorantia sit vincibilis. qm̃
sancti vincunt eã qui nunq̃ comedunt vel bibunt su=
Quarto p augustinũ. perflue. Itẽ augustin⁹ dicit q̄ alimenta sumẽda sunt
sicut medicamenta. sed nõ sumũtur medicamẽta nisi
quando scit̃ esse morbus: ergo nec alimenta debẽt su
mi nisi quãdo scit̃ morbus famis vel sitis: ergo sicut
ille q̄ accipit medicamẽta sine morbo facit cõtra phi
cã et contra scientiã regitiuã corporis sic qui accipit
alimenta sine fame facit cõtra sciẽtiã regitiuã anime
Quinto p paulũ. et ita peccat mortaliter. Itẽ auctoritatib⁹ ꝓbat̃ q̄ oĩs
ebrietas ẽ peccatũ mortale. apl̃s dicit: carnis curam
ne feceritis in desiderijs. sed iste ebrius qui delectan
do in vino inebriat se curã facit carnis in desiderijs: ꝙ
facit contra preceptũ apostoli: ergo peccat mortalit̃
Sexto. Itẽ in ecclesia. post concupiscentias tuas nõ eas. et in
exodo. nõ cõcupisces.i. nõ ibis post ꝯcupiscẽtias. sz q̄
inebriat se sequit̃ cõcupiscẽtias suas: ergo vadit post
concupiscentias suas: ergo facit cõtra preceptũ: ergo
Ad primũ istorum. peccat mortaliter. Ad primũ dicim⁹ q̄ duplex est su=
perfluitas. scz pceptibilis et imperceptibilis. de per=
ceptibili verũ est q̄ vbi est superfluitas perceptibilis
non est virtus. sed de perceptibili nõ est verũ. vñ hec
est falsa generaliter intellecta vbi est superfluitas ibi
nõ ẽ virtus. quoniã in ebrietate est superfluitas: sed
Ad secũdũ similiter. imperceptibilis. et illa nõ expellit virtutẽ. Similiter
respondendũ ad secundo obiectũ. Ad tertiũ dicim⁹
Ad tertiũ. q̄ ignorantia illa vincibilis est vno modo. alio modo
inuincibilis. vincibilis secundũ operationẽ et sic vin=
cunt eam sancti abstinendo ab omĩ supfluitate cibi et
potus comedẽdo et citra sufficientiã. inuincibilis aũt
determinatione. quoniã nec sciẽtia nec virtus potest
determinare superfluitatẽ illã. et non valet hec argu
Hec argu= mẽtatio nõ valet. mentatio. ignorantia illa est inuincibilis: ergo ebrie
tas nõ est veniale nec mortale. qꝛ alia de cã est ebrie=
tas peccatũ. q̄ ex parte superfluitat̃. s. ex eo q̄ ebri⁹
Ad q̃rtum delectatur in creatura. Ad quartũ dicimus q̄ hec est
falsa. medicamẽta nõ debẽt sumi nisi cũ scitur eẽ mor
bus. est enĩ quedã medicina curatiua et talis nõ sumit̃
nisi qñ est morbus. est enim et alia q̄ est preseruatiua q̄
sumitur ne veiat morbus. similiter cibus aliqñ sumi
tur ad repellendũ famẽ q̄ iam est. aliqñ sumit̃ ne acci
Ad paulũ. dat fames. Ad auctoritatẽ dicimus apostoli q̄ cũ di=
citur curã carnis ne feceritis in desiderijs ibi ꝓhibet̃
diligentia curandi carnẽ in desiderijs. i. voluptuose.
sed non omnis ebrius habet huiusmodi curã siue di
ligentiã. vnde non sequit̃ q̄ oĩs ebrius faciat contra
Ad vltimũ illud preceptũ. Ad vltimũ dicimus q̄ ille vadit post
cõcupiscentias qui reliquit mandata dei. et ingredit̃
viã inferni. sed non ita est in ebrio qm̃ si citra deũ ap=

petit delectari in vino non propter hoc derelinquit
viã dñi: vñ non sequitur q̄ peccet mortaliter. Itẽ au= Iterũ ar̃ ꝯ
gustinus dicit. Alimonia est sumenda vt medicina. augustinũ.
sed cum ab indigẽtia transitur ad quietem sanitatis
in ipso transitu insidiatur laqueus concupiscentie et
cũ salus dz eẽ causa edendi adiungit se tanq̃ pedisse
quam periculoso iocunditas et sepe conatur preire
vt eius causa fiat quod sanitatis causa faciendũ erat
et sepe incertũ est vtrũ ad hoc necessaria corporis cu
ra subsidiũ petat an voluntaria cupiditas fallere my
steriũ suppetat ad hoc incertum hylarescit infelix aĩa
gaudens nõ apparere q̄ satis sit moderationi valitu
dinis vt obtentu salutis obumbret negotiũ volup=
tatis: nec idem vtriusq̧ modus est: nam quod saluti
satis ẽ delectationi parũ est. Ex his videtur q̄ qui co=
medit circa valitudinem suam vel causa voluptatis
peccet mortaliter. qm̃ augustinus dicit. q̄ infelix est
aĩa que sic facit. ergo peccat mortaliter ex quo est ĩfe
lix. Item qñ deuentum est ad statum in quo incert⁹ Secundo.
est aliquis vtrũ causa voluptatis comedat aut causa
necessitatis tunc tenet̃ cessare: qm̃ tenetur vitare mo=
tum anteq̃ sit mortalis. ergo si tũc non cessat peccat
mortaliter: qm̃ cõmittit se discrimĩ: et ita videtur q̄
oĩs bibens aut comedens causa delectationis peccat
mortaliter. Contra. sancti dicũt q̄ temporalia dãtur In oppo^m
nobis a deo ad solatiũ. ꝙ licet habere consolationez
in temporalibus: ꝙ et delectationez. ꝙ non ẽ peccatũ
delectari in creatura nec bibere vinum cuz delectati
one. Solutio. Duplex est delectatio naturalis et vo Solutio.
luntaria. naturalis sicut qñ vis⁹ delectat̃ ĩ viridi colo
re et huiusmodi delectatio non est peccatum: volun
taria est que ẽ a libero arbitrio et talis duplex ẽ. est eñ
quedã aĩalis et diabolica. quedã spiritualis et diui=
na. Animalis et diabolica est qua delectatur homo ĩ
creatura propter se tm̃ et huiusmodi delectatio sẽp
est peccatum: vt sumatur delectatio pro motu nõ ꝓ
passiõe tale delectari est frui creatura. Delectatio spi
ritualis et diuina est qua delectatur homo in creatu
ra citra deũ et propter deum et talis est bona. Unde
psal. Delectasti me dñe in factura tua. et sic delectã
tur sãcti in temporalibus. Ad auctoritatẽ augu. di= Ad augu= stinum.
cimus q̄ aĩa dr̃ infelix non propter mortale peccatũ
sed propter miseriã. s. propter infirmitatẽ nostram et
ignorantiam qua non potest scire. vtrum voluptas
moueat appetituz aut necessitas. Ad aliud dicimus Ad aliud.
q̄ hec argumentatio non valet. tenet̃ repĩmere motũ
anteq̃ sit mortalis et non reprimit. ꝙ obmittit quo=
niã in illo instanti determinato ante tenet̃ repĩmere
vt feratur determinatio ad hoc verbũ reprimere: vt
hoc patet in questione de obmissione.

¶ Utrum superfluitas et preciositas vestium
sit mortale peccatum.
¶ Alia questio incidens.

Queritur postea vtrũ superfluitas et preciositas ve
stium sit peccatum mortale. videtur q̄ sic. quo Ar̃ q̄ sic
niam apo. dicit in p̃ma ad thitũ. Mulieres sint in ha
bitu honesto et non in tortis crinibus: aut auro aut
argẽto aut margaritis vel preciosa veste. Sic igitur
prohibet mulierib⁹ preciositatẽ vestium: ergo viris
multo fortius. ergo p̃ciositas talis ẽ contra preceptũ
apl̃i. ꝙ est mortale peccatum. Item apo. in eadẽ. ha= Secundo.
bentes alimenta et quibus tegimur his contẽti sim⁹
et glo. dicit quibus tegamur non ornemur: ꝙ ornatus

Tertio. vestium est in prohibitione et inde vt prius. Item.
cyprianus martyr mulieres que serico et purpura in
duūtur christū induere non pñt. et que ornatū moni-
liū et auri habent ornatū cordis perdiderūt et sic pec
Quarto p gregoriū. cauerūt mortalr. Itē grego. sup illud luce: hō qdā
erat diues qui induebatur purpura et bisso dicit: nisi
preciositas vestiū culpa esset. nō ita grauit dānatum
ostenderet dñs diuitē in inferno. videtur ergo ꝙ sit
In oppoᵐ peccatū mor. Contra. apostolus dicit omnia munda
Secundo. mundis. Itē in euangelio nichil qd intrat in os coin
quinat hoīem. ⁊c. ergo nichil quod applicet corpori
coinquinat hoīem. sed tantum qd exit de corde. So-
Solutio. lutio. preciositas vestiū nō est peccatū nisi in corde sit
Item ar. aliqs prau⁹ appetit⁹. Itē in esdra. comedite pīguia ⁊
bibite mulsū: ḡ comedere delicate non est peccatū: ḡ
nec vestire delicate. Solutio patet ex predictis. qm̄
si aliquis delectetur in vestibus citra deū non peccat
mortaliter. similiter de cibis. licet enī vestes habere
preciosas magis et minus secundū statū persone ⁊ cō
suetudinē patrie sicut dicit seneca ad quādā reginam
indue te delicate non ꝑpter te. sed propter reginā ne
per hoc ad rōnem. vilescat dignitas regni. Et notandū ꝙ sicut in cibis
delicatis peccatū est ex delectatione et ex dāno pau-
perū. ita in vestibus preciosis et primo ex superbia ⁊
ex scandalo. sed euitatis huiusmodi non est peccatū.

¶ Qꝫ ieiunium sit species abstinentie
¶ Quintum capitulum.

DE ieiunio hic dicēdū quoniā ieiuniū est species
abstinentie. primo de institutione ieiunij. scdo
de essentia ieiunij. tertio de vtilitate ieiunij. quarto
de tēporib⁹ ieiuniorū. quīto de eis qui soluūt ieiuniū

CIrca primū sic obijcit. dñs papa iniūxit quīquē
Ar ꝙ papa peccauit. ne ieiuniū quarta et vi. feria pro liberatione ter
re sctē. sed videtur ꝙ peccat mortaliter sic instituēdo
quoniā legit in iudith ꝙ cū olofernes obsedisset be-
tuliā sacerdos indixit ieiunium quinqꝫ dierū. vt deus
liberaret populū suū de hostib⁹. qd cū audissꝫ iudith
redarguit sacerdotes dicens. quid tentatis dominū
nō est iste sermo qui misericordiā ꝓuocet. sed poti⁹
qui irā excitet. si ergo peccauerūt mortaliter tale ie-
iuniū instituēdo. similiter papa peccat mortaliter cō-
simile ieiuniū instituendo et de causa cōsimili. Solu
Solutio. tio. non est simile. quoniam ieiuniū qd instituit papa
fuit simplicis supplicatiōis non artans aliquo modo
dñm ad aliquid agendū. vñ hoc non fuit tētare dñm.
artabant enī ipsū quodā modo ad liberandū quoniā
proponebant se reddituros ciuitatē nisi statiꝫ post ie
iuniū quīqꝫ diez vel ante liberaret eos. ⁊ sic tētabant
dñm. vnde peccabāt: sicut iudei in deserto tētauerūt
dñm dicentes. nunquid et panē poterit dare. ⁊c. ꝓpo
nebant ei se redituros in egyptū ad ollas carniū nisi
dñs daret eis panē. sed papa in ieiunio illo nō propo
suit se facturū aliquid inhonestū si dñs non redderet
terrā sanctā peracto ieiunio nec christiani ieiunantes
similiter vnde non peccauit

¶ Secunda questio huius capituli.

SIc proceditur. ieiuniū est abstinētia a cibo ⁊ po
tu scdm formā ecclesie causa satisfaciendi ꝓ pec
catis vel causa vitandi peccata vel causa habendi vi-
Ar ꝙ tēperantie. tam eternā. Sed querit cū ieiunare sit motus meri-
torius cuius virtutis sit. videtur ꝙ temperantie. qm̄
ieiunare ē abstinere a cibo et potu. et abstinere mot⁹
est abstinentie et ita tēperantie. ergo ieiunare ē mo-
tus temperantie. Contra. aliquis ieiunat satisfacien In oppoᵐ
do pro peccatis: hoc ieiunare ē satisfacere: qm̄ nō sūt
ibi duo motus quorū vnus sit ieiunare alius satisfa-
cere. Sed ꝯstat ꝙ satisfacere motus est iusticie: ergo
cum huiusmodi ieiunare sit satisfacere tale ieiunare
est motus iusticie. non ergo tēperantie. Preterea. ie Secundo.
iunare est deuincere ⁊ reprimere motus illicitos car
nis: sed debellare et superare motus est fortitudinis
et est in irascibili. ergo ieiunare est motus fortitudi-
nis: non ergo temperantie. Solutio. Nichil prohi- Solutio.
bet motum exteriorem vnum et eundem numero
esse duarum virtutum. vnius vt imperantis. alte-
rius vt elicientis. vnde cū aliqs ieiunat vt satisfaciat
pro peccato. illud ieiunare est mot⁹ iusticie vt iperā- per hoc ad
tis et tēperātie vt elicientis. Et sic patet solutio ad primum.
primo obiectū. Ad secundū dicim⁹ ꝙ reprimere mo Ad scdm.
tus illicitos carnis vno modo est ī concupiscibili et
est motus tēperantie. Alio mō in irascibili et ē mo-
tus fortitudinis: qm̄ reprimere motus illicitos fugi
endo vel elongando se ab eis in concupiscibili et est
motus temperantie: reprimere autē eos per moduꝫ
belli et quasi insurgēdo in ipsos est in irascibili sicut
dicit irascimini et no. peccare. per hoc patet ꝙ aliqd
ieiunare est a fortitudine imperante: sed tñ a tempe-
rantia eliciente. Similiter aliqd ieiunare est a carita
te imperāte et a tēperātia eliciente: sicut illud qd fit
pure causa eterne vite habende. Sed obicitur. satis- Iterū ar.
facere est proprius motus iusticie: sed huiusmodi ie-
iunare est satisfacere. ḡ hoc ieiunare est proprius mo
tus iusticie. Solutio. mot⁹ quo aliquis vult afflige Solutio.
re se per ieiuniū. vt satisfaciat pro peccatis suis est ꝓ
prius motus iusticie et ex eo est elicitus. Motus aūt
quo aliquis vult abstinere a cibo et potu vt puniat
se et satisfaciat est proprius motus tēperantie: sꝫ ꝓut
est imperata a iusticia. Motus aūt quo aliquis vult
abstinere a cibo et potu tm̄: propter hoc vt habeat vi
tam eternam est propri⁹ motus temperantie: sꝫ ꝓut
imperata a caritate. hec igitur propositio: hoc ieiuna
re est satisfacere proprie intellecta est falsa: sed topi-
ce loquendo est vera vt intelligitur per causā: qm̄ ip
sū ieiuniū siue abstinētia a cibo et potu causa ē qua-
re volūtas puniēdi se sit satisfactoria. volūtas enī pu
niendi duꝫ punit est satisfactio proprie: sicut verbera
tio qua aliquis verberat aliquē pro peccato. s. sacer-
dos non est satisfactio sed voluntas sustinendi penaꝫ
dum sustinet eā est satisfacere proprie. Itē. comede Iterum ar
re est voluntarium: ergo potest eē meritoriū: si vestia
tur debitis circunstantijs: sic igitur comedere tempe
rate ē meritoriū vt per aduerbiū importētur debite
circūstantie. ḡ ē motus alicuius virtutis: sed sobrie-
tas idem ē ꝙ abstinentia. ḡ comedere temperate est
motus abstinētie. Itē. comedē tēperate ꝯsistit in me Secundo.
dietate: ergo ē mediū iter aliqua extrema nō nisi iter
superflue comedere et diminute comedere: qm̄ non
possūt alia extrema assignari: sed inter eadē extrema
mediat abstinentia. ergo comedere temperate ē mo
tus abstinentie. Itē. abstinere et comedere tēpera- Tertio.
te sunt eiusdē discretiōis: qm̄ virtus que discernit qñ
et vbi et quantū et quomodo abstinendū sit: discer-
nit etiā quādo et vbi et quantū comedendū sit. hoc
aūt est comedere temperate. ḡ eiusdē virtutis sunt
abstinere et comedere temperate: ḡ secūdū hoc co-

In oppoᵐ medē tēperate ē mot⁹ abstinētie: sꝫ si hoc. ḡ comede
re temperate est abstinere vel qui comedit abstinet.
Solutō sꝫ aliquos. quorū vtrūqꝫ est falsū. Ad hoc est cōmunis solutio ꝙ
comedere non ē motus abstinentie sed iusticie: quia
hoc debet hō sibi. Similiter coire cū sua tēperate nō
est motus continentie: sed iusticie hoc enī debet ma-
ꝯ hāc solutionē ar. ritus vxori. Sed eadē ratione potest dici ꝙ oīs mo-
tus virtutis erit proprius mot⁹ iusticie: qꝛ debetur
alicui. s. vel sibi vel proximo vel deo: et ita mot⁹ pa-
tientie erit proprius motus iusticie cū debeatur deo
quod falsū est: quia patientia est species fortitudinis
Solutō sꝫ doctorem. Dicim⁹ ḡ ꝙ comedere temperate motus ē cuiusdā
virtutis que idē ē ꝙ abstinentia. vnde motus est ab-
stinentie per accidēs loquendo. sicut retinere retinē-
da ē motus largitatis per accidens loquendo. quo-
niā virtus que mediat ista duo retinere omnia dare
duos habet actus. s. retinere retinenda: et dare dāda
et ex parte retinendi vocatur parcitas et ex parte dā
di vocatur largitas. vnde proprie loquēdo retinere
retinēda est parcitas: dare danda proprie loquēdo ē
largitas. tñ per accidens loquēdo retinere retinēda
motus est largitatis: qꝛ largitas idē est qd parcitas:
et sic non sequitur retinere retinenda ē motus largi
per hoc ad rōnes. tatis. ergo retinere ē dare vel ille qui retinet dat. Eo
dem modo virtus que mediat inter ista duo extrema
superflue comedere et diminute comedere: duos ha
bet actus. s. abstinere debito modo et comedere tē-
perate: ex parte abstinendi vocatur abstinētia ex par
te comedendi non habet nomē. Sic igitur comede-
re temperate motus ē abstinētie per accidēs loquē-
do: nec ex hoc sequitur ꝙ comedere tēperate sit ab-
stinere vel ille q̄ comedit abstinet: sicut patet ī simili

¶ Qꝺ ieiuniū sit vtile duabus de causis.
¶ Tertia questio huius capituli.

CIrca vtilitatē ieiunij. Nota ꝙ ieiuniū vtile est
Utrū ieiuniū sit satisfactorium. duabus de causis. Prima quia satisfactorium
Secunda qꝛ medicina. satisfacit enī aliquis pro pec-
catis suis ieiunando ⁊ affligendo corpus suū sicut di
cit apo. ꝙ si nosmetipsos dijudicaremus: non vtiqꝫ iu
Arguitur. dicaremur. Sed obicitur. ieiunare est motus virtu
tis. ḡ consistit in medio: sed natura delectatur ī me-
dio et contristatur in extremis. superfluitas enī ⁊ in
digentia corrūpunt naturam. sicut ḡ vis⁹ delectatur
in medijs et contristatur in extremis. sic natura dele
ctatur in medio et cōtristatur in extremis. ḡ ieiuniū
est delectabile nature secundū ꝙ ē motus virtutis. ḡ
nō est ei penale. ḡ nō satisfacit pro pena peccati: ⁊ ita
Solutio. ieiuniū non ē satisfactoriū. Solutio. sine dubio ieiu-
niū prout ē in medio delectabile ē nature simpliciter
sumpte: sed prout abstrahit a corruptione tamen pe
nale est corrupte nature: quoniā natura corrupta se-
cundū ꝙ corrupta plus exigit q̄ debet. vnde in iob.
versus finē dicitur. venter exactor. in alia auctorita-
te: clamorē exactoris non audit. i. ventris. qd intelli-
gitur de viro sancto qui non satisfacit ventri ī oī exa
ctiōe sua. igitur qm̄ ieiuniū est penale nature corrup
te: propter hoc satisfactoriū est et quātū ad hoc vtile
est. Item vtile ē iquātū medicina: qm̄ vt dicit aucto
ri. Non sanat oculum quod sanat calcaneum ieiunio
sanātur pestes corporis: oratione pestes mentis. sic
igitur ieiunium est quasi medicina sanans pestes cor
ꝯ istud vltimū ar. poris: id est reprimens motus illicitos carnis. Sed
videt ꝙ ieiuniū sanet etiam pestes mentis. quoniaꝫ
ieiunium non solū est in abstinētia a cibo et potu cor
porali. etiā in abstinētia ab omī peccato. vñ dñs per
ysa. nōne hoc est magis ieiuniū qd elegi dissolue col-
ligatiōes impietatis solue fasciculos depmētes. ⁊c.
ibi dicit glo. ieiuniū deo acceptū est nō solū a cibis. sꝫ
ab omnib⁹ rebus illicitis abstinere. ⁊ super illd. ecce
ad lites et cōtētiones ieiunatis. ⁊c. dicit glosa homo
interior vescitur carnibus draconis. sic igitur patet
ꝙ ieiunium non tantum est in abstinentia cibi et po-
tus. sed etiam in abstinentia ab omni illicito et sic ie
iunium non tantum sanat pestes corporis. sed etiam
pestes mentis Item. duplex est ieiunium. s. meroris Ad idem.
et exultationis. ieiuniū meroris fit aut pro spirituali
absentia sponsi aut pro absentia corpali. pro spūali si
cut quādo aliquis plorat pro peccatis suis penitēdo
credens se nō habere gratiā dei pro pctis que fecit. ꝓ Duplex ieiunium.
absentia corporali sicut patres antiqui ieiunabant et
flebant desiderantes videre diem dñi et frui eius pre
sentia corporali hoc modo ieiunat ecclesia in presenti
donec veniat ad amplexus sponsi. ieiuniū exultatiōis
est quando vir cōtemplatur pre dulcedine ꝯtempla-
tionis et a ciboꝝ alimonia ieiunat et ab amore mūdi
se penitus alienat sic ieiunat sponsa dicens in cantic.
nūciate dilecto quia amore langueo. quoniā pre dul
cedine cōtēplationis languet et deficit oīs carnali-
tas. sicut dicit auctoritas: gustato spiritu desipit oīs Augustin⁹
caro. vnde propter dulcedinē cant⁹ dictum est. ipseqꝫ
balantū grex obliuiscit esū. sic igitur ieiuniū non solū
est in abstinentia a cibo et potu. sꝫ etiā ab amore mū
di q̄tū ad ieiuniū exultationis: ergo non tantū sanat
pestes corporis sed etiā mētis. Preterea. per predi Tertio.
cta patꝫ ꝙ ieiuniū valet ad vitā actiuā et ad cōtēpla-
tiuā. et ad vitā eternā. falsū igit videtur dicere apls
dicēs exercitatio corporis ad modicū vtilis est pietas
autē ad omnia vtilis est. Solutio. ieiuniū pmo ⁊ per Solutio.
se nō est nisi in abstinētia a cibo et potu corporali. vñ
primo et per se nō sanat nisi pestes corporis. verū est
tamen ꝙ huiusmodi ieiuniū nō valet neqꝫ est merito
riū sine abstinentia ab omni mortali. sed nō sequitur
propter hoc ꝙ abstinentia ab oī mortali sit de essen-
tia ieiu. et sic patet solutio ad primo obiectū. Eodē Ad primū
modo dicimus ad secūdo obiectū. quoniā exultatio Ad scdm
que est ex dulcedine cōtēplationis nō est de substātia
ieiunij. ⁊ verū est qd dicit apls. exercitatio. ⁊c. intelli-
gendū est respectu pietatis. quoniā tale ieiuniū non
assimilat nos deo ꝓprie et per se. qm̄ deus non absti
net hoc modo. pietas autē assimilat nos deo p se. qm̄
pietas est mīa et deus est mīa. Item pietas habet ꝓ
missionē vite que nunc est et future quoniā iustū est
vt qui vitā tēporalē tribuit alijs. a deo recipiat nunc
vitā temporalē et in futuro vitā eternā. Sed querit q̄o incidēs
quare dicit dñs in euāgelio. ꝙ filij sponsi nō possunt
lugere vel ieiunare q̄diu est spōsus cū illis. videt enī Ar ꝯ illud
ꝙ tūc magis possunt lugere. qm̄ mali cū quibus non
est sponsus nichil boni possuut agere. vnde nec luge
re nec ieiunare. sed boni cū quib⁹ est sponsus possunt
lugere. vnde hieremias. vie syon lugent. i. sancti ⁊ p- Dictū hieremie exponitur.
lati qui sunt via ad deū. exemplo et predicatione lu-
gent ꝓ peccatis alioꝝ. Solutio. dñs dixit ꝙ filij spō-
si. i. discipuli nō poterāt. ⁊c. i. nō erat in eis causa cur Solutio.
ieiuniū indiceret eis. qm̄ nec spūaliter nec corporalit
aberat ab eis sponsus. vnde nō erat in eis causa qua-
re ieiuniū meroris indiceret eis nec verū erat cā q̄re
ieiuniū exultationis indiceret eis. quoniā adhuc ha-

bebāt aliquid de vetustate vite. sicut patuit in petro
q̄ ad vocē ancille negauit dn̄m. vnde ad ꝓbandū ꝙ ie
iunium exultationis nō posset eis indici. subiūxit. ne
mo mittit nouū in vtres veteres.

¶ De temporibus ieiuniorum.
¶ Quarta questio huius capituli.

SEquitur de temporibus ieiuniorū. vnde notan
dū est ꝙ ecclesia ieiunat in q̄dragesima multipli
Ieiuniū q̄dragesim. ci ratione. Primo vt soluat decimā tēporis. qm̄ xxx.
et vi. dies qui sunt ieiunales in sex septiānis ante pa
scha sunt decima totius āni. i. trecentoꝝ et lxvi. dieꝝ
quinqꝫ dies residui non habēt decimā. ieiunam⁹ etiā
vt purificati et mundati possim⁹ celebrare pascha. ie
Tribus de causis ieiunamus illo tempore. iunamus etiā in tempore illo in quo renouant crea
ture. vt erubescat homo si nō renouet exuendo vete
rem hoīem et induēdo nouū cū cetere creature reno
uentur. quatuor aūt dies qui sunt ante sex septiānas
illas non sūt de essentia decie. sed ieiunamus illos p̄
parando nos ad digne ieiunādū et digne reddēdo de
cimā. ieiunamus etiā illos vt dies ieiunabiles simul
fiāt quadraginta ad imitationē christi qui ieiunauit
quadraginta dieb⁹. ieiunauit enī hoc numero dierū
q̄re xp̄s ieiunauit. duplici ratione. Prima est vt nos doceret ieiunare ꝛ
penitentiā facere scd̄m doctrinā decalogi et euāgelij
quaternarius ad euangeliū ptinet. denari⁹ ad decalo
gū et quat decem sunt xl. Alia etiā ratione ieiunauit
xl. diebus vt doceret nos per ieiuniū deo acceptū ob
tinere remissionē pctōꝝ partes enī quadragenarij. i.
aliquote simul sūpte faciūt. l. ꝛ p quinq̄ginta signifi
catur remissio pctōꝝ. quoniā quiquagesim⁹ ānus est
Remissio q̄ fiebat in iubileo. iubileus. i. remissiu⁹. qm̄ tunc remittebantur debita
tunc liberi fiebant serui tunc quilibet redibat ad pos
sessionē propriā per quod significat remissio peccato
Ar primo. rū et liberatio spūalis. Sed videt ꝙ in die parasceue
non esset ieiunandū. dicit enī apostolus michi aūt ab
sit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri iesu christi: ḡ gloriā
dum est in cruce domini. similiter gloriādū est in die
crucis dn̄i: ergo gaudēdum non ieiunandum ieiunio
Secundo. meroris. Itē celebramus cū gaudio nō ieiunādo pas
sionē beati petri et aliorū sanctorū. multo forti⁹ debe
mus celebrare diē passionis dn̄i cū gaudio nō ieiunā
do. Solutio. nos ieiunam⁹ in die parasceue. qm̄ tūc
Solutio. dn̄s ieiunauit et sitiuit. vnde dicit Sitio. sitiebat enī
salutē nostrā nec comedit in illo die nisi vnicū latronē
ad illd̄ apl̄i quē sibi icorpauit iuxta illd̄ apl̄i. Michi absit. ꝛc. sic
ē intelligēdū. michi absit gloriari nisi in dilectiōe quā
nobis exhibuit et ostendit patiēdo pro nobis. Ad se
Ad scd̄m. cundū dicimus ꝙ nō est simile de passione petri ꝛ pas
sione dn̄i. quoniā petrus passus est proprie pro se. vn̄
Nota. crucifixus est vultu verso in celū. ac si diceret ego pa
tior pro regno celi vt illud habeā. christus vero pas
sus est pro nobis nō pro se. vnde crucifixus est vultu
v̄so in terrā. ac si diceret pro peccatorib⁹ patior. ꝛ q̄
in illa die maxime apparuit quantitas nostri pctī pro
quo filiū dei oportuit pati. ideo in illa die ieiunamus
artius q̄ in alijs dieb⁹. ieiunam⁹ autē in alijs tempo
ribus. sicut in quatuor tēporibus. instituit enī eccle
sia ieiunia quatuor temporū pro primicijs in qualibꝫ
parte āni istituit tres dies ieiunari vt ieiunat ꝙ omē
De ieiunio q̄tuor temporum. ieiuniū nostrū in fide trinitatis est faciendū. qm̄ aliter
non placet deo. quoniā sine fide impossibile est place
re deo. in ieiunijs quatuor temporū non est ieiunium
exultationis nisi in vno solo tempore ad ieiunādum
ꝙ pauci ieiunant ieiunio exultationis. fit aūt illud ie
iuniū in septimana penthecostes: tunc enī acceperūt
apostoli spiritū sanctum: et confirmati sunt a spiritu
sancto. illi ergo qui confirmati sunt a spiritu sancto
et qui vix possunt separari a caritate christi: possūt ie
iunare ieiunio exultationis. ideo in illis ieiunijs can
tatur canticū exultationis. s. alla. qd̄ non fit in alijs *q̄re nō cātatur alla.*
diebus ieiuniorū. ieiunamus etiā in vigilijs quorū
dam sanctorū excellentiū duplici ratione. Prima est *De ieiunio vigiliarum*
vt imitemur eos crucifigēdo carnē nr̄aꝫ cū vicijs ꝛ cō
cupiscētijs sicut ipsi crucifixerūt. Scd̄a ē vt meli⁹ et
dignius celebremus festa eorū: qm̄ caro bene nutri
ta impedit festiuitates dei et sanctorum. Sed obici *ꝯ hoc ar.*
tur in veteri lege ante incarnationē dies precedebāt
noctē: q̄ homo cecidit a statu glorie in statū culpe. ī
tempore gratie nox precedit diē quia homo redijt a
statu culpe in statum gratie. Unde apo. Nox preces
sit ꝛc. sed nos sumus in tempore gratie: ergo quādo
ieiunamus debemus in ieiunio nostro abstinere ī no
cte precedente et die sequēte: sic aūt non facim⁹ imo
econuerso abstinemus in die et nocte sequente. So *Solutio.*
lutio. quādo ieiunamus representamus statū veterē
et ideo dies precedit noctem: sicut econuerso in vete
ri testamento iudei representabant statum gratie in
solennitatibus suis habebant enim solēnem noctē
precedentem et diem sequentem.

¶ Utrū electuaria soluant ieiuniū.
¶ Quinta questio huius capituli.

QUeritur circa soluētia ieiuniū. querit vtrū ele
ctuaria soluant ieiuniū. videtur ꝙ nō: qm̄ me *Arꝙ non.*
dicina sunt: et facta pro medicina. ergo nō soluūt ie
iunium. Contra. confortatiua sunt ꝛ auferūt penali *In oppo^m*
tatem ieiunij. ergo soluūt ieiuniū. Solutio. quedaꝫ *Solutio.*
electuaria sūt que non confortāt: et illa nō soluūt ie
iunium: quedā confortant et illa soluunt ieiunium si
causa confortatiōis sumātur et nō tātum causa medi
cine. Sed si tantū causa medicine sumuntur et causa
necessitatis. Dicebat prepositiu⁹ ꝙ soluunt ieiuniuꝫ *Oplo p̄positiui.*
quantū ad essentiā ieiunij: sed non quantum ad meri
tū. Sed videtur ꝙ etiā soluāt quātū ad meritū: quo *ꝯ hāc ar.*
niam faciunt ieiuniū non penale vel min⁹ penale. er
go minus satisfactoriū: ꝛ ita minus meritoriū remis
sionis pene et hoc bene concedim⁹: tn̄ nō soluūt ipsū *Solutō doctoris.*
quātū ad meritū vite eterne. De vino similiter que
ritur vtrū soluat ieiuniū. videtur ꝙ sic. Est enī cibus *q̄o incidēs*
et potus: ḡ eque soluit ieiuniū: si sumim⁹ post pran *Ar ꝙ sic.*
diū sicut ante. Solutio. si ante sumit soluit ieiunium *Solutio.*
si post non soluit: qm̄ necessariū est post comestionem
bibere. qm̄ potus ē sequela cibi et ducit cibū ad mē
bra et iuuat digestionē: et ideo sustinet ecclesia bibe
re vinū post comestionē absqꝫ solutione ieiunij. aqua
vero siue ante siue post bibatur nō soluit ieiuniū: q̄
tm̄ potus est. que aūt soluūt ieiuniū notantur in hoc
versu. Pre propere laute nimis ardenter studiose.
pre propere: sicut si aliquis comedit in. xl. ante maio *Hora prandij in q̄dragesima.*
rem missanm soluit ieiuniū: nisi excuset eū necessitas
probabilis. laute: qm̄ nimis delicata cibaria facit sibi
parari: tunc soluit ieiuniū. nimis. qm̄ ad superfluita
tem comedit. ardenter qm̄ nimi⁹ est appetitus. stu
diose. qm̄ exquisitas querit salsas: et huiusmodi istis
quinqꝫ modis soluitur ieiuniū. Sed querit cū multi *Alia q̄o incidens.*
pisces sint eque delicati vel magis q̄ carnes: cur p
misit ecclesia generaliter esum piscium et generalit p
hibuit esum carnium. Solutio. pro peccato ade non *Solutio.*

fuit aqua maledicta. ꝛ ideo nō phibet esus piscium qui
viuunt in aqua. sed terra fuit maledicta. et propt hoc
prohibetur generaliter esus carniū aīaliū que viuunt
Alia rō. in terra. et probat alia ratione qm̄ pisces sunt frigidi
generaliter. nec bene nutriūt nec incitant carnē ad li
bidinē. sed tot possent adiūgi piperate ꝙ equipolle
rent carnibus et sic posset solui ieiunium.

¶ De continentia.
¶ Sextum capitulum.

Triplex cōtinentia DIcto de abstinentia dicendū est de cōtinentia q̄
similiter est abstinentia a coitu illicito. Est autē
triplex cōtinentia. cōiugalis. vidualis. virginalis. Cō
tinentia cōiugalis est abstinētia ab omni coitu illici
to. vidualis cōtinētia est abstinētia ab omī coitu post
fractionē corporis. virginalis cōtinētia est abstinētia
Prima q̄o huius capitl. ab omni coitu cū integritate carnis. Sed querit vtrū
coire moderate. s. cū debitis circūstantijs sit mot⁹ cō
Ar ꝙ sic. tinentie cōiugalis. Qd̄ videt q̄ eadē virt⁹ que in ꝯiu
gib⁹ moderat abstinētiā a coitu moderat etiā coitū: ḡ
eiusdē v̄tutis sūt abstinere a coitu qn̄ abstinēdū. ꝛ sic
de alijs circūstātijs. s; abstinere qn̄ abstinēdū ē a coi
tu est mot⁹ cōtinētie cōiugalis: ergo coire moderate
In oppo^m est motus ꝯtinētie ꝯiugalis. Cōtra. tale coire est red
dere debitū. sed omē reddere vnicuiqꝫ qd̄ suū est est
proprius motus iusticie. sed reddere debitū vxori ē
reddere ei qd̄ suū est: ḡ reddere debitū vxori est pro
Solutio. prius motus iusticie nō ergo ꝯtinētie. Solutio. sicut
dictū est supra ꝙ comedere tēperate motus est absti
nentie. ita dicimus hic ꝙ coire tēperate siue modera
te motus est cōtinētie cōiugalis. et sicut dictū est su
pra nō est incōueniens eūdē esse motū duarū virtutū
vnius vt elicientis alterius vt imperantis. vnde dici
mus ꝙ coire moderate est cōtinentie cōiugalis vt eli
cientis: iusticie vero vt imperantis. proprie autē dicit
motus aliquis meritorius illius virtutis esse q̄ ipm
elicit. vnde coire moderate proprie motus est cōtinē
tie nō iusticie. vnde hec est falsa. omne reddere vni
cuiqꝫ qd̄ suū est. est propꝰus motus iusticie nisi fiat vis
in appellatiōe. coire moderate scd̄m ꝙ dr̄ reddere de
bitū nomen habet a iusticia imperante non a iusticia
eliciente. vnde ppter hoc magis videtur esse iusticie
vnde hec exceptio. quecūqꝫ obiecta sunt supra de co
medere temperate possūt hic obijci de coitu mode
rato. et propter hoc ad presens supersedemus.

¶ De virginitate.
¶ Prima questio q̄ est scd̄a huius capituli.

SEquitur vt dicat de virginitate et primo vtrum
virginitas sit virtus. scd̄o de fructu ipsius. ter
tio vtrū fructus cētesimus sit duplex premiū. quarto
vtrū corrupte per violentiā debetur aureola. quito
de hac auctoritate hieronimi. Cū de⁹ possit omia nō
potest de corrupta facere incorruptā. sexto de hac au
ctoritate apostoli in p̄ma epl̄a ad cori. vij. volo omēs
esse sicut meipsū. septimo ꝙ temperantia in omībus
sensibus debet obseruari.
Ar primo. PRobatur ꝙ virginitas sit v̄tus. sic: illi siue eius
motui debet fructus centesimus et sic p̄miū cē
tesimū. sed non debet p̄miū centesimū nisi virtuti vt
motui v̄tutis: ḡ v̄ginitas est v̄tus vel motus virtutis
In oppo^m et constat ꝙ nō est motus virtutis: ergo est virt⁹. Cō
tra. augustinus dr̄ et si cōtinentia in cōiugio nō serue
tur de damnatione nō timet: ergo licet non seruetur
continētia in cōiugio: tn̄ nō peccatur. at sine cōtinen
tia coniuges saluari possunt: ergo continentia nō est
virtus: ergo nec virginitas. est enī virginitas sub cō
tinentia. Item apo. in prima epistola ad cori. vij. Si *Secundo.*
virgo nubat non peccat. sit ergo ꝙ nubat et cogno
scatur a viro suo: et sit ita ꝙ non peccauerit. inde sic.
Quācunqꝫ virtutē habuit ista habet modo: sed pri⁹
habuit virginitatem. ergo et modo habet eā: sed cō
stat hoc esse falsum cū prius eēt virgo et modo non
sit. ergo virginitas non est virtus. Item. habet vnā *Tertio.*
virtutem. s. caritatē. sit ita: et tn̄ cognita ē a viro suo.
ergo habet oēs virtutes: sed non habet virginitateꝫ
ergo virginitas non est virtus. Item. omēs virtutes *Quarto*
sunt pares. ḡ crescente vna crescunt oēs alie: crescat
ergo caritas in hac: ḡ virginitas crescit. ḡ ista habet
maiorem virginitatem q̄ prius: et hoc falsū. Solu *Solutio.*
tio. hoc nomē virginitas multipliciter dr̄. quādoqꝫ *v̄gītas capitur multipliciter*
dr̄ mundicia corporis siue integritas carnis: secundū
ꝙ dicitur fatue virgines non sūpserunt oleū. et dicū
tur fatue virgines que seruant integritatem carnis
propter inanē gloriā vel propter aliqd̄ lucrū tempo
rale. quādoqꝫ dicitur virginitas oīmoda continētia
siue corporis siue mentis secundū qd̄ dicit apostolus
Despondi vos vni viro virginē castam exhibere cri
sto. hoc modo ecclesia est virgo que parit deo filios
spiritualiter: et tn̄ manet virgo post partum ad simi
litudinē beate marie. Tertio mō dr̄ virginitas omni
moda abstinentia coitus cum integritate carnis ꝛ sic
est virtus et ē idem qd̄ cōtinētia: sed importat qd̄dā
accidens. s. integritatem carnis que non ē de essētia
virtutis: tn̄ ē accidentalis perfectio virginitatis secū
dum ꝙ virginitas. Similiter cōtinētia qn̄qꝫ dr̄ oīmo
da abstinētia a coitu ꝛ sic ē virtus: īportat tn̄ qd̄dā ac
cidens quod nō est de essētia virtutis. s. vniuersalita
tem q̄ importatur p hāc dictionē oīmoda que vniuer
salitas nō est de essētia virtutis et gratia illius accidē
tis. dicit augu. Cōtinētia nō seruari in opere cōiuga *Augustin⁹ per hoc ad primum.*
li: tn̄ ipsa essentia virtutis. sed destruit accidēs. s. ite
gritas carnis. Et sic patet solutio ad primum. Ad se
cundū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. Quā *Ad scd̄m*
cūqꝫ virtutem habuit ꝛc. Dicitur enī amittere virgi
nitatem nō quo ad essentiā: sed quo ad accidēs et est
fallatia ex mutatione p̄dicati: vel etiā fallatia accidē *Fallā figure dictiōis vel accidēt*
tis. Instātia. micalus music⁹ corrūpitur et null⁹ hō
corrumpitur: ḡ mi. musi. nō est homo. Ad tertiū dici
mus ꝙ hec argumētatio nō valet. Hec mulier habꝫ *Ad tertiū.*
oēs virtutes: intellige ī specie. ergo habet virgini
tatem. fallatia accidētis propter accidēs qd̄ impor
tat hoc nomē virginitas. Ad vltimū dicimus ꝙ hec
argumentatio nō valet. virginitas crescit ī ista: ergo *Ad vltimū*
hec est magis virgo q̄ prius: qm̄ in prima hoc verbū
crescit importat crementū quo ad essentiam. in con
clusione hec dictio magis significat intensionē respe
ctu integritatis corporis que non potest intendi vel
remitti: etiam secundum ꝙ est in subiecto. vn̄ potest
nullo modo vere dici. hec est magis ītegra q̄ illa.

¶ De fructu virginitatis.
¶ Secunda questio huius capituli.

QUeritur de fructu virginitatis. Sed prius no
tandū est ꝙ triplex distinguitur: fruct⁹. s. trice
simus qui est coniugatorū quibus sufficit iplere ope *triplex fructus.*
ra decalogi in fide trinitatis: tricesimus enī numer⁹
fit ex terciano ducto in denariū. secūdus ē sexagena

rius qui est viduarū q̃re dn̄t h̄re o͞pa perfectiōis.qm̄
et si licet cōiugatis thesaurizare.propter filios tamē
illud nō licʒ viduis.ꝛ multa huiusmodi habemꝰ.aut
fit ex senario ducto in denariū.senarius autē ꝑfectio=
nem significat.qꝛ deus impleuit opus suū sex diebus
ꝛ septima requieuit.Itē centesimus fructꝰ q̄ ē fructꝰ
virginū predicatorū martyrū qui debēt habere maio
rem perfectionē.ꝛ ob hoc assignaꝛ eis cētesimus qui
transit ad dexterā a leua.Et nota ꝙ virginibus debe
tur centesimus fructꝰ. qm̄ v͛gines angelicā vitā h̄nt
Arg̃ primo. que significaꝛ per cētenariū. Primo ergo sic obijciꝛ
demonstreꝛ aliqua que nupsit v͛go et est cognita a vi
ro nec amisit caritatē quā prius habuit: sed tantam
habet vel ampliorē.inde sic.quantācūqꝫ caritatē ha=
buit prius habet modo.ergo quātūcūqꝫ premiū prius
debebatur ei debetur et modo.sed prius debebatur
In oppoᵐ ei fructus centesimus:ergo ꝛ modo.Cōtra.ꝯiugata
Scd̄o ꝑ au est:ergo nō debetur ei nisi tricesimus. Itē augustinꝰ
Ar ꝙ ſic videtur ꝙ ſic. qm̃ per extremã neceſſitatẽ factꝰ eſt iſte
In oppoᵐ denarius huius pauperis: g̃ tenetur ei dare. Contra.
Uouit illũ ſacerdoti. ſed preceptũ eſt prius votũ red
dere: ergo niſi reddat peccat mortaliter. ⁊ ita non te
Solutio. net̃ dare iſti pauperi. Solutio. Maior obligatio ſol
uit minorẽ. Maior obligatio eſt ad dandum iſti q̃ ſa
Prima cã cerdoti duplici de cauſa. Prima eſt: q2 magĩ vergit
ad pietatẽ ꝑ quaꝫ maxime aſſimilamur deo dare ibi
Scða cã. q̃ dare ſacerdoti. Scða cauſa ẽ. qm̃ ad dãdũ iſti obli
gatus eſt iſte ex natura ſiue ex precepto nature. ſed
ad dandũ iſti ſacerdoti obligatur tantũ ex voluntate.
quoniã volũtarie vouit. Dicimus igitur ꝙ in hoc ca-
Alia q̃o ex ſu non tenetur dare iſtuꝫ denariũ ſacerdoti. Item. ſi
caſu. aliquis in extrema neceſſitate poſitus videt panẽ ſu-
per ſtallum. queritur vtrũ liceat ſibi accipere. Uide- Ar ꝙ non.
tur ꝙ non. quoniã ſi accipit cõtractat rem a.r.d. ergo
committit furtum: ergo peccat mortaliter. Contra. In oppoᵐ
Ipe eſt in extrema neceſſitate: ergo ſunt ei cõmunia:
ergo poteſt accipere panem iſtũ tanq̃ ſuum: ergo nõ
peccat accipiendo. Item. dauid comedit panes pro- Secundo.
poſitionis quos non licebat edere niſi ſolis ſacerdo-
tibus. et non peccauit. qm̃ neceſſitas maior nulla eſt
extrema. g̃ neceſſitas excuſat iſtũ a furto vel rapina.
ergo non peccat accipiendo. Itẽ. dñs excuſauit diſci Tertio.
pulos ſuos vellentes ſpicas in die ſabbati propter ar
ticulum neceſſitatis. ergo ſi in veteri lege licebat ſine
peccato accipere rem alienã in articulo neceſſitat̃. cũ
maior ſit libertas in noua lege licet accipere rẽ alie-
nam in articulo neceſſitatis. ergo iſte non peccat acci
piendo panẽ. Quod concedimus. nec valet hec argu Solutõ ad
mentatio. Iſte accipit rem alienã: ergo cõmittit fur- primũ.
tum vel rapinam. quoniã res iſta nõ eſt pure aliena:
ideo cum accipit eam efficitur ſua in articulo neceſſi-
tatis. Item. dicimus de omibus qui habẽt depoſita Nõ diligẽt
penes ſe: et de illis qui gerunt negocia aliorum. qm̃
in extrema neceſſitate licet dare depoſitum indigen-
tibus ſi non habent propria vnde ſuſtẽtent eos ⁊ ab-
ſoluti ſunt nec tenentur ad reddendum. excuſantur
enim per preceptũ nature. Similiter illi qui gerunt
res aliorũ in extrema neceſſitate tenent̃ ea dare ſi nõ
habẽt proprias nec tenent̃ ad reſtitutionẽ in hoc ca-
ſu. ſed citra extremã neceſſitatem non licet depoſitũ
dare. vnde ſi aliquis ſeruauerit diu depoſitũ alicuius
qui iuit vltra mare et dꝛ cõmuniter ꝙ mortuus ẽ: ſi
ille q̃ habet depoſitũ conſilio eccleſie ipſũ diſtribuit
pauperibus: et poſt redeat qui depoſuit tenetur ei
reddere. etiã eccleſia teneretur ei reddere ſi apud eã
depoſuiſſet ille.

De elemoſina q̃ fit per manũ alterius.

Ultima queſtio huius capituli.

A D vltimũ q̃ritur de elemoſina q̃ fit per manũ
alterius. ponatur ꝙ aliquis ſacerdos iniũxit
alicui dño dare. xx. ſol̃. et ille precipiat ſeruo ſuo da-
re et ſeruus dat illos pauperibus. xx. ſol̃. ſed cũ mur
mure et rancore ⁊ mala voluntate. queritur vtrum
hec datio ſit meritoria dño. videtur ꝙ non. quoniam Ar ꝙ non.
hoc ẽ mortale peccatum: ergo ſimpliciter eſt deme-
ritoria. g̃ nulli ẽ meritoria. Si cõceditur. Cõtra. hec In oppoᵐ
actio procedit ab imperio dñi et dñs imperat ex cari
tate: g̃ hec actio procedit ex caritate. ergo ẽ merito-
ria illi a cuius caritate procedit. Item. iniunctũ ẽ iſti Scðo.
vt det. xx. vt ſatiſfaciat pro peccatis: et iſte dat quod
ſibi iniunctũ ẽ. qm̃ ille facit cuiꝰ auctoritate fit et ex
caritate: g̃ ſatiſfacit: g̃ hec actio ẽ ei ſatiſfactoria. g̃ eſt
ei meritoria. Item. ſi nõ ſatiſfacit: g̃ adhuc tenet̃ ſa- Tertio.
tiſfacere: et ſi tantũ daret per manũ ſerui adhuc for-
te non ſatiſfaceret. igitur ſtulti ſunt omnes diuites
qui per manum aliorum dant res ſuas. Item. ſenna Quarto
cherib dictus ẽ baculus: quoniã dominus per iſtum
percutiebat iudeos. g̃ illa percuſſio actio procedebat a
deo et a ſennacherib. inquãtũ procedebat a deo erat
bona. inquãtum a ſennacherib mala. Eadẽ ratione A ſimili.
hec actio inquantũ procedit a ſeruo ẽ demeritoria:
inquantum a dño meritoria. Qð concedit prepoſiti Opĩo ꝑpo
uus ponens exẽplũ de ſacerdote cui ſcti hoĩes diui- ſitiui.
tes dicũt ꝙ celebret. ipe autem celebrat et conſecrat

cupiditate pecunie tantũ. dicit prepositiu⁹ ꝙ hec con
secratio est demeritoria sacerdoti et meritoria alijs.
Similiter in ꝓposito casu dicebat ꝙ hec actio est de=
meritoria seruo ⁊ meritoria dño. ⁊ nõ valet hec argu
Ad rõnem mentatio. Hec actio est demeritoria: ergo nulli ẽ me
diceret ille ritoria. Est enĩ meritoria ⁊ demeritoria scd̃z diuersa.
Hec solutio plana est q̃tũ ad eos qui dicũt ꝙ omnis
Scd̃z alios actio est a deo. sed scd̃m illos qui dicũt ꝙ mala actio
est ab hoĩe vel a diabolo in qua nichil facit de⁹. dicẽ=
dum ꝙ hec actio nulli est meritoria. nec dño nec ser=
uo: nec etiã satisfactoria. tñ deus satisfacit nõ ratione
dationis actionis: sed ratione ipius dati vel rõne ipi⁹
passionis. qm̃ istius actio displicuit: passio grata fuit.
ꝯ hãc solu= Sed contra hanc solutionẽ obicit. qm̃ si ipm datũ sa
tionem. tisfacit pro eo: sed ipm datũ est pecunia. Sit ita. aut
igit ipm datũ satisfacit inq̃tum pecunia: aut propter
dationẽ passionẽ. Si inq̃tum pecunia: g̃ siue daretur
siue nõ daret esset satisfactoria. ⁊ hoc falsũ. Si ꝓpter
dationẽ passionẽ. Cõtra. Passionib⁹ nõ meremur: g̃
propter illã passionẽ nõ est meritoriũ ipm datũ: ergo
Secundo. nec satisfactoriũ. Item. actio ex qua ꝓcedit imediate
passio illa est demeritoria: g̃ passio illa nõ est merito=
Euasio. ria: ergo nec satisfactoria. Forte dicit ꝙ ipm datũ nõ
dicitur satisfactoriũ gr̃a meriti: sed gr̃a recõpensatio=
ꝯ hãc ar. nis. Sed contra hoc est quod dr̃ in euãgelio. Quid
prodest hoĩ si vniuersũ mundũ lucret: aĩe vero sue de
trimẽtũ patiat: aut quã dabit hõ cõmutationẽ ꝓ aĩa
sua: g̃ si in aĩa remanet aliqd̃ vestigiũ pctĩ. s. debitum
alicuius pene nõ absoluitur per aliquã cõmutationẽ
vel recompensationem nisi motu proprio moueatur
Secundo. Preterea. si dñs daret illam pecuniã sua propria ma
nu non satisfaceret nisi actione. quoniam non sunt isti
due satisfactiones: cum nõ det nisi tantam pecuniam
quantam iniũxerit et sacerdos: ergo ipm datum non
Solutio. satisfacit. qd̃ concedimus. Potest autẽ solui neutri
opinioni derogando. s. nec ei que dicit ꝙ omis actio
est a deo. nec ei que dicit ꝙ non omnis. Dicimus igit
ꝙ si deus precipiat dari tantã pecuniã et nichil omit=
tat de his que pertinent ad preceptum: satisfacit ipo
precepto. tunc autẽ satisfacit: nichil omittit de contin
gentibus. quoniã precepit seruo quẽ credit esse fide=
lem dispensatorẽ. ⁊ cum postea inquirit vtrũ dederit
et quo tempore et quibus dederit. Actio ergo serui
qui est in mortali pctõ non est satisfactoria dño. sed
actus precipiẽdi. i. perfecta preceptio nichil omittẽs
de contingentibus inq̃tum talis: satisfactoria est. ta=
men si dñs daret ꝓpria manu vtilius esset ei. quoniã
excitaretur deuotio sua. ⁊ pauper accipiens elemosi
nam expressius ⁊ deuoti⁹ oraret pro ipso. Unde facta
per manũ propriã non solũ est meritoria vite eterne
et dimissionis pene: sed et augmenti gr̃e potest esse
meritoria. Item. ponatur ꝙ dñs sit in caritate quan=
do precepit dare elemosinã: ⁊ seru⁹ in caritate quãdo
datur elemosina. sed dominus non sit tũc in caritate.
Alia q̃o ex queritur vtrũ hec datio sit meritoria dño. videtur ꝙ
casu. sic. qm̃ ꝓcedit a caritate serui ⁊ caritate dñi. qm̃ seru⁹
Ar ꝙ sic. dat ex precepto dñi. et preceptũ istud fuit ex carita=
te: g̃ illa actio est meritoria dño cũ sit ex caritate ip=
In oppo^m sius. Contra. Ipe est in mortali peccato: ergo nichil
meretur illa actione: ergo illa non est meritoria. Si=
Ali⁹ casus. militer si dominus sit in mortali peccato quando pre
cipit ⁊ in caritate quando datur. queritur vtrum illa
Ar ꝙ non. actio sit ei meritoria. videtur ꝙ non. quoniã nõ pro=
Ar ꝙ sic. cedit a caritate eius. Econtra videtur ꝙ sic. quoniam

seruus qui dat est in caritate: ⁊ dat pro domino suo q̃
est in caritate: ⁊ ratam habet dationẽ. ergo est ei me=
ritoria. Solutio. Ista actio nõ est meritoria nisi dñs *Solutio.*
sit in caritate ⁊ in tempore preceptionis ⁊ in tempo=
re dationis. quoniã ad hoc ꝙ sit ei meritoria oportet
ꝙ moueatur actu ex caritate nec paratus est moueri
Unde nõ est verum ꝙ datio illa sit a caritate domini
cum non sit in statu caritatis in tempore preceptõnis
et tempore dationis. Et est simile de alio qui propo=
suit ex caritate dare quattuor denarios et dat primo
vnum cuz mouetur ex caritate. postea successiue dat
alios cogitando de alio q̃ de deo. Omnes iste dati=
ones sunt meritorie si maneat caritas: quia sunt ex
eodem imperio caritatis. quoniam paratus est mo=
ueri ex caritate. Sed si durante datione non maneat *Ali⁹ casus.*
caritas illa datio nõ est meritoria. Similiter dicimus
in predicto casu. tamen intelligendũ est: quia cum di
citur actio serui qui est in caritate facta pro dño vel vi
ce dñi q̃ est ĩ mortali nõ ẽ meritoria dño inq̃tũ hmõi
itelligi dz q̃tũ ad vitã etnã et q̃tũ ad dimissionẽ pene
Sz q̃tũ ad habẽdũ gr̃am põt eẽ meritoria. qm̃ aliq̃s *Quõ aliq̃s*
potest mereri alij primã gratiam ⁊ hoc per tria: scilz *meret alij*
per orationẽ/per elemosinã/per consecrationẽ. quo= *ꝑmã gr̃am*
niam sacerdos impetrat augmentum gratie eis qui
intersunt diuinis officijs si habent gratiã. et si nõ ha
bent meretur eis semper primã gratiam: nisi ipsi re=
pugnant. Item. seruus existens in caritate dño nesci *Alia q̃o ex*
ente dat elemosinã vice dñi sui: et tunc dñs est ĩ mor= *casu.*
tali. postea reuelat ei qm̃ dñs est in caritate: et dñs ra
tam habet dationẽ et gaudet. queritur vtrũ illa do=
natio fuit meritoria dño. videt ꝙ nõ. quoniã erat in *Ar ꝙ non.*
mortali peccato: quando seruus dabat. ergo ꝑ predi
cta non erat ei meritoria. Contra. donatio illa retro
trahitur et mandato comparatur et dñs habet ratã
dationem illam. ergo idem est acsi dñs preciperet.
sed si dñs preciperet istud quãdo ratũ habet mere=
retur. ergo datio illa fuit meritoria ei. Ad hoc dicũt *Solutõ ali*
quidam ꝙ non meretur illa actione. Qd̃ obicitur ꝙ *quorum.*
datio retro trahitur. intelligitur quantum ad repe= *Ad argumẽ*
titionem: quoniam dominus nõ potest repetere am= *tum.*
plius a seruo: cũ ratũ habeat. Sed contra. voluntas *Itez ꝯ hoc*
quam modo habet adeo progressiua est ꝙ si habe= *arguitur.*
ret quod datum est modo daret: ergo idẽ est acsi mo
do daret. ergo datio illa fuit ei meritoria per volun
tatem quam modo habet vel modo est ei meritoria
Quod concedim⁹. quoniã reputatur ei acsi ipe fecis *Solutio.*
set: ex quo simpliciter voluntas est progressiua. i. tã=
ta ꝙ progrederetur in actum si non esset facta.

¶ De specie iusticie.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de illa specie iusticie per quam homo fa=
cit quod debet inferioribus. s. de elemosina.
sequitur de specie iusticie per quam facit homo qd̃
debet superioribus: scilicet de obedientia. Primo
de essentia obedientie. Secundo an fructus vel virt⁹
sit obedientia. Tertio an habeat aliquid de suo: et
an sit species specialissima. Quarto in quibus obe=
diendum prelatis: in quibus non.

¶ De peccato.
¶ Prima questio vtrum
obedientia sit virtus specialis.

Ar per am Circa primũ sic obicit. Ambrosi⁹ sic diffinit pec=
brosium. catum. peccatũ est priuatio legis diuine et cele=
stium inobedientia mandatorũ. ergo si vera est diffi=
nitio ꝯuenit cuilibet peccato: g̃ oẽ pctm̃ est inobediẽ
tia. ergo a cõtrarijs omnis ṽtus est obediẽtia: g̃ obe
Secundo. dientia nõ est virtus specialis. Itẽ materia circa quã
est obediẽtia est generalis ad materias omniũ virtu=
tum. motu enĩ cuiuslibet virtutis implet mandatũ:
et obedientia est ad implendũ mãdatũ: ergo obediẽ
Tertio. tia est generalis virtus. Itẽ si obedientia est specia
lis virtus habet specialẽ motũ. querit q̃s sit ille spe=
cialis motus. si implere qd̃ p̃cipit. sed hoc fit quali=
In oppo^m bet ṽtute: g̃ q̃libet virt⁹ est obediẽtia. qr p̃cipit. Con
tra. aliquis potest diligere deũ sup omnia quia p̃ci=
pitur. facit ergo qd̃ precipit qr precipitur: ergo hu=
ius motus est ꝓprius motus obedientie. et hoc fal=
sum. qm̃ caritatis est proprie diligere deũ propter se
Solutio. et super omnia. Solutio. dicimus ꝙ vno modo obe
dientia est generalis virtus. alio modo specialis. ge
neralis secundũ ꝙ eius motus est implere mandatũ
sũpto cõmunit mãdato ad precepta ⁊ prohibitiões.
et hoc modo quodlibet peccatũ est inobedientia. et
sic sumit ambrosius inobedientiã in diffinitione pec
cati. specialis aũt est scd̃m ꝙ eius mot⁹ est velle ĩple
re mandatũ. quia hui⁹ motus nullius virtutis est nisi
obediẽtie. ille autẽ motus velle implere mãdatũ est
per hoc ad motus interior. vñ dicimus ꝙ obedientia secundũ ꝙ
primum et est specialis virtus motũ habet propriũ interiorẽ: sz
tertiũ. non habet motũ propriũ exteriorẽ. et sic patet solu=
Ad scd̃m. tio ad primo et tertio obiectũ. Ad secundũ dicimus
ꝙ hec argumẽtatio nõ valz. materia circa quã ẽ obe=
dientia est generalis: ergo obedientia est generalis.
instantia. gen⁹ est cõmune ad speciẽ: g̃ scientia gene=
ris est cõmunis ad scientiam speciei.

¶ Qualis virtus sit obedientia.
¶ Secunda questio huius capituli.

Ar ꝙ sit Qualis virtus sit obedientia. videt ꝙ sit theolo=
theologica gica. qm̃ eius motus est imediate in deũ. qd̃ pz
cũ dicit iste obedit deo. quoniã talis motus est ime=
diate in deũ. sicut cũ dicitur iste credit in deũ: iste dili
Secundo. git deũ. ergo obediẽtia est virtus theologica. Item
prius est velle ambulare q̃ ambulare. pri⁹ est velle
comedere q̃ comedere. ergo prius est velle implere
mandatũ q̃ implere mandatũ: ergo prius est imple=
re mandatũ de fide q̃ ipsũ credere. et prius est velle
implere mandatũ de dilectiõe dei q̃ diligere deum.
sed velle implere mãdatũ quodcũq3 siue de fide siue
de dilectione dei motus est obediẽtie proprius: ergo
prius est motus obedientie q̃ credere in deũ vel di=
ligere deũ: ergo motus obediẽtie prior est quolibet
motu alterius virtutis: ergo obediẽtia est prior qua
libet virtute. et hoc falsũ qm̃ fides dicitur esse prima
Solutio. Solutio. dicimus ꝙ secundũ ꝙ obediẽtia est virtus
specialis: nõ est ṽtus theologica nec motus ei⁹ ime=
diate ẽ in deũ. qd̃ patet si exponitur hec locutio: iste
obedit deo. est enim sensus. iste obedit deo. iste vult
per hoc ad implere mandatũ dei. patet ergo ꝙ motus obedien
primum. tie immediate nõ est ĩ deũ. sicut cũ dr̃ iste timet deũ.
motus timoris licet videat esse immediate in deũ: tñ
nõ. qr ẽ sensus iste timet deũ. iste timet separi a deo.
Ad scd̃m. Ad secundo obiectũ dicimus ꝙ non omnis voluntas
precedit suũ volitũ imo aliqd̃ volitũ est quod p̃cedit
siue voluntatem siue illud quod dulcedine sua nos

allicit ad se volendũ. sicut delectatio est adeo dulcis
⁊ suauis ꝙ ipa allicit hominẽ ad delectationẽ sui: qm̃
diligimus ipsã dilectionẽ. vnde velle diligere deum
non ẽ prius q̃ diligere deũ: imo econuerso. et sic pa=
tet ꝙ obedientia non est prior qualibet virtute: quo
niã nec motus eius prior est motu cuiuslibet virtutis
immo motus fidei prior est: et ex dulcedine que est
motu fidei et in motu caritatis perfecte vult hõ face
re mandatũ dei. Item augu. dicit. ꝙ seruitia quãto= *Iterũ ar.*
magis indebita tantomagis gratiora. ergo quanto=
magis debita tantominus grata. sed seruitia obe=
dientie magis sunt debita q̃ seruitia aliarũ virtutũ.
quod patet: qm̃ obedientia respicit preceptũ inquan
tum preceptum. g̃ seruitia obedientie min⁹ sũt gra=
ta q̃ seruitia aliarũ virtutum: g̃ minus meritoria. ꝓ=
pter quid igitur adeo laudatur obediẽtia ĩ sacra scri
ptura. et propter quid dicit apo. ꝙ per vni⁹ obedien
tiã iusti constituuntur multi? Item. seruitia obediẽ= *Ad idẽ ar.*
tie pure debita sunt: ergo non sunt meritoria. hoc ꝓ
batur ꝑ similitudinẽ: qm̃ si miles terrenus seruiat re
gi terreno ex debito tm̃: nichil meretur apud ipsuz.
pari ratione. si aliquis seruit regi celesti pure ex de=
bito non meretur aliquid apud ipsũ: et ita mot⁹ obe
dientie non est motus meritorius. g̃ obedientia non
est virtus. Solutio. quelibet virtus ẽ meritoria quã *Solutio.*
tum ad motum suũ duabus de causis. Prima est qr *Prima cã*
quelibet virtus leuat se supra se: siue subiectũ suum
supra se leuat: sicut dr̃ in iheremia. Leuabit se supra
se. qm̃ fide magis credimus deo q̃ nobis: ⁊ spe ma=
gis speramus in deo q̃ in nobis: caritate magis dili=
gimus deũ q̃ nosipsos. Quia igitur quelibet virt⁹
leuat subiectũ suum supra se: ideo dicitur meritoria:
Alia ratio est. qr qualibet virtute seruim⁹ deo gratis *Scd̃a cã.*
s. propter seipsũ tm̃: et iste due cause cõmunes oĩbus
virtutibus sunt in obedientia. et preter istas duas
habet alias duas sibi proprias. Quaꝝ pria ẽ. ꝙ ĩ obe *Prima.*
dientia mactatur propria voluntas. Secũda. ꝙ per *Secunda.*
obedientiã confirmamus expresse voluntatẽ nr̃az vo
luntati diuine per se et proprie: qm̃ eo ipo ꝙ volo fa
cere mandatũ dei quo ad executionẽ mandati dei: vo
lo conformare voluntatẽ meã volũtati diuine. cri=
stus enĩ fuit obediẽs patri vsq3 ad mortẽ. per hoc pz
ꝙ seruitia obedientie sunt meritoria. Ad primũ. dici *Ad primũ*
mus ꝙ cum dr̃ seruitia quãtomagis indebita ⁊c. nõ
cõparantur opera virtutum secundũ ꝙ sunt in prece
pto operibus virtutum secundũ ꝙ sunt in consilio. ⁊
sine dubio opera consilij gratiora sunt: q̃ opera p̃ce=
pti. et sic patet solutio ad p̃mũ. Ad secũdũ dr̃ ꝙ ope *Ad scd̃m.*
ra obedientie pure debita sunt: ⁊ tñ meritoria. nec
est simile de rege terreno et rege celesti. qm̃ qui ser=
uit regi terreno ex debito seruit ei tm̃ propter feodũ
quẽ tenet de rege. sed qui obedit deo nõ seruit re=
gi celesti propter feodũ. s. propter corpus et animaz
que habet a rege celesti: sed seruit ei gratis. s. tantuz
propter deũ. Preterea. rex terrenus non est ita libe *Alia ratio.*
ralis sẽper ꝙ remuneret seruitia sibi debita. sed rex
celestis adeo liberalis ẽ ꝙ remunerat sibi debita. et iõ
sec⁹ ẽ de seruitijs q̃ debentur regi terreno et de serui
tijs que debentur regi celesti duabus de causis pre=
dictis. Item. dixit samuel ad saul. Melior est obediẽ
tia q̃ victima: et auscultare magis q̃ offerre adipem
arietum. qm̃ quasi peccatũ ariolandi est repugnare et
quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. ĩ hac aucto=
ritate ꝯparat inobedientia idolatrie. Sed obijcitur *ꝯ hoc ar.*

Peccatū idolatrie ē maximū peccatū. qm̄ īfidelitas
Augustin⁹ est petm̄ quo retento cetera retinētur vt dicit augu=
stinus. vn̄ dicitur antonomasice petm̄ in euangelio io
hannis. si nō venissem et locutus eis nō fuissē peccatū
nō haberēt. s. peccatū infidelitatis. ergo inobediētia
nō est cōparabilis petō infidelitatis: ergo male assimi
latur inobedientia in predicta auctoritate petō infide
Secundo. litatis vel idolatrie. Jtē quāto aliqd̄ opus virtutis
difficili⁹ ē: tāto ei⁹ oppositū min⁹ malū. s; op⁹ obediē
tie difficillimū ē: ḡ op⁹ īobediētie min⁹ malū: ḡ male
Tertio. comparat̄ inobedientia petō idolatrie. Jtē cū dicit̄
melior est obedientia q̄ victima. sic ꝯparat̄ opus obe
diētie operi victime. aut igitur fit cōparatio scd̄m q̄
vtrūq; opus est formatū: aut scd̄m q̄ vtrūq; informe
aut secundū q̄ alterū formatū reliquū informe. si pri
mo modo: ergo vtrūq; eque meritoriū est: ergo eq̄
bonū. nō ergo vnū melius alio. similis est obiectio si
vtrūq; informe. si opus obedientie formatū et opus
victime informe. Similit̄ potest dici q̄ melior est vi=
ctima q̄ obedientia. si opus victime sit formatum et
Solutō ad primum. opus inobedientie informe. Solutio. ad primū dici
mus q̄ in detestatione inobediētie cōparat̄ inobediē
tia peccato idolatrie sicut mos est in sacra scriptura.
vnde in detestatione luxurie dicit apostolus. fornica
tores et adulteros iudicabit de⁹. tamē multos alios
ꝯ hoc p gregorium. iudicabit grauius et puniet. Sed contra. gregorius
plane dicit q̄ inobedientia cōparat̄ idolatrie. vt de
magnitudine peti ostendat̄ quid de laude obediētie
Solutio. sentiendū sit. Dicimus igit̄ q̄ inobedientia dr̄ esse si=
milis idolatrie. quoniā inobediens inquantū inobe=
diens respuit cultū dei cui ꝓprie debet̄ obediētia. vn̄
Ad rōnem in hoc assimilātur inobediens et idolatra. Ad illud
quod querit̄ vtrū fiat operū cōparatio. s. q̄ vtrūq; est
opus formatū. dicimus q̄ sic. nec valet hec argumen
tatio. sunt eque meritoria: ergo eque bona. qm̄ pos=
sunt esse eque meritoria vite eterne: nō tamē eque bo
na in genere. sicut ex equali caritate dare centū mar=
cas et dare vnū nūmū sunt eque meritoria vite eter=
Prima cā ne: tn̄ non sunt eque bona in genere. Est aūt obediē=
tia melior q̄ victima quattuor de causis. prima ē qm̄
in obedientia mactat̄ propria caro in victima aliena
Scd̄a cā. Secunda est quoniā opus obedientie est spirituale.
opus victime carnale. vn̄ opus obediētie magis assi
Tertia cā. milat nos deo. Tertia causa est quia obediētia est p
Quarta cā petua victima tempalis. Quarta causa est sc; casū in
quo samuel dixit illd̄ qd̄ p̄ceptū erat saul vt nichil re
seruaret de p̄da amalech. ipse autē pinguissima ani=
malia reseruauit ad sacrificandū. illi sine dubio meli⁹
erat obedire q̄ cōtra preceptū sacrificare aīalia.

¶ Q; in moralibus nulla sit obedientia.
¶ Tertia questio huius capituli.

Ar̄ per gregorium. Sic obijcit̄. gregorius dicit in moralibus nulla
est obediētia que hab; aliquid de suo. sed obe
diētia Ysaie aliquid habuit de suo qm̄ voluit mitti.
inde anteq̄ mitteret̄ dixit. ecce ego mitte me. ḡ nul=
Jn oppo^m la fuit illa obediētia: ḡ nō fuit meritoria. Sed cōtra.
ipse nō iuisset nisi missus fuisset. impleuit ergo prece=
ptum. qr̄ ⁊ ex caritate. ergo habuit verā obedientiā
De obediētia moysi. Similiter obijcit̄ de obediētia moysi qui dixit. obse=
cro dn̄e mitte quē missurus es: nō sū eloquēs ab heri
et nudiustertius et ex quo locutus es ad seruū tuū
impeditioris et tardioris lingue sū. ḡ obediētia illa
habuit aliquid de suo: qm̄ ipse moyses nolebat mit=
ti. et sic videtur nulla fuisse illa obedientia. Eadē ob De hieremia.
iectio est de obediētia hieremie qui dixit. a. a. a. dn̄e
deus ⁊c. Jtem gregori⁹ videt̄ esse sibi contrarius q̄ Scd̄o p̄nci
dicit. nulla est obedientia que habet aliquid de suo. paliter post
Solutio. cu; dicitur nulla est obedientia que habet oppositum
de suo aliquid: intelligendū est ī aduersis in quibus Solutio.
cui īperatur inuitus ⁊ cū murmure et rancore īplet
preceptum: sine dubio tūc nō ē ibi meritū obediētie.
sicut sēper fuit in iudeis: qui tantū timore seruili im
plebant mandatum. sed in prosperis licet obediētiā
habere aliquid de suo. sicut in obedientia ysaie conti
git: qm̄ prosperū et bonū erat ire ad predicandū. vn̄= per hoc ad
de quasi suū erat velle ire. tn̄ fuit verus obediens qr̄ gregoriū.
iuit propter deū: et non iuisset nisi sibi preceptū fuis=
set. ī aliq̄bus ergo nulla ē obedientia que habet ali=
quid de suo: et in aliquibus aliqua ē obedientia que
habet aliquid de suo. ⁊ sic gregorius non ē cōtrari⁹
sibi. Ad illud qd̄ obicitur de moyse et hieremia. dici Ad illd̄ de
mus q̄ ipsi non recusabāt mitti aīo cōtradicendi: s; moyse.
ex sola humilitate ⁊ hoc bonū erat: nec constabat eis
deū esse perseueraturū in proposito mittendi. sed qm̄
consistit libenter ierūt. vnde illoꝝ obedientia nichil
habuit de suo. Sed videt̄ secundū hoc q̄ diuerse sint ꝯ hoc ar̄.
species obediētie: qm̄ aliqua obediētia habet aliqd
de suo aliqua nichil. ḡ aliqua obediētia habet aliqd
de sui essētia qd̄ nō habet alia. ḡ diuerse sūt species
obedientie. Jtem. diuerse sunt species pietatis. vna Secundo.
in deū que dr̄ theosebia: alia in proximu;. ḡ similiter
diuerse sunt species obediētie. vna qua tenet̄ hō obe
dire deo. alia qua tenetur obedire p̄lato. Jtē. diuer= Tertio.
se sunt species inobediētie. Quedā enim inobedien
tia ortū habet a superbia. sicut inobedientia eue qua
fuit inobediens comedēdo pomum vetitum. Que=
dam habet ortū ex amore proximi: sicut illa qua adā
fuit inobediens comedendo pomū vetitum ne cōtri
staret delitias suas: scilicet vxorē suam. Quedā ha=
bet ortum ex consideratione maioris boni. sicut illa
qua fuit saul inobediens reseruando pinguia anima
lia amalech ad immolandu; domino: iudicans illud
melius esse q̄ omnia interfici. quod erat ei precep=
tum. Quedā habet ortū a necessitate: sicut illa qua multiplex.
fuit inobediens ionathas comedendo mel fame co= iobediētia
gente. cu; saul precepisset q̄ nullus comederet ante
vesperam. igitur cum plures sint species inobedien=
tie: plures debēt esse species obediētie. Solutio. ad Solutō ad
primū dicimus q̄ hec argumentatio non valet. Ali= primum.
qua obedientia habet aliquid de suo qd̄ non h; alia.
ergo ⁊c. dicitur enī aliquid habere de suo propt̄ ali=
quid annexū vl̄ propter aliā causā: sicut contingebat
in iudeis qui tantum timore seruili īplebāt mādatū
Ad secundū dicimus q̄ diuerse sunt species pietatis Ad scd̄m.
qm̄ diuerse materie sunt. qm̄ propria materia pieta=
tis in deū que ē diuinus est sūma bonitas. Materia
vero pietatis que est in proximū. alia ē. s. mia proxi=
mi vel aliqd tale. Sed obediētia qua tenemur obe=
dire deo: et illa qua tenemur obedire prelato eandē
habent materiā. s. preceptū inquantum preceptū. et
ideo non est simile. Ad instantiā dicimus q̄ nō opor= Ad rationē
tet diuersas species obedientie esse: licet sint diuer= ꝯ hoc.
se cause inobedientie: qm̄ ex diuersis causis bene pro
uenit idē effectus. vn̄ dicim⁹ q̄ inobedientia species
est et habet vnū motū interiorē specialē. s. velle iple
re preceptū. dato tn̄ q̄ inobedientia habeat diuersas Aliter dr̄.
species: nō ideo sequit̄ q̄ obediētia habeat diuersas

species. qm̄ vna virtus specialis habet duo vicia spe=
cialia sibi opposita. vt patet in largitate q̄ hab; duo
vicia opposita. sc; auariciā et prodigalitatem.

¶ Quibus obediendū sit et quibus non.
¶ Quarta questio huius capituli.

Notandū. Queritur quibus obediendū sit et in quib⁹. No=
tandum q̄ obediendū est deo ⁊ prelatis ⁊ prin
Ar̄ primo. cipibus terrenis. Sed dubiū est in quibus precise te
Secundo. nemur obedire p̄latis. Similit̄ hic sic obicit̄. dn̄s dt
in euangelio Sup cathedrā moysi se. scri. et pha. oīa
quecūq; dixerint vobis facite: secūdū vero opera eoꝝ
nolite facere. Aut fit suppositio per hūc terminū que
cūq; pro preceptis dei tātū. aut pro illis et alijs. si tm̄
pro preceptis dei: sed ad ea tenemur siue prelati pre
cipiant siue nō. ergo similiter potuit dixisse quecūq;
dixerit vobis iste rustic⁹ facite. facta suppositiōe tm̄.
si pro preceptis dei ⁊ etiā pro quibusdā alijs q̄ ptinēt
ad cathedrā: sed ad cathedrā pertinet iniūgere peni
tentiā et dare consiliū ad emendationē vite. ergo si
episcopus p̄cipiat tibi vt intres claustrū vl̄ q̄ portes
ciliciū toto tempore vite tue teneris obedire ei ī hoc
Solutio. et hoc falsū. Solutio. obediendū est prelatis in oib⁹
duo ptinēt que ptinēt ad cathedrā. Sunt autē duo que ptinent
ad cathe= ad cathedrā in quibus omēs subditi tenent̄ obedire
dram. prelatis. s. in preceptis dei: et in p̄ceptiōe sacramētoꝝ
ecclesiasticoꝝ. qm̄ p̄latus fm̄ q̄ p̄lat⁹ tenet̄ exponere
p̄cepta diuina. Labia enī sacerdot; custodiūt sciētiā
Jn mala= ⁊ legē requirēt ex ore eius. sicut dicit̄ in malachia. de
chia. bet enī dispensare et distribuere subditis sacramēta
ecclesiastica. Jn his ergo duob⁹ quilib; subdit⁹ tene
tur obedire prelato claue non errante manifeste. qm̄
si prelatus iniūgat penitentiā que longe maior sit q̄
Alia perti= cōdigna: nō tenet̄ ei obedire. S; preter ista que dicta
nent ad ca= sunt in quibus prelato tenet̄ obedire subditus: sunt
thedram. quedā specialia in q̄bus minores prelati tenent̄ obe=
dire maiori prelato. sicut si episcop⁹ precipiat sacer=
doti q̄ excōmunicet istū. sacerdos tenet̄ obedire epi
q̄o ex casu. scopo. S; querit̄ posito q̄ episcopus p̄cipiat sacerdo
ti q̄ excōmunicet istū et sacerdos sciat istū esse inno=
centē et sciat q̄ episcopus excōmunicat istū odio tm̄.
querit̄ vtrū sacerdos in hoc casu tenet̄ obedire epo.
Ar̄ q̄ sic. videtur q̄ sic. quoniam sacerdotis nō est cognoscere
vtrū scientia superioris sit iusta vel non. qm̄ si posset
cognoscere semp posset dicere prius cognoscā vtrū
sentētia sit iusta vel iniusta. et sic periret humana te=
rarchia et humana obedientia. cum ergo sacerdotis
Jn oppo^m non sit cognoscere tenetur obedire episcopo. Sed
contra. casus decretalis est q̄ si aliquis sit cōiunctus
alicui per matrimonium de facto: si postea sciuerit
matrimoniū nullū esse licet hoc nō possit probari: si
mulier petat debitum a marito maritus nō debet ei
reddere cū sciat matrimoniū nullū eē. qm̄ coire cum
illa esset sibi tunc fornicari. et si ecclesia precipiat q̄
reddat nō tenet̄ obedire ecclesie: imo prius debet p=
mittere se excōmunicari. qm̄ ecclesia precipit ei malū
sc; fornicari. A simili cū episcopus p̄cipiat sacerdoti
Secundo. punire innocentē non tenet̄ ei obedire sacerdos. Jtē
sacerdos scit q̄ iniustum sit iustū excōmunicari: ⁊ scit
q̄ deus prohibet omne iniustū: ergo scit q̄ de⁹ prohi
bet contrariū. sed regula est q̄ cū duo superiores pre
cipiant cōtraria: maiori est obediēdū. ergo in hoc ca
Tertio. su sacerdos debet obedire deo et nō episcopo. Jtem
excōmunicare īnocentē malū est in se. ergo sacerdos
nō debet excōmunicare istū īnocentē. ḡ nō tenet̄ obe=
dire episcopo p̄cipiēti istud malū. Solutio. an̄q̄ sa= Solutio.
cerdos excōmunicet istū deb; intiare epo innocētiā
huius: s; si eps perseueret sine dubio sacerdos tene=
tur ei obedire. aliter periret obedientia humana. si=
cut dictum est. Et notandū q̄ hec est simplicit̄ vera:
iniustum est iustū excōmunicari. et hec vera simplicit̄:
iustū ē sacerdotē excōmunicare istum. iuste enī excō=
municat: qm̄ ex obedientia q̄ est species iusticie. Hec
aūt duplex. sacerdos iuste excōmunicat istum. qm̄ si Hec est du
aduerbiū determinet verbu; in cōparatione ad rem plex
nominatim: vera est. si in cōparatione ad rem accusa
tiui: falsa est. qm̄ is ē sensus. sacerdos excommunicat
istum ex meritis hui⁹. Ad obiecta. dicimus q̄ puni=
re innocentē est malū in se: sed non ē malū secundum
se. qm̄ bene potest fieri. sicut ipse deus punit innocen
tes qn̄q;. Submersit enī pueros sodomitarū q̄ erāt
innocentes cum patribus eoꝝ. et hoc bene ⁊ miseri
corditer. quoniā si diu vixissent: longe maiora suppli
cia meruissent. Per hoc patet solutio ad vltīo obie per hoc ad
ctum. Ad primū. dicimus q̄ non est simile de casu de vltimū.
cretalis: qm̄ ecclesia precipit ibi quiddā quod scd̄m Ad primū
se et in se ē malum. s. fornicari. sed epus non precipit
malum secundū se. Ad secundū dicimus q̄ nō valet Ad scd̄m.
hec argumentatio. Sacerdos scit q̄ iniustū ē iustum
excōmunicari: ḡ scit q̄ deus precipit contrariū. quo=
niā deus non precipit nec prohibet hoc. iiusticia vero
nō ē nisi respectu passionis. procedit ergo ac si iiusti=
cia eēt posita respectu sacerdotis. quod nō est verū.
Jtē. ponatur q̄ rex precipiat prefecto vel lictori suo Alia q̄o in
aliquē suspendere quē prepositus et lictor scit eē in= cidens.
nocentem. queritur vtrum tenetur in hoc casu obe=
dire regi. videtur q̄ sic: qm̄ eius non est cognoscere Ar̄ q̄ sic.
vtrum preceptū regis sit iustū vel iniustū. sicut pri⁹
dictum est de sacerdote. et occidere hominē non ē se
cundū se malum sicut nec excōicare: imo multis pro=
dest excōmunicari et occidi. ḡ tenetur obedire. Con Jn oppo^m
tra. preceptū est in prouerbijs. Erue eos qui ducunt̄
ad mortem. supple iniuste. ḡ si iste nō eruit: facit cō=
tra preceptum istud. ergo peccat mortaliter si obedi
at. ergo non tenetur obedire. Jtem. si tenetur obe= Secundo.
dire eadē ratione minores iudei tenebantur obedi=
re maioribus iudeis precipientibus occidere christū
quē maiores iudei dicebant esse destructorē legis. ḡ
minores iudei non peccauerunt occidendo christu;.
Si dicis minores iudei non erant subiecti maiorib⁹ Euasio.
quo ad puniendū rebelles legi. Contra. ponat̄ q̄ fue ꝯ hoc ar̄.
rint subiecti quo ad hoc. ergo non peccauerunt occi=
dendo christum: cum eoꝝ non eēt cognoscere vtrū
christus esset legis destructor. Solutio. dicimus si= Solutio.
cut prius dictū est de sacerdote. q̄ prepositus vel lic
tor debet facere quod in se est: vt iste innocens nō in=
terficiatur. sed si rex perseueret tenet̄ obedire. Qd̄ Similiter.
patet per simile. qm̄ si aliquis quē sacerdos suus scit
esse in mortali petit eucharistiā a suo sacerdote ī lo=
co priuato. non debet ei dare: quia scit q̄ peccat mor
taliter accipiēdo. sed si in loco publico corā tota par
rochia peteret: debet ei dare. quia si negaret quodā
modo esset proditor criminis et infringeret sigillum
confessionis. qd̄ nullo casu: nulla coactione infringē=
dum est. et hoc propter cōmunem vtilitatē. quia ho
mines timerent cōfiteri peccata sua: si licite posset in= Eodē mō ī
fringi sigillū confessionis. Eodēmodo in predicto ca ꝓposito.
su prepositus tenetur obedire regi propter cōmunē
vtilitatē. qm̄ sine subiectionibus et dn̄ationibus nō

Ad primũ. potest bono mõ regi genus humanũ. De eo qð obici
Ad illð de tur. Erue eos ꝛc. intelligẽdũ est si potest: ꝛ si non co=
iudeis. hercerisa maiori potestate. de minorib⁹ vero iudeis
dicitur ꝙ nõ tenebanꝭ obedire maioribus: imo tene=
bantur liberare christũ. audierãt eni rumores de po
testate diuina. s. ꝙ iesus resuscitauerat lazarũ et mul
ta alia miracula fecerat per que poterãt credere illũ
Alia q̃o in hominẽ esse deum. Sed posito ꝙ aliqui fuerint inter
cidens eos qui nichil sciuerũt de miraculis aut predicationi
bus eius: q̃riꝭ vtrũ illi peccauerint mortaliꝭ interficiẽ
Arꝭ ꝙ non. do christũ. videtur ꝙ nõ per predicta. Sed contra. in
terficiunt filiũ dei: dant ei alapas: cõspuũt ipsũ. ergo
Solutõ ali peccant. Ad hoc dicũt q̃dã ꝙ hec sola circunstãtia ꝙ
quorum. ille homo est fili⁹ dei facit ꝙ isti peccẽt. Sed obijciꝭ.
ꝯ hãc arꝭ. hec circũstãtia nõ põt cadere sub scientia eorũ q̃tũ in
ipsis est. ignorantia eorum inuincibilis est q̃tũ in ip=
sis est: ergo excusat eos a toto et tãto. nõ ergo ꝑ illã
Solutõ do circũstantiã peccant. Nos dicim⁹ ꝙ primo est impossi
ctoris. bilis: q̃m nullomodo ꝑmisisset fili⁹ dei: ꝙ iudei peni
tus ignorantes in eũ manus misissent. vñ in euange=
lio dicitꝭ. Nemo misit manũ in eũ: q: nondũ venit ho
ra eius et nõ placebat ei adhuc pati: quoniã oporte=
bat adhuc p̃dicari iudeis: vt inexcusabiles essent. pas
sus est itaq; quando voluit ꝛ crucifixus est q̃n voluit.
Alia q̃o in Itẽ ponaꝭ ꝙ prepositus p̃cipiat aliquẽ interfici inno
cidens. centẽ et hoc sciat vniuersus populus. queriꝭ vtrũ te=
Arꝭ ꝙ sic netur liberare eum. videtur ꝙ sic. q̃m preceptum est
Erue eos. ꝛc. cõstat ꝙ populus potest liberare eum:
In oppoᵐ ergo tenetur liberare eum. Contra. iste nõ teneꝭ li=
berare eũ. q̃m nõ potest: ꝫ nõ peccat non liberando.
similiter nec ille ꝛ sic de alijs. ergo nullus de populo
peccat nõ liberando. tamẽ populus peccat nõ liberã
do. ergo aliquod pctm̃ est in populo: ita ꝙ i nullo de
Solutio. populo. qð est impossibile. Solutio. si populus iste
non habeat rẽpublicã nec vniuersitatẽ cõmunẽ con=
stituat nõ teneꝭ liberare istũ: sed si habeat rẽpublicã
vel cõmunẽ teneꝭ liberare nisi coherceatur a maiori
potestate. et licet iste per se nõ tenetur liberare eũ tñ
iste teneꝭ colliberare et facere quod in se est: et si non
Alia q̃o in facit peccat mortaliter. Itẽ queritur. si rex precipiat
cidens populo expugnare aliquẽ ꝛ populus scit ꝙ ille est in
nocens ꝛ ꝙ rex ex odio tantũ precipit istũ expugnari.
Solutio ꝑ vtrũ teneꝭ ei obedire in hoc. Ad hoc distinguẽdi sũt
distinctiões diuersi casus. quoniã si iudicatũ est ab illis quorũ est
in regno iudicare. s. a patrib⁹ ꝙ iste debet expugnari
Alia q̃o in tunc teneꝭ populus obedire. si nõ: nõ teneꝭ. Itẽ que
cidens ritur. si capitulũ reuocet aliquẽ canonicũ q̃ est in sco
Solutio ꝑ lis: vtrũ teneatur obedire. Ad hoc distinguendũ est
distinctiões ꝙ si nõ sit de consuetudine ecclesie ꝙ fiat residẽtia in
Adhuc di= scolis: teneꝭ obedire vel prebendã dimittere. si vero
stinguendũ consuetudo sit ecclesie ꝙ fiat residentia in scolis ad=
Subdistin huc distinguendũ est vtrũ reuocetur pro cõmodo tẽ=
ctio. porali vꝭ spirituali. si pro tempali: nõ teneꝭ obedire.
si pro sp̃uali: adhuc distinguendũ est vtrũ timeat la=
psũ ille qui reuocaꝭ. q̃m si cõcanonici sui mali sint: cũ
ex ꝯuictu formenꝭ mores: si lapsũ timeat ex cõsortio
Subdistin eorũ nõ teneꝭ obedire. si autẽ nõ timeat lapsũ adhuc
ctio debet considerare vtrũ illud cõmodũ sp̃uale maius
sit pro quo reuocaꝭ: q̃ illud quod ꝯsequitur i scolis.
si sic: teneꝭ. si non: non.

¶ In quibus tenemur obedire deo.
¶ Aliud capitulum.

Uiso in quibus tenemur obedire prelatis et su
perioribus nostris: videndũ est in quibus tene
mur seruire deo. vtrũ scʒ tenemur obedire deo preci
pienti cõtra legẽ naturalẽ. quod videtur. quoniã de⁹
precepit abrahe vt immolaret filium. quod erat cõ=
tra legeʒ nature. abraham fuit paratus facere istud.
Circa questionẽ istã primo queritur. vtrũ hoc fuit p̃
ceptũ. Immola michi isaac ꝛc. Secũdo. quantũ po=
test extendi huiusmodi preceptum dei: qð sit contra
legem nature. Tertio. quid tenebatur facere abrahã
ex illo precepto.

¶ Utrum imola ꝛc. fuit preceptum.
¶ Prima questio huius capituli.

Queritur vtrũ hoc: immola ꝛc. fuit preceptum.
probatur ꝙ nõ. tam directe q̃ indirecte. indire=
cte sic. si fuit preceptum: aut deus volebat istud aut
non. Si sic. Contra. non fuit factum. ꝫ non volebat. Arꝭ ꝙ sic.
si non volebat et precepit istud. ergo aliud habuit in
ore: aliud in corde. ergo locutus est in ore et corde. ꝫ
fuit duplex. hoc aũt impossibile. ergo illud fuit pre=
ceptum. Item. si deus precepit illud et tñ non vole= Secundo.
bat. ergo habuit aliquid in ore: et non in corde. ergo
in illo fuit est: et non. ipse autẽ precipit in euangelio
Sit sermo vester ẽ est. nõ nõ. ergo si istud de immo=
latione isaac fuit preceptum: precepit ergo de⁹ con=
tra preceptum suũ qð ẽ in euangelio. qð est impossi=
bile. ergo istud non fuit preceptũ. Forte dicit ꝙ quã Euasio.
do deus precepit istud: q̃uis aliud habuit in ore ali=
ud in corde: tñ nõ fuit duplex. nec fuit in ipso ẽ. et nõ.
quoniam non precipiebat istud ad deceptionẽ. Sed ꝯ hãc arꝭ.
contra. si aliquis asserit oppositũ ei⁹ qð se credit esse
verũ: duplex ẽ. siue asserat istud ad deceptionem siue
nõ. eadem ratione. si deus precepit istud ad decepti=
onem: siue non. Item. preceptum est signũ volunta= Secundo.
tis diuine. sed non est signũ alicuius rei: nisi illius q̃
precipitur. ergo si deus precepit istud: voluit istð fie
ri. sed constat ꝙ non voluit istud fieri: ergo nõ prece
pit istud. Item. abrahã imolare filiũ suũ erat contra Ad idem.
legẽ nature: ergo erat malũ. sed deus nunq̃ precepit
malũ. ergo non precepit istud. Propꝭ hoc dicũt q̃dã Opĩo ali=
ꝙ non fuit preceptũ: sed forma precepti. Cõtra. super quorum.
istð euãgelij de ceco nato. Uide nemini dixeris. dicit ꝯ hanc arꝭ.
glosa. precipit taceri: quod tñ nõ potuit abscondi. ꝫ
precepit ibi deus aliquid: quod tñ nõ voluit. ꝫ cadẽ
ratione precepit isaac imolari: et tñ non voluit istud.
Si dicis ꝙ non est simile. q̃m tacere indifferens ẽ: sed Euasio.
imolare isaac est malũ. vnde non fuit preceptũ. Con= ꝯ hoc arꝭ.
tra. super istud ad hebre. Fide obtulit abrahã isaac.
dicit glosa. nõ erat contraria religio credentis: deuo
tioni operantis. promissionẽ tenebat pius pater i cor
de: q̃m oportebat ipleri in eo quem iusserat dñs oc
cidi. hoc expresse habetur ꝙ dñs precepit istud. Sed Euasio.
forte exponetur sic. iusserat. i. sub forma precepti pro
posuerat. Sed queritur. aut abraham ex illa forma ꝯ hanc arꝭ.
precepti tenebatur aliq̃d facere: aut nichil. Si aliq̃d
ergo sub illa forma erat aliquod preceptũ. si nichil:
ergo pro nichilo preparauit se ad istud. et tamẽ pro
nichilo tribus diebus iuit ad montem moria. Item. Secundo.
si non fuit preceptum: aut hoc est quia istud erat ma
lum: aut quia deus nonvoluit istud. Si q: malũ. Cõ=
tra. homines q̃nq; interficiuntur meritorie. dicitꝭ etiã
ꝙ quidã rex precepit suspendi propriũ filiũ: q: latro.
et istud non fuit malum. ergo eadẽ ratione abrahaʒ
potuit meritorie immolare filiũ. ergo non erat tale
malum propter quod nõ posset esse preceptũ. Si nõ
fuit preceptum: q̃m deus non voluit illud. Contra ꝯ aliud.

Dñi scienter ꝛ discrete p̃cipiũt aliq̃ seruiẽtib⁹ suis ad
ꝓbationẽ: q̃ tñ nolũt fieri. ideo q̃n vidẽt fuiẽtes suos
A simili. p̃parari ad faciẽdũ ea: reuocãt mãdatũ. Similiꝭ de⁹
potuit p̃cipere istud ad probationẽ: licʒ nollet istud
Solutio. fieri. nec tamen ꝑpter hoc fuit duplex. qð cõceditur.
Et nota ꝙ istud nõ fuit preceptũ ad executionẽ: imo
forma verborũ cõmunis fuit ad preceptũ qð est ad
probationẽ et preceptũ qð est ad executionẽ. ꝛ quia
Uoluit ꝙ sic cõmune fuit forma p̃cipiendi nonvoluit de⁹ abra=
p̃pararet se ham imolare filium suũ: sed voluit abraham imola=
ad imolan re filium: vel ꝙ prepararet se ad immolandum. vnde
dum. statim post preparationẽ reuocauit mandatũ. multa
tamen precepit deus ad executionẽ que nõ voluit fie
ri simpliciter: sed voluit quantũ in ipso est. sicut mul
ta bona et honesta precepit de iudeis: que tamẽ ipsi
non fecerũt. nec deus simplicitervoluit ea fieri: q̃m si
per hec ad simpliciter voluisset facta fuissent. Patet ꝫ ꝙ de⁹ nõ
rões. habuit aliud in corde: aliud i ore. cũ p̃ceptũ istud nõ
esset determinatũ ad executionẽ. vnde nõ fuit duplex
nec fuit in ipso est et nõ. et sic patʒ solutio ad duo pri
Ad tertiũ. mo obiecta. Ad tertio obiectũ dicimus ꝙ nõ est simi
le de assertione et preceptione. q̃m assertio determia
ta est ad vnũ tantũ: sed preceptio cõmuniter se habet
Ad q̃rtum ad probationẽ et executionẽ. Ad quartũ dicim⁹ ꝙ p̃=
ceptũ istud fuit signũ voluntatis diuine. nõ qua vo=
luit abrahã imolare filiũ: sed qua voluit abrahã imo
lare vel preparare ad imolandũ. vñ hec cõditionalis
est falsa. si deus p̃cepit istud: voluit istud. quoniã nõ
Ad vltimũ precepit ad executionẽ. Ad vltimo obiectũ dicimus
ꝙ abrahã imolare filiũ est malũ in se: sed nõ secundũ
se. et dicitur malũ in se qð nulla circũstãtia addita est
malũ. sicut occidere hominẽ. qð tamẽ fit bonũ ꝑ ad=
Malũ in se ditionẽ bone circũstantie. Malũ secũdũ se diciꝭ istud
et malũ se= quod non potest fieri bonũ per aliquã circũstantiam
cundum se quãtũlibʒ bonã. sicut fornicari cuilibet. abrahã imo
lare filiũ est malũ in se: tamẽ bonũ erat abrahe ꝑ cir=
cũstantiã obedientie ꝛ deus potuit p̃cipere. et deus
potuit: cũ nõ esset malũ secũdũ se. Ex hoc patet ꝙ nõ
valet hec argumẽtatio. Abrahã imolare filiũ erat in
se malũ ꝛ deus precepit hoc: ergo deus p̃cepit malũ.
Iterũ arꝭ. Sic obijciꝭ. quãdo deus p̃cipiebat hoc: aut erat bo=
num aut malũ. si malũ: ergo deus precipiebat malũ.
si bonũ: ergo tunc erat ista falsa. Abrahã imolare fi=
Secundo. liũ est malũ. Itẽ deus non precepit nisi bonũ. ꝫ quã=
Tertio. do p̃cipiebat istud: ipsũ erat bonũ. Itẽ adã comede=
re hoc pomũ fuit malũ nulla alia de causa nisi prohi=
bitum. si ergo aliquid est malũ quia ꝓhibitũ tantũ:
per locũ a cõtrarijs aliquid est bonũ q: preceptũ tñ.
igiꝭ abrahã imolare filiũ erat bonũ: quia p̃ceptũ. Si
Cõtra hoc cõcediꝭ. Cõtra. Sortẽ imolare filiũ erat contra legẽ
nature: ergo abrahã interficere filiũ erat contra legẽ
nature. idẽ enim est ius cuiuslibʒ patris ad filiũ suũ.
ſʒ sortẽ interficere filiũ suũ est ꝯtra legẽ nature: ergo
abraham interficere filiũ suũ erat cõtra legẽ nature.
Ad idem. ergo erat malũ. Itẽ deus volebat abrahã nõ imola=
re filiũ. sicut patuit ex post facto. sed nonvolebat nisi
bonũ: ergo abrahã non imolare filiũ erat bonũ: ergo
eius oppositũ erat malũ. cum bonũ non sit cõtrariũ
Solutio. bono vel oppositũ. Solutio. dicimus ꝙ abrahã imo
lare filium suũ statim q̃n preceptũ fuit: bonũ fuit et
Ad rõnem pro diuersis tẽporibus. Dicendũ est ꝙ argumẽtatio
illa nõ valet: ideo peccat scðm fallaciã vniuocatiõis.
q̃m ꝓcedit scðm diuersas ꝯsignationes tꝑis acsi esset
vna. sed retorquendo oĩa verba ad idem tempus: ne
cessaria est argumentatio. Concedimus igitur ꝙ q̃n
preceptũ fuit: bonuʒ fuit. Ad illud quod obijcitur ꝙ Ad aliud.
abrahã immolare filiũ erat contra legem nature. di
stinguendũ. q̃m ius naturale dupliciter dꝛ. Quãdo=
q; dicitur ius naturale: qð natura docuit oĩa aĩalia.
et sic abraham imolare filiũ erat contra legẽ nature.
sed secundũ huius ius non est virtus neq; viciũ. ꝛ sic
non sequitur ꝙ abraham imolare filiũ esset malum.
Quãdoq; ius naturale dꝛ qð naturaꝭ ratio dictat eẽ
faciendum. et sic abrahã immolare filiũ non erat cõ=
tra legem nature: imo secundũ legem nature. q̃m na
turalis ratio dictabat ei hoc esse faciendum. quia de⁹
preceperat istud. Ad aliud dicimus ꝙ abraham non Ad aliud.
immolare filiũ negatio quedã est: et non erat bonuʒ
proprie ꝛ secundũ se: sed dicebatur bonũ ex adiũcto.
sicut non peccare cũ nichil sit. non est bonũ proprie:
sed ex adiuncto. s. q: adiacet virtuti dicitur bonũ. cuʒ
dicatur ꝙ bonum non est cõtrariũ bono: intelligitur
de bonis que bona sunt proprie.

¶ Quantũ possit extẽdi preceptum dei.
¶ Secunda questio huius capituli.

Queritur quantuʒ potest extendi preceptũ dei:
scilicet vtrum potest precipere contra oĩa pre=
cepta decalogi. videtur ꝙ sic. quoniã maius malũ est Arꝭ ꝙ sic.
in se siue in genere occidere q̃ fornicari. sed deus pre
cepit occidere: q̃m precepit abrahã immolare filiũ: ꝫ
potest precipere ꝙ aliquis fornicetur. eadem ratiõe
potest precipere contra totũ decalogũ. Si dicit ꝙ nõ Euasio.
valet argumentatio. q̃m occidere non ẽ malũ secũdũ
se: vnde nullam difformitatem iportat. sed fornicari
est secundũ se maluʒ: vnde difformitatem importat.
et ideo deus non potest illud precipere. Sic igiꝭ p̃t ꝯ hoc arꝭ.
precipere omnẽ actum qui non iportat difformitatẽ:
etiã hoc cõstante ꝙ filius dei. Simus ergo in tẽpore
abrahe. Abra. credere filiũ dei non esse incarnandum
non importat difformitatẽ. etiam hoc stante ꝙ filius
dei incarnabitur. ergo manẽte eadẽ veritate deus p̃t
precipere illud. Sit ergo ꝙ p̃cipiat illud manẽte ea=
dem veritate. inde sic. Abra. credidit filiũ dei nõ esse
incarnandũ: et ex precepto dei. ergo meretur. Cõtra. Sʒ hoc est
credit oppositum articuli fidei: ergo demeretur. ꝫ falsum.
eodem motu meretur et demeretur. quod est impos
sibile. Item in veteri lege precepit deus adulteram Ad idem.
lapidari. in nouo testamento precipit oppositũ. ergo
precipit contra legem suã. pari ratione potest preci=
pere contra totum decalogũ. Solutio. ad hoc ꝙ ali= Solutio.
quis possit precipere aliquid alicui: oportet ꝙ istð nõ
sit secundũ se malũ: et preterea ꝙ recipiat recõpensa= Ad rões.
tionẽ. propter primũ nõ potest deus precipere ꝙ ali= ꝓpter p̃mũ
quis fornicetur. quia fornicari importat difformita=
tem. Nec valet hec argumẽtatio. magis malũ est oc
cidere q̃ fornicari: et deus potest precipere occidere:
ergo et fornicari. quoniã ab eo qð est occidere ẽ ma=
licia separabilis. sed ab eo qð est fornicari est insepa=
rabilis. Instantia. sortes est magis albus q̃ plato. et
sortes potest fieri niger: ergo plato põt fieri niger.
posito ꝙ albedo nõ sit separabilis a pla. Propter se ꝓpter scðʒ
cundũ deus non potuit precipere abrahe ꝙ crederet
filium dei non eẽ incarnandũ. quia huius mot⁹ nõ re
cipit recõpensationẽ: sed dãnũ. quia est ex interfectiõe
hominũ recipit recõpensationẽ. vt pʒ in interfectiõe
hẽticoꝝ: ex qua accidit trãq̃litas ꝛ mꝉtiplicatio eccle
sie. Similiter nõ potest precipere mihi deus nõ dili= nõ ꝯ mꝉtos

gam ipsum.qr huiusmodi non recipit recōpēsationē.
Ad vltimū Ad vltimū dicimus q hec argumentatio non valet:
deus p̄cipit actū cōtrariū actui quem precipit: ergo
precipit cōtra legē suā. quoniā cū virtus sit habitus
immediate existens quo ad nos. secūdū diuersos sta
tus aliquid aliqñ est preceptū:aliquādo nō. et sicvn⁹
et idē actus aliquādo est motus virtutis:aliqñ nōn.
sicut si iste habeat mille marcas et videat homines
valde indigentes tenetur dare.si depauperet nō tene
De diuersi tate tēpoꝝ tur. Silr̄ in veteri lege p̄ceptū est adulterā lapida
ri ad refrenandū luxuriā iudeoꝝ qui timore seuie-
bant non ex amore:sed in nouo testamēto in quo est
copia gratiarū que retinent et refrenant fideles non
Iterū ar. oportet huiusmodi preceptū esse. Sed iterū probat
q deus potest precipere contra legē suā. quoniā pre
ceptū est in decalogo. Nō cōcupisces vxorē proximi
tui.sed deus potest p̄cipere alicui q cōcupiscat vxorē
proximi sui.quod probat.quoniā multi boni viri ha
buerūt duas vxores:vt iacob et dauid.et hoc potuit
deus p̄cipere scz q iacob haberet plures vxores. er-
go potest p̄cipere q vnus homo sit maritus duarum
vxoꝝ simul.ergo potest p̄cipere ecōuerso q vna vxor
sit duoꝝ maritoꝝ simul.⁊ sic potest p̄cipere q aliqs
concupiscat vxorē proximi sui. ergo pōt precipere cō
Secundo. tra legē suam. Itē precepit filijs israel q asportarēt
vasa egyptioꝝ:ergo precepit q cōtrectarēt res alie-
nas vel alioꝝ:ergo p̄cepit furari:ergo precepit con-
tra hoc preceptū: Nō furtū facies.ergo precepit ꝯtra
Tertio. legē suā. Itē legit de beata magdalena q. xxx. ānis
fuit in heremo vbi fruebat colloq̄o angeloꝝ.⁊ huius
modi status cōtemplationis optimus est. ergo deus
potest precipere huiusmodi statū: ergo potest p̄cipe
re quicquid sequit ex eo. sed ex eo sequit nō dare ele
mosinas: nō facere opera actiue:ergo potest p̄cipere
non dare elemosinas et huiusmodi.ergo pōt precipe
re contra hoc preceptū: Date elemosinā et omīa mū
da sunt vobis. cū igitur possit precipere cōtra p̄cepta
affirmatiua ⁊ contra precepta prohibitiua:pt similit
In oppoᵐ precipere cōtra legē suā.si conceditur. Contra.deus
non precipit aliquid nisi quod facit ad hoc vt simus
similes ei: et ipse non potest p̄cipere q simus dissimi
les ei:ergo nō potest p̄cipere cōtra legē suā.quod cō
Solutō ad primum. cedimus. Ad primo obiectū dicim⁹ sicut dictū est su-
pra.q ad hoc q deus possit p̄cipere aliquid qđ ē in se
malum oportet q istud recipiat recōpēsationē.vnde
dicimus q deus potuit p̄cipere q vnus homo habe-
ret duas vxores.et multa alia mala. tamē hoc malū
recipit recōpēsationē. quoniā ex hoc q vn⁹ homo ha
bet multas vxores:genus humanū multiplicatur ad
cultum vnius dei. vnde deus potest p̄cipere istud. et
non sequitur: ergo deus potest p̄cipere istud q duo
mariti habeant vnā vxorē simul. quoniā per hoc nō
multiplicatur genus humanū.sed per primū multi-
plicatur. qm̄ plus potest vnus vir generare q̄ multe
Ad scđm. mulieres cōcipere. Ad secundū dicimus q nō valet.
deus iussit asportari vasa egiptioꝝ:ergo iussit cōtre
ctare res alienas inuito dño. qm̄ egiptij nō erāt do-
mini illarū rerū quando asportabant.quia deus cui⁹
proprie sunt omīa trāstulerat dominiū ab eis. vñ di-
cimus q deus non pōt p̄cipere hoc cōplexū cōtrecta-
re res alienas inuito dño: quia est malum secundū se
licet forte nō exprimat ad formitatē. sicut homo s̄m
Ad tertiū. se est risibile licet non exprimat risibilitatē. Ad ter-
tio obiectū dicimus q alicui et in casu aliquo ꝓ loco
et tēpore potest deus precipere nō dare elemosinas.
qm̄ expedit aliquē sēper eē in contēplatione. et expe
dit aliquē semper esse i operibus actiue. et expedit
aliquē esse i contēplatione aliquādo:⁊ in actione ali
quando.precipiendo aūt hoc alicui non dare elemo-
sinas ⁊c.non precipit cōtra hoc preceptū: Date ele-
mosinam ⁊c.precepta enim affirmatiua non obligāt
ad semper.

¶Querit ad q̄d teneret abra. ex illo p̄cepto
¶Tertia questio huius capituli.

Q Ueritur ad quid teneretur abrahā ex illo p̄ce-
pto.et primo vtrū teneretur velle imolare.vi- Ar q sic.
detur q sic.quoniā tenebatur obedire. obedire aūt
mentaliter est velle facere quod precipitur:qr preci-
pitur.ğ abrahā tenebatur velle imolare: quia istud
precipiebatur. Item.preceptū erat ei imolare.ergo Secundo.
tenebatur imolare:et ex obedientia. sed obedientia
nulla est:nisi sit voluntaria. ergo tenebatur volunta
rie imolare.ergo tenebatur velle imolare. Contra. In oppoᵐ
non tenebatur velle imolare: qr esset preceptū pro-
batiōis. si hoc esset preceptū abrahe tantū ad proba
tionē et hoc sciret abrahā:non teneret velle imolare
et tamen remaneret preceptū.ergo preceptio nō fa-
ciebat q teneretur velle imolare:nec alia causa erat
quare teneretur.ğ simpliciter non tenebatur velle i-
molare. Itez.oē p̄ceptū est preceptū ad probationē Secundo.
vel executionē et ecōuerso.ergo si abra.tenebat vel-
le imolare quia sciebat eē preceptū: similiter si sci-
ret esse preceptū ad executionē vel probationē tene-
retur velle ⁊c.sed si sciret esse preceptū tantū ad pro
bationē sciret esse preceptū ad probationē vel execu
tionē.ergo si sciret esse preceptū ad probationē tan-
tum teneretur velle imolare.et hoc falsū.ergo ⁊ pri
mum. Itē.abrahā dubitabat vtrū istud esset ei prece Tertio.
ptū ad probationē vel executionē.sed dubia in me-
liorē partē sunt interpretanda.sed melius erat dñm
precipere hoc ad probationē q̄ ad executionē. ergo
abrahā magis debebat credere hoc esse preceptū ad
probationē q̄ executionē.ergo non tenebatur velle
imolare. Ad hoc potest dici q ex illo precepto nō te- Solutio.
nebat siplicit velle imolare:sz sub conditione.s. si nō
reuocaretur preceptū. Nec valet hec argumētatio. per hoc ad
tenebatur obedire:ergo tenebatur velle facere man primum.
datū.sed cum conditione predicta bene sequit. Silr Ad scđm.
patet solutio ad secundo obiectū.non enī ex precep-
to tenetur aliquid velle simpliciter facere. simplicit
maxime cū aliquid graue et difficile precipitur. sz si
sciretur esse preceptū ad executionē: teneret velle fa
cere mandatum simpliciter. Sed contra hanc soluti ꝯ hāc solu-
onē obicitur.deus precepit iudeis nō mechari. non tionē ar.
fornicari ⁊c.et ipsi tenebātur velle nō mechari ⁊c. qr
preceptū erat eis.cū ergo preceptū esset abrahe vt i-
molaret:tenebatur velle imolare simpliciter. quod Opīo ali-
concedunt quidā: dicētes ad primo obiectū q abra- quorum.
ham non poterat scire hoc esse preceptū tantum ad Dicunt ad
probationem.quoniā non congruit iusticie diuine q primum.
precipiat aliquid alicui: cuius oppositum teneatur
velle:vel ipsū quod precipitur velle. Ad secundo ob Ad scđm.
iectum dicimus: non est facile respondere quantum
ad ipsos.qm̄ ipsi recipiūt hāc cōditionalē. si p̄ceptū ē
abrahe tm̄ ad ꝓbationē imolare filiū:tenet velle i-
molare.sed abrahā sciebat bene illā consequētiā eē
verā:ergo si sciret primū sciret et vltimū. ⁊ hoc ma-

nifeste falsum.ideo si sciret istud esse preceptū ad ꝓ-
bationem tantum:non teneretur velle istud. nisi di-
catur q si abraham sciret primum:duo contradicto-
rie opposita sequerentur.et ita sequeretur q teneret
ꝯ hoc ar. velle et non teneretur velle. Sed contra. aut sequit
ex īpossibili quidlibet: aut naturali ꝯsequētia. si pri-
mo mō fiat petitio q nō recipiat ꝯsequētia naturalis.
Si ergo dicat q duo opposita sequūtur naturali cō-
sequentia. Contra.abrahe est preceptū tantū ad ꝓba
tionem imolare filiū:et imolare filiū erat quoddā ve
rū insolubile.ergo si deus reuelasset illud verū abra
Secundo. he nō propter hoc sequerētur opposita. Preterea.si
rex frācie p̄ciperet aliquid alicui:sufficeret regi si ille
vellet:tantū sub conditiōe istud facere. scz sub hac cō
ditione:si rex nō reuocaret preceptū.ergo deo debet
sufficere q si p̄cipiat aliquid alicui: q ille velit istud
facere sub conditione.s.si non reuocatur mandatū.ğ
hec consequētia nō valet: si abrahe p̄ceptū est imola
Solutio. re:teneret velle simpliciter imolare. Qđ cōcedim⁹.
vnde prime solutioni adheremus.dicim⁹ tñ q abra-
ham non poterat scire istud esse preceptū sibi tātum
ad prohibitionē. nō propter impossibilitatē:sed quo
niam nō cōgruit bonitati dei precipere aliquid alicui
Ad aliud. quod nō debeat velle. Ad illud qđ obiectū est dicim⁹
q non est simile. qm̄ deus precepit iudeis id qđ erat
scriptū in cordibus eoꝝ.vnde tenebantur velle istud
simpliciter: q̄uis nō esset preceptū.sed abrahe p̄cipie
batur quoddā quod erat in se malum sicut dictū est.
vnde non est simile.

¶Utrū abraham teneretur credere illud esse
preceptum sibi a deo.
¶Quarta questio huius capituli.

Q Ueritur vtrū abrahā teneretur credere istud eē
Ar q non. preceptū sibi a deo. videtur q nō. dicit enī apo
stolus in principio ad gala. Licz homo aut angel⁹ de
celo euāgelizauerit aliud q̄ accepistis:anathema sit.
et intelligitur aliud quod est cōtra fidē vel cōtra bo-
nos mores.sed istud quod precipiebat bonus angel⁹
abrahe erat cōtra bonos mores.quoniam interficere
hoiem est cōtra bonos mores.ergo abrahā nō debe-
bat credere ei imo potius debebat ipsū anathemati-
zare.et ita nō tenebat credere istud sibi esse preceptū
Secundo. a deo. Itē.angelus sathane transfigurat se in angelū
lucis:ergo abrahā nesciebat vtrū ille āgelus esset an-
gel⁹ lucis vel āgelus tenebrarū.nullo enī signo pote
rat discernere.ğ nō tenebat ei credere:ğ non tenebat
Solutō ad primum. credere istud esse p̄ceptū sibi a deo. Solutio.dicim⁹
q tenebat credere istud esse preceptū a deo: nec illđ
Ad scđm erat ꝯtra bonos mores:qr nō erat malū scđm se. Ad
scđo obiectū dicim⁹ q abrahā bene sciuit angelū illū
esse bonū āgelū.quoniā habebat donū quod dicitur
discretio spirituū. quod donū habuit beat⁹ martin⁹
quoniā dixit diabolo:iesuz purpuratū nō adoro. sed
quo signo discernatur bonus a malo.nos nescim⁹: sz
ꝯ p̄dicta ar qui habent donū predictū bene sciunt. Itē. Anselm⁹
super genesim dixit. Laudand⁹ erat abraham in con-
stantia immolandi et fide suscitandi. ⁊ sumit ibi con-
stantia immolandi pro voluntate immolandi. ergo
laudandus erat pro voluntate immolandi:ergo vo-
Secundo. lebat immolare.et dictū est q non. Item videtur q
non esset laudādus in hoc.quoniā si aliquis traderet
aliquā pecuniā alij certus q statim rehaberet:nō eēt
laudandus in hoc. ergo cum abraham vehementer
crederet filiū suū esse suscitādū nō erat laudādus pro
voluntate immolādi. Solutio.ad primum dicimus Solutō ad primū.
q abrahā laudandus erat pro voluntate imolandi.
nec sequitur q vellet simpliciter imolare:sed sub cō
ditiōe.pro qua voluntate conditionali laudād⁹ erat.
Ad secundū dicimus q aliquo casu laudādus esset q̄ Ad scđm.
traderet pecuniā suā alij:lz sciret se rehabituꝝ illā.si
cut si traderet credens soli verbo illius cui traditur.
sed si gratis traderet sine spe rehabendi: tunc marie
esset laudandus. Sed iterū queritur.cū abrahā non q̄o icidens.
prepararet se ad imolandū filiū sine spe rehabendi.
imo cum certa spe rehabendi:quare ita summe lau-
datur.dicitur enī de ipso. Senex fidelis:prima credē
di via est. Ad hoc dicimus q sūme laudandus fuit: Solutio.
quoniā credidit deū esse omnipotentē et veracē.cre-
didit enī deū posse suscitare filiū suū. quod inauditū
erat in tēpore suo q de⁹ aliquē suscitasset. Itē.sum-
me laudandus fuit:quia filiū suū vnigenitū quē dili-
gebat voluit imolare. Sz secundū hoc videtur q ma ꝯ hoc ar.
gis laudandus fuit sanson:q̄ abrahā. quoniā maius
fecit.quoniā maius est interficere seipsū: q̄ filiū suū.
querit igr̄ quare scriptura non laudat sansonē: sz tā-
tum excusat. Solutio. Facere aliquid instinctu spiri- Solutio.
tussancti multipliciter dicitur:quoniā vel spiritu san
cto monente et iubente:vel spiritu sancto monente.
Primo modo voluit abrahā imolare filiū suū instin
tu spiritussancti.quoniā spiritussanctus precepit ei ⁊
monuit eū. Secundo modo voluit sanson interfice-
re se:et interficere instinctu spiritussancti. quoniā spi
ritussanctus monuit ipsuz ad hoc.vnde illa actio pl⁹
fuit spiritussācti: q̄ sansonis.vnde nō valde laudat eū
sacra scriptura i hoc facto:sed excusat.sicut nō laudat
asina balaam:quia locuta fuit.quoniā illa locutio nō
fuit proprie illius:sed angeli qui mouit os eius. ve-
rum est tamen q sansō meruit interficiēdo se ⁊ alios.
et ad istud mouit eū spiritussanctus:propter signifi-
cationē.quoniā sanson interpretatur sol eoꝝ:⁊ signi
ficat in actu suo christū.quoniā sanson interficiēdo se
interfecit inimicos suos.s.philisteos:ita xp̄s interficiē
do se interfecit philisteos spirituales.s.demōes. Per per hoc pꝫ
hoc pꝫ quare abrahā marie laudat:sāson nō. Ad illđ respōsio.
quod diximus supra.s.q abrahā nō tenebatur simpli
citer velle imolare:sed sub conditione:videtur face-
re textus geñ.quoniā isaac querenti vbi est victima
olocausti.respondit abrahā.deus sibi prouidebit vi
ctimā olocausti. videtur ergo q ipe aliquomō cre- Arguit cō-
deret deum esse reuocaturū illud mandatū: et ita nō tra dicta.
volebat ipsum simpliciter imolare:ergo nec tenebat
simpliciter velle imolare.sed arripuit gladiū: tūc vo
luit simpliciter imolare. Sed obicitur sicut pri⁹. cuz Iterū ar.
dubia interpretanda sint in meliorē partē:et abrahā
dubitaret an illud esset preceptum ad probationem
vel ad executionē:debuit ergo nō velle imolare. So Solutio.
lutio.sine dubio dubia sunt interpretanda in melio-
rem partem ipsi eligenti.et imolare filiū melius erat
abrahe q̄ nō immolare: quoniā erat ei preceptum.
vnde tenebatur velle imolare:vel simpliciter vl' sub
ꝯditōe:vel simpliciter. Dico q abrahā tenebat velle Alia q̄o in
immolare:et tenebatur credere illud eē sibi precep- cidens.
tum:queritur vtrū teneret imolare.videt q non.qm̄ Ar q non.
p̄ceptū fuit ceco illumiato vt nemī diceret.tñ ipe vbi
q diffamauit:nec peccauit ex hoc. ğ non tenebatur
tacere licet eēt preceptū ei.eadē ratione abra. nō te-
nebatur imolare q̄uis esset p̄ceptū sibi. Itē. p̄ceptū Secundo.
fuit filijs israel q null⁹ duceret vxorē de alienigenis:

sāson autē duxit vxorē de philisteis et non peccauit.
ergo nō tenebat̄ obseruare istud preceptū. eadē rōne
abra.non tenebatur imolare ꝙuis et preceptū fuisset
Tertio. Item preceptū fuit iosue ꝙ quicūq₃ acciperet de spo
lijs iericho igne cōbureretur. et achor deprehensus
fuit accepisse.nec tamē fuit cōbustus igne:sed lapida
tus.et non peccauit ex hoc iosue:ergo nō tenebat̄ eū
cōburere igne:licet preceptū ei fuisset. ergo nec abra
Solutio. ham tenebatur imolare. Solutio.dicim⁹ ꝙ tenebat̄
Ad rōnem Ad istud qđ obijcit̄ de ceco nato:dicimus ꝙ mādatū
illud fuit reuocatū a spiritu sancto.vnde glo.dicit su
per locū illū.iustū iusto est cōtrariū. quoniā iustū est
tacere quod preceptū est:⁊ iustū est predicare ad lau
Ƶ hoc ar. dem dei.Sed secundū hoc videt̄ ꝙ cū omne iustū sit
bonū.ꝙ bonū sit cōtrariū bono qđ supra negatū est:
Solutio. et nos dicimus ꝙ pro diuersis temporib⁹ dictum est
hoc iustū iusto est cōtrariū. quoniā iustū erat tacere
anteꝙ preceptū esset reuocatū et iustū fuit diffamare
siue manifestare post reuocationē mandati. similiter
pro diuersis temporibus bonū fuit abrahā immola=
re filiū et abra.non imolare filiū:habito eni respectu
ad circūstantiā precepti et manente illa circunstantia
abra.immolare filiū nō poterat nisi bene fieri. et ita
Ad scđm. erat bonū simpliciter.Ad secundo obiectū de sāsone
dicimus ꝙ istud mandatū fuit reuocatū ad significā=
dū ꝙ christus erat relictur⁹ sinagogā et copulatur⁹
Ad tertiū. sibi ecclesiā de gentibus. Ad tertio obiectū dicimus
Alia q̄o in ꝙ cōbustio ignis sūpta ē ibi ꝓ q̄libet pena. Postea
cidens. queritur quare apostolus dicit fide obtinuit abrahe
Arguitur. isaac. cū motus ille siue voluntas imolandi fuerit ex
Secundo. obedientia ad preceptū:et ita non ex fide.Itē proba
tur ꝙ ex caritate obtulit. quoniā propter hoc voluit
Solutio. immolare filiū:quia plus diligebat deū ꝙ̄ filiū.So=
lutio.voluntas illa immolandi fuit ex obedientia ad
preceptū et ex caritate impante:sed ex fide fuit tanꝙ̄
mouente et inclināte.quoniā hylariter et sine oī an=
gustia mentis voluit abra.imolare filiū: et hoc erat
ex fide:propter hoc apostolus magis attribuit hunc
motum fidei ꝙ̄ alij virtuti.

¶De latria et dulia ⁊ primo quid latria.
¶Aliud capitulum.

Dicto de specie iusticie qua tenemur superiori=
bus nostris.s.deo prelatis pricipib⁹. que spēs
vocat̄ obedientia.dicendū ē de specie iusticie q̄ tene=
mur honorare deū.que grece vocat̄ latria vel latrio=
sis.latine potest vocari religio que est species iusticie
vt dicit tullius. latria est cultus soli deo debit⁹ et ex=
hibitus vel exhibēd⁹.dulia est honor debitus creatu=
Prima q̄o re. In questione ista primo querit̄ quid sit latria. se=
cundo de differentia latrie ⁊ dulie.tertio vtrū idola=
tria sit latria.quarto quo honore honoranda sit hūa
nitas christi et ipse christus. quinto vtrū aliquis pōt
sine peccato exhibere latriā alicui creature per igno
rantiā.sexto de quantitate illi⁹ pctī qđ dicit̄ idolatria

¶Utrum latria sit virtus.

Circa primū querit̄ vtrū latria sit virtus.videtur
Ar ꝙ sic. ꝙ sic.qm̄ adorare deū est motus meritori⁹. hoc
constat:ergo est motus virtutis:sed nō est motus nisi
Secundo. latrie.ergo latria est virtus.Itē preceptū est: domi=
num deū tuū adorabis et illi soli seruies.ergo adora
re deū ē i precepto.similiter honorare patrē ⁊ matrē
est in pcepto.et non intelligit̄ tantū de patre carnali
immo de spirituali. ergo honorare deum est in pre=
cepto.qm̄ de⁹ est pater spūalis:sed sol⁹ mot⁹ virtutis
est i precepto: ergo adorare siue honorare deum est
motus virtutis:sꝫ nō est mot⁹ nisi latrie. ḡ latria est
virtus.Qđ concedunt quidā dicentes latriā non eē
Opīo aliquorum. specialē virtutem:sed generalem ad fidem/spem/ca=
ritatē.et sic de alijs.et ꝙ ita sit:probatur multis mo
dis.Primo sic.quia credere prime veritati propter
Prima ꝓbatio. se et super oīa:est honorare primā veritatē propter
se et super oīa:sed huiusmodi honorare est motus fi
dei.ergo mot⁹ fidei est motus latrie. similiter mot⁹
spei est motus latrie.quoniā sperare in primā largi=
tatem propter se et super oīa:est honorare primā lar
gitatem propter se et super oīa. Similiter diligere
primā bonitatē ⁊c.et ita motus cuiuslibet virtutis ē
motus latrie.ergo latria est virtus generalis. Item
Scđa probatio. super istud.dnm̄ deū tuū adorabis et illi soli seruies
dicit glosa.serues seruitute que est latriosis siue la=
tria.ergo latria idem est ꝙ seruitus dei:sed qualibet
virtute seruimus deo.ergo quelibet virtus est latria
Item.honorare deū motu latrie est preponere deū
Tertio. omnibus:et hoc fit motu caritatis.ergo caritas ē la
tria:et similiter alie virtutes.ergo latria est genera=
lis.Si conceditur: probatur ꝙ sit specialis virt⁹: q̄a
In oppo^m credere prime veritate propter se ⁊ super oīa. ē mo=
tus specialis virtut̄.s.fidei.similiter sperare aliquid
a prima largitate propter se et super oīa:est motus
virtutis.s.spei.similiter diligere ⁊c. similiter timere
primā potentiā ē motus specialis virtutis. s. timo=
ris.ergo honorare primā paternitatem propter se ⁊
super oīa est motus specialis virtutis.eadē ratiōe de
betur eni proprie honor patri:sicut dn̄s dicit ꝑ ma=
theū.Si ego sum pater:vbi honor meus.sed huius
modi honorare non est motus:nisi latrie.ergo latria
est specialis virtutis.Itē.licet facere quod precipitur
Ad idem. non sit specialis motus alicuius virtutis:tamē velle
facere quod precipitur est specialis motus alicui⁹ vir
tutis. s.obedientie.eadē ratione:licet honorare deū
non sit specialis motus:tamen velle honorare deum
est specialis motus virtutis alicuius: non nisi latrie.
ergo latria habet specialē motū.ergo ē specialis vir
Tertio. tus.Itē.si quelibet virtus est latria.ergo omne viciū
est idolatria per locum a cōtrarijs.ergo quilibet exi
stens in peccato mortali:ē idolatra.sumpto idolatra
stricte:⁊ hoc falsū est manifeste.quoniā fideles sūt in
mortali:⁊ tamen non sunt idolatre:cum sūt fideles.
Forte dicūt ꝙ latria ē specialis virtus.s. reuerentia:
Euasio. siue timor reuerentie:sicut dicitur in principio eccle.
Timor dn̄i scientie religiositas. Sed contra. augu.
Ƶ hanc ar. dicit.ꝙ sapiētia ē theosebia.et latria idem ē ꝙ theo=
sebia.ergo latria est sapientia.non ergo reuerentia:
vel timor. Item omnis idolatra inquantum idola=
Ad idem. tra est infidelis. ergo idolatra inquantum idolatra
est infidelitas.ergo latria inquantū latria est fides.
ergo non est reuerentia vel timor. Item.si latria est
Tertio. idem ꝙ reuerentia cum reuerentia moueatur anima
in deum immediate.latria mouetur in deum īmedia
te. sed omnis virtus qua mouetur īmediate anima
in deum est theologica.ergo latria ē virtus theolo=
gica. nō ergo sunt tantum tres virtutes theologi=
Solutio. ce.Solutio.notandum ꝙ latria proprie est professio
maiestatis diuine: vt non solū appellet̄ maiestas di=
uina magnitudo dei qua replet totū mūdū.qua etiā
repleret infinitos mundos si essent.sed etiā vocetur
maiestas diuina summa eius bonitas:sūma potētia:

summū dominiū.⁊ sic de alijs.Et est ibi professio tri=
plex.s.corde/ore/opere.corde ꝓfitemur diuinā maie
statē.per fidē et sapientiā credendo deū esse sūme po
tentie:sūme bonū.⁊ sic de alijs. Ore ꝓfitemur diui=
nam maiestatem orando deū vt fontem oīm bonoꝝ.
In latria Opere ꝓfitemur sacrificādo/genuflectēdo ⁊ sifibus.
q̄nq₃ sunt. vnde latria cōprehendit q̄nq₃.s.fidē/sapientiā/reuerē
tiam/sacrificiū/orationē. per hoc patet ꝙ latria nec ē
Resolutio specialis virtus nec est gn̄alis ad omēs virtutes.Sic
doctoris. eni omne viciū esset idolatria:sed est spēs virtutis ha
bens sub se multas species. vnde ad omēs predictas
Ad omnes obiectiōes: q: per quasdā probatur latria esse gn̄alis
rōnes. virt⁹ ad oēs alias virtutes.ꝑ alias ꝓbatur esse spālis
Ad primū Respondendū est ad primo obiectū.Dicimus ꝙ hec
est falsa.Credere prime veritati ꝓpter se ⁊ super oīa
est honorare primā veritatē ⁊c. scđm ꝙ honorare est
motus latrie.Similiter est falsa. diligere primā bo=
nitatē propter se et super oīa est honorare primā bo
nitatē ⁊c.prout honorare est motus latrie. quoniam
hmōi honorare idē est ꝙ professio vel ꝓtestatio deū
esse summe bonū.⁊ huiusmodi ꝓtestari nō est dilige=
re deū super oīa nec etiā ꝯ̄s ad ipm̄.qm̄ si aliquis di
ligit aliquid sup oīa.non ꝓpter hoc protestatur illud
esse summū bonū. sicut auarus diligit pecuniā super
oīa:non tn̄ profitet̄ pecuniā esse sūmū bonū. ideo bn̄
scit ꝙ non est sūmū bonū. Patet igitur ꝙ honorare
prout est motus latrie nō est idē ꝙ credere vel dilige
Ad scđm re.⁊ sic soluitur ad primū per interēptionē. Ad scđo
obiectū dicim⁹ ꝙ qualibet virtute seruimus deo:sed
nō virtute q̄ est latriosis vel latria.qm̄ nō qualibet vir
tute ꝓfitemur maiestatē diuinā.sicut dictum est.Ad
Ad tertiū. tertio obiectū dicimus ꝙ honorare deū prout est mo
tus latrie non est idem ꝙ preponere deū oibus. sed
hmōi preponere seqtur ad hmōi honorare.Soluen=
dum est igit̄ per interemptionē. Solute sūt igr̄ ob=
iectiones ꝑ quas ostēdebat̄ ꝙ quelibet virt⁹ esset la=
tria.Nūc soluēde sūt obiectiones ꝑ quas ostendebat̄
Ad primū ꝙ latria esset spālis virtus.Ad primo obiectū dicim⁹
in cōtrariū. ꝙ hec argumētatio nō vꝫ. Credere pme veritati pro
pter se et super oīa est motus spālis virtutis.s. fidei
Similiter sperare ⁊c. Similiter diligere. ḡ eadē ra=
tione.honorare primā paternitatē ⁊c.nec est iste loc⁹
a simili. qm̄ honorare quod est motus latrie nō se hꝫ
solū ad primā paternitatē: sꝫ etiā ad primā bonitatē
et primū dominiū.vnde sicut dn̄s dicit. Si ego sū pa
ter vbi honor me⁹.vn̄ prima paternitas nō est ꝓprius
finis huius actus:sed prima veritas est finis proprius
Ad scđm. motus fidei. Ad scđo obiectū dicimus ꝙ non est sīle
quod inducitur pro simili.qm̄ facere qđ precipit̄ non
est coartatū contra aliquā virtutē. vel etiā generali=
ter contra virtutē:q: excedit metas virtutū:quia pōt
precipi indifferens.sicut dn̄s precepit malū in genere
sicut precepit dn̄s abrahe. propter hoc generale face
re qđ precepit in hac ratiōe est quiddā contra qđ ha=
bet consistere laus in se si debite fiat. ideo velle istud
est motus specialis virtutis.sed honorare nō excedit
metas virtutū. tamen gn̄ale est ad quasdā virtutes.
Ideo velle honorare similiter generale est ad easdeꝫ
virtutes.scđm ꝙ velle accipitur pro appetere vel de=
siderare.⁊ respicit hoc verbū honorare pro motibus
interioribus quibus proprie honoratur deus.Sed si
verbum volēdi respiciat honorē in generali vt tenea
tur pro motu singulari quo aliq̄s vult honorare deū
in generali. tale velle est mot⁹ virtutis que habet ge
nerale imperiū supra virtutes.scilicet fidei vel carita
tis quo aliquis proponit honorare deum siue eligit
per discretionem vt per illud veniat ad summū bonū
sed secundum ꝙ velle accipitur pro appetere carita=
tis est tantū desiderantis istud in ratione boni.consi=
mili modo oportet dicere de eo quod est velle face=
re opera virtutis vel velle facere opus iusticie.secun
dum ꝙ velle cadit super tale volitū gn̄ale.quod cōe
est.tamen coartatū ad opera multarū virtutum. qm̄
tale velle est illius virtutis que habet generale im=
periū super alias virtutes.s.fidei vel caritatis.vt di=
ctū est. Ad tertio obiectū patet solutio.qm̄ non que Ad tertiū.
libet virtus est latria.Ad auctoritatē tullij que dicit Ad aucto=
ꝙ religio est species iusticie.et ita latria que idem ꝙ ritatem.
religio est specialis virtus. Dicimus ꝙ latria secūdū
catholicum plus cōprehendit ꝙ̄ religio scđm philo=
sophos. quoniā philosophi non attigerūt fidem vel
sapientiā dei. vnde religio scđm ipsos nō cōprehēdit
nisi reuerentiā quā debemus deo:et sacrificiū et ora=
tionem. ⁊ sic verum est ꝙ religio est specialis virtus
non tamen latria propter hoc est specialis virt⁹:quia
plus comprehēdit. Ad istud quod obicitur ꝙ latria Ad aliud.
est reuerentia. bene concedimus de quadam latria:
sed non de omni. Et similiter latria est sapientia: sed
non omnis latria. Unde ex indiffinitis fit illa argu=
mentatio. de hac autem propositione.Omnis idola
tra inquantum idolatra est infidelis. Dicimus ꝙ du Hec est du
plex est. quoniam hec vox inquantum potest notare plex.
causam formalem. et sic falsa. Non enim forma ido=
latre: sed idolatria est forma infidelis .s. infidelitas.
vel potest notare quasi comitātiā proprie dispositio Exemplū.
nis ad ꝓpriū subiectum:et sic vera.sed ex hoc nō seq̄
tur ꝙ idolatra sit infidelis: sicut non sequitur homo
inquantū homo ē risibile:non tn̄ humanitas est risi=
bilitas.vel sic triangulus inquātū triangulus habet
tres angulos ⁊c.ergo triangulo est habitus t.a.⁊c.
Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ hec ē falsa. anima
reuerentia mouetur immediate in deū non eni aīa ꝑ Ad vltimū
reuerentiā mouetur in deū:sed potius a deo.Est eni
reuerentia resilitio ab altitudine dei in ꝓpriā paruī= Reuerētia
tatem sicut in apocalipsi dicitur.precedebāt.xxiiij.se quid est.
niores añ sedentē in throno. dicimus ergo ꝙ latria
non ē virt⁹ theologica nec per illā mouetur immedi
ate in deū ad minus secundū quattuor primas speci=
es.vtrū aūt oratione moueatur in deū immediate.det=
minabitur qñ de oratione dicetur.dictū ē ꝙ fides est
latria:et sapientia ē latria.Sed contra.sicut caritas Ƶ pdicta ar
se habet ad opera bona exteriora. sic fides et sapien=
tia ad exteriores donationes veritatis.sed caritas nō
facit bona opera exteriora nisi mediante alia virtute
ergo fides et sapiētia nō faciūt donationes exterio=
res veritatis nisi mediāte alia virtute. sed professio
exterior maiestatis diuine ē exterior donatio verita=
tis.ergo fides et sapientia non faciunt profiteri exte=
rius maiestatē diuinā nisi mediante alia virtute:⁊ il=
la alia virtus est latria.ergo fides non ē latria nec sa
pientia est latria. Item. profiteri exterius maie= Secundo.
statem diuinam cū hoc sit instruere proximum opus
est misericordie:non ergo fidei vel sapientie : est au=
tem opus latrie.ergo fides non est latria: nec sapi=
entia est latria . Solutio . Duplex est latria:sci=
licet interior et exterior. Fides et sapientia sunt

latria interior et nō exterior. vnde bene concedim⁹ ꝙ fides et sapiētia non faciūt profiteri exteri⁹ maiestatē diuinā nisi mediāte alia virtute .s. latria exteriori. et ex hoc nō seqtur: ꝗ sapiētia non est latria. sed sequit *Latria exterior.* ergo sapiētia non est latria exterior. Consistit aūt latria exterior in professione exteriori sūme potētie: sūmi dñi: sūme bonitatis. ⁊ sic de aliis. sicut cātat eccl'ia Laudamus te. ⁊ hoc est cōe ad laudē interiorē ⁊ exteriorē. benedicim⁹ te .i. bona dicimus de te. adoramus te .i. humiliādo nos altitudini tue oram⁹ te. glorificamus te .i. ꝯfitemur te esse fontē oīm bonoꝝ. ⁊ hec latria exterior alia est ꝙ latria interior. qm̄ habet suam ꝓpriā difficultatē et suas circūstātias ꝓprias. Nō enī semp et vbiqꝫ profitēda est exterius diuina maiestas neqꝫ semp et vbiqꝫ predicādū est. qm̄ vt dicit salo. est *Iteꝝ ar.* tēpus loqndi. Sꝫ adhuc pōt videri alicui ꝙ latria sit specialis virt⁹. qm̄ diligere deū sup oīa est honorare deū. ⁊ id videt de motibus aliaꝝ virtutū: ꝗ honorare deū est cōe ad oēs motus oīm virtutū. et excedit: qꝛ extēdit se ad opa consilij q̄ non sūt de necessitate motus virtutū. ꝗ per predicta latria est spālis virt⁹. Ad *Solutio.* hoc soluēdū est p interemptionē prime. qꝛ hec est falsa, ꝓprie loqndo: diligere deū super oīa est honorare deū. sicut hec est falsa. Mgr verberās discipulū dicit ipm esse subiectū sibi. non enī ꝓprie dicit ipꝫ esse subiectum sibi: sed solo facto ostendit ita esse. Similiter diligens deū sup oīa non ꝓprie profitet vel honorat deū: sed ipo facto ostendit esse honorandū.

¶De differentia latrie et dulie.

¶Secunda questio huius capituli.

Ar ꝙ sic. Queritur vtrū idē sit latria ⁊ dulia. videtur ꝙ sic qm̄ idē est ꝙ amor dei et ꝓximi. sumpto amore pro habitu: ergo a simili idē est honor quo honorat deus et quo honoratur proximus. sūpto honore pro habitu. sed honor quo honoratur deus est latria: honor quo honorat proximus est dulia. ꝗ idē est latria ⁊ *Secundo.* dulia. Itē. quia in proximo non diligit nisi deus aut similitudo dei. ꝓpter hoc eadē ē dilectio qua diligit deus et proximus. ꝗ eadem ratione: quia in proximo non honorat nisi deus vel similitudo dei. propter hoc idē debet esse honor quo honorat deus ⁊ quo ho- *Tertio.* noratur proximus: ergo vt prius. Itē. flectimus genua ante crucifixū et flectim⁹ genua ante p̄latū: ⁊ eadē est genuflectio. saltē in specie. sed illa genuflectio est honor quo honorat deus ⁊ quo honoratur p̄latus: ergo *Solutō ad primū.* idē ē honor in specie q̄ honorat de⁹ ⁊ q̄ honorat p̄lat⁹: ꝗ idē est latria et dulia. Solutio. Ad p̄mū dicim⁹ ꝙ nō est simile. et hoc est qꝛ virtus aut est volūtas aut nō sine volūtate. vnde cū idē sit volitū proprie amore dei et amore proximi .s. deus eadē est dilectio dei ⁊ proximi. Sed in honore dei et proximi non est idē proprie honoratū. qm̄ in honore proximi proprie honoratur proximus q̄ est imago dei. licet honoret propter deū Sed vt dicit aug. in ꝓximo non diligit nisi deus .i. nō desiderat. pꝫ ꝗ ꝙ nō est simile: qꝛ diligere deū nō est nisi velle sūmū bonū deo. diligere ꝓximū est velle sūmū *Ad scdm.* bonū ꝓximo. vnde idē est volitū in dilectione. Ad secundū dicimus ꝙ hec est falsa. qꝛ in proximo nō diligitur nisi deus vel similitudo dei. ꝓpter hoc eadem est dilectio dei ⁊c. sed quia in ꝓximo diligitur tātū deus sed aliter est in honore: quia in proximo honoratur *Ad tertiū.* similitudo dei. Ad tertiū dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. Eadem est genuflectio que fit ante deū et que fit ante prelatū. ⁊ genuflectio est honor: ergo idem est honor quo honoratur deus et quo honoratur p̄latus. et est fallatia accidentis. *Fallā accidentis.* quoniaꝫ iste terminus honor supponit genuflectionē in cōparatione ad finem. et quia alio fine honoratur deus. alio proximus. conclusio est falsa. ⁊ sunt ad id quasi diuersa accidentia .s. diuersi fines. Instantia. *Instantia.* Idē est es ꝙ prius. sed es est statua: ergo eadem est statua que pri⁹. vel *Alr pt dici* potest dici ꝙ idē est honor quo honoratur de⁹ ⁊ proximus in essentia. diuersus est autē in relatione. Sed *Iterū ar.* adhuc probatur ꝙ idē est honor quo honorat deus ⁊ quo honoratur ꝓxim⁹ siue homo: qꝛ illa genuflexio que fit ante deū eadē est in specie cū illa q̄ fit ante prelatum. ⁊ vtraqꝫ voluntaria: ergo eadē actio voluntaria est vtrobiqꝫ: ergo eadē volūtas. Idē enī est volitum .s. genuflexio cū igitur eadē sit volūtas. Uirtus autē aut est voluntas aut nō sine volūtate: ergo eadē debet esse virtus isti ex qua procedit ista genuflectio. et sic idē est latria et dulia. Ad hoc dicimus ꝙ hec ar- *Solutio.* gumentatio non valet. Eadem est volūtas: ergo eadem virtus. et hoc: qꝛ natura virtutis non est ad agere voluntariū. quoniā ad hoc sufficit potentia. sed est ad facile agere et bene agere. Unde natura virtutis est ad vestiendum actionē voluntariā debitis circunstantijs: quia hoc aduerbiū bene īportat debitas circunstantias. vnde cum alie circūstantie sint in genuflexione qua honoratur deus: et alie in genuflexiōe qua honoratur homo. alia virtus est latria ꝙ dulia.

¶Utrum idolatria sit latria.

¶Tertia questio huius capituli.

Queritur vtrū idolatria sit latria. videtur p predicta ꝙ sic. *Ar ꝙ sic.* qm̄ idolatra iste flectit genua ante idolum penitus eadē intentiōe qua catholicus flectit genua ante deū: qm̄ intēdit īpetrare ab idolo: et bōa tēporalia et spiritualia: sicut catholic⁹ a deo. ꝗ eadeꝫ est genuflexio et eedē circunstantie. ꝗ idem honor in spē exhibetur deo et idolo. ꝗ idolatria est latria. Itē *Secundo.* idolatria est cultus deo debitus: idolo exhibitus. ergo. idolatria est cultus deo debitus: sed oīs cult⁹ deo debit⁹ ē latria. ergo idolatria ē latria. Solutio. Ad *Solutō ad primum.* primū dicimus ꝙ in genuflectione q̄ fit ante deū ⁊ in ea q̄ fit ante idolū sūt alique circunstātie eedē: sed nō oēs: sicut enī in datione elemosine videndū est cui dādum. et ē quedā circunstantia hec .s. cui dandū. sic in honore qui est latria videndū est cui exhibend⁹ ē honor ille et hec circūstantia ē in honore exhibēdo deo et non in honore exhibendo idolo. vnde nō sūt eedeꝫ circunstātie penitus hinc et inde. vnde idolatria non est latria. Ad secundū dicimus ꝙ hec argumentatio *Ad scdm.* non valet. licet videtur eē sillogistica. Oīs cult⁹ deo debitus ē latria: et idolatria ē cultus deo debitus. ꝗ idolatria est latria. qꝛ in maiori propositione iste tmi⁹ cultus deo debitus tenetur pro indiuidualibus cultibus qui deo debentur: sed in minori nō tenetur pro indiuidualibus: nec pro eisdē in numero. sed pro specie vel pro eisdem in specie. Est enim sensus. ido- *Exponit illud dictū.* latria est cultus deo debitus .i. cultus cui similis debetur deo. qꝛ ergo difformiter sumitur mediū. vnde non valet argumentatio: et est fallatia accidentis. Ad tertio obiectum dicimus ꝙ nō oīs īterp̄tatio cō- *Ad tertiū.* uertit cū suo īterpretato vt pꝫ hic. trinitas ē triū vnitas ⁊ tñ aliqua trinitas non ē triū vnitas. non tamen trinitas similiter in proposito est.

¶De supdulia .i. de honore quo honorāda ē caro xp̄i vel ipe xp̄s ¶Quarta q̄o hui⁹ ca.

Querit de honore qui est exhibēdus excellētib⁹ creaturis .s. humanitati christi ⁊ angelis. Et primo de honore qui angelis legit in apoca. ꝙ iohānes voluit adorare angelū ⁊ angelus dixit ei. Uide ne fe- *Arguitur.* ceris: ꝯseruus enī tuus sū et frater tu⁹. Sed obicitur Aut iohānes voluit adorare angelū latria aut dulia. Si latria: ꝗ peccauit mortalit. si dulia: sꝫ hoc erat bonum ⁊ meritoriū iohanni. Dicit enī auctoritas ꝙ nemo arcendus est vel prohibēdus a bono: sed potius ꝓmouendo in illo. ꝗ angelus nō debuit ꝓhibere io- *Secundo.* hanni ne ipm adoraret: ergo peccauit ꝓhibēdo. Itē grego. qm̄ extranei eramus a deo extraneos nos imputabāt angeli. sed qm̄ recognouim⁹ regē nostrū recognouerūt nos angeli ꝯciues suos: ⁊ timet angelus adorari ab humana natura quā videt in deo sublima- *Ar inqsitie* tam. Sed querit quo timore timet. aut timore pene aut timore separationis/ aut timore reuerētie. Non pene vel separatōnis. qm̄ angelus bene scit se nō posse separari a deo nec posse sentire penā. Sed timore reuerentie. hoc falsū est: qꝛ reuerentia proprie est resilitio ab altitudine dei vel alicui⁹ maioris se in ꝓpriā puttatē. Sed hūana natura nō est maior angelica natura: ergo ibi non est hmōi resilitio. ergo nec reuerē- *Euasio.* tia: ꝗ neqꝫ timor reuerētie. Si dicit ꝙ propter hoc ē isti reuerentia: qꝛ angelus ꝯfitetur dignitatē hūane nature dicendo: cōseruus tuus sū. sed hmōi professio non est timor: ꝗ hec est falsa. angelus timet adorare *Solutio Ad primū.* ⁊c. Solutio. Ad primū dicimus ꝙ iohannes voluit adorare angelū dulia et bene meritorie. nec dicimus ꝙ angelus ꝓhibuit ipm: qꝛ forte nō habebat potestatem ꝓhibendi istud iohāni: sꝫ monuit ipm ne adoraret se. ⁊ hoc fecit cā hūilitatis: ⁊ in hoc non peccauit. *Ad scdm* Ad scdꝫ pōt solui dupli: qꝛ pōt dici ꝙ angelus timet adorari ab hūana natura timore reuerentie. et est ibi resilitio ab altitudine p̄sumptiōis: nō que sit in angelo vel q̄ esset si pmitteret se adorari. Sꝫ q̄ possent vide- *Alr pt dici* ri esse in ipo si pmitteret se adorari. vel pōt dici ꝙ ibi est resilitio ab altitudine dei qua angelus vidēs deū hūanū resilit ab altitudine dei habētī. ⁊ ꝓpter hoc ti- *q̄o incidēs* met adorari ab hūana natura. Postea q̄rit qua ado- *Ar ꝙ latria* ratione adorāda est caro xp̄i. vtrū latria an dulia. probat ꝙ latria: qꝛ ioh. damasce. dicit. vn⁹ est xp̄s deus ⁊ hō qui cū p̄re et spūsctō adorādus est cū incōtamīata carne sua. sed pater et spūsctūs non sunt adorādi nisi latria: ꝗ xp̄s cū incontamīata carne sua adorādus est latria: ꝗ incōtamīata caro xp̄i adorāda est latria. ⁊ ꝙ *Confirmat* ita sit ipe ioh. dama. exprimit dicēs. non dico illa adoratione qua adorātur creature: sed qua adorat deus ergo incontaminata caro xp̄i adorāda est adoratione *Secundo.* qua adorat de⁹. et ita adorāda est latria. Itē. ipe ponit tale simile. timeo tāgere carbonē ꝓpter carboni vnitū ignē: ꝗ cū idē sit timor quo timeo tangere carbonē et igne vnitū ei idē debet esse honor quo honorandū est verbū et caro vnita ei. sed verbū adorandū *Tertio per augustinū.* est latria: ꝗ et caro xp̄i. Item aug. dicit ꝙ periculum mortis incurrit quicūqꝫ regalē purpurā et dyadema regale non adorauerit. et loquit scdm consuetudinē quarūdaꝫ religionū in quibus rex adorat qm̄ hꝫ circa se regalia insignia. ⁊ cōstat ꝙ eodē honore quo honoratur rex honoratur purpura. etiā regale dyadema: ergo eadem ratione periculū mortis incurrit quicūqꝫ carnem christi vnitā filio dei que est sicut regalia insignia non adorauerit eodē honore quo honoratur vel adoratur filius dei: ꝗ caro christi adoranda est latria.

Si conceditur. Contra. Dñs loquens de sua propria *In oppoᵐ* carne dixit in euangelio. Spirit⁹ est qui viuificat. caro non prodest quicꝗ: ergo non est adoranda latria. Item. caro christi est tantū creatura: ergo nō est ado- *Secundo.* randa latria. Solutio. Sup hoc sunt due opiniones *Duplex opinio.* vna que dicit ꝙ caro christi est adorāda latria. alia dicit ꝙ dulia. Iste due opiniones possunt reduci ad cōcordiam vt illa que dicit ꝙ caro christi adorāda est latria loquatur per accidēs. Alia que dicit ꝙ dulia loquatur per se. Concedim⁹ enī ꝙ caro christi est adoranda tantū dulia per se: sed p accidēs latria. Aucto- *Ad damascenum.* ritatē damasceni sic exponimus. Christus cū patre et spiritu sancto est adorandus cū incontaminata carne sua .i. christus existens in incōtaminata carne sua adorandus est cū patre ⁊ spū sancto adoratiōe que est latria. ex hoc non sequitur ꝙ caro christi sit adorāda latria nisi per accidens .s. secundū ꝙ vnita est filio dei. *Ad aliud.* Ad istud quod obicit de carbone vnito igni dicimus ꝙ bonū est simile si ignis sumit ibi vt substātia. qm̄ si timeo tāgere carbonē ꝓpt ignē vnitū carboni ꝓprie loqndo timeo tāgere ignē. Silr si adoro latria carnē xp̄i propter verbū vnitū ꝓprie loqndo adoro verbū et non carnē christi. si aūt carbo sit idē qd̄ lignū ignitū vt ignis soluet in qualitatē isti: tunc non ē ita exp̄ssum simile: sed is est sensus. timeo tangere carbonē quia ignitus. similiter adoro carnem cristi latria: qꝛ diuina est: et sic per accidens oportet loqui. Concedimus igitur ꝙ loquēdo per se caro cristi adoranda ē dulia tm̄. Sed notandū ꝙ duplex est dulia. vna q̄ di- *Duplex dulia.* citur simplex dulia qua adorant homines. alia q̄ dicitur cōperdulia quasi superior dulia: qua honoratur caro cristi et crux cristi. cōperdulia qua adoratur caro cristi: nichil aliud est ꝙ professio: ꝙ caro xp̄i ē causa redemptionis nostre. qm̄ in ipsa et per ipsā redemit nos xp̄s exponēdo carnē suā passioni: et similiter profiteri ꝙ ipsa est viuificatrix aīarū. qm̄ caro christi *cōperdulia quid est.* quantum in se est confert gratiā aut auget prehabitam et qui digne recipit eucharistiā. similiter cōperdulia qua adoratur crux: nichil aliud est ꝙ professio ꝙ in ipa operatus est saluator mundi salutē nostram ideo dicimus ei. Salue crux preciosa que in corpore christi dedicata es. ⁊c. et quoniā ista non possūt dici de alia creatura. propter hoc dicitur ꝯperdulia huiusmodi professio de carne xp̄i et de cruce eiusdem.

¶Utrum aliquis per ignorantiā sine peccato potest exhibere latriā creature.

¶Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrū aliquis per ignorantiā sine pctō potest exhibere latriā creature. ponat ꝙ alicui simplici appareat diabolus transfiguratus in figurā christi cum maxima claritate et alijs dispositionibus per quas potest credi christus et dicat illi simplici. Ego sū xp̄s ⁊ ipe credat ei et adoret ipsū latria. que- *Ar ꝙ sic.* rit vtꝝ peccet mortalit. videur ꝙ sic: qꝛ exhibet pure creature cultum soli deo debitū. ꝗ facit contra preceptū dei. ꝗ peccat mortaliter. Itē si aliqs simplex cre- *Secundo.* dens fornicationē nō eē peccatū mortale fornicet peccat mortaliter fornicādo. qꝛ ignorās ignorabit. hoc hꝫ locū maxie in his q̄ sūt cōtra p̄ceptū dei. eadē rōne cū iste faciat ꝯtra p̄ceptū dei lꝫ ignorāt pec. mor. Itē *Tertio.* q̄ amat creaturā amore q̄ debet soli deo pec. mor. sicut ille q̄ diligit creaturā ꝓpt se et super omia. ergo qui honorat creaturam puram honore q̄ debet soli

deo peccet mortaliter :ergo iste qui adorat diabolū
Quarto. latria peccat mortaliter. Preterea. si nō pec. mortalit
sed excusat p ignorantiā. eadē rōne. si pcipit ei diabo
lus sic transfiguratus ꝙ imolet ei filiū suū nō peccabit
Falsitas pātis imolādo:q2 excusabitur p eādē ignorātiā. Sz cōtra
patet. Iste iterficit filiū suū sine pcepto dei: imo ad pceptū
diaboli. ergo peccat mortaliter. Eadē rōne peccat mor=
In oppositum taliter adorādo diabolū latria. Si conceditur. pbatur ꝙ
nō pec. mortaliter:q2 iste nō intēdit adorare nisi xpm
et nō adorat nisi quē intēdit adorare. ergo nō adorat nisi
Secundo. xpz:ergo nō peccat. Itē. si aliqs det elemosinā histrioni
credēs illū esse pauperē nō peccat:tn̄ peccatū est dare
histrioni. excusatur p ignorātiā ⁊ iudicatur s̄m intētionē
vnde nō solū nō peccat:sz etiā meretur. ergo a simili. Iste sim
plex adorando aliquē quē credit esse xpm iudicādus
Tertio. est scd̄m intentionē. ⁊ ita nō peccat. Itē aug. dicit. Si
aliqs cognoscit non suā credēs esse suā adhibita dili=
gentia quā pōt ⁊ debet non peccat: ergo eadē rōne. Iste
simplex adorādo istū quē credit eē xpm cū adhibeat
Quarto. diligentiā quā pōt et debet nō peccat. Itē. illa igno=
rātia est inuincibilis. nō eniz iste simplex pōt scire per
se vtrū iste sit xps vel diabolus. sicut dn̄s dicit ad iob
Quis reuelabit faciē vestimēti eius. i. diaboli. q. d. nō
sed ego. Si ignorātia iuincibilis excusat a toto:ergo
p talē ignorātiā iuincibilē excusatur iste a pctō. ergo nō
Quinto. peccat. Itē. si sacerdos discretus offerret simplicē ho=
stiā dicēs esse corpus xpi iste crederet hoc esse corpus
xpi sine pctō:⁊ in hac fide māducaret. Sz augu. dicit
ꝙ nullus māducat corpus xpi nisi prius adoret: ergo
iste adoraret simplicē hostiā quā crederet eē corpus
xpi ⁊ sine pctō adoraret. ergo eadē ratione iste nō pec
Solutio. cat istū adorādo quē credit eē xpm. Solutio. Latria
non dz exhiberi nisi s̄m regulā fidei. vn̄ mēsurari de=
bet s̄m simbolū fidei vt nullus adoret latria nisi ha=
beat illas cōditiōes q̄ sūt in simbolo. s. paternitatē ⁊
Expō illius oipotētiā:et cōsiles. ⁊ hoc est qd̄ dr in euāge. Estote
euāgelici. prudētes sicut serpētes. i. habeatis serpētinā pruden=
tiā. Serpentes totū reliquū corpus exponunt vt ca=
put seruent illesū. Sic ⁊ nos caput. i. fidē q̄ dz regere
oēs opatōes nr̄as debemus seruare illesam. Cū igr̄ ali
qs habet discretionē spirituū pōt adorare aliquē de=
terminate q̄ ei apparet. sicut abrahā qui tres vidit et
vnū adorauit. sed qn̄ nō hz discretionē spirituū et ne=
scit de illo q̄ apparet ei an sit xps non debet adorare
ipm determinate: sed sub hac cōditione si est xps. vn̄
debet dicere Adoro te si es xps. vel dz dicere Adoro
te sed nō diabolū. Sicut btūs tho. dixit qn̄ fuit addu
ctus añ idolū. Adoro sz nō idolū. adoro sed nō simula=
chrū. Si igr̄ iste simplex itēdat actu tm̄ adorare xpm
nō peccat:sz si intendat actu adorare istū q̄ ei apparet
Ad primū peccat mortaliter. Scd̄m hoc ad primo obiectū dici=
mus ꝙ hec est falsa. Iste nō intēdit adorare nisi xpm:
Ad scd̄m. imo intendit adorare istū. Ad secundo obiectū de hi
strione dicimus ꝙ non est simile: quia nō est prohibitū
simpliciter dare histrioni. quoniā possum dare histrio
ni quē scio esse histrionē et meritorie. nō quia histrio
sed quia indigens. Sed simpliciter prohibitū est ex=
hibere latriā pure creature. Unde nō est simile:quia
non est simpliciter prohibitū dare histrioni:sed tantū
Ad tertiū. inq̄tum histrio. Ad tertio obiectū dicimus ꝙ nō est si=
mile. qm̄ in cōcubitu aliene sufficit adhibere diligen=
tiam que solet adhiberi a maritis. ⁊ secūdū diuersas
consuetudines diuersa diligētia adhibenda est. Sed
in exhibitione latrie nō est nisi vnica diligentia. s. dili=
gentia fidei:⁊ illā non adhibet iste. sicut patet p pre=
dicta. Ad quartū dicimus ꝙ ignorātia illa inuincibilis Ad q̄rtum
est isti q̄tum in se est. sed vincibilis est q̄tū ad auxiliū
dei. qm̄ si iste facit qd̄ in se est dn̄s docebit ipz. vel po Alr̄ pt dici
test dici ꝙ inuincibilis est q̄tū ad dissolutionē. sz vin=
cibilis q̄tū ad euasionē. qm̄ pōt euadere sic. Adoro
te si tu es xps. Ad vltimū soluitur per interēptionem. Ad vltimū
quoniā iste non debet credere simpliciter corpus xpi
esse sub hac forma: sed debet credere corpus xpi esse
sub hac forma si rite facta est cōsecratio. Potest eniz
decipi sacerdos qui porrigit simplicē hostiā credens
isti esse corpus xpi. vn̄ iste non debet credere sub hac
forma esse corpus christi nisi sub conditione predicta
Itē. dicitur in quarto sententiarū ꝙ si aliquis credat Iterū ar.
alicui heretico pdicanti sub nomine augustini vel hie
ronymi nō dicitur credere heretico:sz aug. vel hierony.
ergo eadē ratiōe si aliqs adoret diabolū trāsfiguratū
in spē cristi et dicētē se esse cristū non dz dici adorare
diabolū sic transfiguratū:et sic asserentē et dictū ē ꝙ
peccat. Ad hoc dicūt fere oēs ꝙ auctoritas illa itel= solutō cōis
ligenda ē in vno casu. s. qn̄ hereticus deceptus pdicat
verū qd̄ credit esse contra ecclesiā:sicut si predicet fi=
lium esse equalē patri credens hoc esse contra eccle=
siam in hoc casu si quis credat heretico predicāti sub
nomine augustini non peccat. Sed contra. ponatur ꝯ hoc ar.
ꝙ hereticus predicet aliquid de deo et iste cui predi
cat consentit ei et asserit istud quod hereticus predi=
cat:qd̄ tn̄ non ē certū per sinderesim que nō dicit nisi
verū:neqꝫ per fidē neqꝫ per sacraz scripturā. videtur
ꝙ iste consentiēs siue vero siue falso consentiat pec=
cat mortaliter. qm̄ asserit aliquid de deo qd̄ nō est ei
certū p sinderesim. nec per fidē nec per sacrā scriptu=
rā. ergo presumit:qm̄ nichil est asserendū de deo hu=
mana auctoritate. ergo peccat mortaliter:siue veruz
predicet hereticus siue falsum et siue predicet cōtra
ecclesiā:siue non. ergo nec in predicto casu vera ē illa au
ctoritas:nisi istud qd̄ pdicat hereticus certū sit aliq̄ ca=
su triū predictorum modorꝫ nec etiā falsa est in omni
alio casu si istud quod predicatur sit certū aliq̄ triuz
predictorum modorum. Item. ponatur ꝙ cristus ap= q̄o incidēs
pareat isti sub specie cristi et dicat se esse cristuz. ⁊ iste
credat et adoret ipsū:queritur vtrum peccet. videtur Ar̄ ꝙ non.
ꝙ non:qm̄ adorat christum tantum adoratione ista q̄
debetur cristo. ergo non peccat adorando. Cōtra. po In oppositum
natur ꝙ alij appareat diabolus i spē cristi pcise sub oi=
bus eisdem signis sub quibus apparet christus ⁊ di=
cat diabolus se esse cristum: et ille credat et adoret
ipsum. constat ꝙ ipe peccet mortaliter adorādo dia=
bolum: quia ignorat eū qui ei apparet esse christum.
quoniā istum esse christū est falsum. peccat aūt q2 non
adhibet diligentiā quā potest et debet: quia in pecca
to vbi est ignorantia facti iudicandū est peccatū secū=
dum intentionem ⁊ diligentiā:immo negligentiam.
Similiter iste cui apparet christus ignorat istum esse
christum. quoniā signa non certificāt ipsum:quia sub
oibus eisdem signis apparet diabolus alij: ergo cuz
ille non certificetur per illa signa nec iste per eadē si=
gna:ergo isti duo cōmunicant ignorantia. nec iste qui
adorat christum adhibet maiorem diligentiam. Sit
ita: ergo cum equales sint diligentie vel potius ne=
gligentie equaliter peccant: qm̄ peccata vbi est igno
rantia iudicantur secundū negligentiam et intentio=
nem. sed vnus peccat mortaliter: ergo et reliquus.
Si dicit ꝙ veritas excusat istū qui adorat xpm. pbatur

ꝙ non. qm̄ si sint duo quorꝫ vnus cognoscat suā alius
non suā ⁊ neuter adhibeat diligētiā quā pōt ⁊ debet
ad sciendū an sit sua peccāt equaliter. nec excusatur qui
cognoscit suā. ergo eadē ratione. isti duo quorꝫ vnus ado=
rat xpm ⁊ alius diabolū peccāt equaliter. Si cōceditur
ꝯ hoc ar. Cōtra. vnus est idolatra in facto suo. alius non: ergo non
p solutiōe. equaliter peccāt illis factis. Ad euidentiā solutōnis
notandum istorꝫ notandū ꝙ q̄nqꝫ sunt vie in quibus aliqd asseritur
de deo. Prima est p sinderesim. sinderesis enī dictat
ꝙ vnus est deus retributor bonorꝫ et punitor malorū.
Scd̄a via est p fidē. q2 per fidē asserimus deū esse trinū
et vnū. ⁊ multa alia. Tertia via est per sacrā scripturā
qm̄ creditur ꝙ sacra scriptura a deo sit. ⁊ propter hoc
de deo asserimus quod in sacra scriptura traditū ha=
bemus. Quarta via est per fantasiā. i. p rationes na=
turales pbabiles per quas asserimus aliqd de deo. ⁊
ille q̄nqꝫ vere sunt q̄nqꝫ false. Non enī ita se habet sp
in deo. sicut in naturalibus. Propter hoc via ista dr
per fantasiā:q2 fantasia q̄nqꝫ vera q̄nqꝫ falsa. Quinta
via est p exteriorē predicationē vel miracula. qm̄ per
predicationē quā audimus asserimus aliqd de deo. Sz
quarta ⁊ q̄nta via similes sunt. qm̄ nō est eis innitēdū
nec cōsentiendū nisi firmitatē habeant. vel a sinderesi
vel a fide vel a sacrā scriptura. Qui enī per naturales
rationes aliqd asserit de deo quod nō est ei certū: nec
Aliter asse= per sinderesim nec per fidē nec p sacrā scripturā pec=
rendū ē ali cat mortaliter:q2 presumit. Humano enī ingenio asse=
qd de deo. rere aliqd de deo presūptio est. Similiter si p exterio
rem pdicationē asserit de deo aliqd quod nō est certū
ei per sinderesim nec per fidē nec per sacrā scripturaz
Expō dicti peccat mortaliter. Istud habet locū euāgelij. Si ce=
euāgelici. cus cecū ducat ambo in foueā cadūt. ⁊ istud apl's pro
bat. Spūs si ex deo sunt. et istud. Si qs vobis aliud
Ad primū. predicauerit anathema sit. Ad primū dicimus ꝙ here=
ticus pdicet aliqd de deo quod sit certū p sinderesim
vel fidē ⁊c. credendū est ei. ⁊ in hoc casu intelligitur au=
Ad aliud. ctoritas illa:aliter nō est credēdū ei. Ad istud qd̄ obi
citur de illo qui adorat xpz dicimus ꝙ positio ipossibi
lis est. qm̄ impossibile est ꝙ xps q̄ est illuminator cor=
diū appareat alicui quin p illuminationē aliquā inte
riorē manifestet aduentū suū. sed si ita contingeret ꝙ
xps appareret alicui pcise sub eisdez signis sub q̄bus
diabolus appareret alij. dicimus ꝙ non deberet adora
re ipm simpliciter:sed sub cōditione sic. Si tu es xps
Ad aliud. adoro te. ⁊ si adoraret ipm simpliciter peccaret mor=
taliter. nec valet hec argumentatio. Iste est idolatra
Similiter. facto suo. ille non: ergo non peccāt equaliter. Sicut ista
non valet hec actio est adulteriū. illa est simplex for=
nicatio: ergo nō sunt equalia pctā. ⁊ pz instātia in duobus
q̄rꝫ vterqꝫ intēdit cognoscere alienā ⁊ alter cognoscit
ꝯ dicta ar alienā cōiugatā. reliquus aūt solutā. Sz cōtra pdicta
obicitur. ponatur ꝙ simplex laicus q̄ nec fidē formatā nec fi
dem iformatā hz nec vnq̄ aliqd nouit de deo audiat
prelatū suū pdicantē equalitatē psonarꝫ ⁊ credat pdi
catiōi plati asserēdo equalitatē psonarꝫ q̄ nō est ei cer
ta:nec p sinderesim nec p fidē nec p sacrā scripturam.
Videtur ꝙ iste nō peccet. q2 deus dixit in euāgelio. Que
dicūt facite: ergo iste tenetur facere qd̄ suus platus dixit: ergo et
Confirmatur credere. Dn̄s etiā dicit. si nō venissem ⁊ eis locutus nō
Secundo, fuissez peccatū nō haberēt. Preterea. minores iudei
qui legē non nouerāt tenebātur credere xpo pdicāti
illis. Similiter gentiles tenebātur credere pdicatiōi
aplorꝫ. pari ratione. iste simplex tenetur credere pdica=
In ꝯtrariū tioni sui plati et credit: ergo nō peccat. Cōtra. Asserit ali
quid de deo nō per sinderesim. nō per fidē. nō p sacrā
scripturā: ergo peccat mortaliter s̄m pdicta. Preterea. Secundo.
sup illud ad gala. cōicet aūt is q̄ cathesizatur verbo ei
qui ca. se. in. o. b. dicit aūt vt lex sit dux eius nō hō. cū ergo
lex nō ducat istū:sed hō. qm̄ innititur sensui hoīs peccat
mortaliter. Forte dicit ꝙ veritas q̄ pdicatur ⁊ cui ipe cō Euasio.
sētit facit ꝙ nō peccat. Cōtra. ponatur ꝙ nepos abrahe ꝯ hanc ar.
q̄ fuit circūcisus asseruerit ꝙ deus nō fiet hō ⁊ nō pecca
uerit alio pctō. ⁊ sic decedat. Cōstat ꝙ dānatur. qm̄ asse
ruit ꝯtrariū articulo fidei obligāti. ⁊ possibile fuit ꝙ
xps nō incarnaretur. ponatur. Ergo sic. Iste dānatus est: ergo ne
cessariū est istū fuisse dānatū: ergo necessariū est istū pec=
casse. non nisi quia presumit asserere aliquid de deo
sapientissime semper oratur amotio illius. Ad vlti= — Ad vltimū
mum dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. religi
osus ex dono sapientie quod est excellentissimū do=
num spūssancti orat amoueri a se primos motus. er
go sapientissime: et hoc accidit: quia amotio in pri=
uatione consistit. Preterea. et si non oret ex ignorā=
tia potest tamē ignorās petere quod forte dn̄s vult
illuȝ tentari ne euocet per superbiā: sicut de effraijm
dicit osee. vnde dn̄s qn̄qȝ debet spiritualter eē pond⁹.

¶ Queritur vtruȝ temporalia sint simpliciter et absolute petenda.

¶ Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrum tēporalia sint petenda simplici
ter. videtur ꝙ sic. Apl̄s dicit ad thimotheuȝ. i.
pietas valet ad omnia promissionē habens vite que — Arḡ ꝙ sic.
nūc est ⁊ future. pietati ergo simpliciter promittitur
vita presens: ḡ temporale. ergo eadē ratione conse=
quens ad vitam presentē. s. tēporalia. sine quibus vi=
ta presens non sustentatur. sed si a dn̄o promittūtur
temporalia licite et meritorie possūt possideri: ⁊ etiā
peti ab eo: ergo ipsa sunt petēda simpliciter: sicut sim
pliciter promittitur pietati. Itē. salomō in ecclesia. pe
tit simpliciter eā dicēs. dn̄e diuicias ⁊ paupertates ne — Secundo.
dederis michi: sed tantū victui meo tribue necessa=
ria. i. temporalia: quibus vita sustentatur: sed peten=
dum est sicut ipse petijt. ergo petendum est simplici
ter temporalia: ergo temporalia sunt petenda sim=
pliciter. Itē. ecclesia petit ea simpliciter dicēs vt fru — Tertio.
ctus terre dare et cōseruare digneris te rogam⁹ audi
nos. et non decipitur eccelesia quoniā impossibile est — Quarto
generalē ecclesiā decipi: ergo petens temporalia sim
pliciter bene petit: ergo temporalia sūt simpliciter
petēda. Itē. esto ꝙ in infirmatorio alicuius abbatie
sint multi infirmi qui piscibus valde affectent refici ⁊
oret abbas dn̄m ꝙ concedat piscatores capere pisces
quibus monachi possint refici cōstat ꝙ abbas possit
hoc petere ex caritate: ergo temporalia possunt peti — Quinto.
ex caritate. et hoc est simpliciter petere: ergo tempo
ralia sunt petenda simpliciter. Itē in ecclesia. vij. vti
lior est sapientia cū diuicijs: ergo diuitie augmentāt
vtilitatē sapientie. sed constat ꝙ sapientia est simpli= — In oppo^m
citer petenda: ergo et causa vtilitatis: ergo et diuicie
si conceditur. Contra. salomon petijt dn̄e diuicias et
paupertates ne dederis michi: ergo petijt ꝙ dn̄s nō — Secundo.
daret ei diuicias et bene petijt: ergo diuicie non sunt

Secundo. — petēde. Itē. super istud: primū querite regnū dei. ⁊c
dicit glo. non dicit primū propter hoc ꝙ post tempo
ralia sunt petenda: ergo nec primo nec post tempora
Tertio. — lia sunt petēda: ergo nunꝗ. Item. domin⁹ in euan
gelio prohibet esse sollicitum de crastino id est de fu
turo. ergo illicitum est esse sollicitum de futuro. sed
petendo tpalia sollicitus ē de futuro. talis enī peti=
tio respicit futurū. ergo illicitū est petere tēporalia.
Ad idem. — ergo tēporalia non sunt petenda. Iteȝ. dn̄s exponēs
illud. Spine suffocauerūt verbū dei. vocat spinas di
uitias: et recte: quia diuitie pungunt sicut spine ⁊ cru
entant ex post facto. diuitie ḡ suffocant verbū dei: er=
go diuitie suffocant vtilitatem sapiētie. non ergo me
lior est sapientia cū diuitijs. quod est contra predicta
Preterea. diuitie suffocant verbum dei. ḡ impediūt
predicationē dn̄i: ergo non est bonū habere illas. ḡ
Itē ad idē. — non sunt petende. Item velle laudari ab oībus in se
Ad idem. — est malū nec potest aliquis velle laudari ab oīb⁹ sine
peccato q̄uis bonū sit laudari ab omnibus: vt deus
glorificetur. hoc aūt nō est nisi quia laudari ab oīb⁹
vanum est. ergo pari ratione velle simpliciter habe=
re diuitias simpliciter maluȝ est: nec est sine peccato
cum diuitie sint vane. quoniā vanitas vanitatū et oīa
vanitas. ergo petere diuitias est peccatū. Solutio.
Solutio. — concedimus ꝙ tēporalia nō sunt petenda. i. digna pe
ti. verūtamen licitū est petere ea in casu sicut in neces
sitate propria: sicut petebat salomō: vel in necessita=
te alterius: sicut petit abbas in casu predicto: vel in
statu cōmunis necessitatis. sicut petit ecclesia. licituȝ
est ergo ea petere et habere in casu non ad fruenduȝ
sed ad vtendū. Ad primū ergo dicimus ꝙ hec argu=
Ad primū — mentatio non valet. tēporalia licite et meritorie pos=
sunt peti ab aliquo: ergo sunt petenda. est ibi fallatia
consequentis a superiori ad inferius affirmādo. que=
cunqȝ enī sunt petenda. i. digna peti licitū est petere:
sed non ecōuerso. Ad secundū dicimus ꝙ hec argu=
Ad scđm. — mentatio nō valet: salomon petijt temporalia et lici=
te et bene: ergo temporalia sunt petenda simpliciter
quoniā ipse non petijt simpliciter. sed pro necessitate
sua. vnde deberet cōcludere sic: ergo temporalia sūt
petenda sicut ipse petijt: hoc autē bene ꝯcedim⁹. Ad
Ad tertiū. — tertiū similiter dicimus ꝙ abbas bene potest sic pete
re. qr pro alteri⁹ necessitate petit nec sequitur ex hoc ꝙ
tpalia sint petenda. i. digna peti ſȝ sūt petēda. i. licita
peti sicut petit abbas. Ad q̄rtū dicim⁹ ꝙ eccl̄a nō pe=
Ad q̄rtum — tit simpliciter diuicias neqȝ tpalia. sed in statu genera
lis necessitatis ex prouidentia siue prudentia et pro
alio simpliciter ex caritate. rationalis enī creatura q̄
ex toto corde tenetur diligere deum non debet adeo
auerti nisi in casu necessitatis vt liberius possit serui=
re deo et ei adherere p dilectionē. et ita patet ꝙ nō se
quitur ex hoc ꝙ ecclesia orat pro temporalibus dan=
dis et conseruandis ꝙ ipsa sint petenda. i. digna peti
sed bene sequitur. ergo licitū est ea petere sicut eccle
sia petit. Qđ ergo dn̄s prohibet sollicitudinē intelli=
Ad aliud. — gendū ē de sollicitudine suffocatiōis et nō de sollicitu
dine prouidētie. Ad aliud dicimus ꝙ salomon loqui
Ad sextum — tur cū quadā suppositione. s. ꝙ maneat sapiētia ⁊ suf
focetur a diuicijs licȝ hoc difficile sit. ⁊ in paucis. qm̄ hoc
habet locū in pfectis tantū. vnde diuicie nō sūt scđm
se causa vtilitatis sapientie vel augmenti eius et pro
pter hoc nō sequitur ꝙ sapiētia est melior cū diuicijs
q̄ sine. ꝙ diuitie sint petende. i. digne peti: loquitur
ḡ salomon cū suppōne quadam et vt in paucis. domi

nus autē dicens. ꝙ diuitie suffocāt verbū dei locutus
est siplicter et vt in multis. Ad vltimū dicim⁹ ꝙ nō — Ad vltimū
est simile de laude hominū: et de temporalibus. nam
laus humana in se vana est et superfluū quid est. sed
temporalia q̄uis vana sint in se: tn̄ necessaria sunt in
multis. sed videtur quod hoc non sit licitū petere tē — Iterū arḡ ꝙ
poralia absolute. quoniā super istud psalmi. De⁹ me — nō lȝ abso=
us clamabo per diē et non exaudies et nocte ⁊c. di= — lute illa pe
cit glosa. clamaui per diem. i. in prosperis ne recedāt — tere.
et nocte. i. pro aduersis vt abeant. ⁊ non exau. quia
verbū delictorū clamo. ergo qui petit ne prospera re
cedant: petit verbū delictorū: ergo similiter qui cla=
mat vt prospera veniāt peccat. ergo qui petit simpli
citer temporalia peccat. sed constat ꝙ in cōparatiōe
ad finē supremū et conditione debita licet ea petere.
ergo qui aliter petit ea peccat. ergo non licet petere
ea absolute. Item. super istud. propter quod ter dn̄ȝ — Secundo.
rogaui. ⁊c. dicit glosa. si petitis temporalia. cū modo
petite: et vos deo cū timore cōmittite vt si ꝓsint det.
si sciat obesse non det. tenemur ergo petere tempora
lia qn̄ petimus ea cum appositiōe modi. i. conditiōe
predicta: vt si prosint et det. non ergo licitum est pe=
tere ea absolute. Itē. i leuitico prohibetur aīal clau — Tertio.
dum. et dicit glosa. Animal claudū offerre est simul
temporalem vitā: et eternā petere. ſȝ offerre animal
claudum est peccatum: ergo petere vitam eternā et
temporalia est peccatum. sed petere vitā eternā non
est peccatum. ergo petere temporalia est peccatum.
ergo nō licitū est petere temporalia absolute. Item. — Quarto.
sup illđ p̄me ad corithios. melius ē michi mori q̄ vt
gloriam meā quis euacuet. dicit glosa. ne duos fines
vobis constituatis. sed qui petit temporalia absolu=
te: et similiter eterna absolute. duos fines constituit
sibi. ergo facit qđ glosa tn̄ prohibet. ergo peccat: sed
non peccat ex eo ꝙ petit vitā eternā absolute. ḡ pec=
cat quia petit temporalia absolute: et inde vt prius.
Item. in illa auctoritate prohibetur meditari terre= — Quinto.
nam mercedē solā. ergo nō licet eā meditari sine cō=
paratione nec petere. Item. caritas est ignis tendēs — Sexto.
sursum. ergo non mouet deorsuȝ. ergo ex caritate nō
possunt peti temporalia absolute. ergo nec meritorie
inde sic. temporalia non possūt peti absolute merito
rie. ergo petere tēporalia absolute nō est indifferens
quoniā omne indifferens non est meritoriū: ergo pec
catum. ḡ non est licitū. quo concesso. Contra. dn̄s dat — In oppo^m
temporalia ad subsidiū. siue ad sustentationē ad so=
latium ad remediū. ergo licitū est habere ea ad sustē
tationē ⁊c. petere: ergo ⁊ hoc ē petere absolute. Itē — Secundo.
domin⁹ promisit temporalia iudeis: ergo licitū fuit
eis habere temporalia et velle habere. ergo ⁊ petere
sed quod fuit aliquādo licitū in se et secundū se sēper
fuit licitū et erit: ergo etiā modo licitū est velle habe
re temporalia. ergo licitū ē petere ea absolute. Itē. — Tertio.
agricola laborat in agro vt acquirat sibi temporalia
ad sustentationē nichil aliud intendens: nō tn̄ peccat
licet non mereatur. ḡ acquirere sibi tempo ralia pro=
pter sustentationē tantū: nō est peccatū: imo licitū: ḡ
et petere illa. ergo licituȝ est petere tpalia absolute.
Item ex naturali pietate possū velle alicui tēporalia — Quarto.
ad sustētationē et licite qr ex cōpassione naturali: ſȝ
maior est mot⁹ cōpassionis vel pietatis in me q̄ i aliū
ḡ et michi possū velle ex pietate naturali temporalia
propter sustētationē. ḡ ⁊ petere. et īde vt prius. Solu — Solutio.
tio. dicim⁹ ꝙ dupliciter p̄t quis petere tpalia absolute

q:vel ad fruitionē:vt in eis delectet̃.hoc aūt est pctm̄
vel ad sustentandū se vel aliū et hoc est licitū. est enī
licitū petere temporalia vel ad sustentandū propriā
naturā.qm̄ natura nō est contraria gratie vel glorie
iste est quasi principiū vel fundamentū vel ad solaciū
s.ad tollendū tediū et tristiciā seculi q̄ morte operat̃
vel ad remediū contra infirmitatē famis et sitis. qm̄
hoc impediuit multos ne vacent legi dei: et propter
hoc sicut habetur in paralipomenō.date sunt decime
leuitis vt vacarent legi dei.potest etiā quis petere li
cite temporalia ad vsū vt possit erogare pauperibus
Ad primū. elemosinas et eorū inopiā eleuare. Ad primū igitur
dicim⁹ ꝙ glosa sup psal.debet intelligi de illis qui pe
tunt ne prosperitas recedat ex amore et desiderio de
Ad scdm. lectandi in tpalib⁹. Ad secundū dicim⁹ ꝙ auctoritas
illa sic intelligitur petite tēporalia cū modo.i.cū mo
deramine intendendo sustentationē nō superfluitatē
illud aūt quod sequitur vt si prosint det. ꝛc.nō est p̄
ceptū sed consiliū.nec facit petitionē bonā:sed melio
rem nec discretā sed discretiorē.discretior enim ꝛ me
lior esset petitio temporaliū si fieret cū tali cōditione
Ad tertiū. Ad tertiū dicimus ꝙ reuera claudum animal offert
qui petit eterna et tēporalia de pari.i.vt delectari q̄-
rat in tempalibus sicut est delectandū in eternis ꝛ sic
debet intelligi auctoritas:claudus est talis qui pedē
dextrū firmū habet et stabilē sinistrū vero labilē ꝛ ca
ducū.sed qui eterna petit ad fruendū.temporalia ve
ro ad sustentandū non est claudus: imo aīal findens
vngulā quod erat mundū animal in lege.quoniā ta-
lis potest dicere leua eius sub capite meo.i.tempora
lia que sunt sinistra dn̄i et dextra illius amplexabitur
me.i.delectabor in eternis. ꝛ ꝙ ad sustentādū debēt
q̄re puluinar suppo- peti temporalia . eterna vero ad fruēdum significat
nit̃ euāge- puluinar quod supponitur euangelio qm̄ debet legi
lio. euangeliū . et similiter puluinar suppositū capiti dn̄i
quando dormiebat in naui. Ad quartū dupliciter p̄t
Ad q̄rtum solui:quoniā pōt dici ꝙ glo.loquitur de opere p̄dica
tionis qd̄ priuilegiatū est.quod propter talē sustēta-
Alr̃ p̄t dici tionem non potest exerceri licite.vel potest intelligi
glo.cōmuniter cū dicit:ne duos fines vobis ɔstituat̃
et appellat duos fines:fines oppositos et equales de
qualibus dicit̃ de ingredientibus terrā duabus vijs
vt.s.petamus temporalia ad delectandū in eis. et si-
militer eterna.hoc enī est peccatū sine dubio ꝛ nimis
delicatū. vnde iero. delicatus es miles si vis delecta
ad residuū ri in seculo ꝛ regnare cū christo. Ad residuū glo.dici
mus ꝙ petere terrenā mercedē solā est petere tēpo-
Ad vltimū ralia ad fruendū et delectandū. Ad vltimū dicim⁹ ꝙ
hec est duplex temporalia non possunt peti absolute
ex caritate . quoniā si petere absolute est petere sine
conditione falsa est illa propositio.si petere absolute
est petere sine cōparatione.tūc primo vera est. sed ex
hoc nō sequitur ꝙ petere tēporalia nō possit esse me-
Notandū. ritoriū.et sic patet solutio ad omia obiecta. Ad vlti
mum notandum est ꝙ hec argumentatio non valet:
temporalia sunt petēda ad sustētationē ad solatium
ad remedium ad vsū:ergo temporalia sunt petenda
fallatia secundum quid et simpliciter.

¶De oratione qua oramus sanctos ꝛ qua san
cti orant pro nobis.
Sexta questio huius capituli.

SExto queritur de oratione qua oramus sāctos
et qua sancti orant pro nobis.vtrū sit nobis vti
lis. videtur ꝙ non . quoniā sancti sunt beati et in sua Arḡ ꝙ non.
beatitudine cōfirmati:ergo confirmāt voluntatē suā
voluntati diuine in omnibus : ergo nichil volunt vel
petunt nisi quod de⁹ vult. s3 quecquid vult de⁹ dare
nobis:dat nobis.ergo siue sancti orant pro nobis si-
ue nō ex quo de⁹ vult dare aliqd nobis:dat istō nobis
ergo pro nichilo orant sancti ꝓ nobis . ergo eoꝝ orō
non est nobis vtilis. Item.sācti vident deū cum sint Secundo.
in sūma luce.dicit ei gregori⁹.Quid ignorant q̄ vidē
tem oīa vident.ḡ sancti vidēt omnia in speculo eter-
nitatis.ergo vident vtrū petitiones nostre sint exau
diende vel non.ḡ sciunt ꝙ pro nichilo orarēt cogno-
scentes circa petitiones nostras voluntatē dei . ergo
si orant inutiliter orāt:et inde vt prius. Itē.l3 angeli Tertio.
legant in libro vite et videant in speculo eternitatis
tn̄ non vident oīa:sicut patet de angelo danielis qui
dicit.Cū orarē pro liberatiōe populi tui angel⁹ per-
sarum restitit michi.et dicit gregorius ꝙ angel⁹ per-
sarum fuit bonus.angelus qui dicitur restitisse āge-
lo danielis reuelando ei ꝙ eius petitio non erat sta-
tim exaudiēda pro liberatione populi iudaici. quia
ille populus nondum purgat⁹ plene erat igne tribu
lationis.ergo angelus danielis nesciebat hoc.ḡ si an
geli multa ignorant: igitur et sancti multa ignorant
et maxime orationes nostras que ī intimo cordis sūt
quoniā sicut in euangelio dicitur. Solus de⁹ nouit
cogitationes hominū:ḡ sancti nesciunt orationes no
stras.ergo inutile est orare sanctos.et inde vt prius.
Item augustinus.oīa sunt in deo vt vnū: ergo peti- Quarto.
tiones nostre sunt in deo vt vnū:ergo resultant ī spe-
culo eternitatis vt vnū:ergo sancti vidētes eas ī spe
culo eternitatis vident eas vt vnū:non ergo vt diuer
sa:ergo nec distincte:ergo non vident quorū sūt ora
tiones quas vident.ergo inutile est orare ipsos.ꝛ ide
vt prius. Propter istas rationes et consimiles dicūt Opio cōis
multi ꝙ nec nos oramus sanctos nec ipsi orant ꝓ no
bis:nisi iproprie:ideo.s.q: oramus deū vt sanctorum
merita nos iuuent.vnde:adiuuēt nos eorum merita
ꝛc. Sed contra.aut intelligunt de meritis presētib⁹ ɔ hanc ar.
aut preteritis:si de preteritis. Contra. quicquid me
ruerunt sancti meritis preteritis necessariū ē eos me
ruisse:qm̄ meritū illud nō depēdet a futuro : ergo si
modo iuuāt prius meruerunt:ergo inutile est orare
ꝙ merita sāctorū preterita iuuēt nos.ergo nō potest
intelligi qd̄ dicunt de preteritis meritis nec de presē
tibus:qm̄ sancti non sunt in statu merendi:ergo non
est verum ꝙ sub predicta impropietate orem⁹ san-
ctos vl̃ sancti pro nobis. Item.sancti in via merētur Secundo.
nobis primā gratiā:ḡ fortiori ratione et in patria. ḡ
proprie loquendo orant pro nobis. Item.sancti ī pa- Tertio.
tria sunt amici dei.ergo possunt impetrare de facili
ab ipso et sciunt.hoc cōstat et volūt:q: sunt amici no
stri.ḡ cum possint ipetrare et sciant et velint possūt ꝛ
orare.et inde vt prius. Item.angeli sūt in statu me- Quarto.
rendi nec īpedit ꝙ in beatitudine sunt et glīa:ḡ pari
ratione et sancti sūt in statu merendi et in statu oran
di.ꝛ īde vt prius. Solutio.cōcedimus ꝙ oramus sā Solutio.
ctos proprie et ipsi orant pro nobis proprie: vt cū di
cimus sancte petre ora pro nobis:quia licet hoc no-
men petre sumatur sinodotice.tn̄ dicimus ꝙ verbū
orandi sumitur proprie. Ad primum dicimus ꝙ si sā Ad primū.
cti conforment voluntatem suam voluntati dei . non
tamen in omnibus:sed in eis que spectant ad salu-
tem eorum et statum in quo sunt modo : sed non in

omnibus que ad nos spectant et hoc vult deus vt
pro nobis sint solliciti. et hoc ad bonū nostruz. et sic
Ad scdm. prima obiectio soluitur per interēptionē. Ad secūdū
dicimus ꝙ sancti nō vident oīa speculo eternitatis ni
si que ad salutē eorū prosunt et spectant ad statū eoꝝ
in quo sunt. hoc modo intelligēda est auctoritas bti
Ad tertiū. gregorij . Ad tertiū dicimus ꝙ sancti multa ignorāt
vt patet in angelo danielis. tamē deus reuelat sāctis
petitiones nostras ꝓut vtile est sue reipublice.expe-
dit enī ꝙ vnus iuuet aliū.vt se inuicē magis diligant
augmētū enī caritatis ex corde trahitur alieno ꝛ etiā
quia statui sanctorum in futuro prodest ꝙ pro nobis
orant. quoniā illa superuacuitas suis ciuibus erit re
pleta quando equabimur angelis dei : reuelat ergo
deus petitiōes nostras sanctis prout nouit sue reipu
q̄o incidēs blice expedire . Si querit̃ modus reuelationis.dici-
Solutio. mus ꝙ per applicationē speculi ad visionē sanctorū
Ad q̄rtum fit et illuminationē maiorē. Ad quartū dicim⁹ ꝙ oīa
sunt in deo vt vnū.et hoc dupliciter.quia et in eo tā-
q̄ in causa vna sunt.et similiter tanq̄ in vno exēplari
concedimus ergo ꝙ sancti vident omia que vidēt in
speculo eternitatis vt vnū.sed ideo nō sequit̃ ꝙ nō vi
deant diuersa isti.quia sicut deus est causa vnī⁹ scdm
ꝙ est vnū et secundū idē.ita est causa diuersorū scdm
ꝙ diuersa. Similiter deus est exēplar vnius secundū
ꝙ vnū et est exēplar diuersorū secundū ꝙ diuersa . q̄
potest capere capiat . quoniā illud excedit intellectū
hominis.et ita in codē speculo exēplari: vidēt sancti
Ad aliud. vnū secundū ꝙ vnū.et diuersa secūdū ꝙ diuersa . Ad
istud quod obijcitur ꝙ sicut angeli sunt in statu me-
rendi.ita et sancti.dicim⁹ ꝙ non est verū.qm̄ augusti
nus dicit in libro de vera religiōe iudicauit dn̄s suos
suos meliores si ei liberius deseruirēt . iocūdior enī
est beatitudo que proprijs meritis possidet̃.inde est
ꝙ dedit hominibus liberū arbitriū et statū suū merē
di in via quo merent̃ habendū. Angelis autē creatis
in empireo: dedit statū merendi in patria in quo me
rentur habitū vt gratius habeāt. sicut iocundius co
medit qui suū expendit q̄ alienū. merent̃ ergo ange
Angel⁹ cu- li qd̄ habent in seruiendo nobis . quilibet enī homo
stodit ho- habet angelū custodē sui. Dicimus ergo ꝙ sancti im
minē. petrant nobis in patria spūalia bona nō per modum
merendi. sed orandi et obtinendi. quoniā nō sunt in
habitu merendi sed recipiendi. q: in via meruerunt.
Iterū ar. Sed adhuc videtur posse ꝓbari ꝙ orō qua scti orāt
pro nobis nō sit nobis vtilis.q: ille pro quo orāt aut
est dignus exaudiri aut indignus. si dign⁹.ergo siue
sancti orant pro ipso siue nō:exaudiet̃ : dū modo īme
diate oret deū.si indignus . ergo nō exaudiētur sācti
orantes pro ipso.qm̄ indignitas eius pro quo oratur
impedit effectū orationis sicut dicūt sancti.et ita vide
tur ꝙ pro nichilo oramus sanctos cū eorū oratio non
Secundo. prosit nobis : qd̄ est cōtra predicta. Itē.ecclesia orat
sic : adiuuēt nos eorū merita.ꝛc.aut intelligit̃ de me
ɔ hoc ar. ritis preteritis aut presentibus.si preteritis. Contra
quicquid meruerūt sancti necessariū est eos meruisse
et similiter quicquid nō meruerūt necessariū est eos
non meruisse:ergo quicquid meruerūt nobis scti vel
non meruerūt necessariū est eos meruisse vel nō me-
ruisse nobis:ergo orones quib⁹ oramus sctōs:nichil
operantur quo ad preterita merita sanctorū:ergo in
utilis est predicta oratio:si de preteritis meritis san-
ctorū illud intelligit̃.si de p̄sentibus . Cōtra.sancti ni
chil merentur modo quia nō sunt in statu merendi:ḡ
fatuū est orare deum ꝙ presentia merita sāctorū nos
iuuent. Item.videtur ecōtrario ꝙ sancti merent̃ no- Arḡ ꝙ merē
bis meritis presentibus. esto ꝙ aliquis sanctus me- tur nunc.
reatur in via alicui primam gratiam: et post moria-
tur sanctus ille et euolet et oret ex eadē caritate deū
pro alio: ꝙ conferat ei gratiā ꝛ impetret.inde sic.iste
sanctus meruit motu caritatis siue dū esset in via alij
primam gratiam ex sola caritate que est radix meriti
ergo manente eadē causa:manebit idē effectus : s3 in
patria manet eadem causa.q: eadem caritas.ergo si
militer isti cui ex eadē caritate īpetrat primā gratiaz
meretur:vel quare non. Si dicis ꝙ in patria non est Euasio.
status merendi obicitur de angelis.ideo forte dicit. ɔ hanc ar.
ꝙ hec est ratio:q: firmatum est liberū arbitriū sācto-
rum in patria.vnde in laude iusti dū esset in via dicit̃.
qui potuit transgredi et non est transgressus. S3 cō
tra.cristus habuit in via liberum arbitriū cōfirmatū
tamen meruit sic et angeli sunt :verūtamē merentur
ergo confirmatio non īpedit quin scti mereant̃ in pa
tria. Preterea q̄uis scti non mereant̃ sibi.hn̄t p̄miū Ad idem.
quod dū viuerēt intendebant: ꝛ qd̄ dū viuerent me-
ruerūt quare nō possūt nobis mereri habendū. Dici Solutio.
mus ꝙ dupliciter adiuuāt nos sancti orationibus.s.
presētibus et meritis preteritis propter qd̄ valde vti
le est orare sanctos. Ad primū dicim⁹ ꝙ indign⁹ exau Ad primū.
diri per se:ad preces sanctorū exauditur: qm̄ ille qui
est in peccato mortali indign⁹ ē pane quo vescit̃: non
tn̄ indignus vltima indignitate que ē volūtas p̄ma-
nendi in peccato.sed si dolet de peccatis et atteritur
sed minus sufficienter cōplent orones sanctorū ꝛ im-
petrant tali dolenti sic:et orāt primā gratiā. Aucto- Ad auctori
ritas aūt illa indignitas eorū ꝛc.intelligitur de ꝑtina tatem.
cibus in peccatis.de talibus dictū ē hieremie . Noli
orare pro populo isto. Ad secūdū dicim⁹ ꝙ auctori- Ad scdm.
tas illa.adiuuent nos eorū merita ꝛc.potest intelligi
sic.adiuuent nos ꝛc.i.beatitudo quā habent ex meri
tis.vel potest intelligi de meritis preteritis. q: sicut
dictum ē. sancti adiuuant nos duobus modis.s. orō
nibus presentibus:et meritis preteritis.quia dū viue
rent meruerunt nobis vt impetrarent nobis gratiā:
si post mortē orarent pro nobis.vnde merita eorum
simpliciter et quantum ad nos:non pendēt de futu-
ro:sed quantū ad nos pendet effectus suorū merito
rum de futuro:sicut ꝙ cristus meruit nobis aditū pa
radisi per sufficientiā non pendet ex futuro.ꝛ ita pa-
tet ꝙ istud argumentū non valet. Quicquid merue-
runt sancti necessariū est eos meruisse.ergo quicquid
nobis meruerunt:necessariuz est eos meruisse nobis
quia prima propositio intelligitur de merito īquan-
tū fiat ex parte sāctorū.cōcludit̃ aūt de effectu meri- Quō me-
torum. Merita aūt non sunt causa efficiens et suffici- ritū est cā
ens salutis nobis:sed sūt causa motiua largitatis illi salutis.
us qui meritorū intuitu confert salutē. Ad tertiū di- Ad tertiū.
cimus ꝙ preter caritatē que est radix meriti exigitur
ad meritum difficultas.virtus enim et ars circa diffi-
cillimū.hec aūt difficultas potest eē aut status tantū
sicut fuit in cristo propter defectus carnis assumptos
aut potest eē difficultas operis:et non status.sicut fu
isset in adā si non peccasset.et mō ē in angelis.aut vir
tus q̄ sicut est in maiorib⁹:q̄ ī statu difficili cū difficul
tate bene operant̃ cū sollicitudine.s.ꝛ cura.dicim⁹ ḡ
ꝙ sancti in patria nō merētur nec sibi nec nobis:quia
nō habent difficultatē status:nec operis.qm̄ non hn̄t
aliquam curam aut sollicitudinē de se aut de nobis.

quoniam nichil petunt a deo pro nobis nisi quod sci=
unt domino placere. angeli vero habent curam de
nobis et sollicitudinem sicut in persona ipsorum di=
citur. curauimus babilonem ⁊ non est sanata: et ita
habent difficultatē operis propter que merētur. pe=
tunt etiā āgeli a deo pro nobis aliquid quod nesciūt
deū velle sicut dictū est de angelo danielis. vnde dici
potest ꝙ orones nostras deferunt desiderio adiplen=
Iterū arˀ. di. Itē. dictū est ꝙ vtile est orare sanctos: ergo magꝭ
vtile maiores sanctos: ergo fatuū est orare linū vel
cletū cū vtiliꝰ sit orare beatū petrū quod eque de fa=
Solutio. cili fieri potest. Solutio. oramꝰ plures sanctos dua=
Prima cā bus de causis. prima est propter deuotionē. quidam
enī habent maiorē deuotionē quādoꝙ orando linū.
ꝙ orando petrū. vtilitas autē orationis nō contingit
tantū in sanctitate eius qui oratur. sed etiā in deuo=
Scđa cā. tionē orantis. Alia causa est quoniā dicit augustinus
impossibile est pluriū preces nō exaudiri et ideo vti=
le est plures deprecari. maxime cū ipsi sint vniū cōcor
q̄o incidēs dia et vnione caritatis. Ad vltimū querit. cū petrus
nō sit quare potius dicitur sācte petre ora pro nobis
ꝙ sic anima sancti petri. cōstat enī ꝙ petrus non orat
Solutio. pro nobis: sed aīa eius. Solutio. sancti operibꝰ me=
ritorijs que fecerūt in corporibus dū viuerēt iuuant
nos vt dictū est. et propter hoc dicimꝰ cōuenientius
sancte petre ꝙ sic: anima sancti petri. ex hijs patet ꝙ
superna hierusalē dicit mater nostra. quia in ea sunt
apostoli et prophete impetrantes nobis gratiā quia
sumus filij spūales dei. Item. quia per predicationē
apostolorū sumus filij ciuiū hierusalē celestis. vn̄ ec=
clesiasticus filij sapiētie ecclesie iustorū et natio illorū
leticia ⁊ dilectio. Itē. ecclesia militans ordinata est in
membris ad exēplar triūphātis. vnde in exo. fac tibi
tabernaculū secundū exemplar qđ in monte tibi mō=
stratum est.

¶ De iusticia in generali.
¶ Aliud capitulum.

Dicto de speciebus iusticie dicendū est de iusti=
cia in generali. queritur vtrum sit generalis
Prima q̄o virtus ad oēs virtutes vel specialis virtus. videtur
Arˀ ꝙ gnāl ꝙ generalis. primo sic. dicit malachias in fine. orietur
nobis timētibꝰ nomē meū sol iusticie. i. christus: sed
si iusticia esset specialis virtus. nō esset ratio quare po
tius diceretur christus sol iusticie ꝙ prudētie vel tē=
perantie et sic de alijs: ergo nō est virtus specialis et
est virtus: ergo generalis. Itē. letamini in dn̄o et exulta
Secundo. te iusti: sed in omni virtute letamur in dn̄o et exulta=
mus: ergo omni virtute est aliquis iustus. sed nullꝰ
est iustus nisi iusticia: ergo quelibet virtus est iusticia
et ita iusticia est generalis. Tertio sic super illud ma
Tertio. thei beati qui esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā. dicit glo. esuriē
iusticie vocat amorē boni. sed nichil aliud intelligit
per hoc nomē bonū nisi virtꝰ: ergo esuries iusticie idē est
ꝙ virtus. et inde vt prius. Quarto sic. dr in q̄dā ome
Quarto. lia. redde habitationē tuā deo et eris iustus. i. redde
teipsū q̄ debes eē hitatio dei tāꝙ thalamꝰ spūalis eiꝰ
sꝫ q̄libet vtute redditur sua habitatio deo. quod pro=
batur per hoc. quia quolibet peccato aufert deo sua
habitatio: ergo qualibet virtute est homo iustus: et
inde vt prius. Quinto sic due sunt partes iusticie. scꝫ
Quinto. declinare a malo et facere bonū. sed per temperantiā
declinamus a malo cohibendo. s. motus illicitos car
nis: ergo declinare a malo est tēperantie: ergo temperā=
tia est virtus qua declinamus a malo: sed hoc est iu=
sticia. ergo tēperātia ē iusticia. pari ratione quelibet
alia virtus. qm̄ qualibet alia virtute vel declinamus
a malo vel facimꝰ bonū. ergo quelibet virtus iusti=
cia. et inde vt prius. Sexto sic. reddere alicui qđ suū Sexto.
est. est opus iusticie: sed dare elemosinā est reddere
pauperi quod suum est: qꝛ dicit eccle. fili elemosinā
pauperis ne defraudes. quasi diceret suū ē pauperis
ꝙ ei des elemosinā. ergo dare elemosinā pauperi: ē
reddere quod suū est. ergo est opus iusticie. sed con
stat ꝙ dare elemosinā pauperi ē opus misericordie.
ergo opus misericordie ē opꝰ iusticie. ergo miseri=
cordia ē iusticia. multomagis quelibet alia virtꝰ ē iu
sticia: quoniā minus videtur ꝙ mīa sit iusticia ꝙ de
alijs virtutibus. cum quasi ex opposito diuidat ab il
la ibi. dispersit dedit pauperibꝰ. ecce mīa. iusticia eiꝰ
manet ⁊c. ecce iusticia. Septimo sic super geñ. vbi lo Septio arˀ
quitur de quattuor fluminibꝰ paradisi. dicit glosa. ꝙ
per eufraten ītelligitur iusticia: quoniā sicut nō dicit
quā terrā circueat specialiter eufra. ita iusticia nō ha
bet potestatē an ime determinatā. sꝫ omnes circuit
regendo motus illarū. inde sic. iusticia regit quēlibꝫ
motū omniū viriū anime. sed quelibet virtus regit
aliquē motū alicuius virium: ergo quelibet vtꝰ ē iusti=
cia. ergo iusticia ē generalis. Item. mediāte iusticia Octauo arˀ
reddo deo quod suū ē secundum īpletionē mandato
rum ipsius. sed idē facio opere cuiuslibet virtutis. ergo
opus cuiuslibet virtutis ē opus iusticie. ergo queli=
bet virtus ē iusticia. Vltimo queritur cū sic dicit iu= Vltimo arˀ
sticie ē reddere vnicuiꝙ quod suū ē: aut per hūc ter=
minū vnicuiꝙ cōprehendimus generaliter subiectū
iusticie cum alijs: aut non vt intelligatur sic. iusticie
est reddere vnicuiꝙ quod suū ē. vnicuiꝙ dico alij a
proprio subiecto. si primo mō intelligatur. ergo iusticie
est redderere deo et proximo ⁊ ꝓprio subiecto qđ suū
est. sed hoc est cuiuslibet virtutis specialis. ergo q̄li=
bet virtꝰ specialis ē iusticia. ⁊ inde vt prius. Si secū=
do mō. Contra. dicit in psalmo. iusticia et iudicium
correctio sedis tue. constat ꝙ loquit de virtute specia
li non generali. qm̄ contritio siue dolor de peccatis:
non ē opꝰ cuiuslibet virtutis. ergo iusticia reddit hō
sibijpsi qđ suū ē puniēdo se ⁊ corrigendo. ergo hoc red=
dere vnicuiꝙ qđ suū ē intelligitur cōmuniter. et ita
videtur per rationē iusticie. ꝙ iusticia sit virtus gene
ralis ad omnes virtutes. Solutio. ad hoc dicitur cō Solutio.
muniter ꝙ iusticia sumitur large et stricte. large di
citur iusticia virtꝰ qua redditur vnicuiꝙ quod suū ē
simplicit ⁊ sine reduplicatione. si stricte dr iusticia vir
tus qua reddit vnicuiꝙ qđ suū ē: et qꝛ suū est. Sol= Sic soluūt
uūt aūt ad quinꝙ obiectiones prius factas secundū q̄nꝙ p̄mas
ordinē dicētes. ꝙ oēs auctoritates ille intelligūtur rōnes.
de iusticia secundū ꝙ large accipitur. Ad sextū dicūt Ad sextū
ꝙ dare elemosinā est opus iusticie: et similiter mise= dicunt.
ricordie. nec tñ sequit ꝙ misericordia sit iusticia: qꝛ
aliter ē mīe: aliter iusticie. Mīe ē per modū eliciētis
iusticie per modū īperātis: qm̄ considerando quod
dandum est pauperi: quia suum est: imperat iusticia
dare pauperi elemosinam. Misericordia vero volū
tatem dandi elicit attendens quoniam dandum ē in
digenti. Ad septimum dicunt ꝙ iusticia regit motꝰ ad septimū
cuiuslibet vis aīe. et similiter quelibet virtus spe= dicunt.
cialis regit motum specialis vis anime: non tamen se
quitur ꝙ quelibet virtus sit iusticia: quia iusticia est
regina motuum per modum īperij: virtus autē re=

Ad octauū git motū suū ꝓprijs circūstācijs vestiēdo. Ad octauū
dicunt. silr rn̄dent: sꝫ ad vltio obiectū nō pōt solutio ista ada=
Nō pōt silr ptari. qm̄ ille q̄ plāgit pctā sua et ꝓut p̄t destruit nec
solui vltiꝫ. reddit sic pctō quod suū est: qꝛ suū. iō sic opat ex iusti
Iō arˀ ꝯ pre cia deo sedē preparās: qꝛ deo placet sic quē per pcm̄
dicta. offendit: ergo non est de essentia iusticie hec redupli=
catio: qꝛ suū. ergo iusticia nō est virtus qua redditur
vnicuiꝙ quod suū est: quia suū. Itē. hoc probat mul
Secundo. tis rationibus. qm̄ diligere formatū est motus carita
tis. ⁊ si subtrahat aliqua circunstātia adhuc remanet
motus caritatis aut nullius virtutis est. Similiter si
addatur: ergo pari ratōne. cū reddere vnicuiꝙ quod
suū est sit motus cuiuslibet virtutis si apponatur alia
circunstantia quacūꝙ apposita erit motus cuiuslibet
virtutis. ⁊ quacunꝙ remota aut nullius virtutis erit
motus: ergo addita hac circūstantia ꝙ suum est huic
motui reddē vnicuiꝙ quod suū est erit motꝰ cuiusli=
bet virtutis aut nullius. et ita reddere vnicuiꝙ quod
suū est: qꝛ suū est non est motus alicuius specialis vir
tutis. ideo si est motus virtutis est motus cuiuslibet
Item. teneor diligere deū et possum ei reddere talē
Tertio. motū: qꝛ debeo ei reddere qꝛ suū est vt diligam illū
et si reddo ei quod suū est: qꝛ suū est. ⁊ huiusmodi: est
motus proprius iusticie quo. s. reddit vnicuiꝙ quod
suū est: qꝛ suū est. et est motus caritatis: ergo motus
caritatis est motus iusticie. etiā scđm ꝙ iusticia sumi
tur stricte. eodē modo pōt probari de motibꝰ aliarū
virtutū. ⁊ ita motus cuiuslibet virtutis est motus iu
sticie scđm ꝙ iusticia stricte sumitur. et ita etiā stricte
sumpta generalis est ad omēs virtutes. Forte dicet
Euasio. aliquis ꝙ cum dicitur qꝛ suū est. hec dictio qꝛ: potest
notare causam materialē. et secundū hoc est motꝰ iu=
sticie secundū ꝙ iusticia stricte sumitur. vel potest no
tare causam motiuā. et sic est motꝰ iusticie generalis
sed hoc nichil est: idē est vtrobiꝙ. sicut dare indigēti
ꝯ hāc arˀ. qꝛ indigens est cuius virtutis est siue hec dictio quia
notet causam materialē siue motiuā. Item. oīs mo=
Ad idem. tus iusticie ē ad debitū secundū ꝙ debitū est: ergo in
idem secundū ꝙ idem. ergo oīs motus iusticie est ab
eadē virtute specie. ⁊ ita iusticia est vna virtus specia
lissima. et hoc est contra tulliū qui diuidit eam in sex
Spēs iusti species que sunt. religio/pietas/gratia/obseruantia/
cie. vindicatio/veritas. Solutio. Virtus habet ordinare
Solutio. hoīem: sed potest ordinari ad se vel ad alium. si ad se
hoc fit per temperantiā que habet ordinare motꝰ ca=
ritatis ad aīam et reprimere motꝰ illicitos. si ad aliū
potest ordinari agendo vel patiendo. si patiēdo forti
tudinis est. qm̄ fortitudo est maloꝝ cōsideratio ⁊ eo=
rum firma perpessio. non tamen nego quin fortitudo
Nota ista. sit in agēdo. sicut in aggressione magnoꝝ operū que
non debentur proximo. vnde virtus que habet ordi=
nare hoīem in agendo. ordinare inꝙ ad aliū redden=
do ei quod suum est dicitur esse iusticia vel prudentia
nō prudentia ꝓprie. qm̄ ipa īperat alijs: ergo iusticia q̄ se
Sufficiētia cundū ꝙ ordiat ad deū est religio: scđm ꝙ ad parētes
iusticie. pietas: sm ꝙ ad ꝓximos minores gr̄a: scđm ꝙ ad su
periores vel prelatos obseruātia: secundū vero ꝙ in
sermone ordinat hoīem ad aliū est veritas. Non enīꝫ
opꝫ ꝙ quicūꝙ reddit alicui quod suū est: qꝛ ipe inten
dat illud ei reddere qꝛ suū est. Pōt enī attēdere vel
nō. nec variabit ꝓpt hoc virtꝰ vel motꝰ vtutꝭ. Dicimꝰ
Opinio do ergo ꝙ iusticia est in agēdo tm̄. et est genꝰ subalternū
ctoris. cōtinēs sub se multas spēs. nō tñ nego q̄n hoc nomen
iusticia q̄nꝙ ita cōiter sumatur vt sit gn̄alis ad omēs
virtutes: qꝛ sicut dictū est non opꝫ ꝙ quecūꝙ reddit
alicui quod suū est quod ipe intēdat ⁊c. Dicimꝰ etiā
ꝙ sm ꝙ est spālis virtꝰ. nō tñ spālissima ꝙ hꝫ sub se fi
dē/spē/caritatē. vn̄ apls. Fide iustificati sumus. ⁊ hoc
sm theolo. nō sm philo. ⁊ politicos. qm̄ lex humana
nō respicit interiores motꝰ: sꝫ exteriores tm̄. thelogꝰ
aūt interiores. Dicit tñ tulliꝰ in libro de offi. ꝙ fides Recapitu=
est fūdamētū iusticie. ꝙ aūt cōtineat fidē/spē/caritatē latio.
pꝫ. qm̄ istis tribꝰ maxīe mouemur in deū reddēdo ei
quod suū est. dictū est ꝙ iusticia large ⁊ stricte accipit
large dr iusticia vtꝰ qua reddit vnicuiꝙ quod suū est
siue subiecto ꝓprio siue alieno agēdo vel patiēdo. sꝫ
scđm hoc cōis ē ad oēs vtutes. Stricte sumit iusticia
ꝓut est vtꝰ qua reddit vnicuiꝙ alij a subiecto ꝓprio
quod suū est. reddit dico opꝫ. scđm hoc dr ꝙ pͥma au
ctoritas hec. s. xp̄s ē sol iusticie. itelligit cōiter ⁊ spālr
ter. xp̄s enī est sol aīme ꝑ illuīatione fidei qua mediā Ille auctο
te gnāt in aīa oēs alie vtutes. silr ⁊ scđa auctoritas ritates ex=
letamini ī dn̄o ⁊ exultate iusti: pōt ītelligi vtroꝙ mō ponūtur.
scđꝫ ꝙ cōiter sumit pꝫ ꝙ ītelligi pōt. qm̄ qualꝫ vtute
exultat in deo: sꝫ ⁊ spāliter ītelligi p̄t. qm̄ pͥa leticia
et primū gaudiū in dn̄o ē ꝑ fidē/spē/caritatē: q̄s sicut
dictū est sustinet iusticia scđm ꝙ est vna vtꝰ spālis. ter
tia auctoritas. Bti q̄ esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā. itelligūt Tertia au=
generaliter de iusticia. sicut apparet ex glo. que dicit ctoritas ex
iusticia. i. virtutem que est amor boni quā esurit ali= ponitur.
quis reddēdo deo quod suū est. ⁊ ꝓximo ⁊ sibi. ⁊ hec
iusticia nō potest haberi plene ī nobis donec deus sit
oīa in oībus ꝙtū ad motus caritatis. vnde hic possu
mus esurire iusticiam non satiari. et ideo potius dici
tur de iusticia. beati qui esuriūt ⁊c. ꝙ de alia virtute
posset tñ intelligi de iusticia speciali. qm̄ amor cuius=
libet virtutis est amor veri boni dei. qm̄ diligēdo vir
tutē: non diligimus nisi deū. vt dicit origenes. ⁊ hoc
est quia dulcedo virtutū est dulcedo dei. et ita q̄ esu=
rit iusticiā esurit dulcedinē dei. ⁊ ita diligendo iustici
am creatā diligitur iusticia increata a qua habet iu=
sticia creata quare diligatur. ꝙ autē auctoritas bra=
nonis hec. s. redde deo habitationē suā: et eris iustꝰ
intelligatur de iusticia speciali. videt. qm̄ primo et Arˀ ꝯ vnum
principaliter habitat deus in anima per fidē: spē: cari dictum.
tatem. ergo suā habitationē habet proprie deꝰ in aīa
iusti per illas tres virtutes. sed illas continet iusticia
specialis vt dictū ē. ergo iusticia specialis reddit deo
qđ suū est. s. habitationē suā. ⁊ sola: ergo illa auctoritas
intelligitur tm̄ de iusticia speciali. Sed contra. quod ꝯriū videt.
libet peccatū aufert deo habitationē suā que ē cuius
libet virtutis. ergo illa auctoritas intelligi debet de iusti
cia secūdū ꝙ ē generalis. Solutio. quodlibet pecca= Solutio.
tū aufert deo hitationē suā ⁊ particularit et vniuer=
saliter. ꝑticulariter q̄dē per se et ꝓprie expellēdo ab
aīa illā virtutē cui opponit. sꝫ vniuersaliter nō aufert
deo hitationē suā: nisi per accidēs. s. ꝓpter cōnexiōeꝫ
virtutū. qm̄ ex cōnexiōe virtutis accidit ꝙ si vna vtꝰ
expellit ab aīa: ꝙ oēs recedūt. et ita pꝫ ꝙ nō sequit. si
q̄libet pctm̄ aufert deo hitationē suā vniuersaliter
et gn̄alit ꝙ q̄libet vtꝰ restituat eidē. qꝛ cū pctm̄ opat
per accidēs nō hꝫ vtꝰ operari cōtrariū. virtꝰ enī nō cō
trariat pctō nisi ī eis q̄ pctm̄ hꝫ ꝓpe ⁊ ꝑ se: nō autem ī
oībꝰ q̄ ꝑ accidēs opat. vn̄ pꝫ ꝙ ī illo argumēto ē falla Falla acci=
acci. ⁊ ita illa aucto. hꝫ tm̄ intelligi de iusticia speciali dentis.
Quīta aucto. s. ꝙ due sūt ptes iusticie. s. decliare ⁊c. Quita au=
Intelligit tm̄ de iusticia large sūpta. sꝫ adhuc obicit ctoritas.
ꝯtra p̄dctā. qm̄ videt ꝙ reddere ꝓprio subiecto quod Iterū arˀ ꝯ
suū est sit opꝰ iusticie scđꝫ ꝙ spāliter accipit. qm̄ psal= predicta.

mista dicit. Justicia et iudiciū preparatio sedis tue.
sed hoc est quando homo punit in se peccatum suum
Hoc aūt debet sibi vt sic euitet gehennā et habeat vi
tam eternā: ergo homo reddit sibi quod suū est quā
do punit peccatū suum. sed punitio peccatorꝫ species
est iusticie secundum ꝙ sumitur specialiter. non ergo
reddit iusticia specialis quod suū est alij a ꝓprio sub-
iecto: sed etiam ipi proprio subiecto. hoc autē est con
Solutio. tra predicta. Dicimus ꝙ punire peccata non est in se
reddere sibi quod suū est: immo deo emendā. scilicet
quam expetit a nobis pro peccatis specialis virtus.
vnde dicuntur peccata debita: quia faciunt nos debi-
tores deo. vel pene suscipiende vel emende soluēde.
vnde tibi soli peccaui. Et sic patet ꝙ puniendo in me
peccata reddo deo quod suum est: non michi. Post
Iterū ar. hoc obicitur sic. Facere quod precipit est cōmune ad
omnes virtutes. tamen velle quod precipit specialis
actus est obedientie. ⁊ ita vnius. sicut animal genera
le est in se: tamen scientia de animali est sciētia specia
lis. ergo pari ratione: volūtas cadens super hoc ge-
nerale opus. s. reddere vnicuiqꝫ quod suū est siue sibi
siue alij erit volūtas specialis ⁊ alicuius specialis vir
tutis: sed velle reddere vnicuiqꝫ quod suū est est actus
specialis virtutis. nō nisi iusticie: ergo iusticia est spe-
cialis virtus qua volum⁹ reddere vnicuiqꝫ quod suū
est siue subiecto proprio siue alieno. quod est cōtra pre-
In oppo^m dicta. Si hoc conceditur. Cōtra. talis voluntas nō assi-
gnatur a tullio species iusticie: ergo cum probabile
sit ꝙ sufficienter assignauerit species iusticie. proba-
bile est ꝙ talis voluntas non est actus specialis iusti-
Secundo. cie. Preterea. si voluero pascere pauperē cōsiderās
ꝙ preceptū est michi. motus iste est obedientie preci
pientis: ⁊ misericordie elicientis. ergo similiter si vo
lo reddere amorem suū ⁊ amorem ipm erit mot⁹ iste
caritatis elicitiue ⁊ iusticie per modū imperij: sed iusti
cia que est vna cardinaliū aliquādo imperat caritati:
ergo virtus cardinalis est dignior caritate. quod est im-
possibile. qm̄ sicut dicit aug. Caritas excellētissimū ⁊
dignissimū donū ē dei. Et apls. i. ad cor. xv. Adhuc
excellentiorē viā vobis demonstro. ⁊ ita patet ꝙ illa
voluntas specialis cadens supra istud cōmune nō est
actus iusticie. Item. aliquis deposuit apud me librū
Tertio. suum post rediens repetit a me reddo ei hoc intuitu
tantum: quia est suū. constat ꝙ motus iste si sit virtu
tis non est nisi iusticie. similiter si volo exhibere cul-
turam deo quia sua est: constat ꝙ talis volūtas nō est
nisi iusticie. ⁊ sic de similibus. ergo velle reddere vni
cuiqꝫ quod suū est: qz suū est est tantum actus iusticie
secundum ꝙ est vna cardinalis: ergo iusticia est virt⁹
specialis. cui⁹ materia siue finis principalis est redde
re vnicuiqꝫ quod suū est: qz suū. act⁹ vero ei⁹ est velle
reddere scōm intentionē specialem. licet sit supra cō
Solutio. mune. ⁊ hoc est cōtra predicta. Solutio. Ad noticiā
preobiectorū notandū ꝙ hec vox velle reddere vni-
cuiqꝫ quod suū est dupliciter accipitur. vno modo vt
hoc totum reddere vnicuiqꝫ quod suū est sit materia
volūtatis. ⁊ scōm hoc istud velle solius rationis est.
nam ꝙ hoc vel hoc sit vel hoc cadit: tamen sub aspe-
ctu rationis: dictat etiā ratio bene ordinata ꝙ vnus-
quisqꝫ debet habere quod suū est et ꝙ illi sit redden
Act⁹ fidei dum. scōm hanc acceptionē velle reddere ⁊c. non est
vl prudētie actus iusticie: sed fidei vel prudentie. fidei quantū ad
opera meritoria. Fides enī dictat deū esse diligendū
super oīa ⁊ imperat ꝙ diligatur. prudentie vero quantū

ad opera exteriora virtutū. Prudentia enī non regit
fidem/spem/caritatem: qz sequitur illas: sed aliarum
opera regeret si haberet. dictat enī ꝙ est subueniēdū
pauperi in necessitate et imperat ꝙ detur ei. Itē. hec
vox velle reddere vnicuiqꝫ quod suū est potest accipi
ita ꝙ voluntas non attingat intentionē huius prono
minis suū sub hoc sensu volo reddere vnicuiqꝫ aliquid
et istud est suū siue dinoscitur esse suū. secundū hanc
acceptionē: velle ⁊c. est act⁹ iusticie nō scōm ꝙ est vir-
tus specialis: sed scōm ꝙ large sumitur ⁊ circuit oēs
virtutes. Ad primū ergo dicimus ꝙ non est simile de Ad primū
obediētia ⁊ iusticia ꝓpter duas rationes. Prima est Prima rō
quia facere quod precipitur excedit naturā virtutum
sicut patet in p̄cepto ade ne comederet de ligno scien
tie boni ⁊ mali. ⁊ propter hoc volūtas illius pōt esse
specialis volūtas et specialis virtus. sed reddere vni
cuiqꝫ quod suū est non excedit methas virtutū. volū
tas ergo que cadit supra hoc velle facere quod p̄cipit
qz cadit supra quiddam nouū extra alias virtutes est
voluntas specialis virtutis. s. reddere vnicuiqꝫ quod
suū est est gn̄ale ad plures virtutes speciales. et ideo
velle quod cadit supra hoc est volūtas virtutis vniuer-
salis q̄ habet regere illas particulares virtutes. Vir-
tutum enim quedam sunt vniuersales ⁊ contempla-
tiue. quedam particulares ⁊ actiue. ⁊ ideo voluntas
q̄ cadit supra illud quod est vniuersale ad v̄tutes ē vir
tutis vniuersalis vt fidei vel prudētie. sicut dictū est.
Secunda ratio est qz est vnica materialis ratio i om Scd̄a rō.
nibus motibus obedientie: quoniā obedientia non
mouet ad aliquid nisi quia preceptū: sed iusticia se-
cundū suas diuersas species mouet ad diuersa nō ꝓ-
pter vnicā materialē rationē. non enī hec ratio qz su
um est. est materialis ratio oīū specierū iusticie. qz cū
aliquis colit deū actualiter et debito modo nō exigi-
tur ꝙ actu intendat ei reddere quod suū est. similiter
quādo aliquis honorat patrem vel matrē vel dicit
verum pro christo suo meritorie: non exigitur ꝙ ipse
intendat actualiter reddere ei quod suū est: qz suū. ⁊ sic
de alijs speciebus iusticie. tamen aliquis per aliquā
speciem iusticie reddit alicui quod suū est si intendat
hoc reddere ei quod suū est quia suum est. talis intē
tio non erit alicuius speciei iusticie. sed erit illius vir
tutis que est magistra specierū iusticie. s. fidei vel pru
dentie vt dictum est. Ad secundum dicimus ꝙ reue- Ad scōm.
ra voluntas qua vult aliquis diligere deū vt reddat
ei quod suū est caritatis est. sed ille finis. s. vt reddat
ei quod suū est apponitur a precedenti virtute. s. a fi
de que dictat anime ꝙ debet diligere deū super oīa.
Ad tertio obiectū dicimus similiter ꝙ velle reddere Ad tertiū.
alicui librū suum: quia suus est. est motus specialis vir
tutis. et dicim⁹ ꝙ circunstantia illa est superioris virtu
tis. Itē. dictum est lōge supra ꝙ iusticia adequat ho-
minem proximo. alie vero cardinales respiciunt propri
um subiectū. Sed contra. esto ꝙ vxor petat debitū Cō aliud di-
a viro suo et vir reddat ei debitū cognoscens eā. inde ctū ar
sic. iste ordinat motum generantē ad proximū qz est
debitum. ergo mouetur motu iusticie. non ergo mo
tu temperantie quod est contra in questione de tem-
perantia vbi dictum est ꝙ cognoscere suā cū debitis
circunstantijs est motus tēperantie. Solutio. dicim⁹ Solutio.
ꝙ cognoscere suā hoc intuitu tm̄ quia debitū motus
est iusticie. sed cognoscere suam hoc intuitu vt vim
generatiuam ordinet ad finem debitum ad quē data
est. s. spē, plis ad cultū dei: mot⁹ ē tēperātie. qm̄ sicut

temperantia mot⁹ illicitos habet reprimere. sic ⁊ ha
bet ordinare vim generatiuā ad suū finem reprimen-
do delectationes illicitas que motus generatiue so-
lent concomitari ⁊ impedire ne ad finem debitū ordi
Cognosce- nentur. Sic ergo patet ꝙ cognoscere suā potest esse
re suam. motus pluriū virtutū secundū diuersos respect⁹. qm̄
nichil prohibet actum exteriorem esse diuersarū vir-
tutum: sed idē actus interior non potest esse diuersa-
rum virtutū elicitiue. Item. in libro sapientie dicitur
q̄o incidēs Justicia perpetua immortalis. Queritur quare hoc
Arguitur. dicitur plus de iusticia q̄ de alijs cardinalib⁹. Sicut
enī iusticia assimilat aīam humanā deo: sic et alie. ⁊ si
Secundo. cut iusticia manebit in patria. similiter et alie tres. Pre
terea. cum dicitur iusticia est perpetua. aut ibi accipi
tur iusticia large aut stricte. si large scōm ꝙ cōmunis
est ad omēs virtutes falsum est scōm hoc: quia fides
et spes non sunt perpetue: quia secundū substantiam
euacuabuntur. si stricte scōm ꝙ continet fidem/spem
et timorem. patet ꝙ secundū hanc acceptionē ipa so-
la euacuabitur: ergo non debet dici perpetua: sed po
Tertio. tius alie. Item hieremias. Ego sum dn̄s faciens mi-
sericordiā et iudicium et iusticiam. hec enim placent
michi dicit dn̄s. Queritur ergo cum quelibet virtus
placeat deo. nichil placet deo in hoīe nisi similitudo
sua que est per virtutes: quare potius dicit dominus
Quarto ꝙ ille due virtutes sibi placeant q̄ alie. Item. scriptu
ra frequenter diuidit misericordiā a iusticia. sicut pa-
tet in auctoritate hieremie. ⁊ in psalmo. Uniuerse vie
domini misericordia ⁊ veritas. ⁊ micheas. Indicabo
tibi homo quid supra bonū et quid de⁹ requirat a te
vtiqꝫ facere misericordiā ⁊ iudicium. ⁊c. Videtur ergo
ꝙ iusticia et misericordia sint diuerse species virtutū
Augustin⁹ Augustinus aūt dicit ꝙ iusticia est in subueniēdo mi
seris. sed subuenire miseris est opus misericordie: sed
misericordia est iusticia: ergo nō debēt diuidi ab inui
Solutō ad cem. Solutio. Ad primū dicimus ꝙ potius dicitur iu-
primum. sticia perpetua ⁊ immortalis q̄ alie cardinales ꝓpter
Prima rō tres rationes. Prima est: quia statuit aīam humanā
in loco proprio: quia per cognitionē et assensum pri-
me veritati propter se et super omnia statuit iusticia
esse recreationis esse supra esse creationis. per dilectio-
nem vero qua diligimus deū super omnē creaturam
statuit iusticia aīam sub deo et super tēporales crea-
turas. hic autē est proprius locus anime. et ita stabi-
liendo aīam in debito loco perpetuat eam spirituali
Scd̄a rō. ter. propter quod ipa debet dici recte ꝑpetua. Scd̄a
ratio est. quia per speciem suā que est religio religat
nos deo spiritualiter a quo et ex quo omīs perpetui
Tertia rō. tas habet esse. Tertia ratio est. quia ipa ⁊ secundum
suam essentiā et secundū vsum manebit in patria. alie
vero cardinales ⁊ si secundū substantiā in patria man
serint. non tamen secundū vsum omnē. temperantia
enī non refrenabit motus illicitos. prudentia vero nō
cauebit ab insidijs: nec fortitudo aggredietur terribi-
Ad scōm. lia aut patietur aduersa. Ad scōm dicim⁹ ꝙ ideo pla
cent specialiter iste due virtutes misericordia ⁊ iusti-
cia deo pre ceteris: quia maxime assimilant nos deo.
De iusticia patet secundū ꝙ continet cognitionē dei
et amorem. deus enim maxime cognitor est suiipsius
et cognoscendo delectatur. et est summe amator sui.
et ita maxime assimilamur ipi delectando in ipo solo
Augustin⁹ per cognitionem et amorem. vnde augustinus dicit
ꝙ per hoc maxime assimilamur deo: quia in ipo solo
delectamur. sicut ⁊ ipe in se solo delectatur. ⁊ ita per

iusticiam maxime assimilamur deo. similiter per mi-
sericordiā respectu proximi. vnde in euāgelio. Esto-
te misericordes sicut et pater vester. ⁊c. Sicut enim
dn̄s de bonitate sua superfluēte facit oriri solem suū
super bonos ⁊ malos: sic nos de misericordia que su
perfluens est bonitas subuenim⁹ pauperibus dignis
et indignis. Ad tertiū dicimus ꝙ iusticia que est vna Ad tertiū.
cardinaliū dupliciter accipitur. vno modo scōm ꝙ est
ordinatio ad deū et proximū. ad deum quidē per mo
dum subiectōnis. ad proximū per modum cuiusdam
equalitatis. In hoc enī est quedā equalitas ꝙ de su-
perabundantia nostra releuamus pauperū indigen-
tiam. sicut apostolus dicit ꝙ conferimus eis tempo-
ralia que equaliter eorū sunt sicut et nostra. saltē se-
cundum cōditionem nature. vnde secundū hanc acce
ptionem non diuiditur misericordia a iusticia: sed est
species eius. Et sic loquitur augustinus cū dicit. Iu Augustin⁹
sticia est in subueniendo miseris non describendo iu-
sticiam: sed in specie notificans per exemplum. Alio
modo strictiori sumitur iusticia secundū ꝙ est ordina
tio ad proximū in eis quibus tenemur ex necessitate
secundum hunc modū diuidūtur misericordia et iu-
sticia abinuicē. Sic aūt sumitur in aucto. hiere. psalmi. ⁊
michee. et vbicūqꝫ scriptura diuidit illas. Ultīo solet Iterū ar.
ꝓbari ꝙ omēs iusticie sunt equales sic. Si omēs mo
tus fidei essent equales. omnes fides essent equales
similiter si omēs motus spei essent equales: oēs spes
essent equales. ⁊ sic de alijs v̄tutib⁹. sed si oēs mot⁹ iu-
sticie sūt equales: oēs iusticie erunt equales. sed pri-
mū verū est: qz oēs equaliter reddūt proximo quod
suū est: quia penitus reddūt. et si aliquid retineretur
non esset opus iusticie. ergo omnes motus iusticie
sunt equales. ergo et omnes iusticie. Solutio. hec Solutio.
propositio est duplex. oēs reddunt equaliter proxi-
mo quod suū est: qz potest notari equalitas siue pari
tas redditorū et sic vera est propositio: sed nō ad pro
positū. qz a tali paritate non est paritas vel equalitas
motuum iusticie. vel potest notari equalitas reddi-
tionis motus: et sic falsa. vnde non procedit argu-
mentatio.

¶ De fortitudine.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de trib⁹ virtutib⁹ cardinalib⁹. s. prudētia
iusticia: temperantia. dicendum est de fortitu-
dine. Est autē fortitudo considerata periculorum su Diffinitio
sceptio et laborum perpessio. fortitudinis species est fortitudīs.
patientia de qua prius dicemus. Est aūt patientia vir Patientia
tus qua propter honestatē vel virtutem reipublice quid est.
sustinet homo miserias minas illatas sibi propter ho-
nestatem: vt qn̄ pro fide potius eligit aliqs pati mor
tem q̄ neget christū pro vtilitate. vt quādo aliquis
subit mortem pro salute gregis sui: vel pro spiritua
li pace ecclesie: sicut beatus thomas cātuariēsis. Cir
ca patientiā duo sunt inquirenda. primū. vtrū passio Prima q̄o
nes martirū sint meritorie vite eterne. secūdo vtrum
sancti meruerint passiones suas. ꝙ fuerūt passi mar-
tires meritorie videtur: qz psalmista dicit. preciosa i Ar ꝙ sic.
conspectu dn̄i mors sanctorū eius. sed hoc non ē pro
pter aliquod temporale preciū. quia nullum tēpora
le est preciosū in conspectu dn̄i. ergo facit dignū vita
vel meritoriū est vite eterne. Itē. iaco. Oē gaudiū existi Secundo.
mate fr̄es cū i varias tētatiōes incideritis. sed passiōes

ſanctorū ſūt maxime tēptationes: ergo gaudendum
Confirmat erat ſanctis de paſſionibꝰ. Similiter in actibus ibant
apoſtoli gaudētes a conſpectu conſilij. quoniā digni
habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam pati: ergo
apoſtoli gaudebant de contumelijs paſſionum: ergo
Tertio. gaudēdum erat ſanctis de paſſionibus. Ad idem in=
uitat apoſtolus dicens. Fratres gaudete: quia nō ſo=
lum datū eſt vobis vt credatis in eum: ſed vt patia=
mini pro eo. ergo ſi martires et apoſtoli gaudebant
de paſſionibus ſuis ⁊ nō eſt gaudendū de temporali
ergo paſſiones ſanctorū erāt ſpirituales: ergo vel vir
tutes vel opera virtutum: ſed nō virtutes: ergo ope=
Quarto. ra virtutū. ergo meritorie. Item. ſancti meruerunt
aureolam in martirio: ergo vel voluntate patiendi
vel paſſione. quoniā non eſt aliud inuenire in marti=
rio: ſed non voluntate patiendi cum illā voluntatem
haberent ante martirium. nec tamen merebantur au
reolā: ergo paſſione. ſed ſi paſſione meruerūt aureo=
lam: ergo et auream fortiori ratione. ergo paſſiones
Quinto. ſanctorū meritorie fuerunt vite eterne. Item. paſſio
nes ille voluntarie erant. nam ſi nō vellent non pate=
rentur: ergo cum circa voluntariū ⁊ inuoluntariū ſit
laus vel vituperiū ille paſſiones erāt laudabiles vel
vituperabiles. ⁊ non vituperabiles: ergo laudabiles
ergo erant virtutes vel opera virtutū. ⁊ inde vt priꝰ.
Sexto. Item. tā actiones anime ſpirituales ꝙ̃ paſſiones me
ritorie ſunt. ſicut amor. ſpes: gaudium. ergo pari ra=
tione actiones corporales ⁊ paſſiones meritorie ſunt
Euaſio. Forte dicet ꝙ non eſt ſic. quia paſſiones aīe ſubia=
cent libero arbitrio: ſed non paſſiones corporis. Con
ꝯ hanc ar. tra. aliquis peregrinando laborat: ⁊ eſt ille labor vo=
luntarius et ſubiacet libero arbitrio ꝙ̃uis ſit corpo=
ralis. ergo eadem ratione labor paſſionis quam pa=
ſolutō cōis titur aliquis pro chriſto ſubiacet volūtati. Solutio.
Cōmuniter dicitur ꝙ paſſiones ſanctorū non ſunt me
ritorie vite eterne. tamen faciunt dignū vita eterna.
et hoc ideo: quia ab extrinſeco inferūtur. vnde nō ſub
ꝯ hanc ar. iacent libero arbitrio. Sed contra. Solū peccatum
facit dignū pena eterna: ergo ſola virtus facit dignū
vita eterna per locū a contrarijs. ſed paſſio corpora=
lis non eſt virtus: ergo nō facit dignum vita eterna.
Secundo. Preterea. diabolus in mēbris ſuis inferebat ſanctis
hmōi paſſionem: ergo paſſio ſanctorū erat opus dia=
boli: ergo non faciebat ſanctos dignos vita eterna.
Solutio. Solutio. Dicimus ꝙ loquendo proprie paſſiōes ſan
ctorū non ſunt meritorie nec faciūt dignum vita eter
na: quia ꝙ̃uis ſubiaceāt quodāmodo libero arbitrio
quia ſi vellent negare chriſtū non paterentur. tamen
non ſunt ex libero arbitrio tanꝙ̃ opus eius: immo a
cauſa extrinſeca ⁊ corruptibilitate corporis ꝓcedūt.
Ad primū. Ad primū igit dicimꝰ ꝙ mors ſanctoꝝ dicit precioſa
in conſpectu dñi ratione ſuſtinētie cui paſſio eſt anne=
xa. qm̄ frequēter attribuitur paſſioni qđ pertinet ad
Ad ſcđm. motū cui paſſio eſt annexa. Ad ſcđm dicimus ꝙ ideo
gaudendū eſt ſanctis de ſuis paſſionibus: quia vitam
eternam merentur in patiendo. nō ex paſſione: ſed ex
ſuſtinentia paſſionū. vnde ratione motus cui paſſiōes
ſunt annexe gaudent ſancti. ⁊ etiā propter vtilitatem
quā cōparāt in patiēdo: qr neceſſariū eſt ꝙ caritas in
martirio augeatur. Debetur etiā martiribus aureo
la. qm̄ per martiriū multiplicatur corona martirum.
vnde in deuterono. penultimo. Sancti dicūtur ſug=
Ad tertiū. gere theſauros abſconditos harenarū. Ad tertiū di=
cimus ꝙ martir meret aureolam voluntate patiendi

et nō ipa paſſione. Sed diſtinguenda eſt duplex volū
tas. ſ. precedens paſſionē ⁊ cōcomitans volūtate pre=
uia nō meretur ſanctus aureolā: ſed voluntate cōco=
mitante meretur. quoniā efficatior eſt volūtas conco
mitans et ſtrennuior propter operis excellentiā ⁊ pri
uilegiū. vnde aliquid meretur quod prius nō mere=
batur. ſ. ante paſſionē. ſicut predicator in actu predi=
cationis meretur aureolā quā tamen non mereretur
ſi non predicaret. ⁊ hoc propter excellentiā ⁊ priuile Ad q̄rtum
giū paſſionis. Ad quartū dicimus ꝙ paſſio corpora=
lis non ſubiacet libero arbitrio ita ꝙ ſit opus liberi
arbitrij. ⁊ propter hoc nō eſt meritoria. vnde etiā de
labore peregrinationis dicimus ꝙ nō eſt opus liberi
arbitrij: licet ſubiacet ſic libero arbitrio ꝙ ſi vellet nō
ſuſtineret hunc laborē: immo corruptio corporis cau
ſa eſt illius. Unde ex quo peregrinatur aliquis velit
nolit patitur laborē vie. Ad vltimū dicimꝰ ꝙ duplex Ad vltimū
eſt paſſio aīe: quia quedā ita eſt paſſio ꝙ etiā actio eſt
ſiue agens. ſicut amor dei ⁊ hmōi que illate ſunt ⁊ in
ferentes. illate quidē a deo ⁊ inferētes aīe delectatio
nem ⁊ iocūditatē. ⁊ tales paſſiones meritorie ſūt ſuis
motibus. non ſcđm rationē paſſionis: ſed per moduz
agendi. ſunt alie paſſiones que pure paſſiones ſūt. vt
ſuauitas conſcientie: iocūditas mentis. ⁊ ſimilia. Ta
lis autem nō ſunt meritorie: quia et ſi ſubiaceāt libe=
ro arbitrio: non tamen ſunt opus liberi arbitrij: imo
dulcedo dei eſt cauſa illaruz: ſicut dulcedo generata
ex guſtu mellis: non eſt a guſtu: ſed a melle Si ergo
intelligatur hec propoſitio paſſiones anime merito=
rie ſūt de paſſionibus que naturam actionis habent
vera ē propoſitio in hoc ſenſu: ⁊ nō eſt ſimile de paſſi=
onibus corporis. ſi aūt de puris paſſionibus q̄ ita ſūt
paſſiones ꝙ nō habent aliquā naturā actionis falſa ē
illa propoſitio: et ſic patet ꝙ obiectio nō procedit. Sz ꝯ p̄dicta ar
contra predicta ſic obicitur. lucia dicit. Si inuitā me
violaueris: caritas michi duplicabit ad coronā. i. me
rito caſtitatis addetur michi patiētie meritū ꝓ quo
duplicabitur corona. ponatur igit ꝙ alia virgo corrū
patur violenter. inde ſic. illa virgo corrumpitur vio=
lenter et meretur patiendo. ſed non volūtate patien
di: quia patitur inuita. quia recuſat et rebellat quan
tūcūꝙ poteſt ne violetur. ergo paſſio illa non proce=
dit ex voluntate ſua. neꝙ ſubiacet libero arbitrio. er
go inuita patitur. Contra. ſcit ſe pati. ergo ſcit deuz ꝯ hoc ar.
velle pati: ⁊ in caritate eſt. ergo conformat voluntatē
ſuam voluntati dei. ergo vult pati. non ḡ patitur inui
ta. Ad hoc dicunt quidā ꝙ in inſtanti in quo patitur Opinio ali
patitur voluntarie. ſi ante fuit inuita. et ita volunta= quorum.
te patiendi meretur et non paſſione. quod ergo dixit
lucia. Si inuitā me violaueris. refertur ad tēpus añ: Ad rōnem
non ad inſtans paſſionis. Sed cōtra hanc ſolutionez ꝯ hanc ſolu
obicitur. Eadē eſt diſcretio oppoſitorū vt dandi ⁊ nō tionē.
dandi. ergo eadem virtus. ergo ſicut eadem virtꝰ eſt
in dare danda: et non dare nō danda: ſiue retinere: eo
dem modo eiuſdē virtutis erit ſuſtinere ſuſtinēda et
non ſuſtinere non ſuſtinenda ſiue recuſare. ergo cum
talis corruptio non ſit ſuſtinenda cum non ſit hone=
ſta vel vtilis reipublice. reſpuere talem corruptionē
erit vſus patientie. ergo ſufferre illā non eſt vſus pa=
tientie. ḡ virgo in caritate nunꝙ̃ ſuſtinebit illā paſſio
nem voluntarie. Solutio. ſicut prepoſitiꝰ diſtinxit q̄ Solutio ꝑ
dā paſſiones ſecundū naturā ſuā ī turpē vergūt exitū poſitiui.
ſicut violenta corruptio virginitatis violēta penarū
ſuſceptio cum quis cogitur adorare idola. alie autez

paſſiones ſunt que ſecundū naturam ſuam honeſtatē
inducūt vel vtilitatem. ſicut flagellorū ſuſceptio pro
fide chriſti et paſſio mortis. Dicimus igitur cum pre
poſitiuo ꝙ pacientia duos habet vſus. ſ. ſufferre ſuf=
ferenda ⁊ reſpuere reſpueñda. licet non ſint nomina=
Opinio do ta ſecundū alterum illorum. Unde concedimus ꝙ in
ctoris. predicto caſu nō meretur ſancta ex ſufferentia paſſio=
nis: ſed ex recuſatione ⁊ rebellione. ⁊ ita non ex volū
tate patiendi: ſed ex volūtate non patiendi meretur.
Ad aliud. Ad iſtud qđ obicitur ꝙ tenetur velle illam paſſionez
cum ſciat deū velle. Dicimus ꝙ non tenebatur velle
eam ſimpliciter: ſed tantū qñ eſt. immo tenebatur re
bellare. ne ſcit in poſterū cū ſcit inhonorata ⁊ turpis.
ſicut ſi ſcio iſtū pauperē non habere neceſſaria teneor
velle ꝙ habeat modo neceſſaria. non tamē ꝙ habeat
ſimpliciter. De futuro enī non eſt michi certā volun=
tas vnde teneor velle ipm̄ habere neceſſaria in poſte=
ꝯ iſta ar. rum. Ex predictis patet ꝙ paſſio nō ſit meritoria. Sz
contra. Beatus petrus dicit in prima canonica ſua ſe
cundo capitulo. Que eſt gratia ſi peccantes colaphi=
zati ſuffertis. Et dicit gloſa. Que gratia erit vobis cū
nichil propter hoc accipietis: ergo ſufferentia paſſiōis
Secundo. non eſt meritoria alicuius. Item. in eadem epiſtola
ſuper illum locū. Nemo veſtrū patiatur quaſi homi=
cida: aut fur. dicit interlineat. vbi nulla remuneratio
expectatur. Sed forſan initiū eſt pene. et ita videt ꝙ
etiā ſufferendo paſſionē ſuſpendij non poſſit quis me
In ꝯtrariū reri. Sed contra. Eſto ꝙ aliquis ducatur ad patibu=
lum et iniungat ei ſacerdos ꝙ ſuſtineat penā ſuſpen=
ſionis ⁊ opprobriū in remiſſionē peccatorū. Cōſtat ꝙ
maiorem penitētiā nō poſſet ei iniungere: ergo ſi ille
ſuſtineat illam ſatiſfaciet ſufficiēter pro peccatis ſuis
ergo ſtatim euolabit: ergo ſufferentia paſſionis ē me
Secundo. ritoria illi. Item. dexter latro in cruce meruit ſuſtinē
tia crucis eſſe in requie. ⁊ inde vt prius. Si cōceditur
In oppoᵐ Contra. Iſte fur velit nolit ſuſtinet paſſionem. non ḡ
Secundo. meretur ſuſtinendo. Preterea. illi qui ſunt in purga
torio ꝙ̃uis velint pati vt citius euolent. tamen nō me
rentur: quia neceſſario ſuſtinēt penas ignis. ergo cuz
multo minor ſit pena mortis ꝙ̃ pena purgatorij non
erit ſuſtinentia illius pene meritoria: cū ex neceſſitate
Solutio. et velit et nolit patiatur. Solutio. Concedi poteſt ꝙ
talis ſuſtinentia pene non ſit meritoria plene libera=
per hoc ad tionis neꝙ valeat ſuſtinēti. ⁊ hoc argumentū non va
primum. let. voluntarie ſuſtinet penitentiā iniunctam ⁊ minor
ſufficeret illi: ergo meretur plenā liberationē. ⁊ hoc
ideo: quia non ſuſtinet voluntate libera: ſed coacta.
ꝙ̃uis enī non poſſit cogi coactione ſufficienti. tamen
Ad aliud. poteſt cogi coactione efficienti. Ad aliud dicimus ꝙ
non eſt ſimile de latrone pendente cū domino: qr tan
ta fuit fides illiꝰ latronis ⁊ contritio ꝙ ſuffecit ad ple
nam liberationē. preſentia enī domini multum cōtu=
lit. Poſſet tamen reſponderi ad auctoritatem beati
petri vt dicatur aliquis pati. ſicut fur quādo ex pecca
to ſuo et pure patitur inuitus. ⁊ tūc reuera talis ſuf=
Iterū ar. ferentia non meretur remunerationem. Item. ſicut
ſuſtinentia paſſionū eſt meritoria vite. ſic velle ſuſti=
nere penā eſt ſatiſfactoriū pene. Inde ſic. velle ſuſti=
nere penam ſecūdum ſe eſt ſatiſfactoriū: ergo magis
velle ſuſtinere penam magis eſt ſatiſfactorium. quod
patet eſſe falſum in duobus ſuſtinētibus penas eiuſ=
dem quantitatis. Sed vnus vult ſuſtinere penam ex
maiori caritate. alius ex minori. Cōſtat ꝙ ille qui ex
maiori caritate ſuſtinet magis vult illam penam ſu=

ſtinere: ergo ſi predicta argumētatio teneret magis
eſſet ei ſatiſfactoria. quod patet eſſe falſum. quia quā
to ex maiori caritate ſuſtinet: tanto leuius ſuſtinet:
ergo cum minori grauamine: ergo minus ſatiſfacit.
Solutio. Dicimus ꝙ predicta argumentatio non te Solutio.
net. et hoc ideo: quia non additur hec dictio magis
ad illud ratione cuius principalis eſt velle ſuſtinere
penam ſatiſfactoriam: quia velle ſecūdum ſe non eſt
ſatiſfactorium: ſed reſpectu pene. Unde ſic debet in=
ferre: ergo velle ſuſtinere maiorem penam magis eſt
ſatiſfactorium. Sed obicitur cōtra hoc. quia cum di= ꝯ hanc ſolu
citur velle ſuſtinere maiorē penam eſt magis ſatiſfa= tionē ar.
ctorium. aut intelligitur de maioritate pene in ſe ab=
ſolute. aut habito reſpectu ad grauamen perſone ſu
ſtinentis in ſe. Si primo modo: ergo eque ſatiſfacto
rium erit regi velle dare decem nummos ſicut alicui
pauperi. quod falſum eſt aperte. Similiter ſecūdum
hoc eque ſatiſfactoriū erit ſiue meritorium fleumati
co ieiunare quadrageſimā ſicut clerico. quod falſum
eſt. quoniam fleumaticis non ſolum non grauat: ſed
etiam iuuat ieiunare et tam corpori ꝙ̃ anime eſt bo=
num. Si vero itelligatur de maioritate grauaminis
perſone: ergo magis ſatiſfactoriū erit ſuſtinere ex ma=
iori caritate aliquantam penam ꝙ̃ ſuſtinere ex maio=
ri tantam. quoniam minus grauat illum qui ex maio
ri caritate ſuſtinet alijs paribus. ⁊ hoc aperte falſum
eſt: quia ſicut dolus nemini debet patrocinari. ſic nul
li debet obeſſe ſua ſtrennuitas. et ita videtur ꝙ velle
ſuſtinere maiorē penā non ſit magis ſatiſfactorium.
Solutio. dicimus ꝙ velle ſuſtinere maiorem penaz Solutio.
magis eſt ſatiſfactorium ſēper: dum ſuſtinet illam ex
caritate. aliter enim non ē ſatiſfactoriū: dum mō ma=
ioritas pene attendatur ſecundū grauamen perſone
ſuſtinentis quo ad naturam eius nō habito reſpectu
ad grauamen: qr ſicut dictum eſt nulli debet obeſſe
ſua ſtrennuitas ſiue bonitas. ſub natura aūt compre
hendimus fortunā. quia proſpera fortuna ſolatium
eſt nature. infirmis enī ſunt diuitie ad ſolatiū: et pro
pter hoc magis fuit vidue ponere duo minuta: ꝙ̃ za=
cheo dimidiū bonorū ſuorū ſatiſfactoriū. et qr ex ma
iori affectu ⁊ maiori grauamine ſecundum ſtatum ſu
um. patet ergo ꝙ paſſionibus merentur ſancti et ꝙ
voluntas ſuſtinendi paſſionem meritoria eſt et ſatiſ=
factoria pene: dum ſuſtinentur ex caritate.

¶ Utrum ſancti meruerunt
paſſiones ſuas.

¶ Secunda queſtio huiꝰ capituli.

Queritur vtrum ſancti meruerunt paſſiones ſu Ar ꝙ ſic.
as. videtur ꝙ ſic. quia dicitur in actibus apo=
ſtolorum. Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu cō
ſilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine ieſu con=
tumeliam pati: ſed non erant digni niſi ex merito. er
go apoſtoli meruerunt contumelias pati. ergo me=
ruerunt paſſiones ſuas. Item. apoſtolus ad philip= Secundo.
penſes. Gaudete quia datum eſt vobis non ſolum vt
credatis in eum. ſed vt patiamini pro illo. datum eſt
ergo ſanctis pati pro criſto. ergo pati pro criſto eſt
gratia dei. et non eſt prima gratia. quia non eſt fides
nec alia virtus. ergo datum eſt ex meritis ꝙ dominꝰ
dat gratiam pro gratia ſicut dicitur in iohanne. et in
zacha. dicitur adequabit dominus gratiam gratie.
ergo ex quo pro meritis datum eſt eis pati pro

christo relinquitur ꝙ ipsi meruerunt passiones suas.
Itez. ponatur ꝙ btūs paulus orauerit dn̄m ꝙ daret
et pati pro christo. Inde sic. Paulus orauit ꝙ pate=
retur et orauit hoc pro se pie perseueranter ad salu=
tē et exauditus est: ergo meruit ꝙ pateretur. et inde
In oppoᵐ vt prius. Sed cōtra. Hieronymus dicit super hiere.
Quicquid supplicij super vos inducitur pctā vestra
meruerunt: ergo quicquid passi sunt sancti passi sunt
propter pctā sua: ergo propter demerita. nō ergo bo
Secundo. nis meritis meruerūt passiones suas. Itē. super illō
cantico. Dilectꝰ meus candidus ⁊ rubicūdus. electꝰ
ex milibus. dicit glosa. Alij ex meritis suis passi sunt
christus aūt ex sola dilectione. ⁊ intelligitur de malis
meritis: ergo nō ex bonis meritis passi sunt. nō ergo
Hieronimū arguitur. meruerūt passiones suas. Itē obicit contra auctorita
tem hierony. qꝛ iob dicit. Non peccaui. ⁊ in amaritu=
dinibus moratur oculus meus. i. nō peccaui tantum
ꝙ tantum deberē puniri. nō ergo q̄cq̄d supplicij. ⁊c.
scd̄o ad idē Item. idem dicit. vtinam appēderentur pctā mea in
statera ⁊c. ergo plus punitꝰ est q̄ meruit peccatū eiꝰ
Solutio. qd̄ est contra auctoritatē hieronymi. Solutio. Dici=
mus ꝙ sancti nō meruerūt passiones. Notandū autē
ꝙ duplex est gr̄a. prima q̄ nō cadit sub merito. s. virtꝰ
scd̄a gratia est que cadit sub merito. s. virtutis aug=
mentū. virtus enī nata meretur augeri vt aucta me=
reatur perfici. Similiter cōstātī fidei ⁊ aliaꝝ virtutū
robur et firmitas sunt secūde gr̄e ⁊ cadūt sub merito
Ad primū. vnde constantes estote. ⁊c. Ad primū ergo dicimꝰ ꝙ
apostoli digni sūt habiti ⁊c. dignitate meriti. merue
runt enī constantiā qn̄ pro christo patiebātur. vn̄ illa
Ad scd̄m. auctoritas ⁊ que secūdo apponebat debet itelligi de
Ad tertiū. cōstantia habita in passione. Ad tertiū similiter dici=
mus ꝙ si paulus oraret dn̄m vt daret ei pati pro xp̄o
aut nō oraret cōpetenter: aut de cōstantia in martirio
Ad vltimū oraret siue intelligeret. ⁊ non de ipa passione. Ad vl=
timo obiectū dicimus ꝙ auctoritas btī hierony. sim=
pliciter intellecta falsa est. sꝫ sic dꝫ intelligi. Quicq̄d
supplicij ⁊c. i. si peccatū nō fuisset nō induceret aliqd̄
flagellū super nos nec pateremur aliquā penā. Dn̄s
enī qn̄qꝫ infligit penā temporalez aliquā sine merito
sustinentis. vel ad probationē. vt in iob. vel ad gl̄iam
dei manifestandā. vt in ceco nato: vel ad cōseruationē
humilitatis. vt in paulo. Sed cū scti non meruerunt
q̄o incidēs passiōes suas bonis meritis suis. q̄rit vtrū eas merue
rint ex pctō originali. ⁊ sumat mereri scd̄m ꝙ impor
Arᵗ ꝙ non. tat dignitatē. nō secundū ꝙ iportat actū. videt ꝙ non
maxime secundū eos qui dicūt ꝙ mors sctōꝝ facit eos
dignos aureola: qꝛ si mors sctōꝝ facit dignū nō ex de=
bito pctō. qm̄ nichil debitū peccato ⁊ inflictū pro pctō
facit dignū vita eterna: ergo sancti nō meruerūt mor
Secundo. tem suā ex pctō originali. Itē. ex pctō originali ē mor
talitas. i. necessitas moriendi. sed mors beati laurētij
nō fuit ex necessitate moriēdi: imo ex cā extrinseca: ḡ
nō fuit ex mortalitate: ḡ nec ex origiali. ⁊ inde vt priꝰ.
In oppoᵐ Sed contra. Nullū malū īpunitū: ergo originale fuit
punitū in btō laurentio. nō nisi morte illa: ḡ originale
beati laurentij punitū est morte illa: ḡ mors illa erat
debita peccato originali in eo: ergo beatus laurētiꝰ
meruit mortē illā ex peccato originali. similiter ⁊ de
So lutio. alijs martiribus. Solutio. Reuera mors martirum
non est debita peccato originali: quia est mors accele
rata ex causa extrinseca inflicta. ⁊ non est ex mortalita
te sola procedens. verūtamen cōcedimus bene ꝙ ori=
ginale pctm̄ punitū est in beato laurentio morte illa

sed qꝛ ꝑ cōmutationē pene non sequitur ꝙ illa mors
originali pctō debet: aut ꝙ beatus laurētiꝰ meruisset
eam ex peccato originali. sicut non sequitur. Iste pu
nitur pena cōtritionis pro peccato originali qd̄ cōmi
sit: ergo peccato illo meruit penā illam. peccato eniz
debetur pena eterna: non pena tēporalis. tamen dn̄s
cōmutat eternā in temporalē: nec peccatum remanet
impunitum. Et notandū ꝙ passiones adiacentes non Notandū.
sunt inflicte beato laurentio: sicut ꝙ carnes eius sunt
assate in craticula et hmōi ad puniendū aliquod pec=
catum in ipo. sed vt ex illorum pacientia maiorē glo
riam consequeretur. sic igitur patientes sancti fue=
runt martires. i. testes: quia morte sua spōtanee ⁊ hi=
lariter suscepta testificabātur resurrectionē carnis fu
turam. Et notandum ꝙ quinqꝫ sunt genera martyrū Quinqꝫ gn̄a
Quidam enim fuerunt martyres pro predicatione martirum.
veritatis. sicut iohānes baptista ⁊ prophete in vete=
ri testamento. Quidā pro defensione legis diuine. vt
machabei. quidam pro defensione fidei. sicut beatus
stephanus qui dicitur prothomartyr. nō quia nō fue=
rint martyres ante ipꝫ: sed quia nullus fuit ante ipm
sic martyr. s. pro fidei defensione. Quarto modo fuit
specialiter christus martyr pro redemptione generis
humani. Unde inter pascha et penthecosten in festis q̄re cātatur
martyrū cantat ecclesia. Filie hierusalem venite ⁊ vi= ista ātiph.
dete martyrē christū scilicet cum corona supple mar=
tyrum qua coronauit eum. ⁊c. Unde quantū ad hoc
est corona et cōpertinet antiphona ad festum. Quin=
to modo fuerunt martyres innocētes in quoꝝ quolꝫ
credebat occidi xp̄s: primi ḡ fuerunt testes veritatis.
secundi diuine legis. tertij fidei. cristus summe dile=
ctionis dei patris qua mundū dilexit vt vnigenitum
suū daret pro nobis. innocētes aūt testes fuerūt mali
cie tyrānorū et crudelitatis. proprie tn̄ ⁊ stricte dicūt
martires qui passi sunt ꝓ fide cristi. secundū hoc bea=
tus stephanus dicit prothomartir. Sed de innocenti De īnocen
bus obicit sic. ipi meruerunt aureolā. ergo vel passi= tibus.
one vel voluntate patiēdi: sed non voluntate patien
di. ergo passione. ergo passionibus meruerunt qd̄ est
contra predicta. Preterea innocētes q̄uis nō habue Secundo.
runt vsū voluntatis: tn̄ digni fuerant ratione matirij
ergo pari ratione infans duoꝝ annoꝝ baptisatꝰ dignꝰ
est aureola virgitatis. ⁊ hoc falsū. Solutio. innocētes Solutio.
fuerūt digni aureola non passiōe vel merito passiōis per hoc ad
sed modo patiendi. qm̄ cū in ipsis esset christus ꝑ fidē primū.
et alias virtutes quas habebāt: et in quolibet q̄rere
tur et crederetur interfici. pro priuilegio et mō pas=
siōis digni fuerūt aureola. vnde pro cristo mortui sūt
i. loco cristi et vice cristi. Ad illud qd̄ obicitur de pue Ad idem.
ris virginibus dicimꝰ ꝙ non ē simile. qm̄ in illis non
est aliqua dignitas virginitatis sicut in innocētibꝰ di
gnitas martirij et ita alia ratio reformat pactum. ex ꝯclusio pre
his igitur patet ꝙ sancti neqꝫ meruerunt passionibus dictorū.
neqꝫ meruerūt eas. tn̄ vtiles fuerunt eis. ⁊ similit bo
num ē nobis sustinere patienter flagella dei. qꝛ erudi
unt purgant et propter multas alias causas q̄ solent
assignari in distinctōnibus: et similiter iniurias nobis
illatas: et persecutiones hoīm debemus sustinere ꝓ=
pter multas causas. Prima est: ne per impatientiaz Prima cā
nos spiritualiter occidamꝰ plꝰ iusto hoībus irascen=
tes. Secunda est: vt nō habeamus audientiā irascen Scd̄a cā.
di contra proximum quem scimus esse filium dei. si=
cut non auderemus irasci contra filium regis terre=
ni. Tertia causa est: quia per patiētiā soluimꝰ debita Tertia.

nostra. sicut dꝛ in euangelio. Dimittite et dimittetur
vobis. Propter qd̄ dn̄s precepit nobis vt qn̄ oramꝰ
dicamus: dimitte nobis debita nostra ⁊c. nichil autē
Quarta spūalius peti potest. vt dicit glosa. Quarta ratio est.
quia qn̄ patimur scimus deū nos velle pati. aliter nō
haberemus cor rectū: sed distortū. Licet enī possimꝰ
passiones presentes respuere volūtate sensualitatis. tn̄
non debet sensualitati ratio cōsentire: imo si sciēter et
deliberate nobis presentiū passionū presentia displi=
ceat mortaliter peccaremꝰ: qꝛ tenemur velle quod sci
ꝯ hoc arᵗ. mus deū velle. Sed videt secūdum hoc ꝙ iob pecca=
uit dicens. Non equo iudicio agit mecū. vnde videt
Secundo. murmurasse contra dn̄m. Item. videt ꝙ volūtas dn̄i
displiceat ei. qm̄ dixit. vtinā appenderent pe. me. ⁊c.
ergo displicebat ei ꝙ plus merito puniebatur. tamē
sciebat deū velle hoc: ḡ non cōformabat volūtatē suā
Tertio. volūtati dei: ergo mortaliter peccabat. Item. nulla
pena tēporalis est grauior morte. sꝫ mors ē pena ori=
ginalis peccati: ergo q̄tamlibet penā potuit deꝰ infli
gere iob pro pctō originali: sicut et mortem inflixit
ergo q̄tācunqꝫ penā sustineret iob si infligeret ei pro
originali: nō puniret supra merita sua. ⁊ ita potuit eē
ergo falsum fuit quod dixit. Non peccaui: et in ama=
ritudinibus ⁊c. quasi diceret. non peccaui tantū ꝙ tā
Opinio ali grauiter deberē affligi. Ad hoc dicūt quidam ꝙ iob
quorum. primo peccauit: sed postea penituit. Sed hoc pꝫ esse
ꝯ hanc arᵗ. falsum. qm̄ circa principiū dixit. in oībus his non pec
Solutio. cauit iob labijs ⁊c. Solutio. Dicimus ꝙ iob nō pec=
per hoc ad cauit dicens. Nō equo ⁊c. qꝛ debet sic intelligi. Non
primum. equo iudicio q̄tum ad merita mea. licet equo q̄tum
Ad scd̄m. ad dei iudiciū. Ad scd̄m dicimus ꝙ presentia passiōis
non displicebat iob: imo placebat ei. qm̄ sciebat deū
velle hoc. Sꝫ desiderabat ne in furore pateret: et hoc
licebat ei: qꝛ de hoc nesciebat voluntatē dei. vnde nō
ꝓpter presens: sed propter futurū dicebat. vt appen=
derentur ⁊c. tamen illa auctoritas exponit mistice de
Ad vltimū christo. Ad vltimū dicimus ꝙ taxata est pena quā in
fligere pōt pro originali de iusticia. vnde dicimꝰ ꝙ nō
posset infligere q̄tamlibet pro originali. q̄tam tamē
posset nouit. credimus tamen ꝙ nō posset tantā q̄tā
Ad illō de iob sustinuit. Ad illud qd̄ obicitur ꝙ mors est maior
morte. pena q̄ aliqua pena tēporalis. Patꝫ solutio: qꝛ p̄ter
molestias quas sustinuit soluit ipe debitum vniuerse
carnis.

¶ De perseuerantia.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de pacientia. dicendū est de pseuerantia q̄
est vna spēs fortitudīs. sicut tulliꝰ dicit. de qua
Pria q̄stio querit an sit vna virtꝰ spālis. qd̄ videt: qꝛ tulliꝰ dicit.
huiꝰ capli. Perseuerātia est spēs fortitudinis: ḡ est spēs virtutis
Arᵗ ꝙ sic. ḡ et spālis virtꝰ. Itē in leuiti. p̄cipit offerri cauda ho
Secundo. stie cū capite ꝑ qd̄ intelligit pseuerātia finalis: ḡ pse=
uerātia est in p̄cepto. Sꝫ nichil est ī p̄cepto nisi opus
virtutis: ḡ pseuerarē est opus virtutis. nō nisi pseuerā
Tertio. tieꝝ perseuerātia est virtꝰ. Itē sup illud. Retribuet
michi dn̄s secundū iusticiā meā. dicit glo. Pro fide/
spe/caritate dat dn̄s in p̄nti perseuerātiā: ⁊ pseueran=
tia dabit in futuro vitam eternā. reddit ergo premiū
eternū perseuerantie: sed nō redditur nisi virtuti vel
operi virtutis: ergo perseuerantia est virtꝰ vel opus
Quarto virtutis. sed non opus: ergo virtus. Item. super illō
ad gala. Fructus aūt spiritus sunt: gaudiū. pax: paciē

tia. longanimitas. dicit ambro. omnia que ibi numē=
rantur esse virtutes. ergo longanimitas est virtꝰ: sed
longanimitas nō est aliud q̄ perseuerantia. ille enim
longanimus est qui habet aīm siue volūtatē pseuerā
di in bono vsqꝫ in finē: ergo pseuerātia est virtꝰ. Itē. Quinto.
perseuerantie ꝓmittit premiū. sicut patet in euāglio
Qui perseuerauerit vsqꝫ in finē hic saluus erit: ergo
perseuerare est opus virtutis. ⁊ inde vt prius. Item. Sexto.
anselmus cantuariensis dicit. Lucifer perseuerantiā
non habuit. non qꝛ deꝰ nō dedit: sed qꝛ ille nō accepit
Perseuerātia igitur est donū dei et etiā de optimis
donis: ḡ est virtus vel opus virtutis. ⁊ inde vt prius.
Quo concesso. qui habet vnā virtutē hꝫ oēs: ḡ si pse In oppoᵐ
uerantia est virtus q̄cūqꝫ habet caritatē habet pseue
rantiā. ḡ adā qn̄ habuit caritatē ante lapsū habuit p=
seuerantiā. ⁊ iudas qn̄ habuit caritatē habuit perse=
uerantiam. qd̄ patet esse falsum: qꝛ perseuerantia est
continuatio bone volūtatis vsqꝫ ad finem. Preterea Secundo.
sicut dictū est in secunda auctoritate pro fide/spe/cari
tate dat deus in presenti perseuerantiā: ergo perse=
uerantia est premiū in presenti. ergo non est virtꝰ vel
opus virtutis. Solutio. Hoc nomen perseuerātia su Solutio.
mitur tribus modis. qn̄qꝫ enī dicitur cōtinuatio bo=
ni operis vsqꝫ in finē. scd̄m hoc non est virtꝰ vel opus
virtutis: sed optima dispositio operū virtutis: ⁊ in hac
acceptōe sumit in p̄dictis auctoritatibꝰ. Ad primū ḡ Ad primū
dicimꝰ ꝙ finalis cōtinuatio bonoꝝ opeꝝ est in p̄cepto
non secūdū se: sed gratia operū quorum est. precipi=
untur enī nobis opa cōtinuata. nō ipsa continuatio.
Ad secundā auctoritatē similiter dicimus ꝙ dn̄s di= Ad scd̄m.
citur reddere p̄miū perseuerantie. i. pro operibus cō
tinuatis vsqꝫ in finē. vnde ī illa auctoritate sumitur
diuersimode. qm̄ cum dꝛ pro fide: spe: caritate: dat
dn̄s perseuerantiā in presenti. sic sumitur proprie ipa
continuatōe finali que reuera ē magnū premiū ī p̄sen pseuerātia
ti: cū autē dꝛ et perseuerātia dat in futuro vitā eter= capit tripli
nam. tunc sumitur: non pro ipsa continuatōne: sꝫ pro citer.
operibus continuatis. et ita diuersimode respectu
diuersorū verborū: sicut hoc nomē pheton cū dicitur
hic sitꝰ ē pheton currusa pec. secundo modo dꝛ per=
seuerantia virtus qua homo ē abilis permanere ī bo
no vsqꝫ in finē: et secundū hoc cōmunis est perseue=
rantia ad oēm virtutem. qualibet enī virtute ē homo
abilis ad continuandū bona opera vsqꝫ in finē. tertio
modo dꝛ perseuerantia propositū siue volūtas ꝑma
nendi in bono vsqꝫ ad finem. et secundū hoc dicūt plu
res ꝙ perseuerantia est virtus specialis. Qd̄ videtur qd̄ ꝓbatur
posse probari: qꝛ voluntas permanendi in pctō vsqꝫ ī
finem est speciale peccatū. s. impenitētia finalis q̄ est
species peccati in. ss. ergo pari ratōe voluntas perma
nendi in bono vsqꝫ in finem est actus vnius virtutis
spālis. Itē alia volūtate volo eē coloratꝰ alia albꝰ: ḡ scd̄o ad idē
a sim. alia ē volūtas qua volo ꝑmanere in bono. alia
qua volo ꝑmanere in bono actu fidei vl alteriꝰ virtutis
spālis: ḡ volūtas qua volo ꝑmanere in bono vsqꝫ ī finē
est cuiusdā specialis virtutis: et hoc ē perseuerantie
ḡ perseuerantia est virtꝰ specialis. Item. obediētia Tertio.
quedā est virtus specialis: licet voluntas procedens
ab illa cadat supra qd̄dā ꝯmune. s. facere qd̄ p̄cipitur
ḡ a simili q̄uis permanere in bono vsqꝫ in finē sit cōe
ad omnes virtutes. tn̄ voluntas cadens super istud
commune specialis virtutis. et inde vt prius. quo cō
cesso. Contra. cum dicitur velle permanere in bono In oppoᵐ
est actus perseuerantie: aut intelligitur de bono

secundū rationē boni: aut de bono scdm rationē specialiū bonoꝝ que cōtinētur sub bono. Si primo modo: ergo velle permanere in bono est actus caritatis qm̄ sola caritas attendit bonū scdm q bonū: sed non secundū rationē boni. ⁊ ita perseuerātia nichil aliud est q̄ caritas. Si intelligat de spālibus bonis: g velle permanere in bono est cuiuslibet virtutis. Nam sicut velle bonū in actu fidei est fidei virtutis. ita velle illd idē modo et postea. ⁊ sic vsq in finē. Similiter velle bonū in actu spei. et modo et sic vsq in finē est spei virtutis. ⁊ sic de qualibet virtute: ergo vel perseuerātia erit gn̄alis ad oēs virtutes vel si est spālis virtus non erit alia q̄ caritas.

Secundo. Itē. adhuc videt posse pbari q voluntas permanendi in bono vsq in finē non sit virt9 alicuius virtutis: qz mora in pctō non facit aliā speciem pcti: sed augmentat pctm̄ sicut mora in pctō fornicationis: g pari ratione mora volūtatis in bono nō facit aliquā spēm voluntatis: ergo nec aliā virtutē. g eadē est virt9 qua volo cōtinere et qua volo morari in bono cōtinentie. Pari ratione. velle morari siue pmanere in bono cōtinentie vsq in finem est cōtinētie. silr et de alijs virtutibus: g voluntas pmanendi in bono vsq in finē est cuiuslibet virtutis. nō ergo vni9 per se

Ad idē ar. ergo pseuerātia non est vna virt9 specialis. Itē ex repetitione actuū non mutat spēs virtut: sed firmat in subiecto. sicut ex repetitione actuū continētie firmat cōtinentia. ⁊ similiter ex repetitione actuū iusticie firmatur iusticia. Quelibet enī virt9 habet suā firmitudinē et stabilitatē: g stabilitas siue firmitas in bono est cuiuslibet virtutis. sed hoc est perseuerātia: quia

Tullius. tullius dicit. perseuerātia est in ratione bene considerata stabilis ⁊ perpetua permāsio: g perseuerātia est firmitas cuiuslibet virtutis: ergo nō est alia virtus q̄ cōtinentia et iusticia. et sic de alijs. Quelibet enī virtus habet stabilitatē et perpetuā mansionē q̄tum in ipa est in ratione bene cōsiderata. i. in opere suo cōsiliato siue in materia sua quā scdm consiliū pprijs circūstantijs ab aliaꝝ materia circūscribit.

Ad idem. Itē. iustus in sapiētia morabit sicut sol. i. sicut sol manet ppetuo in claritate. sic iustus p sapientiā in sapiētia. Similiter caritate manet hō in deo et vult manere. et hoc cū debitis circūstantijs: ergo q̄tū debet. sed hoc est in eternum vel vsq in finē. g cū volūtas manēdi in bono siue in bono increato siue in virtutibus siue in bono ope idē sit quod velle manere in virtutib9 et velle manere in deo huius velle caritatis. ⁊ est perseuerantie: g

Itē ad idē perseuerātia nō est alia virtus a caritate. Itē. pmanere in bono vsq in finē cuiuslibet virtutis est. ⁊ nō excedit metas virtutū: g volūtas cadēs supra istud cōe nō est alicuius virtutis siue indiuidualis: sed alicui9 vniuersalis q̄ sit magistra aliaꝝ. ⁊ erit ita fidei vel caritatis vel prudētie q̄ sunt vniuersales virtutes: ⁊ aliarū motiue et īperatrices. ⁊ ita videt q perseuerantia sit fides vel caritas vel prudētia: g pseuerātia nō est aliqua specialis virtus q̄ sit spēs fortitudinis. vel si voluntas illa cadat supra vniuersale ratione singularū. talis voluntas nō erit alicuius virtut solius: sed oīm sicut prius dictū est in questione de obediētia: g cum illa voluntas sit perseuerantie: perseuerantia non est vna virtus specialis. hoc patet in mūdatōe a peccato: quia mūdare siue mūdari cuiuslibet virtutis est ⁊ nō excedit virtutes. et propter hoc voluntas mundandi a peccato non est alicuius specialis virtutis: immo sicut mūdatio a pctō luxurie est continētie. ita volūtas mundandi ab eodē peccato est eiusdē virtutis. **pbat silr.** Similiter est de alijs. idē patet etiam in voluntate assimilandi deo. quoniā fide volo cognoscere deū. et ita fide volo assimilari deo per cognitionē. Deus enim est maxim9 cognitor sui. similiter caritate volo diligere deū et ita assimilari ei per amorē: qz ipe est maximus dilector sui: ergo bonitas cadens supra hoc cōe assimilari deo cuiuslibet virtutis est et nō alicuius specialis per se. pari ratione. et volūtas permanendi in bono vsq in finem. et inde vt prius.

Solutio. Solutio. Dicim9 q voluntas permanēdi in bono vsq in finē tantū pp̄ter deū vel soli9 caritatis est vel cuiuslibet virtutis. qm̄ si cum reduplicatione boni intelligit solius caritat est siue reduplicatione cuiuslibet virtutis est. **per hoc ad tria.** Ex hoc pz solutio ad tertio ⁊ quarto obiectū. Cōcedim9 enī q vno modo volūtas permanendi in bono vsq in finē soli9 caritatis est. **Ad q̄rtum** Alio modo cuiuslibet virtutis prime obiectioni ⁊ secūde cōsentim9. quibus pbat q pseuerātia scdm q est voluntas permanendi in bono vsq in finem non est virtus specialis. Alia a cōtinentia iusticia. et sic de alijs virtutibus nominatis. Sciendū tamen q q̄uis peccatū mora aggrauet non tamen mora in operibus virtutis augmentat virtutē vel meritum virtutis. quoniā meritū pensatur secundū radicem. demeritū vero secundum circūstantiam peccati. sicut ⁊ secundū genus peccati. sicut dictum est in questiōe de circūstātijs. **ɔ hoc ar.** Si aūt obiciat sic. pmanere in bono vsq ī finē est alia materia a materieb9 virtutū: g volūtas cadēs sup istud ē alia a volūtatib9 aliaꝝ virtutū ergo ē alterius virtut. **Solutio.** Dicimus q q̄uis sit alia materia ī essendo in gn̄e considerata: tn̄ secūdū particularia contēta. non ē alia secundū q cadit supra illam materiā. ratione contentoꝝ. vn̄ non ē alia in coherendo et propter hoc nō sequitur q voluntas cadens supra illā materiā sit alia a voluntatibus aliarū virtutum. virtus enī non solū substantiā sue materie attēdit. sed dispositiones coherētes: sicut scientia propriū subiectū et que sunt dispositiones illius subiecti attendit. **Ad rōnem** Ad hoc q obicitur supra de obediētia que est specialis virt9: licet voluntas eius cadat supra qd dam cōmune ad oēs virtutes. dicim9 q non ē simile qz facere quod precipitur excedit metas virtutū. sed permanere in bono non excedit virtutes. vnde sicut dictum est. vno mō voluntas permanēdi in bono est solius caritatis. alio mō cuiuslibet virtutis. sicut voluntas mundādi a peccato simpliciter et inquantum peccatum solius caritatis ē. voluntas antē mundādi a peccato in particulari: scz ratione singulorum pctōrum cuiuslibet virtutis ē. sicut a peccato infidelitat fidei. a peccato īcontinentie: cōtinentie. et sic de alijs. **Ad aliud.** Sed de voluntate assimilandi deo: dicim9 q nō ē alicuius specialis virtutis: sed oīm secunduz q volūtas cadit supra illud cōe rōne ɔtentoꝝ: s̄m aūt q cadit supra istud cōe s̄m rōnē cōmunē est virtut vniuersalis. **Duob9 modis.** Assimilari autem deo duob9 modis intelligitur. qz assimilamur deo vel in pulcritudine vel in bonitate. velle autem assimilari deo in pulcritudine fidei ē. in bonitate aūt caritatis est. pz ergo q distinctio supius posita nō satisfacit q̄rēti qd sit perseuerantia s̄m q est spēs fortitudinis. **Conclusio ex predict.** nos aūt dicim9 q pseuerātia ē volūtas standi īmobiliter ī bono. ⁊ sic īportatur quedaz aggressio contra pctm̄ que propter victoriā est. et est talis voluntas in trascibili tantū cuius ṽtus est perseuerantia et est species fortitudinis. et hec distinctio

alie due species fortitudinis. in tullij supra posite cōcordat. Itē. p̄ter patiētiam et perseuerantiā sunt alie due species fortitudinis. s. magnificentia et cōfidentia. magnificētia consistit in strēnua aggressione magnorū et arduorū. cōfidentia est virtus qua cōfidēter speram9 aggressā perducere ad effectū. quia igitur tā magnificētia q̄ ɔfidentia cōsistunt in excellentia operū iusticie vel in modo excellenti. ideo supersedeo.

De donis spiritussancti.

Octauus tractatus.

Dicto de cardinalibus virtutib9 dicendū est de donis spūssancti. et primo de essentia donorū ⁊ vtrū dona sint virtutes. secūdo de numero donorum tertio de differentia donorū ad virtutes cardinales. quarto de singulis donis agem9 per ordinē. quinto ⁊ vltimo de adaptatione donoꝝ ad beatitudines. Sūt autē dona spiritussancti. s. que enumerat ysaias in cri-

Sufficiētia donorum. sto dicens. et requiescet super eū spūs dn̄i spiritus sapientie. ⁊c. licet aūt ista dona dentur a tota trinitate et sint dona toti9 trinitatis. tamen per appropriationem quandā dicuntur dona spūssancti eo q ex mera bonitate dei cōferant. bonitas aūt appropriatur spi-

Notandū. ritui sancto. Et notandū q duo vltima dona. s. sapiētia et intellectus pprie pertinent ad vitā cōtēplatiuā intellectus enī est proprie cognitio spūalium donorū q̄ confert deus angelis et aīabus sanctis quibus sanctificantur et angeli et anime. sapientia vero est cognitio dei per p̄gustationē dulcedinis ipsius vel alio mō vt postea dicetur: et in istis duobus perfecte consistit cōtemplatio. ⁊ ideo duo vltima dona perfecte regūt contemplatiuā. alia quinq regūt sufficienter actiuā que cōsistit in tribus. s. in declinando a malo. in faciēdo bonū. in patiēdo benigne aduersa. per primū donum. s. donū timoris. declinat homo a malo: quia si-

ecclesiastic9 cut dicit ecclesiasticus. Timor dn̄i expellit peccatū. per pietatē facit homo bona: siue opera iusticie siue opera misericordie. vt postea dicetur. per donū sciētie apponit operibus pietatis sal. discretionis p fortitudinē digne patitur homo aduersa quod p cōsiliū discrete operatur. et ita patet q septē dona sufficient regunt vitā humanā tam cōtemplatiuā q̄ actiuā.

Q dona sint virtutes videtur.

Prima questio.

Ar q sic. Circa primū articulū queritur vtrū dona sint virtutes. probatur q sic: primo auctoritatibus. secūdo rationib9. auctoritatibus sic. Ambrosius dicit ciuitas dei illa hierusalē celestis nō meatu alicui9 fluuij terrestis abluitur. sed ex vite fonte procedens spiritussanctus cuius nos breui faciamus haustu in illis celestibus spiritibus. videt redundātius effluere plene septē virtutū spiritualiū. secunda meatu. et sic ambrosius vocat septē dona septē virtutes spirituales.

Scdo per gregoriū. Itē gregorius super iob in principio. cū spūssanctus mentē fecundat plenitudo septē spūaliū virtutū itrat

Tertio rōe Idem probat rationibus. quia ṽtus est habitus mētis bene cōstitute: sed septē dona sunt huiusmodi habitus: ergo dona sunt virtutes: per locū a diffinitione

Scda rō. Itē virtus est habitus imediate cōsistēs quo ad nos sed septem dona sunt huiusmodi habitus: ergo septē

Tertia. dona sunt virtutes. Item. augustinus dicit virtus est bona qualitas mentis qua bene viuit. qua nemo male vtitur quā deus in nobis sine nobis operat: sed talia sunt dona spiritussancti: ergo dona sunt virtutes.

Quarta. Itē. timere deū modo debito est meritoriū. vnde ecclesiasticus. nichil melius q̄ timere deuz **Quinta.** Preterea. nisi esset meritoriū nō esset in p̄cepto: ergo timor dei est virtus cū eius motus sit meritorius vite eterne.

Euasio. Forte dicit q timor dei nō est virtus a deo qz est passio. **ɔ hanc ar.** Cōtra. spes ⁊ amor eodē mō sunt passiones sicut timor dei procedit ex cōsideratione potentie dei: ita spes a consideratione largitatis dei. et amor a consideratione bonitatis dei: ergo si timor non est virtus est passio: eadem ratione nec spes nec amor erunt virtutes cuz sint passiones. **Opinio aliquorum.** Ad hoc dicunt qdā q tria dona pertinētia ad affectū sunt virtutes. s. timor: pietas: fortitudo. Quattuor aūt pertinētia ad intellectū non sūt virtutes. s. scientia: consiliū: intellectus: ⁊ sapientia. **ɔ hanc ar.** Sed contra. habitus regitiuus virtutū cardinaliū est virtus cardinalis. s. prudentia. ergo eadē ratione habitus regitiu9 virtutū spiritualiū est virtus specialis. vt scientia que regit pietatē: ⁊ cōsiliū que regit fortitudinē. **Secundo.** Preterea. melior ē cōtēplatiua q̄ actiua et magis grata deo. sed opera actiue sunt meritoria vite eterne. ergo opera vite cōtēplatiē sunt meritoria vite eterne: g sapientia et intellectus sunt habitus: quorū opera sunt meritoria vite eterne. g sapia ⁊ ītellect9 sūt virtutes. g q̄ttuor dōa ptinētia ad ītellectū sūt ṽtutes: ⁊ sic oīa dona sunt virtutes. **ɔ hoc ar.** Sed contra. septē dona distinguūtur a virtutib9 in matheo. **Secundo.** Item. gregorius distinguit illa a virtutibus theolo. et a virtutibus cardinalibus in p̄cipio iob: dicens q per septē filios iob: intelligūtur septē dona. per tres filias virtutes theolo. s. fides: spes: caritas. per quattuor angulos domus. quattuor cardinales ṽtutes. et ita septē dona nō sūt virtutes theologice: nec virtutes cardinales. ergo septē dona non sunt virtutes. **Tertio.** Item. aristo. dicit q virtus et scientia sunt duo genera contenta sub prima specie qualitat ergo nulla scientia ē virtus. et nulla virtus est scientia. ergo scientia donū non ē virtus. pari ratione nec consiliū neq sapientia nec intellectus. qz ista consistūt in speculatione. et ita sunt in speculo intellectus et non sunt in practico. ergo non sunt virtutes: sed potius scientie. quoniā in intellectu speculatiuo sūt scientie. in practico sunt virtutes tm̄.

Solutio. Solutio. dicimus q oīa septem dona spiritussancti sūt virtutes rationib9 dictis in opponēdo. **Ad primū.** Ad primo ergo obiectū dicim9 q septem dona distinguunt a virtutibus q̄ enumerātur in matheo. sed non ab oīb9. et ideo non sequitur q non sūt virtutes: sed sequitur q non sint ille virtutes a quibus distinguūtur. **Ad scdm.** Ad secundo obiectū dicimus q hec ē falsa. Omnes ṽtutes sunt cardinales vt theologice. secundū q theologice dicūtur stricte tm̄ ille tres. spes: fides: caritas. sunt tn̄ virtutes spirituales que nō sunt ille tres: nec sunt virtutes cardinaliū secundū rationē: sunt tn̄ secunduz essētiā eedē cū cardinalibus: vt post dicetur. **Ad tertiū.** Ad tertio obiectū dicim9 q proprie loquendo nulla scientia ē virtus. cognitio enim faciendorum et scientia que est cognitio non est virtus: sed electio faciendorū virtus ē donū. ergo scientia non ē cognitio faciēdorum: sed electio faciēdorum que imperat vt fiāt que per scientiā ratio discernit esse facienda. **Donū sciētie q̄re nominatur.** vnde propter nimiā affinitatem que est illius cognitionis ad illā electionem. illud donū scientia nominatur. **Ad vltimū dicem9 post** Qualiter aūt respondendum sit ad vltimo obiectū inferius patebit: quādo agemus de sapientia et intellectu que videntur esse in specula

tione.scientia vero et consilium potius consistunt in *Alia opio.* operatione: quia imperant faciẽda. Alioꝝ ẽ opinio ꝙ nullũ donũ est virtus:sed dona sunt abilitationes virtutũ.per dona enim virtutes expediunt facillime suos actus.vnde glo.que dicit super matheũ. ꝙ per dona venitur ad virtutes.secundum eos sic est exponenda.per dona venitur ad virtutes.i. ad merita virtutũ.s.ad bona opera quibus peruenitur ad beatitudines: igitur secundũ eos dona sunt effectus virtutũ et sunt a virtutibus sicut et opera bona. et ideo dicũtur dona. ne videãtur esse a libero arbitrio ꝑ hoc *Ↄ hanc ar.* ꝙ sunt a virtutibus sicut et opera. Sed ꝙ hec opio nulla sit multipliciter ostẽditur. primo: quia si dona sunt effectus virtutũ immediate:ergo quelibet virt⁹ potens est producere ex se aliquod bonũ:ergo quot sunt virtutes tot sũt dona:sed multo plures sunt vir*Secundo.*tutes ꝙ̃ septẽ:ergo multoplura dona ꝙ̃ septẽ. Item dona sunt a virtutibus: ergo nõ sunt imediate a spiritusancto.sed virtutes sunt immediate a spiritusancto: ergo virtutes potius debẽt dici dona spũssancti *Tertio.* ꝙ̃ illa dona que sunt ab eis. Itẽ.virt⁹ est q̃ suũ subiectum bonũ facit.et opus eius bene reddit:vt virtus oculi et virtus equi: ergo similiter virtus anime est que bonã animã facit.et opus eius bene reddit. sed quodlibet septẽ donorũ animã bonã facit ⁊ op⁹ eius bene reddit cũ abilitet eã ad bonũ operandum:ergo *Quarto.* qdlibet donũ est ꝟtus. Itẽ.ꝟtus est habit⁹.habitus aũt nichil aliud est ꝙ̃ abilitas:ergo si virtus generat donũ vna abilitas generat aliã abilitatẽ.et sic secũda tertiã eadẽ ratione sic in infinitũ.⁊ ita in infinitũ erũt *Quinto.* dona. Itẽ si virtus abilitat ad bona opera:ergo perfecta virtus perfecte abilitat: et quanto est intensior virtus tanto magis abilitat: ergo vna virtus magis abilitat ad opa ꝙ̃ alia.hoc est maiori sua intensiõe: ꝗ hoc nõ est per abilitatẽ aliã a virtute. Propt̃ has ra*Solutio.*tiones videtur nobis nõ esse cõsentiendũ pͥme opioni. magister symõ tornacẽsis dicebat ꝙ dõa nec erãt virtutes nec effectus virtutũ:sed seminaria virtutum ponebat enĩ ꝙ remissio peccati precedit infusionem virtutis.illius autẽ remissionis ponebat causã septẽ dona que mundant animã a contagio peccati. et ita sanctificant ac perfecte preparant eam ad suscipiẽdas virtutes.et propter hoc et dona et sanctificatiões dicuntur a sanctis. *Ↄ hanc ar.* Sed cõtra. virtus secundũ se potẽs est expellere quodlibet viciũ sine adiutorio alterius ergo non indiget aliqua alia causa prius mundante. *Secundo.* et ita illa septẽ dona superfluunt. Itẽ.nichil cõtrariatur peccato proprie et per se nisi virtus:sed septẽ dona contrariant̃ proprie et per se peccato. quia per se mundant animã a peccatis vt ipsi dicunt: ergo dona sunt virtutes.contra hanc opinionẽ sunt omnes predicte rationes que probant dona esse virtutes.propt̃ *Alia resolutio doctoris.* hoc nobis videtur omĩa dona esse septem virtutes.

De numero donorum.
Secunda questio huius capituli.

D Icto de timore seruili. dicēdū est de naturali ꝛ filiali sim. qꝛ sūt eiusđ spēi/ lꝫ dīfant accidēte. sicut enī hō alb⁹ ꝛ hō niger. ita timor initialis ꝛ timor filialis sūt eiusdē spēi. tm̄ null⁹ timor initialis est timor filialis nec ecōuerso. Prio dicēdū est qđ timor initialis et ꝗre dicat initialis. Scđo si sit vna spēs timorꝫ aut due. Tertio de *Primū notabile.* augmēto ꝛ diminutōe ei⁹. Quarto ꝛ vltimo de timore filiali p se. Notandū aūt ꝙ hec vox timor filialis qñqꝫ sumit possessiue: vt dicat timor filialis timor filioꝝ dei. ꝛ scđm hoc nō distinguit filialis ab initiali. qñqꝫ dr timor filialis p similitudinē ille timor ꝗ timet de⁹. sicut filij solēt timere pr̄es qm̄ timēt separi a pr̄ib⁹ solo amore: ꝛ si nulla pena eis immineat. sic diuersificat timor filialis ab initiali. Initialis aūt timor est quo timem⁹: partim timore pene partim amore glorie. vnde dicit habere duos oculos: vnū ad penā: aliū ad gloriā. Querit *Prīa q̄stio huius capli.* ergo quare dicitur initialis: qꝛ talis amor est incipiētium. Contra. Esto ꝙ aliquis perfect⁹ ceciderit a ca- *ꝯ hoc ar.* ritate ꝛ postea resurgat in tanta. cōstat ꝙ talis incepit bonū operari: ergo est icipiēs. ergo si timor initialis est incipientiū iste habet timorē initialem. Contra. *In oppo^m* Perfecta caritas foras mittit timorē. et hoc intelligatur etiā de initiali. ꝛ iste habet perfectā caritatem ergo nō habet timorē initialē. ergo timor initialis nō dr initialis qꝛ est incipientiū. Itē. triplex est stat⁹ amorꝫ *Secundo.* scꝫ incipiētiū/ pficiētiū/ ꝛ pfectoꝝ. Primi celebrāt pascha in egypto. secundi in deserto. tertij in terra promissionis. igit timor distinguit secundū status caritatis vt dicatur timor initialis qui est incipientiū. filialis qui est perfectoꝝ: et tertius timor proficientium. ei ita in caritate erit triplex timor distinguēdus. For- *Euasio.* te dicet qꝛ dicitur timor initialis eo ꝙ est initium sapientie: sicut dicit ecclesiasticus. Initiū sapientie timor domini. Contra. Fides/spes/caritas precedunt *ꝯ hanc ar.* timorē: ergo qua ratione timor est initiū sapientie: a fortiori ratione. fides/spes/caritas/ sunt initia sapiētie. ergo si ꝓpter hoc dicitur timor initialis: pari ratione spes dicitur initialis. ꝛ similiter caritas. Item. *Secundo.* ecclesiasticus. xxv. Timor dei initiū dilectionis: fidei autē initiū est ei. Queritur ergo quare potius fides que est prima virtutū et timor que est quarta dicantur initia sapientie ꝙ fides et spes. vel fides ꝛ caritas *Solutio.* Solutio. Dicimus ꝙ timor dicitur initialis qui est primo incipientium. ꝛ sic cessat obiectio de eo qui resurgit in caritate perfecta. Ille enim et si incipiat be- *Alr̄ pt dici* ne operari: non tamen primo. posset tamen dici quoniam etiam talis habet timorem initialem. quoniam *per hoc ad primū.* adhuc angustiatur super peccato qđ commisit. perfecta aūt caritas dicit foras mittere timorē initialē quātum ad hoc ꝙ habet naturam timoris seruilis secundum hoc. s. ꝙ habet oculū ad penā: nō tm̄ totaliter a principio foras mittit illū. sed quādo cōsciētia sua serenatur ad plenū tunc totaliter foras mittit timor initialis. Ad aliud dicimus ꝙ non ē simile de caritate ꝛ *Ad scđm.* timore. qm̄ habens caritatē timet aut habēdo cōsciētiā peccati aut non habēdo. si primo mō habet timorem initialē. si secūdo mō filialem: ꝛ ꝓpter hoc timoris in caritate non ē nisi duplex stat⁹. potest dici timor initialis eo ꝙ initiū sapientie. sola enī fides et timor proprie loquendo sunt initia sapiētie. quoniā hec sola mundant a peccato palatum cordis. de fide enī dicitur in actibus. Fide mundans corda eorū. de timore in eccle. Timor dei expellit peccatū. fides mundat ab omnibus peccatis. timor a reliquijs peccatoꝝ. qm̄ ꝗuis aliquis sit sine peccato: tamen quādoqꝫ remanent reliquie. s. difficultas bene operādi: obscuritas intelligēdi et obligatio ad satisfactionē et huiusmodi: ꝓpt quod lazarus suscitatus ligatus erat institis. *Nō duo exēpla sacra.* et cecus videbat homines quasi arbores ābulantes istas reliquias repellit timor initialis. et ita per fideꝫ a macula peccati mundato palato cordis per penitētiam que ex timore dei concipit et a reliquijs p timorem sentit cor saporem dulcedinis dei: et sic sapientia generatur in corde hominis: sicut causa febris ex- *Exemplū.* pulsa et reliquijs ei⁹ ꝛ cibi dulcedinem sentit sanatus a febribus. et ita patet quare specialius ꝗ alie

ꝛ

virtutes dicitur fides initium sapiẽtie.et similiter ti=
mor.vnde bene dicit ecclesiasticus.Timor dei initiũ
dilectionis eius.fides autẽ ꝛc. Item. timor initialis
Ꝫ aliud dictum arg. dicitur habere oculum ad gloriam siue ad amorem
Cõtra.diligere caritatis est:timere timoris.ergo timor
Solutio. nõ habet oculum ad amorem dei. Solutio. Timor
dicitur habere oculũ ad amorẽ dei:qꝛ habet oculum
ad separationẽ ab amato timens ab illo separi.Sed
Iterũ arg. Ꝫ dicta. videtur ꝙ due sunt spẽs timoris.due enĩ sũt spẽs cu=
piditatis.Cupiditas qua cupit quis delectari in cibo
et potu plus iusto.ꝛ illa qua cupit luxuriam in coitu
licet ad idẽ tendant:ergo pari ratõe. timor pene ꝛ timor
separationis erunt diuersaꝝ specieꝝ.sicut enĩ diuerse
sunt volũtates si volita sũt diuersa.ita diuersi debent
Solutõ pꝫ ex dictis. esse timores quibꝰ diuersa timẽtur.Ad illud supradi
ctũ est ꝙ timore initiali nõ timetur pena inꝙtũ pena
sed inquãtũ separatura. ꝛ ita ꝓprie idẽ timet vtroqꝫ
timore initiali.s.filiali:ꝛ separatio:ꝛ ꝓpter quod idẽ
Iterũ arg. sũt in specie.Sed obicit.Sicut fides informis dupli
cem habet oculũ.s.ad penas eternas quas credit esse
ad sũmã bonitatẽ dei quã credit eẽ.sic ꝛ fides forma=
ta. ergo sicut fides informis motu directo precise in
penas eternas generat seruilẽ timorẽ quo pure ꝛ pre
cise timetur pena nõ habito respectu ad bonitatẽ dei
similiter fides formata poterit generare aliquem ti
morẽ illo motu quo mouet precise per viã merorũ in
penas eternas nõ habito respectu ad sũmã bonitatẽ
dei. sed si hoc erit aliquis timor in caritate quo pena
eterna timetur inꝙtũ pena ꝛ alius quo timet separa
Solutio tio:ergo due sunt spẽs timorũ.Solutio.Oĩs speculatio
prius ẽ de fine ꝙ de his que ad finẽ. ergo cũ fides sit que
dam speculatio primo respicit finẽ: ꝙ ea que sunt ad
finem.sꝫ bonũ est finis oĩm: ergo primo mouetur fi=
des in bonum ꝙ in id quod est ad bonũ.vnde intuitu
sũmi boni primo de necessitate gñat caritatẽ ꝙ ĩtuitu
penaꝝ gñet tiorẽ.quare is est ordo vt caritas sit ĩ fide
timor aũt in caritate.ex quo patet:ĩpossibile est ꝙ fi=
des formata generet timorẽ pene scdm ꝙ pena:sꝫ cre
dens deũ esse sũmũ bonũ in se.et similiter sibi videns
ꝙ per penas separari posset generat timorẽ pene. nõ
inꝙtũ est pena:sꝫ inꝙtũ separat.ꝛ ita patet ꝙ nõ erũt
Ꝫ hoc arg. in caritate diuerse species timoris . Sed obicit iterũ
Bonũ est finis oĩm virtutum:ergo ꝙ fides credit pe
nas eternas esse vel deũ punire ĩpenitẽtes pena eter=
na:non est nisi propter bonũ.Esto igit ꝙ secundũ viã
istã gñet timorẽ quo timeat quis penas eternas ꝓpt
bonũ siue vt non separet a bono.constat ꝙ huiusmõi
timoris finis siue materia circa quã est ipa pena. licꝫ
vltimus finis eius sit bonus. sicut aug.dicit ꝙ volun
Augustinꝰ tas qua volo ad fenestram ire vt videã trãseũtes.pri=
mus finis est ire ad fenestrã. vltimus est timere tran
seuntes . initialis ergo timoris quem fides sic gene=
rat est ipa pena primus finis. filialis aũt timorũ primꝰ
finis est separatio. sed per primos fines distinguũtur
virtutũ opera et ĩpe virtutes.ergo cũ diuersi fines primi
sunt hmõi timoꝝ: isti timores sunt diuersi in spẽ:ergo in
habente caritatẽ sunt diuersi timores in spẽ: qd pre=
Replica. negatũ est.nec potest dici ꝙ hec argumẽtatio non te=
neat.diuersi sunt fines huius primi timoris et illius:
ergo diuersi sunt timores in specie.ideo: quia in fide
habet instantiam. Fides enim duos primos fines
De fide et timore aliter dicendũ. habet.scilicet penas eternas et bona eterna:non ta=
men sunt due species fidei.aliud enim est de fide alid
de timore.qm fides vna ẽ eo ꝙ vna est ratio omniuꝫ

faciendorum:et propter hoc virtutes que sunt ĩ affe=
ctu necessariũ est distingui per primos fines siue per
materias primas.Item.timere penã eternã propter Iterũ arg.
deũ bonũ est et meritoriũ.ergo alicuius virtutis:nõ nisi
timoris initialis:vt patet inspicienti per singulas vir
tutes.ergo pena inquantũ pena timetur timore initiali.
separatio aũt timetur timore filiali.et inde vt prius
Solutio.sicut dictum est: impossibile est ꝙ fides pri Solutio.
us moueatur in penas eternas ꝙ in bonum eternum
eo ꝙ necessarium est:ꝙ primo speculetur finẽ suũ bo
num.s.vnde prius generat caritatem: ꝙ timorẽ. ꝛ in
de sequitur ꝙ nunꝙ secundũ hanc viam generabit ti
morem pene inquantum est pena.sed si timorẽ pene ge
neret.hoc erit inquantũ est separatiua a bono. Dici= Ad rõnem
mus ꝙ non timetur pena vt non separet a bono hec
dictio vt:non est nota vltimi finis: sꝫ dispositio primi
finis pene. s. quia pena timetur:non inquantũ pena:
sed inquãtum separatiua.Preterea. timere penã in Iterũ arg.
quantum pena siue inquantum destructoria vel noci
ua:non est quid spirituale:sed inquantũ separatiua a
sũmo bono spirituale ẽ:et propter hoc primo modo
non potest timeri pena ad imperiũ virtutis spũalis.
sicut sũt fides/ spes/caritas.sꝫ secũdo mõ.s.inquãtũ
separatiua.Per hoc patet solutio ad oĩa obiecta:qꝛ Ad omnes
soluendũ est per interẽptionẽ.Item. esto ꝙ aliquis rõnes.
perfecte considerans ꝙ pena purgatorij retardat a
gloria abstineat a venialibus peccatis. Querit cuiꝰ q̃o incidẽs
modi timor sit iste timor non est naturalis aut mun=
danꝰ:aut hũanꝰ:aut seruilis:aut initialis.qꝛ sic timẽs
perfectus est:nec filialis.qꝛ habet oculũ ad penã.er=
go iste timor non est aliquis predictoꝝ.ergo insufficiens
est diuisio timoris superius posita . qd multi conce= Opinio ali
dũt.Nos aũt dicimꝰ ꝙ iste timor potest esse natura= quorũ.
lis vel initialis. naturalis quidem si ꝑ imaginationẽ Opinio do
confingentẽ apprehẽdatur pena purgatorij tanꝙ no ctoris.
ciua.si vero secundũ rationem apprehendat illa pe=
na inꝙtum dilatoria glorie siue separatiua ad tẽpus
timor ẽ initialis.vñ dicimꝰ in tali casu ꝛ perfectꝰ timet
ad modum incipientis. Item. eadem est virtus qua Iterũ arg.
diligit aliquis cõiũgi eterne glorie ꝛ separari a pena
eterna:ergo pari ratione.idem erit timor quo time=
tur separari a gloria et quo timetur coniungi eterne
pene. sed timor separationis a gloria est timor filia=
lis. timor separationis a pena ẽ timor seruilis: ergo
idẽ est timor in essentia filialis ꝙ seruilis.qd ꝑnegatũ
est.Solutio.Timor quo aliquis timet cõiungi pene Solutio.
eterne duplex est:quia si timetur sic pena inꝙtum de Duplex ti=
structoria vel nociua. timor est seruilis .sed inꝙtum mor.
separatiua a deo timor ẽ initialis. Primo modo nõ
est verũ qd sit idẽ in essentia timor quo timetur con=
iunctio cum pena eterna.secũdo modo verũ est.Sol
uẽdũ igitur per distinctionẽ.Similiter posset hec di= Aliter pt dici
stingui.Eadẽ est virtus qua quis diligit cõiungi eter
ne glorie et separari a pena eterna.qꝛ forte separatio
a pena eterna non põt diligi a virtute que est spũalis
nisi inquãtũ pena separat a gloria.Dictũ est ꝙ timor Iterũ arg.
initialis vel timens initialiter non timet penã eternã
nisi inquãtũ separatiua est a deo nec timet offendere
deũ nisi inquãtũ offensa dei separat a deo.ꝛ sic de alijs
nichil ergo timet nisi inquãtũ separat a deo.nec etiaꝫ
tẽptationes diaboli timet nisi inquãtũ separãt a deo
sed ꝓpter hoc dr timor initialis hr̃e oculũ ad gloriã:
qꝛ timet ea q̃ separãt a gl̃ia:ergo cũ nichil timeat nisi qd
a gl̃ia sepat nõ hꝫ oculũ nisi ad gl̃iaꝫ . falsũ ẽ ergo qd cõit

dicitur ꝙ timor initialis duos habet oculos . vnũ ad
Solutio. penã.aliũ ad gloriã.Solutio. Duplex est modus di
Duplex dilectio. ligendi deũ ex caritate.Est enĩ vnus amor filialis.aliꝰ
mercẽnarius.Amor filialis est quo diligimus deum
propter se.non habito respectu ad aliquã vtilitatem
nostrã prouenientẽ ex amore illo. sicut filiꝰ diligit pa
trem nõ habito respectu ad aliquã vtilitatẽ prouenien
tem ex amore illo.ꝛ si nulla accideret vtilitas.tamen
Amor mercennarius. diligeret.Mercẽnarius amor ex caritate est quo dili
gimus deũ.non tantũ ꝓpter se: sed habito respectu
ad mercedẽ.s.ad beatitudinẽ creatã quã dabit nobis
in futuro.ꝛ etiã habito respectu ad tẽporalia bona q̃
dat nobis in p̃senti.tamen in illo amore cũ dicimꝰ dili
gimus deũ propter se ꝛ propter beatitudinẽ creatã.
et propter bona tẽporalia que dat nobis. dissimiliter
Propter capit equoce sumit hec p̃positio ꝓpter.cũ enĩ dicimꝰ diligimꝰ deũ
propter se. hec p̃positio propter notat finẽ in q̃ quie=
scitur.Cũ dicimus diligimus deũ ꝓpter beatitudinẽ
creatã :notat finẽ quo quiescit. cũ aũt dicimus diligi
mus deũ ꝓpter tẽporalia nõ notat finẽ: sed cãm mo=
tiuã ꝛ prouocatiuã ꝛ quodãmodo augmẽtatiuã dile
ctionis dei. ꝙ aũt iste amor mercẽnariꝰ sit ex caritate
probatio p euãgeliũ. patet in euangelio luce vbi dictũ. Quãti mercẽnarij
in domo patris mei abundant panibꝰ.ego aũt hic fa=
me pereo. nõ enĩ abũdarent panibus nec essent in do
mo patris mei nisi haberẽt caritatem. Iste aũt amor
Amor ꝛ timor ꝓportionantur. mercẽnariꝰ ĩpfectꝰ ẽ.amor vero filialꝭ pfectoꝝ ẽ.istis
duobꝰ amoribus respõdent duo timores.vnꝰ filialis
alius initialis. filiali timore timemus separari a deo
tantũ propter se non habito respectu ad aliquod icõ
modũ extrinsecũ quod ex sepatione accidit. et hmõi
timor perfectoꝝ est:initialis timor est quo timemus
separari.non tantũ propter deũ: sed etiã ꝓpter incõ=
moda q̃ accidũt ex separatione a deo.s. ꝓpter separa
tionẽ angelicã q̃ est btĩtudo creata.ꝛ etiã propter pe
nas eternas q̃ infligũtur his qui separant a deo Sed
amor dei ꝛ amor glorie create ꝓprie generãt timorẽ
initialẽ.ꝛ ꝓpter hoc ꝓprie et per se timor initialis fu
Pena quõ gñat timorem. git separationẽ a deo et separationẽ a gloria. Pena
vero eterna nõ est ꝓprie generatiua timoris initialis
sed est quasi stimulus ꝓuocatiuus ꝛ augmẽtatiuꝰ ti=
moris.sicut bona tẽporalia prouocãt et augmẽtãt ti
morẽ mercẽnariũ. Qñ ergo dr timor ĩitialis habere
duos oculos nõ intelligit ꝙ eodẽ modo ꝛ equalitate
hẽat illos.hꝫ enĩ oculũ ad penã tanꝙ ad stimulũ suũ
Alia q̃stio incidens. ad gloriã aũt tanꝙ ad illud cuius sepationẽ ꝓprie et
per se fugit.Itẽ.querit de intẽsione ꝛ remissione siue
Augustinꝰ de augmẽto ꝛ diminutione timoris initialis.Augu.
Solutio. dicit ꝙ caritas minuit tiorẽ:ergo nõ diminuit.Solutio.
Sine dubio caritas nõ minuit timorẽ ꝙtum ad essen
Ad augustinum. tiã.et aug.in p̃dicta auctoritate nõ loquit de caritate
et timore ꝙtũ ad essentiã:sꝫ ꝙtũ ad statũ. quẽ timẽs
initialiter in principio caritatis hꝫ cõsciam pctĩ:ꝛ ita
sentit morsus ꝛ pũctiones cõscientie in illo statu:sꝫ in
posteꝝ qñ incipit iocũdari nõ ita sentit.tñ eque timet
cautele timore vt priꝰ.vel magꝭ: caritas ergo minuit ti=
morẽ ꝙtũ ad tormẽtũ cõscientie:sed nõ ꝙtũ ad caute
Iterũ arg. lam nec quãtũ ad essentiã ipiꝰ timoris. Sed iteꝝ obi
cit.Quãto aliq̃s magꝭ diligit magꝭ sperat:ꝛ quanto
magis sperat magꝭ cõfidit.ꝛ quãto magis cõfidit tã=
tomagꝭ est securꝰ et quãtomagꝭ est securꝰ tanto minꝰ
timet: ergo a primo quãto aliq̃s magꝭ diligit tãto minꝰ
Inoppoᵐ timet. Contra.caritas scdm se est gñatiua timoris:ergo
maior caritas maioris timoris: ergo quãtomagꝭ magis

timet. Item.oẽs virtutes sunt pares: ergo crescẽte Secundoꝰ
caritate crescit timor:ergo quãtomagis diligit aliq̃s
tantomagis timet.Solutio.Vtraqꝫ istarum est vera
quãto aliq̃s magis diligit tantominꝰ timet: ꝛ quãto
magis diligit tantomagꝭ timet.vt sumamꝰ hoc ṽbũ
timet in habitu nõ in actu: qꝛ quãtomagis diligit ali
quis tanto abilis est ad magꝭ timendũ ꝛ minꝰ timen=
dum:sed scdm diuersas vias.qm scdm viã spei abilis
est ad minꝰ timendũ.Ille enĩ qui magis diligit si mo Nota.
uet motu spei cõsiderãdo largitatẽ dei minꝰ timet ꝙ
ille qui minus diligit et minus sperat.sed ẽm viã scie
tie q̃ magis diligit magis timet. qm cõsideratꝭ eisdẽ
periculis penitus ille qui magis diligit magis timet
dum modo alie circũstantie sũt pares.

¶ De filiali timore. Aliud capitulum

Dicto de timore initiali dicendũ est de filiali.cir
ca quẽ primo vidẽdũ vtrũ sint diuerse spẽs ti=
moris filialis. Scdo q̃ sit differẽtia inter timorẽ ini=
tialẽ ꝛ timorẽ filialẽ.Tertio de timore christi ꝛ qua=
liter sit timor in angelis et in patria.

¶ Prima questio huiꝰ capituli vtrũ ti
mor filialis sit vnꝰ tantũ in specie.

Circa primũ capitulũ ꝓbat ꝙ diuerse sũt spẽs ti=
moris filialis.qm timor filialis timet offendere
deũ.ꝛ timet separari a deo: ergo diuersa sunt secũdũ spe Arg ꝙ non.
ciẽ ea que timentur timore filiali: ergo timor filialis
diuersos habet fines primos ꝛ imediatos siue diuer
sas materias.In talibus enĩ materia vocat finis:sed
secundũ diuersitatẽ primorũ finiũ distinguũtur virtu
tes:ergo diuerse sunt timores filiales scdm speciem.
Itẽ.filius carnalis timet offẽdere patrẽ suũ.ꝙuis nõ Secundo.
timet separari ab ipso.sed in infinitũ magis diligit fi
lius spiritualis patrẽ spiritualeꝫ ꝙ filiꝰ carnalis pa=
trem carnalem.ergo filius spiritualis timet offende
re vel potest timere offendere deũ: et si nõ timeat se=
parari a deo.aliud igitur est timere offendere deum.
aliud ẽ timere separari a deo:et ita timore filiali ti=
mẽtur diuersa secundũ speciẽ.et inde vt prius.Sꝫ cõ Inoppoᵐ
tra.idem est amor quo diligimus deũ secundũ spẽm
et quo diligimus deũ habere siue beatitudinẽ crea=
tam.ergo idem est timor secundũ speciem quo time
mus opposita illorũ duoꝝ.sꝫ timor offense dei: respõ
det amori gratuito dei : et timor separationis rñdet
amori quo diligimus habere deum. ergo idem ẽ timor
in specie quo timemus offendere deũ: et quo time=
mus separari a deo.et ita timor filialis nõ habet di=
uersas species.Itẽ.eiusdẽ virtutis in specie est volũ Secundo.
tas qua volo habere deum et qua volo seruire deo.
vtraqꝫ enim volũtas caritatis est.qꝛ caritatis vꝭ ami=
cicie est velle facere qd placet deo:ꝛ hoc ẽ seruire deo
ergo eiusdẽ virtutis in specie ẽ velle seruire deo ꝛ vel
le habere deũ.ergo eiusdem virtutis in specie est timere
opposita.sed offẽdere deũ est oppositũ ei qd ẽ seruire
deo et separari a deo est oppositũ ei quod est habere
deum.ergo timere offendere deum et timere separari a
deo:sunt eiusdẽ virtutis in specie.ergo timor filialis non
habet diuersas species.Qd concedimꝰ.Ad primum Solutõ ad
dicimus ꝙ filialis timor timet diuersa. sed non vt di primũ.
uersa.sꝫ vt vnũ.timet enĩ offendere deũ inquantũ se=
paratiuꝫ est a deo . et propter hoc non valet prima
argumentatio.Ad secundum dicimus ꝙ non est si=
mile de filio carnali ꝛ de filio spũali:qꝛ filiꝰ carnalꝭ pt of Ad scdm
fẽdere patrẽ carnalẽ:ita ꝙ nõ separetur ab eo nec pa=
ter subtrahat ei bona sua .sed filius spiritualis non

potest offendere deū quin separetur ab eo: quia offē-
dere deum est peccare mortaliter. ⁊ peccare mortali
ter est separari ex deo vel causa illius. ⁊ ꝓpter hoc nō
est simile.

¶De differētia timoris filialis ad initialem.

¶Secunda questio huius capituli vtrū illi duo timores differāt spē.

Queritur de differētia timoris filialis ad initialē
Arḡ q sic p augustinū. et videt̄ q differāt scd̄m spēm. qm̄ augu. dicit q
quattuor sunt diligēda ex caritate. primo deus. scd̄o
nos. tertio qd̄ iuxta nos est. s. proximus. quarto cor-
pus ꝓpriū et proximi: sic ĝ stola corpis diligenda est
ex caritate. ⁊ ita stola corpis est quedā materia p se
caritatis: ergo eius oppositū est per se materia timo
ris. sed eius oppositū est pena eterna qua affligit̄ cor
pus: ergo pena eterna est per se materia timoris: sed
nō est per se materia filialis timoris: qr timor filialis
non timet p se penas eternas: sed solū separari a deo
ergo pena eterna est per se materia alterius timoris
non nisi initialis: ergo timor initialis ⁊ timor filialis
habent diuersas materias ꝓprie et per se: ergo ⁊ pro
prios fines ꝓprie et per se. materia enī in talib⁹ finis
appellatur. sed scd̄m diuersos fines proprios distin-
guūtur virtutes: ergo initialis timor ⁊ filialis differt
In oppo^m scd̄m speciē. Sed si hoc cōceditur videt̄ q aliqua vir-
tus habeat tres fines. qm̄ timor initialis timet penas
eternas propter hoc quia separatiue sūt a deo. ⁊ hoc
ꝓpter deū. quelibet enī virt⁹ mouet̄ ꝓpter deū. Sic
igr̄ timor initialis tres fines hȝ. s. penas eternas. ⁊ se-
parationē a deo. ⁊ ipm deum. hoc aūt nō contingit in
aliqua alia virtute. qm̄ caritas nō habet nisi vnū finē.
sed hȝ illū duplicatū. caritas ei diligit bonū: qr bonū.
Alie virtutes duos hn̄t fines: qr ꝓpt̄ materiā quā hn̄t
pro fine hn̄t finē caritatis. s. bonū. Nulla ĝ virt⁹ dȝ hr̄e
tres fines vt videt̄. ⁊ ita timor initialis nō dȝ hr̄e penas
Secundo. eternas vt ꝓpriā materiā. Itē. caritate virtute nichil
aliud a deo diligit̄ nisi inq̄tū cōiūgit nos deo: ĝ tiore
virtute nichil timem⁹ nisi inq̄tū illud qd̄ timet̄ sepa-
rat a deo: ĝ quicquid timet timor initialis timet inq̄tū se-
parat a deo: ĝ ꝓprie et p se timet separationē a deo.
sed hoc proprie et per se timet timore filiali: ergo ti-
mor filialis ⁊ timor initialis non differunt secundum
spēm. cū nō differūt scd̄m ea q per se ⁊ ꝓprie timētur
Solutio. qd̄ cōcedim⁹ hac rōne. Ad istud qd̄ obicit̄ dicimus q
Ad rōnem stola corpis nō est p se materia caritatis nisi inq̄tū aug
mentat stolā aīe. vn̄ nō sequit̄ q pena sit p se materia
Notandū. timoris virtutis. Notādū tn̄ q pena et̄na in duplici opa
tione se hȝ ad tiorē initialē. s. vt materia ⁊ vt stimul⁹.
et licȝ se habeat vt materia: nō tn̄ tres hȝ fines. qm̄ cū
dr̄ timet penas et̄nas vt sepatiuas a deo nō denotat
duos fines: sed pamū dr̄ vt finis. scd̄m vt dispō finis.
q̄o incidēs ¶Querit̄ postea vtrū pfect⁹ timeat penā et̄nā. pbat̄
Arḡ q sic p hieronimū q sic. qr hiero. dicit. Prudēter timet̄ quicquid pōt acci-
dere. sȝ pfect⁹ pōt icurrere penā etrnā: ĝ dȝ timere eā
et cōstat q pfect⁹ facit quod dȝ: ĝ timet penā eternā.
Secundo. Itē. pfect⁹ timet peccare: nō alia rōne nisi qr pōt pec-
care. qr si sciret se nō posse peccare nō timeret: ĝ eadē
ratione timet se posse incurrere penā eternā cū sciat
se posse incurrere illā. ⁊ ita timet penā eternā. Si cō-
In oppo^m p ieronimū cedit̄. Cōtra. Hiero. dicit. Qui timet: penā hȝ. ⁊ loq̄t̄
de timore pene. ⁊ q penā hȝ nō est pfect⁹: ĝ qui timet
nō est perfectus: ĝ si est pfect⁹ nō timet. ⁊ ita pfect⁹ nō
timet penā eternā. Itē. indirecte. si pfect⁹ timet penā *Secundo*
eternā: cū perfect⁹ nō habeat nisi timorē filialē: ĝ tior
filialis timet penā eternā. ⁊ ita habet oculū ad penā
eternā: ⁊ habet oculū ad glīaȝ. Hoc cōstat: ĝ hȝ duos
oculos sicut initialis. ergo nō differūt scd̄ȝ hoc timor
filialis ⁊ timor initialis. Solutio. Timor pene eterne *Solutio.*
duplex est. s. timor cautele ⁊ timor pūgitiuus q penā *Duplex timor pene eterne.*
hȝ. Timēs enī initialiter pūgit̄ ⁊ angustiat̄ intra se ex
cōscientia pctī: de quo nescit an sit dimissū sibi. hmōi
timor pene eterne. s. pūgitiu⁹ nō est in pfecto: sed ti-
mor cautele ibi ē: qr cauet penas eternas sicut cauet
peccare mortalit̄. Ad istā aucto. Qui timet: penā hȝ *Ad auctoritatem post oppositum*
dicim⁹ q intelligit̄ de timore pūgitiuo. nō de timore
cautele. Ad scd̄o obiectū dicim⁹ q q̄uis timor filia-
lis tiore cautele timeat penā eternā. nō tn̄ dr̄ hr̄e ocu *Ad scd̄m.*
lū ad penā eternā: qr nulla bona opa facit intuitu pe-
ne eterne: sȝ amore solo. qm̄ solus amor sollicitat ipȝ
in opib⁹. vn̄ pro sola acq̄sitione glorie laborat: sed cū
hoc accidit q vitatur pena eterna.

¶Utrum christus habuit timorem filialem.

¶Tertia questio hui⁹ capituli.

Queritur vtrū xp̄s habuit timorē filialē. pbat̄ q sic *Arḡ q sic.*
In psal. dr̄. Timor dn̄i sctūs pmanet in scl̄m scl̄i
ergo timor dn̄i sctūs est in patria. Sed timor dn̄i san
ctus est timor filialis: ergo timor filialis est in patria
et ita est in sanctis qui sūt in patria ⁊ in angelis. eadē
ratione fuit in christo. Item. ecclesiasticus. xxiij. Ni- *Secundo.*
chil melius q timere deum. Sed omnia bona opti-
ma fuerunt in christo: ergo timor dei fuit in christo.
Item. dicit glo. gilberti super illud ad Roma. Non *Tertio p glosam.*
accepistis spiritū seruitutis ⁊c. timore seruili ⁊ timo-
re filiali timet̄ sponsus. sed timore seruili timetur ne
veniat iudicatur⁹. timore filiali timetur ne tardet: et
cum venerit timebitur ne discedat. ergo ī patria erit
timor separationis: et ita timor filialis. ĝ timor filia-
lis fuit in christo. Item. super illud isaie. Egredietur *Quarto p ieronimū.*
virga ⁊c. dicit ieronimus. mutatur verbū qm̄ venitur
ad timorē propter minores ne desperēt si timeāt cuȝ
audiāt cristū fuisse repletū timore. ĝ crist⁹ fuit replet⁹
timore quo timent minores: sed minores timent ti-
more initiali. ĝ et cristus timuit timore initiali: mul-
tomagis filiali. ĝ cristus habuit timorē filialē. Sȝ cō *In oppo^m*
tra. crist⁹ sciebat q īpossibile erat ipsū separari a deo
ĝ non timuit separationē a deo. fatuū eī esset timere
qd̄ scitur impossibile eē accidere. sȝ timor separatio
nis ē timor filialis. ĝ tior filialis nō fuit ī xp̄o nec erit
in patria: cū quilibet sctūs sciat impossibile eē se sepa
rari a deo. Item. spes ē de futuro bono: timor de fu *Secundo.*
turo malo. sed in patria spes penitus euacuabit̄. qm̄
nullū futurū bonū expectabitur. ergo eadē ratione
timor penitus euacuabitur in patria. qm̄ nullū futu-
rum timebitur. Item. timor separatiōis ex īperfecti *Tertio.*
one est ita ex parte. sed cum venerit qd̄ perfectum ē
euacuabitur qd̄ ex parte ē. ĝ timor separationis eua
cuabit̄ penit⁹ in patria. ĝ et timor filialis: ⁊ ita timor
filialis non fuit in cristo nec erit in patria. Solutio. *Solutio*
timor filialis duas species habet: scilicet timorem se
parationis et timorem reuerentie. Est autem reue- *Diffinitio reuerentie*
rētia resilitio ab altitudine dei in propriam paruita
tem. iste timor erit in patria et fuit in christo. sed
timor separationis non fuit in christo nec erit in pria
Ad illud qd̄ obicit̄. Timor dn̄i sctūs permanet in se- *Ad rōnem*

culum seculi. ⁊ cū dicit glosa q ille timor dicit̄ pma-
nere in seculū seculi: qr effectus ei⁹ permanet in essen-
Patientia pauperum tia. sicut dicitur. Paciētia pauperū non peribit in fi-
nem. i. effectus pacientie pauperū non peribit in finē
Ad aliud. Ad illā auctoritatē nichil meli⁹ q timor dei. dicim⁹
q intelligit̄ de timore reuerentie qui sine dubio fuit
Ad aliud. in christo. Ad auctoritatē gilberti dicim⁹ q sic debet
intelligi. cū spōsus venerit timebimus ne recedat. i.
ad modū timentiū nos habebimus. sicut illud expo-
Tremebūt āgeli exponitur. nitur. Tremebūt angeli. i. ad modū trementiū se ha
bebūt. Adultimo obiectū dicimus q q̄uis xp̄s reple
tus fuerit timore propter minores. nō tamen seq̄tur
q christus eundē timorē habuit quē et minores. sed
Alr̄ pt̄ dici sequitur q timorē habuit. Alia tamen pōt ratio assi-
gnari preter ratōnē hieronymi. quare xp̄s dicit̄ fuisse
replet⁹ timore. s. qr timor reuerētie maximū habuit
effectū in christo. Ex timore enī reuerentie hūiliauit
Paulus. se vsq ad passionē ⁊ mortē. vnde aplūs dicit de christo
In oībus exaudit̄ pro sua reuerentia. ⁊ ita reuerētia
in xp̄o maximū effectū habuit. vnde dicitur fuisse re-
pletus spiritu timoris domini.

¶De dono quod est pietas.

¶Aliud capitulum.

Dicto de dono timoris. dicendū est de dono pie-
tatis. Pietas enī īmediate seq̄tur donū timo-
ris. Qui enī timet deū ꝓpter se ⁊ sup omia ipm sicut
debet honorat: ⁊ scripturā ipi⁹. ⁊ ꝓximū propter ipȝ
Prima q̄o hui⁹ capl̄i. et in hoc honorare cōsistit pietas. Querit̄ ĝ qualiter
sumitur pietas secundū quod est donū. videt̄ q idem
Arḡ primo. sit precise quod mīa. qm̄ super metū adaptatur pie-
tas secundū q est donū: beatitudini q est māsuetudo
que significatur cū dicitur. Beati mites. qm̄ ipi possi
debunt terrā. Sed constat q māsuetudo non est nisi
in respectu ad proximū: ergo nec pietas secūdū q est
donū. aliter enī incompetens esset adaptatio. sed pie
tas que non est nisi ad proximū idē est precise q mise
ricordia: ergo pietas donum idem est precise q mīa.
Scd̄o per gregoriū. Item. grego. super iob. in principio dicit: q pietas
docet misereri. ⁊ iterū dicit. pietas sine scientia nescit
misereri. ⁊ ita videtur q pietas donū idē sit precise q
In oppo^m mīa. Sed cōtra. Super matheū dicit glo. q pietatis
est venerari sctā: sed venerari sctā pertinet ad aliquā
spēm iusticie. qm̄ quādo veneramur sctā reddim⁹ deo
quod debemus ei. qm̄ de⁹ sctūs est. Similiter enī cū
reddim⁹ prelatis quod suū est veneramur sctā: qr pre
lati sūt scti. Eodē modo cū reddim⁹ ꝓxio quod suū
est veneramur sctā: qr ꝓxim⁹ sctūs est inq̄tū fact⁹ est
ad imaginē dei: ĝ cū qualibet spē iusticie veneremur
sctā pietas: scd̄m hoc q cōprehendit omēs spēs iusti
Secundo. cie. ⁊ ita pietas idē est q iusticia. Itē. oīs honor deo
debitus ⁊ ipi exhibitus reducit̄ ad latriam. ĝ eadem
ratione. oīs honor ꝓximo debitus pro xp̄o exhibit⁹
reducit̄ ad duliā. sȝ qm̄ do elemosinā proxio honoro
ipm: qr prepono ipm tpalib⁹ qbus p̄ponēdus ē qd̄ est
ipm honorare. sic igr̄ nō est motus aliq̄s alicuius spēi
iusticie q nō sit pietatis cui⁹ est honorare sctā. ⁊ ita pie
Tertio. tas donū cōprehendit oēs spēs iusticie. Itē. eiusdem
virtutis est velle esse iustū ⁊ velle assimilari deo in iu-
sticia: qr eadē est cā relationis ⁊ qualitatis scd̄m illaȝ
qualitatē: ĝ eadē ratione. eiusdē virtutis est velle dare
alicui tēporalia debito modo ⁊ velle ipm preponere
temporalibus debito modo. sed primū est iusticie: ĝ
et scd̄m. Sed cōstat q secundū est pietatis: ergo idē
Quarto. est pietas q iusticia. Itē. fortitudo simpliciter scd̄m
oēs species suas est donū spūsscti: ergo eadē ratione.
iusticia scd̄m omēs species suas est donū spiritusscti.
Sed nullū aliud vel maius q pietas: ergo pietas do
num idē est q iusticia. Sed contra. Uilificare aliquē *Ꝯ ista arḡ.*
totaliter est motus vis irascibilis: qr tendit advicto-
riam: ergo velle honorare aliquē est motus vis irasci
bilis: qr cōtraria sūt in eadē vi. sed pietas est velle ho
norare scd̄m omēs species suas: ergo pietas scd̄ȝ oēs
species suas est in vi irascibili. sed non est ita de iusti-
cia: ergo non est idē pietas q iusticia. Solutio. Dici *Solutio.*
mus q pietas scd̄m q est donū prorsus idē est in essen
tia q iusticia. sed ab illo dicit̄ illa virtus iusticia. s. in-
q̄tū procedit ex principijs iuris naturalis. pietas dr̄
eadem virtus inq̄tū procedit ex principio fidei. Ad *Ad primū.*
primo obiectū dicimus q illa adaptatio qua adapta
tur donū pietatis māsuetudini facta est nō pietate ge-
neraliter: sed pro quadā spē pietatis. Similit̄ aucto- *Ad dictuȝ gregorij.*
ritas grego. intelligit̄ nō de pietate gn̄aliter: sed de
quadā spē pietatis. s. de mīa. Sic̄ mō loquit̄ augu. de *Ad augustinum.*
iusticia cū dicit. iusticia cōsistit in subueniēdo miseris
qm̄ sic nō ponit diffinitionē vel descriptionē iusticie. sȝ
est quedā exēplificatio de quadā spē iusticie. Ad vlti *Adultimū*
mo obiectum dicimus q non valet hec argumētatio
velle vilificare ⁊c. ĝ velle honorare ⁊c. qr velle vili-
ficare et velle honorare non sūt cōtraria. qm̄ velle vi
lificare aliquē est velle ipsū facere vileȝ. sed velle ho
norare aliquē nō est velle statuere ipsū in honore: sȝ
velle facere opera quibus ostēdatur ei⁹ dignitas. sȝ
velle statuere aliquē in honore ē contrariū ei quod ē
velle vilificare aliquē: et vtrūq illorū ē in vi irascibi
li. ergo cū idem sit pietas q iusticia et superius dictū
sit de spēbus iusticie. patet qd̄ dictū est de speciebus
pietatis: propter quod transeundū ē ad tertium do-
num: scȝ donum scientie.

¶De scientia dono et primo de contrarieta-
te eius ad prudentiam equus.

¶Aliud capitulum.

Donū scientie idē est in essentia q prudentia: q
prudentia ē regitiua operū iusticie. similiter ⁊
scientia regitiua ē operū pietatis. qm̄ opera pietatis
non placent deo: nisi fiant ex discretione. vnde in leui
tico preceptū ē q in oī sacrificio sal apponat̄. s. discre
tio. Est ĝ sciētia donū idem in essentia q prudētia: q *Diffinitio sciētie q est donum.*
est virtus politica. sed differunt in ratione agendi vt
dictū est supra. qr prudentia procedit ex pricipio iu-
ris naturalis. scientia donū ex principio fidei. ⁊ licet
sup⁹ dictū sit de prudentia: et propter hoc de sciētia
tn̄ duo restant determinanda de scientia. primum est
de contrarietate scientie doni ad prudentiā carnis si-
ue ad sapientiam mundi. secundum ē de differentia
scientie et consilij.

¶Prima questio vtrū scīa sit idē q prudētia

Circa primū sic obicit̄. scientia donū et prudētia
carnis sunt contraria. sed sciētia donū ē electio
faciendorū et fuga nō faciendorū. ĝ prudentia carnis *Arḡ q non.*
est electio nō faciēdorū et fuga faciendorū. sed hoc ē
pctm̄. ergo prudentia carnis est peccatū. ĝ nō ē a deo
Item. apo. dicit. prudētia carnis ē mors: sed non cor *Secundo.*
poris. ĝ aīe. sed oīs mors aīe est pctm̄. ĝ prudētia car
nis est peccatū. ĝ non est a deo. Contra. oīs sapiētia a *In oppo^m*
dn̄o deo ē. prudentia carnis ē aliqua sapientia: qr est
sapientia de carnibus. ergo est a deo. Item. in prudē *Secundo.*
tia carnis duo sūt. vnū ē electio fugiendorū. aliud est
iudiciū quo aliquis iudicat secūdū prudentiā carnis

de fugiendo qđ sit eligendū. ⁊ tale iudiciū pōt appel
lari indiscretio vel error.sed vtraq; illoꝝ.s.electio fu
giendoꝝ ⁊ illud iudiciū est peccatū:ģ illa duo que sūt
in sciētia q̄ respondēt istis duobus tanq̄ cōtraria aut
sunt virtutes aut opa virtutum:ģ discretio que est in
scientia dono qua iudicamꝰ quid sit faciendū aut est
virtus aut opus virtutis.⁊ dictū est superiꝰ oppositū
Tertio. Preterea bene dicit.discretio nō tam est virtꝰ q̄ au=
Quarto. riga virtutū.est enī dirigēs opa virtutū.Itē.pruden
tia carnis est electio oīm carnaliū ⁊ abominatio oīm
spūaliū: q2 eiusdē virtutis est appetere aliqđ ⁊ abo=
minari oppositū eius: ģ per locū a contrarijs scientia
donū est abominati o oīm carnaliū ⁊ electio oīm spi=
ritualiū: ģ est electio oīm credendoꝝ ⁊ oīm diligen=
doꝝ.qđ falsū est. qm̄ illud est fidei quod discernit qđ
Quinto. credēdum qđ nō.et eligit credēdum.silr discernit qđ
diligendū quid nō:q2 ipa est lux illumināns aīam.Itē
prudētia carnis est mors aīe:ergo prudētia spūs que
est scientia donū est vita aīe.et hoc est falsum. Fides
Sexto. enī est vita aīe.sicut dicit abacuch.Iustꝰ ex fide viuit
Preterea.q̄ fides sit vita aīe in pn̄ti patet.qm̄ cogni
tio que succedet fidei ī futuro erit vita aīe.sicut dr in
Solutio euangelio iohānis. Hec est vita eterna ⁊c. Solutio.
Ad primū Concedimus q̄ prudētia carnis est peccatū et non est
a deo.Ad primo obiectū solumꝰ per interēptionem
huius.prudētia carnis est aliqua sapientia.non enim
est prudētia carnis ſm q̄ dicitur mors anime:est pru
dentia de carnalibꝰ.qm̄ illa bona:⁊ a deo est.ſ3 prudē
Ad scđm. tia carnalis est electio carnalium voluntatū.Ad scđo
obiectū dicimꝰ q̄ duplex est discretio faciendoꝝ. vna
naturalis.alia gratuita. Naturalis discretio est q̄ ha
bet secūdū principia iuris naturalis.qm̄ naturalis ra
tio dictat q̄ nō est furādū.nō est mechādū: q2 nemini
est iniuriādū.hec naturalis discretio nō ē virtꝰ nec opꝰ
virtut;.discretio aūt gratuita est q̄ fit ſm p̄ncipia fidei
sicut illa qua discernimꝰ ꝓximū esse honorādū ⁊ eidē
nō esse iniuriandū:q2 imago dei est.⁊ hec discretio est
opus virtut;.s.fidei.⁊ indiscretio q̄ est in prudētia car
nis est malū:q2 est cōtra discretōnē fidei. Auctoritas
Ad tertiū. bti itelligit de discretiōe naturali.Ad tertio obiectū
dicimꝰ q̄ prudētia carnis est electio oīm carnaliū ope
rū.sed nō est aboīatio oīm spiritualiū opeꝝ: ſ3 tantū
illoꝝ q̄ sunt cōtraria carnalibꝰ.verbi grā. Aliqs dele
ctat in cibis delicat;: talis abomiat ieiuniū. Similr
aliqs delectat in mollicie ⁊ p̄ciositate vestiū talis ab=
hominat ciliciū. ⁊ sic patet q̄ prudētia carnis non est
Ad vltimū abhoīatio oīm spiritualiū.Advltio obiectū dicimus
q̄ scientia donū est vita aīe ⁊ quelibet virtꝰ est vita aīe
Sed fides ē prima vita q̄ est prima virtutū. vñ mag;
attribuit vita aīe ipī fidei q̄ alijs virtutibꝰ. vnde ista
argumētatio est bona Prudētia carnis est mors aīe
ģ sciētia donū est vita aīe.sed ista nō valet. Prudētia
carnis est prima mors aīe:ģ donū est prima vita. cuiꝰ
ratio est hec. qm̄ bonū est finitū ⁊ ordinatū: sed malū
infinitū et iordinatū.Ideo invicijs nō est determiatū
primū. Unde prudētia carnis aliqn̄ est primū vicium.
Hec argu= aliqn̄ ifidelitas.aliqn̄ aliud.Per hoc p3 q̄ hec argu=
mētatio nō mētatio nō valet.Fides est prima vita:ģ infidelitas ē
valet. pria mors.Per p̄dicta p3 solutio ad hmōi argumen
per hoc ad tatōnes q̄ solēt fieri.Nulla sciētia est opposita sciētie
alias. ģ nulla prudētia est opposita prudētie. prudētia car=
nis nō ē opposita prudētie spūs:ſ3 sciētia donū ⁊ pru=
dētia spūs idē sūt:ģ prudētia carnis non est opposita
sciētie dono.Cōtra. Prudentia carnis est peccatū: ģ

est opposita alicui virtuti.nō nisi prudētie spūs. ⁊ ita In oppo m
est opposita sciētie dono.Itē.deꝰ mortē nō fecit.sicut
dr in libro sapi. sed prudētia carnis est mors.sicut dr Secundo.
aplʒ.ergo deus non fecit prudentiam carnis:sed con
trarium habetur in baruch. vbi dr q̄ deus adinuenit ɔ istud ar.
oēm viā discipline. ⁊ ita oēm disciplinā ⁊ oēm prudē
tiā:ģ prudētiā carnis.Solutio.In oībus hijs argu= Solutio.
mētatiōibꝰ est fallacia ſm q̄d ad simplr. qm̄ prudētia
carnis nō est simplr prudētia: q2 determinatio illa di
minuit rationē prudētie.⁊ ideo nō seqtur. illa prudē
tia est opposita alicui prudētie: ģ prudētia carnis nō
est opposita prudētie spūs.simile ratione nō val3 ista
Deꝰ fecit oēm prudentiā:ģ prudentiā carnis.S3 q̄ri q̄o incidēs
tur vtrū sapientia mūdi q̄ est aliud q̄ sapientia cuius
sit cōtraria scientie dono. videt q̄ sic.q2 aug.dicit.nō Ar q̄ sic p
quicq̄d sciri ab hoīe pōt in rebus hūanis vt plurimū augustinū.
supuacuevanitatis est et noxie curiositatis huic sciē=
tie tribuo.sed illud tātū quo fides saluberrima q̄ ad
verā beatitudinē ducit gignit:nutrit:roborat. defen
dit: qua sciētia nō pollēt plurimi fideles q̄uis pollēt
ipa fide plurimū: q2 aliud est scire tantū modo q̄d hō
debeat credere ꝓpt adipiscendā bonāvitā siue btām
aliud est scire quō hoc ipm ⁊ pijs opituletur et cōtra
ipios defendant q̄ ꝓprio vocabulo appellat sciētia.
Hec aucto.h3 multa disputabilia.qm̄ videt esse falsū
qđ dr hic.s.q̄ illđ tribuit sciētie dono q̄ fides saluber
rima gignit:ģ ſm hoc donū sciētie gn̄at fidē:ģ vel fi=
des nō est p̄ma vtꝰ.vel sciētia donū nō est virtꝰ.quoꝝ
vtrūq; est falsū. Obicit etiā cōtra hoc qđ dr q̄ sciētia ɔ aliud ar.
dono defendit fides.qm̄ videt q̄ dono sapiētie vel in=
tellectus defēdat fides. q2 sapiētie ē cās dicere fidei
secūdū q̄ fides ē tm̄ de deo: et intellectus ē cās dicē
fidei:secūdū q̄ fides ē de deo et de diuinis. sed eiꝰ est
fidē defendere cuius est cās fidei dicere.ģ sapiētie et
intellectus est fidē defendere.nō ģ doni scientie. Itē scđo ɔ aliđ
obicit contra hoc qđ dicit q̄ sciēnia nō pollent fideles
plurimi:q̄uis polleant plurimi fide.Cōtra. oēs vtu
tes sūt pares. ģ qui pollet fide: pollet sciētia dono.
Item.per illam auctoritatē probat q̄ sapientia mū= Ad idē.
di:et scientia donū sunt cōtraria. quia per donū sciē=
tie defendit fides.per sapiētiā mundi īpugnatur fi=
des.q2 sapiētia mūdi dicit q̄ deus nō potuit esse hō.
ģ sapientia mundi et donū scientie sūt contraria. S3 ɔ hoc ar.
contra.fides asserit deū eē hominē.sapiētia mūdi as
serit deū nō eē hominē. ģ sapia mundi et fides sūt cō=
traria:sed tm̄ vnū vni ē contrariū.ģ sapientia mūdi ⁊
sciētia donū nō sūt cōtraria.Solutio.cōcedimꝰ q̄ do Solutio.
nū scientie generat fidē nō in eodē subiecto in quo ē Ad primū.
donū sciētie:ſ3 in alio.vñ q̄uis simpliciter loquendo
fides precedat scientiā donū: tm̄ scientia donū p̄cedit
fidē quā generat in alijs subiectis. qm̄ donū scientie
idē est q̄ prudētia.de qua dr in euāgelio. Fidelis seruꝰ
et prudens.p̄dicatores eī p prudentiā suā generāt fi
dē in cordibus auditoꝝ. Ad secūdo obiectū dicimꝰ Ad scđm.
q̄ sciētia dono defendit:q̄uis sapia vl intellectu defē
dat.qm̄ sapia et intellectu defēdit fides mediate.sed
scientia dono imediate.sapiētie eī et intellectꝰ ē dicē
cās fidei.ēt invniuersali nō descēdēdo ad spāles casꝰ
in qbꝰ defēdit fides nō considerādo spāles circūstan=
tias.ſ3 sciētia donū cōsiderat spāles casus ⁊ spāles cir
cūstātias qđ est altertus difficultatis: ⁊ ideo altertus
virtutis.vnde per ipsū defenditur fides immediate.
Ad tertio obiectū dicimus q̄ hec argumētatio nō va Ad tertiū.
let.Scientia donū et fides sunt equales:ģ qui pollet

fide:pollet sciētia. quoniā equalitas virtutū respicit
essentias virtutū:sed pollere respicit vsum. vsus aūt
scientie doni longe maiorē difficultatē habet q̄ vsus
fidei.quoniā fides innitit soli prime veritati principa
liter.⁊ hoc nō est multū difficile.sed scientia donū cō=
sistit in defensione fidei ab oībus partibꝰ philosophie
quoniā supponit oīa q̄bus ꝓbat probabiliter vel ne=
cessario id quod est fidei vel quod pertinet ad bonos
mores.ideo non tātū supponit ea q̄ scripta sūt libris
theorice: sed etiam ea q̄ scripta sunt in tota philoso=
phia quibus vtitur ad probādum q̄ sic et sic credant
homines. vel q̄ sic et sic imperant hoīes. Alio tamē
modo argumentat.alio modo prudētia. quoniā sciē
tia argumentat concludēdo verū directe vel falsū du
cendo ad impossibile.scientia vero donū siue pruden
tia concludit orationē imperatiuā siue iperiū q̄ impe
rat actū fidei recte vel actū recte operationis.⁊ ad ta
lem cōclusionē faciēdā supponit oīa predicta.vñ isay.
Jeronimꝰ. Erit nobis liber iste sicut visio oīm. vñ hiero. Quid
loquit de phisica/ ethica/ theologia : quicq̄d sctārū
scripturaꝝ.quicq̄d pōt humana lingua ꝓferre ⁊ mor
taliū sensus percipere:cōtinetur in libro isaie. ꝓpter
hoc est vsus scientie difficillimus.vnde multi pollent
Advltimū fide qui nō pollent sciētia.Ad vltimo obiectū dicimꝰ
Sapientia q̄ sapientia mundi tripliciter accipit. Q̄nq; enī sapiē
mūdi capit tia mundi dicitur astutia acquirēdi temporalia quo=
tripliciter. cunq; modo et delectandi in eis. ⁊ sic est cōtraria sciē
tie dono. q̄nq; sapiētia mundi dicitur astutia īpugnā
di fidem que est in hereticis.⁊ hec similiter est cōtra=
ria scientie dono. q̄nq; dicitur sapientia mūdi opinio
falsa qua asserit aliquis contra fidē. sicut illa que asse
rit deū non esse hoīem. ⁊ hec est cōtraria fidei. p istā
ɔ p̄dicta ar distinctionē patet solutio ad vltimo obiectum. Sed
contra predicta sic obicit. sed prudētia carnis est con
traria scientie dono ⁊ sapientia mūdi. similiter cū pru
dentia carnis ⁊ sapientia mundi sint diuersa: plura se
cundū hoc sunt cōtraria vni.qđ est cōtra aristo.qui dr
Euasio. q̄ vnū vni est contrariū. Forte dicit q̄ prudentia car=
nis et sapientia mūdi sunt cōtrarie sciētie dono. non
scđm suas speciales rationes: sed scđm q̄ cōueniūt in
quodā cōi quod scđm se est cōtrariū dono sciētie.⁊ sic
vnū vni est contrariū.verbi grā.Prodigalitas ⁊ aua
ritia sunt cōtrarie largitati.nō scđm spāles ratiōes:ſ3
scđm q̄ conueniūt in ratione gn̄is.sit a: nomen illius
gn̄is quod est cōmune proximū ad prodigalitatem ⁊
auaritiā.qđ patet in iniusticia ⁊ iusticiā. iniusticia eni3
cōmunis est ad superfluitatē et diminutionem inter
quas iusticia est mediū. Est igitur vtraq; viciū actua
ɔ hoc ar. le per se.Sed contra. Prudentia carnis ⁊ sapientia
mūdi non sic se habent vt vnū sit superfluitas reliquū
vt diminutio.Est igitur vtraq; viciū actuale per se:ģ
vtraq; per se et secundū specialē rationē est contraria
alicui virtuti:ergo cū vtraq; sit contraria dono scien=
tie accidūt vel plura per se esse contraria vni vel scien
tiam donū habere plures species.sed plura per se nō
sunt contraria vni:ergo scientia donū h3 plures spēs
ergo nō est spēs spālissima: sed genꝰ subalternum.et
ꝓbat rōne. potest probari per rationē. Augustinus dicit in pre=
missa auctoritate q̄ scientia dono defenditur fides:ģ
Secunda. scientie doni est defendere fidē. Item.augustinus su
mit auctoritatē iob secundū aliā translationē q̄ dicit
Sapientia est pietas.sciētia vero est abstinere a ma=
lis.Sic igr scientia donū diuersas habet materias cir
ca quas est. sed ſm diuersitatē materie diuersificatur

spēs virtutū: ģ diuerse sunt spēs scientie doni. Forte
dicet q̄ oēs ille materie cōtra quas est sciētia vniunt alia euasio
in quadā ratione cōi.s.in ratione faciēdi. Sciētia enī
circa faciēda est et iperat q̄ facienda fiant. vñ nō op3
scientiam donū diuidi in multas species.cum omnes
attingat sub vna ratione.s.sub ratione faciendi.Sed
secundū hoc probatur q̄ scientia donū non differat a ɔ hoc ar.
fide.qm̄ fides habet generale imperiū circa omia fa=
cienda.qm̄ cum sit primavirtutū habet imperare oī=
bus.⁊ ita habet imperiū circa omēs materias aliarū
virtutum:ergo circa omnia facienda. secundum hoc
ergo non differt fides a scientia dono. Forte dicit q̄ fi alia euasio
des habet imperiū circa facienda in vniuersali nō de=
scendēdo ad speciales casus ⁊ speciales circūstantias
Scientia vero descendit ad casus spāles ⁊ spāles cir=
cūstantias . Scđm hoc ꝓbatur q̄ plures sunt sciētie ɔ hanc ar.
doni. qm̄ certū est q̄ alij casus ⁊ alie circūstantie cōsi=
derāde sunt circa carnē:⁊ alie circa opa mūdi. Videt
ergo q̄ sciētia debet hr̄e diuersas spēs secundū diuer
sas circūstantias ⁊ diuersos casus.ſ3 ꝓpter hoc cōce=
dit q̄ scientia donum habet diuersas spēs. prudentia
aūt habet diuersas spēs secundū diuersa faciēda ⁊ di=
uersa fugienda.⁊ ita erit alia prudētia circa ea q̄ sunt
gule.alia circa ea q̄ sūt luxurie.⁊ sic de alijs q̄ nec sci
nec phi dixerūt.Preterea.quod regit secundū prin= Secundo.
cipia alicuiꝰ sciētie pertinet ad illā scientiā circa quā=
cūq; materiā sit. sicut circularia vel quadrata vel ob
longa circa geometricum sūt inq̄tū ꝓbat ex p̄ncipijs
geometrici:ģ ad vnā virtutē ptinet oē illđ qđ regit ex
p̄ncipijs eiusdē virtut; circa quācūq; materiā sit. qm̄
circa quācūq; materiā negociet sciētia donū sp proce
dit ex principijs fidei.ģ ad eandē virtutē specialē per
tinent oīa opera scientie circa quancunq; materiam
sint. ergo scientia donū est species specialissima.Qđ Solutio.
concedimus.quoniā donū scientie siue prudentie se
habet ad donū pietatis in hoc q̄ probat vt dictū est.
Ad primū dicimus q̄ prudētia carnis ⁊ sapiētia mū= Ad primū.
di sunt contrarie scientie dono inquantū conueniunt
in quadā ratione cōi.s.inquantū imperant actum dif
formiter deo:vel contra rationē. scientia enī donum
dirigit opera ad normā rationis: et ad conformitatē
dei dictat oī q̄ hoc fiat.q2 sic dictat ratio et sic agere
est agere conformiter deo.vñ isaias.Redite preuari
catores ad cor:in quo. s.inuenietis scriptū quid facia
tis.quid nō. vñ in euāgelio iohā.voca virū tuū.i.cō=
sule synderesim.secundū hoc plura sūt contraria vni
inquantū sunt vnita in vno cōmuni. sicut sanitas ē cō
traria omnibus speciebus morboꝝ inquātum sunt
morbi.tamē sanitas est specialissima. Eodē mō licet vnica ē pru
prudentia sit species specialissima opponitur tamen dentia ſm
pluribus spēbus vicioꝝ.s.prudentie carnis:sapien= speciē.
tie mundi.et in prima et ī secunda significatiōe:tm̄ se
cūdum q̄ illa cōmunicant ī ratione cōmuni vt dictum
est.Ad illud quod obicitur.q̄ scientia donum est cir Ad aliud.
ca diuersas materias.et ideo debet habere diuersas
species. dicēdum q̄ non sequitur.qm̄ non est circa di
uersas materias:proprie loquēdo: nisi secundū q̄ cō
ueniunt in ratione faciendi et ad illas materias se ha
bet per modum imperandi et nō per modu3 exequē
di.imperium autem suū exercet in quancunq; mate=
riam secundum eandem rationē: scilicet per rationē
fidei:et licet illud imperium in diuersis materijs ha
beat diuersas difficultates:tamē quia per easdem ra
tiones explicātur quātum ad imperium.iō nō ē nisi

vnica virtus imperandi in omnibus illis materijs. s3 exequendi plures sunt virtutes. quoniã in executiõe proprie cõsistit difficultas in qualibet materia. Ex p̃dictis patet ꝙ sciẽtia donũ ad tria se habet. sc3 ad defensionẽ fidei ad administrationẽ tẽporaliũ cõpetentẽ et ad abstinere a malis. sumit enĩ augustin⁹ hanc auctoritatẽ iob. secundũ aliã translationẽ. sciẽtia est abstinere a malis. qđ proprie loquẽdo falsũ est3. ipsa enĩ scientia non est ipsũ abstinere. sed scientia sollertia est qua abstinemus a malis. abstinere vero a malis est vt dicit augustinus in medio praue ꝛ peruerse nationis prudenter ꝯuersari. tamẽ omĩa illa tria cõprehendũt sub eodẽ quod est prudẽter cõuersari in medio praue et peruerse nationis. qui enĩ defendit fidẽ prudẽter conuersatur in medio praue et peruerse nationis. similiter qui bene administrat tẽporalia prudẽter cõuersatur. ꝛc. ꝛ similiter qui abstinet a malis. vnde cõuenienter diffinit sciẽtia cũ sic dicit. Sciẽtia est sollertia qua prudenter cõuersamur in medio praue et peruerse nationis.

cõclusio ex dictis. *Augustin⁹* *Augustin⁹* *Diffinitio scientie.*

❡Que differentia sit inter donum scientie et donum consilij. ❡Alia questio.

Q Ueritur que sit differentia inter donũ sciẽtie et donũ cõsilij. videt ꝙ nulla. quoniã similiter se habet scientia donũ ad opera pietatis. sicut cõsilium donũ ad opa fortitudinis. sciẽtia enĩ donũ regit opa pietatis et consiliũ opera fortitudinis. Qđ patet per auctoritatẽ gregorij. qui dicit ꝙ pietas sine sciẽtia nescit misereri. fortitudo sine cõsilio p̃cipitatur. sed eadem specialis prudentia politica regit opera prudentie politice et opera fortitudinis politice: ergo eadẽ prudentia sp̃ualis regit opa iusticie sp̃ualis siue pietatis ꝛ opera fortitudinis spiritualis. ergo sciẽtia donũ et consiliũ donũ sunt eadẽ prudentia sp̃ualis et nõ differunt.

Af ꝙ non differũt. *p gregoriũ*

Ad hoc dicũt quidã ꝙ scientia donũ est sciẽtia quedã qua homo scit. quid scit. et a quo scit et ad quid scit. qm̃ scientia dono scit homo se esse aĩal rationale mortale. et scit se esse a deo et se accepisse a deo talenta que debet multiplicare. vt ad beatitudinẽ p̃ueniat. Cõsiliũ autẽ quo homo cauet pericula q̃ sunt in hoc exilio et que sunt in bello sp̃uali quod hõ habet contra mundũ et carnẽ et demonia et que sunt in hoc mari huius seculi per que necesse est nos sapienter nauigare. Et qđ ita sit: videtur per augustinũ qui dicit in libro de doctrina christiana. ꝙ scientia dono cognoscunt oĩs fines diuinarũ scripturarum.

Opinio aliquorũ. *probat per augustinũ.*

virtutis proprie sunt amor boni:et odiū mali.⁊ luge
re pro peccatis est odire malum.ergo lugere ꝓ pec=
catis est proprie caritatis.ergo luctus qui est virtus
est caritas:ꝫ quarta virtus est caritas.sed dicit glosa
ꝙ quarta virtus que est esuries iusticie est amor sum
mi boni:sed amor sūmi boni ē caritas. ergo quarta
virtus est caritas:et tertia similiter.ꝫ tertia et quar=
ta sunt eadem virtus.ergo male distinguūtur virtu=
tutes diuerse.Solutio.delectari in bono est vno mō [Solutio.]
cuiuslibet virtutis.alio mō solius caritatis quia si ac
cipitur bonū:ita vt non sistat in ratione boni:sed de=
scendit ad inferiora bona:tunc delectari in bono non
est alicui⁹ spālis vtutis:sꝫ cuiuslibꝫ. Si aūt sistat ī ra
tione boni:tunc delectari in bono secundū ꝙ bonum
solius est caritatis.Eodē modo tristari de malo secū
dum ꝙ malum tenetur pro inferioribus malis: non
est alicuius spālis virtutis.sed si malum sumiř in ra=
tione mali.tunc tristari de malo solius caritatis ē. et
hoc modo lugere pro malis siue pro peccatis est soli⁹
caritatis.sed hoc dupliciter.qñ tristari de malo et lu
gere pro peccato et odire peccatū fugiendo ipsū mo
tus est vis concupiscibilis et est motus caritatis pure
sed lugere pro peccato et odire ipsū ita ꝙ insurgam⁹
ad destructionē ipsius est motus ire per zelū ⁊ est ī vi
irascibili.Et hoc modo accipitur hic.⁊ per huiusmo= [Ad alias rationes.]
di distinctionem patet qualiter soluendū sit ad predi
cta.adaptatur aūt ista virtus tertie petitioni que ē di [De adaptatione.]
mittere debita nostra.i.da nobis spiritu sciētie quo
cognoscamus et nos et proximum:et si dignitatē ꝓ=
ximi cognoscimus dimittim⁹ ei: et si nosipsos cogno
scimus lugemus pro peccatis nostris:et sic dimittun
tur nobis peccata nostra. post luctum aūt sequitur
consolatio.quoniam iustū est vt qui lugent pro pecca
tis:consolationem recipiant.nō solū aūt per petitio=
nes venitur ad dona:et per dona ad virtutes.sed etiā [Vtutes ⁊ dona excludūt peccata.]
per virtutes excluduntur septem capitalia vicia.pri=
ma virtus.s.paupertas:et primū donū.s.timor exclu
dit superbiā.secunda virtus.s.mansuetudo excludit
iram.tertia virtus.s.luctus excludit inuidiā.qñ qui
luget pro peccatis aliorū non inuidet alijs bona sua.
quarta virtus excludit accidiā. esuries enim iusticie
excludit accidiā.s.tediū boni. Est autem tediū boni: [Diffinitio tedij boni.]
qñ aliquis reputat amarū quod in se dulce est. et de
ista accidia queritur vtrū sit spāle viciū.videtur ꝙ nō [q̄o incidēs]
qñ tediū boni idem est ꝙ tristicia de bono. sed tristi [Ar ꝙ non.]
cia de bono non est alicuius specialis vicij: īmo cuius
libꝫ.qr luxurios⁹ cui placet īcontinētia tristař de cōti
nētia.et sic de alijs vicijs.ꝫ tediū bōi siue accidia nō
ē spāle viciū.Itē pbař ꝙ accidia sit viciū directe oppo [Secundo.]
sitū caritati qñ accidia ē directē opposita esurie iusticie
et esuries iusticie est amor sūmi boni: et amor sūmi
boni est caritas.ergo accidia directe opponitur cari=
tati.Sed contra.desideriū fidei nō est caritatis nec ē [In oppo^m]
in illa potentia in qua ē caritas.sed est eius potentie
in qua est fides.quelibet enī potentia desiderat suaꝫ
perfectionē.ergo desideriū iusticie non est caritatis
sed esuries iusticie idem est ꝙ desiderium iusticie. ꝫ

[Solutio.] esuries iusticie nō est caritas. Solutio. sicut dictū est
ꝙ delectari in bono nō est vno modo vni⁹ ꝟtutis imo
cuiuslibz. alio modo caritatis tm̄. ita tediū boni vno
modo est cuiuslibet vicij secūdū ꝙ bonū teneṫ pro in
ferioribus. alio mō est vicij quod opponitur caritati
[Ad vltimū] scilicet secundum ꝙ stat in ratione boni. Ad vltimo
obiectum dicimus ꝙ desiderium fidei in ratione est
determinate. tamen desiderium iusticie in nulla vi
est determinate. et istud intelligo de iusticia speciali
quoniam regulariter desiderium iusticie specialiṫ est
in illa vi in qua iusticia specialis. desideriū vero iusti=
cie vniuersaliter inquantū est iusticia non est alicuius
virtutis opatiē: sed est virtutis cōtemplatiue et vni
uersalis scz caritatꝭ: sicut desideriū virtutis inquantū
est virtus caritas est. vnde glo. super illud mathei.
[Iterū ar.] beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiā: vocat esuriē iusti
cie amorē boni. ⁊ sic patet solutio. Sed adhuc obijci
tur. aristo. dicit ꝙ circa delectatiōes ⁊ tristicias est oīs
virtus et operatio virtutis: ergo nec delectatio nec
tristicia est virtus nec opus virtutis vel operis virtu
tis. eadē ratione nec delectatio nec tristicia est viciū.
ergo tristicia de bono nō est viciū: ergo nō est accidia
[Euasio.] Forte dicet ꝙ defect⁹ sensus siue saporationis dei est
[ꝯ hanc ar.] accidia. Sz cōtra. in canti. petit spōsa. fuge dilecte mi
petit ꝗ remoueri dulcediuē dei vt ardēti⁹ postea q̄raṫ
quoniā bonū pregustatū et postea ablatū ardenti⁹ q̄=
ritur. defectus ergo saporationis dei nō est viciū. qm̄
si esset viciū non peteretur a sponsa: ergo huiusmodi
[alia euasio] defectus nō est accidia. Forte dicet ꝙ accidia est odiū
boni siue odiū siue reiectio et respuitio boni. quod vi
detur per hoc ꝙ accidia est cōtraria esuriei iusticie et
esuries iusticie vehemēs desideriū est iusticie siue bo
[Iterū ar.] ni: ergo accidia que est ei cōtraria est odiū boni. Itē.
videtur ꝙ accidia habet nomē ab accido. vinū aūt fit
[Exemplū.] accidū prope per subtractionē ignearū partiū. vt di=
cūt phisici. similiter cor fit accidū per subtractionem
ignee partis vel virtutis. scz caritatꝭ. et sic accidia est
[Ar ꝙ accidia sit inuidia.] contraria caritati: ergo cū caritas sit amor boni acci=
dia est odiū boni. sed secūdum hoc probaṫ ꝙ accidia
sit inuidia. quoniaz amor boni p⁹prij et boni alieni
sunt eadē virtus idem viciū. sed accidia est odiū boni
proprij et inuidia est odiū boni alieni: ergo accidia et
inuidia sunt idē viciū: ergo male cōputantur pro di=
[Alia q̄stio incidens.] uersis vicijs capitalibus. Preterea queriṫ cū iusticia
prudentia tēperantia et fortitudo sint diuerse virtu=
tes cardinales. quare potius esuries iusticie sit beati
[Secundo.] tudo q̄ esuries alicui⁹ aliarꝫ. Preterea pbaṫ ꝙ ista bea
titudo male adaptatur dono fortitudīs. quia in ea=
dem vi debet esse motus et repressiuū illius motus
quia motus incōtinētie est in eadē vi in qua et cōtinē
tia q̄ repmit motū illū. esuries autē iusticie est in ꝯcu
piscibili: sz fortitudo est ī irascibili: ꝗ fortitudo nō est
repssiua accidie ad min⁹ īmediate. ⁊ ita male adaptaṫ
[Solutio.] esuries iusticie fortitudini. sed potius esset fortitudo
adaptāda māsuetudi cū vtraqꝫ sit ī irascibili. Solutō
qdā tediū boni est quod nō est viciū: sed tm̄ pena. si
cut apostolus grauati sumus etiā supra virtutē. ita ꝙ
tederet nos etiā viuere. et sicut iob dicit: tedet aīam.
⁊c. huiusmodi tediū nō est accidia nec defectus sapo=
[Diffinitio accidie.] rationis dulcedinis dei est accidia. sed accidia est q̄dā
debilitas anime qua anima febre et peccati amaritu
dine infecta corrupta et debilitata respuit vere bonū
et vere suaue et vere dulce ⁊ cōculcat illud. vñ ꝓuer.
Anima saturata culcabis fenū. et est illud pctm̄ in vi
rascibili contrarium fortitudini spirituali nec acci=
dia est inuidia. quoniā inuidia non est odiū boni ali=
eni tm̄ inquantū est alienū bonū. sed ideo odit ne ali
us excellat ipsū. superbia eni est amor pꝛope excellē
tie: inuidia vero est filia superbie. Ad illud qd̄ queri [Ad rōnem]
tur quare esuries iusticie sit vna beatitudo: et nō esu
ries alicuius aliarū. dicimus ꝙ iusticia secundū ꝙ su=
mitur hic cōprehendit spem/fidem/caritatē. que im=
mediate coniungūt nos deo. vñ augu. dicit. Nichil iu [Augustin⁹]
stius q̄ credere quod non vides. hoc eni debem⁹ deo
vt ei credamus propter se: et super omnia. qr ergo p
iusticiā sic sūptā imediate coniungamur deo: et nō p
alias cardinales. ideo esuries iusticie est vna beatitu
do per se: et non esuries aliarū. Ad vltimo obiectū [Ad vltimū]
dicim⁹ ꝙ hec ē falsa: mot⁹ ⁊ repressio mot⁹ sūt ī eadē
vi. quia caritas q̄ est in vi concupiscibili multos mo=
tus aliarū virtū imperat et reprimit. Ad illud quod [Ad aliud.]
obicitur ꝙ fortitudo deberet adaptari mansuetudini
dicimus ꝙ bene posset adaptari. sed ideo nō adaptaṫ
quia mansuetudo secundū ꝙ mansuetudo nō reddit
animū quietū: nisi quantū ad proximū. et ad hoc suffi
cit pietas. Sed esuries iusticie quietū reddit animū [Fortitudo]
quantū ad omnia. et ad hoc exigitur fortitudo. ada= [adaptatur.]
ptatur autē quarte petitioni hoc modo. panē nostrū
quotidianū da nobis hodie. i. da nobis spiritum for=
titudinis quo confirmati ⁊ roborati nichil aliud esu
riamus: nisi iusticiā quā esuriē iustū est vt sequaṫ sa=
turitas. vnde dicitur. Beati qui esuriunt et sitiunt
iusticiā: quoniam ipsi saturabuntur. Sequiṫ de qui= [De quinta]
ta beatitudīe de qua dicitur. Beati misericordes qm̄ [btitudine.]
ipsi misericordiā consequentur. Sed videtur ꝙ mia [Ar primo.]
non deberet assignari hic pro virtute: quoniā virtu=
tes que assignantur sunt virtutes purgati animi. mi=
sericordia ꝟo virtus politica est q̄ appellatur a philo
sophis gratia. gratia eni est dare sua. Item. male vi= [Secundo.]
detur poni in quito loco. qm̄ videṫ ꝙ mia debet pre=
cedere mansuetudinē. qm̄ sup illud: beati mites. dicit
glosa. ad secundū gradū non ascenditur nisi prius ha
bito primo. facilius ei est habere primū q̄ secundū.
sed facilius habeṫ mia q̄ mansuetudo. qm̄ facili⁹ est
cōtemnere sua q̄ seipsū. qm̄ iste est ordo spernere mū
dum. spernere nullū: spernere sese: spernere honores
sed mia spernitur mūdus. i. mundana: et tēperātia. i.
mansuetudine spernit hō seipm̄ et quasi mactat se. ꝗ
mia debet precedere māsuetudinē: ⁊ ita male poniṫ
quinto loco. Solutio. multiplex ē sciētia sctōꝝ. Pri [Solutio.]
ma ē qua sciūt separare se a terrenis: et hec fit p prece [Pria scia.]
dentes virtutes. s. paupertatē/mansuetudinē/⁊ luctū
post quas seq̄tur esuries: siue vehemens desideriū iu
sticie siue sūmi boni. Scd̄a sciētia sctōꝝ ē qua sciunt [Scd̄a scia.]
pro terrenis mercari celestia et hoc fit per miam siue
per largitionē elemosinarū. vñ sequiṫ mia post p̄di=
ctas virtutes. Tertia sciētia sāctorū est qua sciunt iu= [Tertia scia]
bilare deo. vñ in psalmo. beat⁹ popul⁹ qui scit iubila
tionē. et hec iubilatio fit per sextā et septimā virtutē
quibus adaptanṫ intellectus et sapiētia que deo nos
coniūgit imediate. Ad primū ergo dicim⁹ ꝙ mia nō [Ad primū]
sumiṫ hic pro gr̄a: sz ꝓ mia secundū ꝙ ē in suo optio
statu et ī vehemēti desiderio acquirendi celestia pro
terrenis. et sic ē in statu purgati animi. Ad secūdū di [Ad scd̄m.]
cimus ꝙ mercari celestia ꝓ terrenis mediū est inter
separare se a terrenis et iubilare deo: ⁊ propṫ hoc mi
sericordia per quā pro terrenis celestia acquirimus
media est inter precedentes virtutes et duas sequē=

tes. ⁊ est etiam media scd̄m statū in quo accipitur hic
vnde secundū huiusmodi statū difficilius est hr̄e mise
ricordiā q̄ māsuetudinē. ⁊ sic soluendū est per inter=
[Mia adaptatur.] emptionē. Adaptatur aūt misericordie quinta peti=
tio et coniūctum donū hoc modo. fiat volūtas tua. i.
da nobis spiritū consilij vt sciamus per opera mie ac
quirere eterna. hec est eni volūtas dei ⁊ hoc eius con
siliū. ⁊ ob hoc diciṫ magni cōsilij angelus. viciū aūt ca
[de sexta beatitudine.] pitale quod excludit misericordiā est auaritia. Seq̄=
tur de sexta beatitudine de qua dr̄. Beati mūdo cor=
de: qm̄ ipi deū videbunt. Queritur ergo vtrū mūdi=
[Ar ꝙ sic.] tia cordis sit virtus per se. Videṫ ꝙ sic. qm̄ velle mū=
dare carnē est alicuius specialis virtutis. s. cōtinentie
quoniā eiusdē virtutis est mūdare carnē et velle mū=
dare carnē: ergo eadē ratione velle mundare aīm est
[Secundo.] alicuius specialis virtutis. Itē. velle facere quod pre
cipitur est alicuius specialis virtutis. s. obedientie. li
cet velle cadat supra illud qd̄ est cōmune ad oēs vir=
[Tertio.] tutes. quelibet eni virtus mūdat cor. Itē. pbatur ꝙ
munditia cordis sit caritas. qm̄ velle bonū caritatꝭ est
et eiusdē virtutis est velle adesse bonū et velle abesse
malū: ergo velle adesse malū caritatis est: ergo velle
abesse sordes aīe caritatis est. Sz velle mūdare aīam
est velle sordes aīe abesse: ꝗ velle mundare aīam ca=
[In oppoᵐ] ritatis est. Sed contra. Velle mūdare aīam est velle
destruere sordes aīe siue peccata: sed hoc non est vis
concupiscibilis: sed irascibilis que tendit ad victoriā.
Caritas aūt est in concupiscibili: ergo velle mundare
[Solutio.] cor non est caritatis. Solutio. Dicimus ꝙ munditia
cordis nō accipitur hic pro virtute: sed pro statu quo
dam q̄ est status purgati animi. ⁊ sciendū ꝙ velle mū
dare cor dupliciter accipitur. Vno modo scd̄m ꝙ vel=
le mūdare cor est proponere abicere sordes aīe. ⁊ sic
velle mūdare cor est motus prudētie cui⁹ est abigere
muscas a sacrificio abrahe. Alio modo velle mūdare
cor est velle expellere et destruere pctā. ⁊ iste motus
[Ad rōnem] est in vi irascibili: ⁊ est ire per zelū. Dicim⁹ ergo ꝙ vel
le mūdare cor nō est caritas. ⁊ hec est falsa. Velle mū
[Ista btitudo adaptaṫ] dare cor ē velle abesse malū. Adaptaṫ aūt munditia
cordis sexte petitioni ⁊ sexto dono hoc mō adueniat
regnū tuū. i. da nobis spiritū intellect⁹ vt expulsis vi
cioꝝ tenebris mundū ⁊ clarū cor fiat ad videndū deū
vt eum ardētissime diligendo regnū diaboli a nobis
[viciū qd̄ excludit.] prorsus expellaṫ et solus de⁹ regnet in nobis. Vicium
aūt capitale quod excludit mūditia cordis: fieri sicut
equus ⁊ mulus quib⁹ nō est intellect⁹ vt seruiāt vētri
[De septia btitudine.] ad modū bruti aīalis. Sequiṫ de septima virtute de
qua dr̄. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Super
hunc locū dicit glosa ꝙ pax est virtus: et esse filios dei
est beatitudo.

¶ De pace.

[Queritur. Ar ꝯ hoc.] Circa pacez queriṫ quare plus adaptaṫ paci esse
filios dei q̄ alij virtuti. videṫ ꝙ magis deberet
adaptari mie. quoniā per opera mie maxime imita=
mur deū. quoniā misereri est propriū dei. et ipse dicit
in euāgelio. Estote misericordes ⁊c. ergo cum filius
imitetur patrē ⁊ maxime imiteṫ deū per opa miseri=
cordie siue p misericordiā maxime deberet adaptari
esse filios dei misericordie. et ita non deberet adapta
[Alia q̄stio.] ri paci. Item. queritur vtrū pax sit virtus simplex. vi
[Ar ꝙ nō p augustinū.] detur ꝙ non. quoniā augu. dicit ꝙ totius ciuitatꝭ dei
finis est pax. qm̄ oēs operationes virtutū tendunt ad
pacē. oēs etiā mali querūt pacē ⁊ sūmū bonū. sz que=
runt istud vbi nō est. vñ in libro sap. Querēt me mali
et nō inuenient. ⁊ in eccle. Oīs labor hoīs in ore ei⁹. i.
in desiderio iplendo. cū igiṫ pax sit finis oīm virtutū
et operationū earūdem nō est aliqua virtus specialis
Item. pax est quies ⁊ cessatio ab oī opere siue labore [Secundo.]
cū delectatōne quadā in bono aliquo vel in deo. Oīs
aūt virtus ad delectationē hmōi tendit: ꝗ oīs virtus
tendit ad pacē: ꝗ pax nō est aliqua virtus. Sed cōtra. [In oppoᵐ]
Discordia est spāle viciū. vñ in ꝓuer. Detestatur de⁹
eū qui seminat inter fratres discordias: ꝗ cōcordia est
spālis virtus. sed pax ⁊ cōcordia sūt idē: ergo pax est
specialis virtus. Itē. speciali precepto precipiṫ pax. s. [Secundo.]
isto. Memēto vt diē sabbati sctifices. hic eni precipi=
tur sanctificare sabbatū siue quietē pectoris. speciali
ergo precepto precipitur querere pacē: ergo quere=
re pacē est specialis motus meritori⁹: ergo pax ē spe=
cialis virtus. Itē. probatur ꝙ pax idem sit ꝙ caritas [Tertio.]
sicut eni querere ⁊ semiare discordias discordie ē: ita
q̄rere pacē pacꝭ est. sed pax inq̄ntū pax hz delectationē
ergo querere pacē siue appetere est appetere delecta
bile: sz appetit⁹ delectatōis: si meritori⁹ ē caritatꝭ est
quia est in vi concupiscibili. qm̄ aristo. dicit ꝙ concu=
piscentia ē appetitus delectationis. ꝗ querere pacem
caritatis est. ergo pax idem est ꝙ caritas. Sed cōtra. [In oppoᵐ]
apo. dicit ꝙ prudentia spiritus vita et pax. ergo pax
est prudentia. non ꝗ caritas. Solutio. pax prout hic [Solutio.]
dr̄: nō dicit virtutē. sed statum virtutis et statū purga
tissimi animi in quo ē delectatio in deo sine contradi
ctione mundi/carnis/et diaboli/aut si est aliquantula
contradictio inefficax ē. in hoc statu aūt maxime assi=
milatur anima deo. qm̄ in hoc statu delectatur aīa in
solo deo: et deus delectatur in seipso. vt dicit augusti [Augustin⁹]
nus. et propter hoc magis attribuitur pacificis esse
filios dei q̄ alijs. Ad illud qd̄ obicitur de mia: dicim⁹ [Ad rōnem]
ꝙ nichil assimilat nos deo quātum ad opera exterio
ra: sicut mia. sed quantū ad interiora magis assimi=
lat pax. Ad illud quod queritur vtrū sit istud virtus [Ad aliud.]
spālis. dicimus ꝙ pax dupliciter potest accipi. quia
potest accipi pro tali statu mentis sicut dictum ē. etiā
sic non ē virtus nec generalis nec specialis. vel potest
accipi pro concordia cuius ē querere et facere pacem
inter fratres. et sic pax est specialis virtus que ē pru=
dentia: sicut dicit apo. ⁊ discordia ē species iprudētie
Ad istud qd̄ obicitur ꝙ pax idem ē ꝙ caritas. dicim⁹ [Ad aliud.]
ꝙ non. et licet appetere pacē sit caritatis. non tm̄ que
rere aut facere pacem ē caritatis: imo ē prudentie q̄
mouet ⁊ dirigit ad hoc p modū imperij. qm̄ querere
aut facere pacē non ē appetere pacē. adaptatur autez [cui adapta-]
pax septime petitioni que est vltima tēpe ⁊ pma di= [tur hec.]
gnitate et septimo dono. s. sapientie. hoc modo san=
ctificeṫ nomen tuū. i. da nobis spiritū sapiētie. in q̄ sa
pide delectemur in te. et sic sanctificetur. i. confirmeṫ
nomē tuū in nobis. vt a xp̄o dicamur perēniter xp̄iani
et sic sim⁹ filij dei habētes hereditatē ipsius. Vicium [Viciū ꝯriū]
aūt capitale quod excludit pax ē luxuria. sapientia ei
per quā veniṫ ad pacē: excludit luxuriā. qm̄ gustato
spiritu desipit omnis caro. ⁊ sunt contraria sapientia
et luxuria. maxime eni differunt. maxima delectatio
que est contra deū per luxuriam. qr maior delectatio
per tactū q̄ per gustū. Et notandū ꝙ scti dn̄t aliqn̄ oc [Notandū.]
to et videṫ ꝙ octaua beatitudo sit de qua dr̄. Beati q̄ [Ar ꝙ sit octaua.]
persecutionē patiunṫ propter iusticiā: qm̄ ipsoꝝ ē re=
gnum celoꝝ. qm̄ tentatio mortis maior est omni alia
tētatiōe. et ita maior ē tētatio eluxurie q̄ viciṫ p pacē
que ē septiā btitudo. difficili⁹ ꝗ viciṫ tentatio mortis

ꝙ tentatio luxurie. ergo sicut mansuetudo est q̄dam beatitudo supra paupertatē: q̄r difficili⁹ est esse mitē ꝙ esse pauperē: ita supra pacē debet esse quedā beatitudo qua vincitur tentatio mortis: q̄r difficilius est eā

In oppoᵐ

vincere ꝙ tentationē luxurie. Sed ꝓbat̄ ꝙ nō sit aliqua beatitudo supra pacē. qm̄ donū sapiētie ꝑ quod habetur pax excellētissimū et supremū donū est ergo pax est suprema btītudo: ergo supra illā non est alia.

Secundo. Augustin⁹

Item. pax est finis ⁊ cōsummatio oīm virtutū. vt dicit augu. Sed supra cōsummationē virtutū nō est aliqua virtus: ergo supra pacem non est aliqua virtus.

Solutio

Solutio. Dicimus ꝙ octo sunt beatitudines q̄tū ad essentiā: sed tantū septē sūt q̄tum ad distinctionē graduū. qm̄ sicut probatū est: supra pacē nō est aliqua virtus. sed preter pacē et quasi a latere est aliqua virtus scȝ sustinentia ꝑsecutionū ꝓpter iusticiā. ⁊ est ista virtus de necessitate annexa paci. qm̄ qui pacē habet sine contradictione mūdi/carnis/⁊ diaboli: ⁊ cū oīa hmōi

Augustin⁹

silent ei: ⁊ cū solus et de⁹ loquitur. vnde aug. in. ix. li. confessionis. Si cui sileat tumultus carnis sileāt fantasie terre: ⁊ aquaꝝ et aeris. sileant ⁊ poli. ⁊ ipa aīma sibi sileat ⁊ transeat se. nō se cogitando sileant somnia et imaginarie reuelationes oīs lingue ⁊ omne signū et loquatur ipe solus. nō per ea: sed per seipm vt audiamus verbū eius. nō per linguā carnis/neq; ꝑ vocē angeli/neq; ꝑ sonitū nubis/ neq; per enigma silitudis sed ipm quē in his amamus: ipm sine his audiam⁹. et hec vna vox rapiat et absorbeat ⁊ recundat spectatorem suū in interiora gaudia. hoc enī est. Intra in gaudiū dn̄i tui. Qui ergo sic pacificus est parat⁹ est superare tentationē mortis: ⁊ ꝓpter hoc sustinētia mortis pro christo in eodē gradu est cū pace. nec est verum ꝙ

Ad rōnem

difficilius sit vincere tentationē mortis ꝙ luxurie: imo ecōuerso. qm̄ multi difficilius vincūt tentationē luxu

aristoteles

rie ꝙ tentationē mortis. Dicit enī aristote. loquēs de delectatiōe carnis. difficillimū est relinquere hāc passionē contēporaneā vite.

Octaua beatitudo.

Octaua vero btītudo dr̄ redire ad caput duobus modis. Primo: q̄r idē ei promittit̄ quod prime btītudini. s. regnū celoꝝ. qm̄ iustū est vt qui in hoc mūdo patitur tribulationes ⁊ vilificationē mortis ꝓpter deū habeat in futuro honorem eternū. s. vt sit rex eternus. Scd̄o dr̄ redire ad caput. qm̄ oēs ꝓbat ab vltima vsq; ad primā ⁊ examinat vtrū vere sint: qm̄ in persecutionib⁹ probātur hoīes.

De frui et de differentia inter frui et vti.

Decimus tractatus.

Cum per pacē que est septia virt⁹ et btītudo maxime delectemur ī deo. ⁊ delectari in deo sit frui deo. ꝓpt̄ hoc dicto de pace: dicendū est de frui. Primo q̄ sit dr̄ia inter frui ⁊ vti ⁊ vtrū qualibet virtute fruamur deo. Scd̄o vtrū virtutibus sit fruendū. Tertio vtrū fruendū sit personis inq̄tū sunt persone: ⁊ vtrū persone fruētur seipis.

Diffinitio vti s̄m augustinū.

Augu. diffinit vti sic. vti est id qd̄ cū in vsu venerit refertur ad id quo est fruēdū: est abuti est non vti. Sed videt̄ ꝙ hec diffinitio nulla sit.

ꝯ hanc diffinitionē ar.

quoniā idē diffinitur ꝑ se. s. vti per vsū. quoniā idē est vti ⁊ vsus.

Secundo

Falsū etiā videt̄ hoc alias abuti est non vti q̄r possū dare elemosinā pauperi tantū naturali pietate nō referendo actū illū ad deū quo fruendū est. non tamen abutor: q̄r nō pecco: ḡ hoc est falsū. alias abuti est vti.

Solutio. ad primū.

Solutio. Ad primū dicim⁹ ꝙ vti q̄nq; large: q̄nq; stricte sumitur. stricte scd̄m ꝙ diffinitū est: large secundū ꝙ vti est assumere aliquid in facultatē volūtatis. i. operari de re vel circa rem ad facultatē voluntatis siue volūtarie. ⁊ scd̄m hoc cōprehēdit vti stricte sumptū et frui. ⁊ vsus sumitur scd̄m hanc acceptionē cum dr̄. Uti est id quod in vsū ve. s. ad id quo fit. est: ḡ vti: ergo diffinitur scd̄m ꝙ stricte sumitur: ⁊ vsus ponitur in eius diffinitiōe scd̄m largā acceptionem. ⁊ sic non diffinitur illud per se: imo diffinitur minus cōe ꝑ magis cōmune.

Ad scd̄m.

Ad aliud dicim⁹ ꝙ sic est exponendū Alias abuti est non vti. i. contrario modo vti: abuti ē vtitur aūt cōtrario modo qm̄ creatura fruimur. ⁊ istd̄ sine dubio abuti est: ⁊ est peccatū. sed dare elemosinā tantum naturali pietate nō est frui creatura. vnde nō est abuti.

Quid sit frui.

Diffinitio frui secundū augustinum.

Diffinitio frui s̄m augustinū.

Uiso quid sit vti: videndū est q̄d sit frui. Augu. dicit ꝙ frui est amore inherere alicui rei tantū propter se. sed videtur ꝙ hec diffinitio nō sit conuertibilis cū diffinito:

ꝯ hāc diffinitionem.

q̄r fide ⁊ spe ⁊ intellectu ⁊ sapiētia delectamur ī deo īmediate. fide eī delectamur ī pria xtute īmediate: ⁊ spe ī pria largitate: sicut caritas in pma bonitate: sȝ delectari immediate ī pma xitate ē piūgi deo īmediate. hoc aūt ē īherere deo tm̄ ꝓpt̄ se et hoc ē frui. ḡ fide fruimur deo: et spe similiter et intellectu: et sapīa. non ḡ tm̄ caritate. ⁊ sic nō om̄e frui ē amore inherere ⁊c.

Secundo.

Item. operatio intellect⁹ tendit ad aliquē finē in cuius adeptione delectat̄ et quiescit et ille finis est pma veritas. Sic enim delectatur intellectus ex eo ꝙ considerat ꝙ dyameter est coste assimeter. multofortius delectabimur in cognitione pme veritatis.

Tertio.

Itē. delectatio ē in visione pulcri sensibilis. ḡ delectatio ē in visiōe pulcri intelligibilis igit̄ intellect⁹ habet delectationē suā in fine suoꝝ perfectione. Sed pfectio itellectus est fides. fide igitur delectatur intellect⁹ in deo: et sic fide fruimur deo. ⁊ inde vt prius.

Solutio.

Ad hoc potest dupliciter responderi. q̄r p̄t dici ꝙ in illa diffinitione amor sumitur large secundū ꝙ amor ē in qualibet virtute. q̄r fides ē amor pme veritatis: spes ē amor pme largitatis. ⁊ sic ī illa diffinitione nō sumit̄ amor solū pro amore qui ē caritas. non eī solius concupiscibilis ē amare et desiderare. sȝ etiā rationabilis et irascibilis. qm̄ oēs hoīes natura scire desiderāt et desideriū illud ratiōis ē. vel

Al' p̄t dici

potest dici ꝙ in illa diffinitione amor sumitur tm̄ pro amore q̄ est caritatis. q̄uis eī fide ⁊ spe fruamur deo tm̄ caritate fruimur maxime ⁊ proprie et per se. bonū enī qd̄ est finis mediat⁹ aliarū virtutū: ē finis mediatus caritatis. fides enī īmediate ē supra bonū. sȝ illud appetit q̄r bonū. similiter spes īmediate se hȝ ad alterum. sȝ istud appetit q̄r bonū: caritas aūt appetit bonum: q̄r bonū: ⁊ propter hoc plus diffinitur frui per amorē alterius virtutis.

Itē per augustinum.

Itē. augu. dicit fruimur cognitis in quib⁹ aīa delectata cōquiescit: hec locutio ꝑ se est. ḡ fruimur cognitis inq̄ntū cognita sunt. Sed cognitio ē per fidem in via. ḡ per fidē fruimur ꝓprie et per se: magis ḡ debuit diffiniri hoc modo. frui ē inherere alicui rei propter se ipsam: ꝙ sic. frui est amore inherere propter seipsam.

Ad idem. Augustin⁹

Item. super istud psalmi. Lōgitudine dieꝝ replebo eū: ⁊ ostēdā illi salutare meum. dicit augustinus. Merces nostra est visio dei. sed merces nostra est fruitio dei. ergo fruitio

dei est visio dei. si ergo in prima fruitio dei est visio dei. et ecōuerso. visio dei que est in via est fruitio dei que est in via: sed visio dei que est in via est per fidē ergo fruitio dei que est in via est per fidem. ⁊ inde vt prius.

Ad idē.

Item. in appetitu delectationis ita est ꝙ alterius potentie est appetitus et alterius delectatio. sicut patet in homine qui appetit mulierē ad delectandum in ea. appetit⁹ ille est vis concupiscibilis. quoniā

aristoteles

aristotel. dicit ꝙ concupiscentia appetitus delectationis est. cōcupiscentia vero motus est vis cōcupiscibilis: ergo appetit⁹ quo aliquis appetit delectari in muliere est motus vis cōcupiscibilis. illa vero delectatio non est in vi cōcupiscibili: sed in alia potētia. s. in tactu eodem modo est in illo qui appetit vinū vt delectet̄ in illo. appetitus enī est in vi cōcupiscibili: delectatio autē in gustu. ergo cū dicitur Iste appetit delectari in visione dei: alterius potentie est appetitus ⁊ alteri⁹ delectatio. sed appetitus delectationis est in vi cōcupiscibili: ergo est illius virtutis que sita est in vi cōcupiscibili. s. caritatis: ergo delectari in dei visione est alterius virtutis ꝙ caritatis: sed nullius nisi fidei cui⁹ est videre deū in presenti: ergo fide delectamur in visione dei. sed delectari in visione dei est frui deo: ergo fide fruimur deo. ⁊ inde vt prius.

In oppoᵐ

Sed obicit̄. si caritas appetit delectari visione dei: ergo appetit videre deū ad delectandū: ⁊ hoc falsum. Appetit⁹ visionis dei est in re nō in concupiscibili: ergo nō est caritatis: sed potius fidei que est in ratione.

Euasio.

Forte dicet ꝙ caritas nō appetit delectari in visione dei proprie et ꝑ se. sed appetit delectari in suauitate dei que delectat tm̄ spirituale. vn̄ delectatio qua appetit caritas similis ē delectationi sensibili que est per tactū que est maxia inter delectatiōes sensibiles.

ꝯ hanc ar.

Sȝ cōtra hoc obicit̄ sic. Si suauitas dei delectat tantū spirituale et ad hmōi delectationē est quedā virtus. s. caritas. eadē ratione delectatio dei delectat gustū spirituale. ⁊ ad hmōi delectatōnē dȝ esse quedā virt⁹ alia ꝙ caritas.

Eodē mō.

Similiter melodia dei delectat auditū spūalē. ad huius delectationē debet esse tertia virtus. ⁊ sic de alijs sensibus: ḡ scd̄m hoc debēt esse q̄nq; virtutes theologice: secūdū quinq; delectationes q̄nq; sensuū spūaliū: ḡ non sunt tm̄ tres virtutes theologice.

Solutio.

Solutio. Tres sūt potētie motiue. s. rationalis/cōcupiscibilis/irascibilis. et tres sūt fines gn̄ales eaꝝ. s. verū quacūq; veritate sit verū. vis irascibilis ad altū vel gloriosuȝ quacūq; altitudine sit altū. ꝯcupiscibilis ad delectabile quacūq; delectatōe sit delectabile. Ad eosdē fines sūt tres virtutes theologice q̄ site sūt ī trib⁹ p̄dictis virib⁹. Fides enī ad verū vel ad cognitionem veri. sed spes ad vtilitatē. caritas ad delectationē. nō solū ad delectatōnē q̄ est in tactu spūali: sȝ etiā ad delectationē cuiuslibet sensus spūalis. qm̄ cū caritas appetit delectari in visione dei īperat fidei vt moueat̄ ad vidēdū deū. ⁊ sic ptȝ solutio ad vltimo obiectū.

per hoc ad vltimū.

Nō enī opȝ eē q̄nq; virtutes theologicas. sufficit enī vna virt⁹. s. caritas ad oēs illas delectatōes. Pȝ etiā ꝙ fides nō est ꝓprie ad delectādū: sȝ ꝓprie ad cognitionē prime veritatis. qm̄ visionē cōcomitat̄ delectatio. cum ergo frui sit delectari meli⁹ diffinit̄ ꝑ caritatē ꝙ ꝑ fidē. vn̄ sic est intelligēda illa descriptio. Frui est in aliq̄ delectabili ꝑ amorē quiescere ꝓpter seipm̄.

Ad primū.

Ad pmo igr̄ obiectū dicimus ꝙ hec est ꝑ accidēs. Fruimur cognitis ⁊c. Prope enī delectamur in bono et ꝓprie fruimur bono.

Ad scd̄m.

Ad scdȝ dicim⁹ ꝙ hec nō est ꝓprie vera. Tota merces est visio dei. qm̄ visio proprie solius rationis est. ⁊ nō sola ratio glorificabitur: sed etiā vis irascibilis et cōcupiscibilis. sȝ istud est dictū: ptim ꝑ essentiā: partim ꝑ cām. quia visio illa est pars mercedis eterne ⁊ causa alteri⁹ partis. s. delectationis ⁊ fruitionis dei: quia etiā delectatio est immediatus effect⁹ fidei.

Augustin⁹

Dicit augustinus ad ga. in fine ꝙ caritas est in fide: multofortius delectatio et fruitio erunt in apta visione dei. ⁊ ideo dicit augustinus ꝙ visio dei est tota merces. sicut et illud Hec est vita eterna vt cogno. ⁊c.

Ad tertiū.

Ad tertio obiectuȝ dicim⁹ ꝙ delectari in visione dei fidei est. sed fides nō tendit proprie ad delectandū: sed videndū: quā visionem cōcomitatur delectatio.

Hec argumētatio nō valet.

Dicimus aūt ꝙ hec argumentatio non valet. Caritas appetit videre deum ad delectandū siue ad delectabile: ergo caritas appetit videre deū.

Fallā accidentis

fallatia accidentis. qm̄ appetitus cuiuslibet boni vel delectabilis caritatis est. sed appetitus eius quod est bonū vel delectabile est diuersaruȝ virtutum. vnde appetitus videndi deū inq̄tum videre deū fidei est ⁊ non caritatis. sicut nō sequitur. Caritas appetit hoc bonū inq̄tū est bonū: demonstrata victoria de pctīs: ḡ caritas appetit victoriā de pctīs. qd̄ est falsum. qm̄ talis appetitus est in vi irascibili. ⁊ est ire per zelū.

ꝯ dicta ar.

Sed contra predicta obicit̄. Uidet̄ enī ꝙ maior sit delectatio ī fide ꝙ in caritate: q̄r appetit⁹ delectabilis nō habet delectationē nisi appetens credat se posse adipisci illud delectabile: imo si crederet se non posse adipisci: talis appetitus esset cū tristicia. sic ergo mot⁹ caritatis non est deliciosus secundū se: sed secundū fidem. sed aliquid ē in anima qd̄ secundum se habet delectationē: illud aut est virtus: aut non est virtus. si nō est virtus. ergo cū melius sit illd̄ quod secundū se habet delectationē: ꝙ illud quod non secundū se aliquid est in aīa qd̄ melius est virtute qd̄ est impossibile. ergo aliqua virtus secundum se delectationē habet. et illa non est caritas: sicut ostensum est. ergo ē fides vel spes.

Arguitur.

Et fides videt̄ ꝙ credere ꝙ deus sūme diligit nos: et ꝙ remunerabit bona opera nostra: secundū se delectabile est. ḡ motus fidei secundū se deliciosus ē. sed quod secundū se tale est: magis ē tale ⁊c. ḡ cū fides secundū se habeat delectationē. caritas aūt non secundū se. sed per fidē: maior est delectatio in fide ꝙ in caritate.

Ad idem.

Itē. delicie caritatis trahende sunt de corde alieno: et delicie sapientie de corde proprio. ergo caritas habet delicias suas de corde alieno. s. de fide. in hoc enī est amor deliciosus alicui ꝙ credit se diligi ab alio: sicut patet in amore illicito. sed fides non dat maiores delicias ꝙ habeat: q̄r sic daret qd̄ non haberet. ergo caritas non habet maiorē delectationem ꝙ fides.

In oppoᵐ

Sed contra. caritas imediatius se habet ad bonū siue ad delectabile ꝙ aliqua alia virtus cū sit immediata fini siue fōti delectationis.

Secundo.

Item. per simile videtur hic. nā si aliquis credit se habiturum prebendā: quā nō diligit tale credere non est ei delectabile. sed si crederet se habiturū prebendā quā diligit: tale credere est ei delectabile. ergo huiusmodi credere ex delectatione efficitur delectabile. sed sicut se habet delectatio tēporalis ad credere tēporale: ita delectatio spiritualis ad credere spirituale. sed credere tēporale efficitur delectabile ex delectatiōe tpali. ḡ credē spūale efficit̄ delectabile ex delectatōe spūali: ⁊ ita fides hȝ delectatōeȝ a caritate: ḡ maior est delectatio in caritate ꝙ in fide.

Tertio.

Item. omnis operans non predeterminans finem

similis est nescienti quo vadat: et omnis credens est
operans: ergo si non predeterminat finem similis est
nescienti quo vadat. Fides enī mouet ad aliquē finē
et ille finis est bonū: ergo fides facit credere bonū. ꝫ
non mouet: ergo bonū dilectū mouet fidē ad creden
dum. finis enī facit vt efficiēs sit efficiēs: ergo dilectio
facit ꝙ sic eliciat motū suū. ⁊ ex hoc seqtur ꝙ caritas
habet maiorē delectationē ꝙ̄ fides. cū per dilectionē
ex hoc seqr coniungatur fides fini suo. Ex hoc iterū sequitur ꝙ ca-
ritas est causa fidei vel motus caritatis causa motus
Solutio fidei: cū tñ ecōuerso sit. Solutio. Dicimus ꝙ qlibet
virtus habet suā ꝓpriā delectationē substātialiṫ. vñ
caritas habet suā ꝓpriā delectationē substātialiter:
et fides similiter. ⁊ maior est delectatio in caritate ꝙ̄
Ad primū. in fide. Ad primū ergo dicim⁹ ꝙ appetitus delecta-
bilis nō est motus caritatis nisi iperfect⁹ et diminut⁹
sed appetit⁹ delectabilis siue boni ꝓpter delectabile
siue ꝓpter bonū est motus pfecte caritatis. ⁊ hꝫ in se
delectatōnē ꝓpter appositionē finis: ⁊ appositio finis
est a fide. Caritas enī appetit bonū qꝛ bonū: siue pro
pter bonū. hoc est qꝛ estimat esse bonū: ⁊ hec estima-
tio fidei est. vñ concedim⁹ ꝙ caritas habet delectatio
nem a fide: tñ per se et substātialiter hꝫ delectationē.
determinatio eī illa quā ponit fides est substātialis cari
Ad scdm. tati. ⁊ sic patet solutio ad primo obiectū. Ad secūdo
obiectū dicimus ꝙ fides dat delicias caritati. tñ cari-
tas maiores habet delicias ꝙ̄ fides. qm̄ caritas non
tantū hꝫ delicias ex fide: sed etiā a ꝓpria materia su-
Ad aliud. pra quā transit. Ad illud vero quod inducit ad ꝓbā-
dum ꝙ fides delectationē habet a dilectione. dicim⁹
ꝙ nō est simile de credere temporali ⁊ credere spūali
fides enī virtus hꝫ estimationē secundū quā estimat
deū esse summū bonū nostrū cū sit imediata frui siue
fonti delectationis/et sūme diligere nos/et esse remu
neratorē oīm bonoꝝ nostroꝝ. per hoc hꝫ gaudium ⁊
Ad vltimū delectationē suā p se. Ad vltio obiectū dicim⁹ ꝙ hec
est falsa. Bonū non mouet fidē ad credendū nisi dile
ctum: imo mouet inqꝛtū estimatū illa estimatiōe quā
diximus. qm̄ sicut intellectus reflectitur supra se intel-
ligendo se: ita fides q̄ est in itellectu reflectitur supra
se mouēdo ipam: qꝛ ipa est cognitio finis ⁊ estimatio
et mouet motu dilectōis in suū finem per illā cogni-
tionē et estimationē. ⁊ sic in semetipa rationem hꝫ sui
Augustin⁹ motus. ipa enī est prima magistra virtutū. Itē. aug.
dicit ꝙ fruendū est illa re tantū qua efficimur boni. s.
ꝯ dictū augustini ar. sūma trinitate. Sed cōtra. Apl's dicit ad philomenē
fruar te in dño: ergo apl's fruebat philomene in dño. sed
nō fruebatur nisi quo fruendū erat: ergo fruendum erat
philomene: ergo fruendū est hoībus. nō ergo solo deo.
Ad hāc dr. Ad hoc dicimus ꝙ apostolus sumit large frui: scdm
ꝙ frui est vti cum delectatōne. ⁊ hoc modo possum⁹
frui hoībus. quoniā possumus vti eis cū delectatione
dū mō ibi nō sistam⁹. hoc enī esset frui in stricta signi-
Alr pt dici ficatiōe. vel potest dici ꝙ duplex est fruitio: absoluta
et respectiua. Prima non est fruendū nisi deo: sed re
spectiua fruitōe lꝫ vti hoib⁹. ⁊ sic sūpsit apl's fui qñ dixit
Fruar te in dño. vñ nō dixit fruar te simplr: sed fruar
te in dño: hoc est fruar dño i te siue respectu tui. sicut
cum dicitur. Iste fruitur vino in dulcedine. i. dulci in
Alia diffinitio frui. vino. sed prima solutio est planior. Item augustinus
diffinit aliter frui sic. Frui est vti cum gaudio/nec ad-
ꝯ quā ar. huc spei: sed iam rei. Sed videtur ꝙ hec diffinitio re-
pugnet diffinitioni predicte. quoniā secūdū diffinitio
nem predictam fruimur deo in presenti. amore enim

presenti inheremus ei: ⁊ propter se in presenti. sed se
cundum vltimā diffinitionē non fruimur deo in pre-
senti. quoniam nō vtimur cum gaudio rei in presenti
sed tantum cū gaudio spei: ergo ille diffinitiones re-
pugnant. Item. secundū primā frui est motus carita Secundo
tis: quia frui est amore inherere ⁊c. Secundum vlti-
mā frui est motus spei: secundū ꝙ frui est in presenti:
quia si in patria frui est vti cū gaudio rei: ergo in via
frui est vti cum gaudio spei. ⁊ ita frui est motus spei.
Preterea. quare dicit frui est vti cum gaudio: nō ad- Tertio.
huc spei: sed iam rei. ⁊ non dicit frui est vti cū gaudio
non adhuc fidei. sed iam scientie nisi quia frui in pre-
senti est mot⁹ spei. Sic igitur prima diffinitio que po
nit frui motū caritatis et secunda que ponit frui mo-
tum spei repugnant: ergo vel vtraqꝫ incōueniens est
vel altera. Solutio. Prima diffinitio est de fruitōne Solutio.
semiplena secundum quā fruimur in presenti. Scda
est de fruitione plenaria secundū quā fruimur in fu-
turo. ⁊ sic patet solutio ad obiectū. Non enim repu- Ad rōnes.
gnant ille due diffinitiones. quoniam non sunt oppo
sita frui in presenti semiplene: et frui plenarie in futu
ro. vel potest dici ꝙ vtraqꝫ est de fruitione que est in Alr pt dici
presenti. qm̄ vt dicit magister in sentētijs. qui fruitur
in hac vita non tm̄ habet gaudiū spei: sed etiā rei. in-
quantū enī delectatur in deo quē diligit tenet ipsum
aliquantulū. Ad secundū dicim⁹ ꝙ sine dubio frui ē Ad scdm.
motus spei/fidei/et caritatis. vñ augustin⁹ dicit. frui Augustin⁹
mur cognitis ⁊c. et hoc ad fidem pertinet. et frui est
amore inherere ⁊c. hoc ad caritatem: et ē vti cū gau-
dio ⁊c. hoc ad spem. sed fidei non dr esse hac ratione.
quia omne frui est cum delectatione. sed non omnis
motus fidei est cum delectatione. motus enim fidei
q est in penas nō est cū delectatōe. ꝫ frui dr mot⁹ spei
qm̄ spes nō est nisi de bonis eternis: in quibus oībus
est delectatio caritatis. aut dicitur esse propter maxi
mā delectationē que est in caritare. sicut dictum ē su
pra. Item. augustinus q̄rit: cum de⁹ diligat nos vtrū aliud dictū
fruatur vel vtatur nobis. qm̄ si nec fruit nec vtitur augustini.
nobis. non videt diligere nos. ergo si diligit nos vtit
vel fruitur nobis: sed ab eterno dilexit nos. ergo ab
eterno fruebatur vel vtebatur nobis. Contra. homo ꝯ qd ar.
non fuit ab eterno. ergo fruitio vel vsus eius non fuit ab
eterno. Solutio. dilectio dei ad nos duplex ē. s. eter- Solutio.
na et temporalis. eterna idem ꝙ predestinatio. tēpo
ralis idem ꝙ gratie ifusio et alioꝝ bonorū exhibitio
de eterna dilectione: non sequitur. si deus diligit nos
fruitur vel vtitur nobis. qꝛ frui et vti exigunt presen
tem materiam. sed de tēporali bene sequitur. diligit
nos de⁹ tēporali dilectione vtendo nobis. qm̄ infun-
dit nobis gratiā ꝓpter se. et ita refert dilectionē illaꝫ
ad istud quo fruendum est. s. ad se: hoc autē est vti. ⁊
sic vtitur nobis. Postea querit vtrū liceat nobis vti q̄o incidēs.
deo. videtur ꝙ non. qm̄ augustinus dicit. Animi hūa Ar ꝙ nō p
ni est frui fruendis: et vti vtendis. ergo sicut non licet augustinū.
frui vtendis: sic non licet vti fruendis. et ita non licet
vti deo. Sed contra. ex caritate diligitur deus. qꝛ bo In oppo^m
nus: hec dictio bonus significat diuinā essentiā: aut p
ter diuinā essentiā cōnotat aliquid: aut nichil. si nichil
ergo is est sensus. deus diligitur ex caritate qꝛ est. et
hoc est falsum. ens enim vel esse non est propria ma-
teria caritatis. sed si preter diuinā essentiā connotat
aliqd illd ē creatū qd. s. suauitas vl delectatio quā fa
cit i nobis de⁹: ergo diligit ex caritate ꝓpt illd creatū. ergo
cari. siue diligēs ex cari. refert dilectonē dei ad aliud

Secundo. ꝙ̄ ad deū: ergo vtitur deo: ergo licet vti deo. Itē. sup
illud euāgelij. Quanti mercēnarij in domo pr̄is mei
abundant panibus ⁊c. dicit glo. Mercēnari⁹ est q ser
uit propter regnū celoꝝ: ergo hmōi mercēnari⁹ serui
tiū qd facit deo refert ad aliud ꝙ̄ ad deū: ⁊ hmōi mer
cēnarius est bonus. qm̄ aliter nō diceret abundāt pa-
nibus: nec esse in domo patris mei. Panes enī spūa-
les sunt: fides/spes/caritas. ergo hmōi mercēnarius non
peccat referēdo seruitiū quod facit deo ad alid ꝙ̄ ad
deū. sed sic faciendo vtit deo: ergo nō peccat vtendo
Tertio. deo: ergo licet vti deo. Item. cū iste diligit deū pro-
pter deū refert dilectionē illā ad deū: ergo ad illud q
fruendū est vtitur: ergo dilectione illa. ergo cum illa dile
ctio sit motus illa dilectio est vsus. ⁊ eadē dilectio est
fruitio: qꝛ diligēs deū illa dilectione fruit deo: ergo cum
idē sit vsus ⁊ fruitio eodē fruit et vtitur. sed fruit deo
ergo vtitur deo. ⁊ ita licet deo vti: non tantum frui.
Solutio. Solutio. Dicimus ꝙ tantū fruendū est deo nō vten-
dum. tñ dicim⁹ ꝙ cū dicit deus diligit qꝛ bonus. hec
dictio bonus preter diuinā essentiā quā signat conno
tat aliqd creatū. s. suauitatē vel dilectionē vel btitudi
nem creatā que est finis quo q̄escit in deo. deus autē
est finis in quo quiescit. licet ergo diligēs ex caritate
per hoc ad primū. referat dilectionē illā ad aliud ꝙ̄ ad deū. nō tñ vtitur
deo: qꝛ illud aliud nō est finis supra finē: nec est finis q
quiescit: ꝫ finis in quo quiescendū est in deo. Sed si
refert dilectionē suam quā habet in deuꝫ ad aliud vt
ad finē in quo quiescitur: tūc vtit deo. sicut iste q dili-
git deū ꝓpter tēporalia. tēporalia enī non debēt esse
finis in quo quiescendū: nec finis quo quiescēdū est in
deo. sed bonū quod est q̄etatiuū desiderij cui⁹ appre-
hēsio dilectio est finis et quo q̄escēdū est. Eadē est so
Ad scdm lutio ad scdo obiectū: qꝛ cū dr mercēnari⁹ seruit deo
propter regnum celoꝝ. hec dictio ꝓpter: nō notat fi-
nem in quo quiescit: sed finem quo quiescitur in deo.
Ad tertiū. Ad tertio obiectū dicim⁹ ꝙ dilectio q iste diligit deū
et est vsus et fruitio. sed ab alio vsus. ab alio fruitio
quia est vsus potētie a qua originaliter. et est fruitio
respectu dei. vnde nō seqtur. Idē est vsus ⁊ fruitio: ergo
eodē vtitur ⁊ fruit. sicut est in illo q emittēdo sagittā
ab arcu interficit hoiem emissio est interfectio. nō ta-
men quod emittitur interficitur.

Utrum virtutibus sit fruendum.

Secunda questio.

Ar ꝙ nōn. Queritur vtrū virtutib⁹ sit fruendū. videt ꝙ nōn
qm̄ aug. dicit ꝙ virtutes nō sunt appetēde ꝓpt
In oppo^m se: sed ꝓpter btitudinē: ergo nō est illis fruendū. Cōtra.
super illud ad gala. Fruct⁹ autē spūs sunt pax/ gau-
dium ⁊c. dicit aug. Uirtutes dicūtur: qꝛ ꝓpter se ap-
Secundo. petēde sūt. ergo virtutibus est fruendū. Itē. virtutes io
cundā et quietā faciūt aīam: ⁊ faciunt ipam delectari
in deo. sed delectatio in deo ⁊ iocunditas est btitudo
ergo virtutes faciunt aīam beatā: ergo amande sunt
propter se. sed frui est amore iherere alicui rei ꝓpter
Tertio. se: ergo fruendū est virtutibus. Item. si virtutes non
sunt diligende propter se: videtur ꝙ phi magis dile-
xerunt virtutes ꝙ̄ nos diligimus eas. qm̄ phi dilexe-
runt virtutes propter se. vnde dicunt ꝙ honestas est
summū bonum in vita. nos vero diligimus virtutes
non propter se: sed propter aliud. sed mag diligitur
falsitas ꝯnt ꝓbatur. quod propter se diligitur ꝙ̄ propter aliud: ergo phi-
losophi magis diligunt virtutes ꝙ̄ nos. Sed contra.

Dilectio eorū fuit peccatū: quia de via faciebāt finē.
sed dilectio nostra bona est: quia meritoria. ꝫ omne
bonū est magis bonum ⁊ magis intensum ꝙ̄ aliquod
malum sit malum: ergo magis diligimus virtutes ꝙ̄
philosophi dilexerunt eas. Solutio. Dicimus ꝙ vir Solutio.
tutibus non est fruendū. ⁊ hec est distinguenda. Uir-
tutes sunt appetende propter se. quoniā si hec dictio
propter: notet causam finalē vltimā: falsa est. ⁊ sic in-
telligit augustinus: cū dicit Uirtutes non sunt appe-
tende propter se: sed propter beatitudinē. Si autem
non notet causam finalem vltimā: sed qualēcunqꝫ cau
sam que in ipis virtutibus: tunc vera est. ⁊ est sensus.
in ipsis virtutibus est causa quare appetentur. s. io-
cunditas spiritualis vel quies spūalis. ⁊ sic intelligit per hoc ad
augustinus: cū dicit Uirtutes sunt appetēde propter primū.
se. ⁊ hoc nō sequit ꝙ virtutibus sit fruendū. Ad illud Ad aliud.
quod obicit ꝙ. s. virtutes sunt amande propter se: cū
frui sit in amore inherere ⁊c. ergo virtutib⁹ est fruen
dū. Soluit mgr in sentēcijs dicēs ꝙ in diffinitione ei⁹ Solutio
ꝙ est frui dꝫ itelligi tm̄ hoc mō. Frui ē amare aliquā magistri.
rē ꝓpter seipaꝫ tm̄. Uutes aūt nō sūt amāde tm̄ ꝓpt
se. ⁊ sic pꝫ solutio. tamen si in diffinitiōe illa notet hec
dictio ꝓpter cām finalē vltimā: nō opꝫ intelligi tantū
Dicim⁹ ergo ꝙ virtutib⁹ est fruēdū elicitiue. qm̄ Uutes
eliciūt mot⁹ qb⁹ fruimur deo: ⁊ potētijs fruēdū ē ori
ginalit: qꝛ in origine motuū q sūt fruitōes ⁊ ipis mo-
tibus fruēdū ē formaliter. sed solo deo fruendū ē ma
terialiter et finaliter. Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ Ad vltimū
hec est falsa. quod propter se diligitur mag diligit
ꝙ̄ qd propter aliud. nec est regula. sed hec est regula
quod ꝓpter se diligit: magis diligitur ꝓpter se ꝙ̄ ꝓ
pter aliud. et hec est similiter regula. qd ꝓpter se di-
ligendū est magis est diligendū ꝓpter se ꝙ̄ ꝓpt alid.
Sed probatur: ꝙ virtutes non sūt diligēde ꝓpter se Arguit ꝙ
qm̄ aug. dicit. ꝙ virtutes sunt diligēde propter solā Uutes. ⁊c.
beatitudinē. non ergo ꝓpter se. Item. virtutes sunt di- Augustin⁹
ligende propter se: et qui recte diligit eas/meritorie Secundo.
diligit eas. diligende sūt ergo meritorie. ergo diligēde
sunt ex caritate. non ergo tm̄ quattuor sūt diligenda ex
caritate. quod ē contra augustinū qui dicit. ꝙ in his
duobus mandatis. diliges dñm deū tuū ⁊c. ⁊ diliges
proximū tuū sicut teipsū: continētur oīa que sunt dili
genda ex caritate. in primo est illud qd supra nos est
scꝫ deus. in secundo qd nos sumus: cū dr sicut teipsū
et in hoc intelligitur corpus propriū qd infra nos est
intelligitur etiā quod iuxta nos est. s. proximus. et ita
quattuor cōprehendunt ibi. s. qd supra nos est. quod
nos sumus. quod iuxta nos est. et quod intra nos est
et virtus non est aliquod istorum. ergo nō est diligē-
da ex caritate. Solutio. Ad primū dicimus ꝙ hec ar Solutō ad
gumentatio non valet. virtutes sunt diligēde ꝓpter primū.
solā beatitudinē: non ergo ꝓpter se. qm̄ dictio exclu
siua adiuncta suo superiori non excludit finem infe-
riorē. qꝛ finis superior relinquit pro constanti finem
inferiorē. sic igit. si iste termin⁹ beatitudinē tenet ꝓ
beatitudine increata que de⁹ est: certū ē ꝙ non valet
argumentatio. si ꝓ beatitudine creata similiter non
valet. qm̄ adhuc est ibi finis superior: nec valet hec ar
gumentatio. virtutes sunt diligende ꝓpter solā bea
titudinē creatā. non ergo propt beatitudinē increatam.
vna eī est finis p aliā. qm̄ per beatitudinē creatā quie
scemus in beatitudie increata. vñ cū vtraqꝫ pōt poni
dictio exclusiua. Ad scdꝫ dicim⁹ ꝙ diligē Uutes est di Ad scdm.
ligē se: qꝛ diligē Uutes ē eas velle sibi: ⁊ hoc ē velle

Alr pt dici bonū sibi:⁊ hoc est diligere se. Uel potest dici ꝙ cum augustinus dicit tantū quattuor esse diligenda ex caritate. loquitur tantū de substātijs: nō de formis.

Utrum fruendum sit personis.

Tertia questio.

Ar ꝙ sic. Augustin⁹ Queritur vtrū fruendū sit personis scdm ꝙ sunt persone. videt ꝙ sic. qm̄ aug. dicit ꝙ tantū tres res sunt quibus fruendū est. s. pater/ fili⁹/ spūssctus: ḡ fruendū est tota trinitate: ergo fruēdum est filio. sed frui est amore inherere alicui ppter se: ergo filius est diligendus ppter se tantū: non ergo propter patrem et hoc falsum est. *Secundo.* Itē. pater est finis oīm. vñ in euangelio ioh. Dñe ostende nobis patrē et sufficit nobis. Filius ergo est diligēdus propter patrē tanꝙ ppter finē oīm. non ergo est diligendus tantum propter se. *Augustin⁹* Sed cōtra. Augu. dicit ꝙ vna sola imago dei colēda est que. s. est id quod ipe est que non pro patre: sed cū patre colenda: ḡ filius nō est diligendus pro pre siue ppter patrē: sed cū patre. *Ad idem.* Itē. de⁹ est diligēdus propter temporalia. qm̄ eccta ita dicit. Agim⁹ tibi grās oṗs deus pro vniuersis bñficijs tuis: ergo si de⁹ est diligendus ppter tēporalia. nō ergo tantū propter se. *Solutio* Solutio. Sine dubio fruendū est psonis. sūt enī vna sūma bonitas. vnde sūt vn⁹ sūmus finis. ⁊ ppter hoc nō seqtur: fili⁹ est diligendus tm̄ ppter se. nō ergo ppter patrē: qr nō excludit pater cū sit idē finis ꝙ fili⁹. *Ad duas primas.* et sic patet solutio ad duas primas obiectiones. Ad tertio obiectū dicim⁹ ꝙ auctoritas sic est intelligēda. *Ad tertiā.* Imago dei nō est colenda pro pre tanꝙ pro alio fine: *Ad vltimā* sed cū patre tanꝙ cū eodē fine. Ad vltimo obiectum dicim⁹ ꝙ cū dr: de⁹ est diligēdus pro tēporalib⁹. hec prepositio pro: nō notat cām finalē: sed materialē. tēporalia enī sūt causa materialis puocatiua dilectiōis dei. ⁊ sic patet solutio. *Aliō dictū augustini. Ↄ qd ar.* Itē. augustin⁹ dicit ꝙ persone fruūtur seipis: ḡ pater fruit filio: ergo diligit ipm tm̄ propter filiū. sed hec dictio ppter: notat cām finalem ad quā est mot⁹: ergo pater mouet ad filiū vt ad finē sed oñe quod mouet ad aliqd vt ad finē indiget illo ergo pater indiget filio. ⁊ hoc falsū. *Solutio.* Solutio. Cū dicitur pater diligit filiū ppter filiū: hec dictio propter ponitur ibi priuatiue pure. ⁊ est sensus. diligit filium non ppter aliud: sicut pater carnalis diligit filiū carnalem propter se. i. nō ppter aliud: qr diligit illū. ⁊ si nichil aliud debeat inde sibi accidere: et non oportet ꝙ pater indigeat filio.

De raptu in deū.

Undecimus tractatus.

cessitate: imo potest generare timorē. ergo tīor coe-
uus ē spei. et inde vt prius. Item. xxvij. precepit dñs *Tertio.*
fieri altare cōcauū ad recipiendū ignē. cōcauitas alta
ris humilitas est. ignis ingēs caritas. ergo humili-
tas necessaria est ad suscipiendū caritatem: ꝗ precedit
caritatem. non ergo ille tres sole sunt prime inter vir
tutes. Item gregorius. caput oīm virtutum ē humi *Quarto ꝑ*
litas qua ille saluantur et si cetere ledantur salus est *gregoriū.*
in toto: ergo humilitas ē caput virtutū. ꝗ prima. ⁊ in
de vt prius. Itēꝫ. super canonicā primā petri: dicit *Quinto.*
glosa. ꝙ modestia est caput virtutū: ergo prima. ⁊ in
de vt prius. Solutio. dicimus ꝙ ille tres virtutes so *Solutio.*
le prime sūt. Ad primū ergo dicimus ꝙ timor est initi *Ad primū*
um dilectionis non per modū cause: sed per modum
expeditiōis. qm̄ timor dñi expellit peccatū. et ita mū
dat palatum cordis: quo mundato sentit dulcedo dei
et expedite mouet caritas ad diligendum deū: cui⁹
dulcedo prius impediebatur per reliquias peccatoꝝ
et ꝓpter hoc quia non ē simpliciter initium: dicit ec-
clesiastic⁹. fidei aūt initiū agglutinādū est ei: ideo q̄a
fides ē principiū dilectionis per modū cause. Ad se- *Ad scđm.*
cundo obiectum dicim⁹ ꝙ timor dñi ē initialis. sed nō
a solo motu fidei habet generari. sed a motu fidei cū
motu caritatis. quia timor initialis duos habet ocu
los: principalem ad amorem dei. secundariū ad penā
et impossibile est ꝙ motus fidei solus generet aliquē
timorē. non enim esset seruilis cum ille nō sit in cari-
tate nec initialis. cum initialis habeat oculū ad amo
rem. Ad tertium dicimus ꝙ humilitas dr̄ caput vir- *Ad tertiū.*
tutū per modū preparationis: q2 si sit humilitas ifor
mis preparat ad habendum caritatem. dñs enī respi
cit humiles. humilibus enim dat gratiā. Et vasa va- *Figura.*
cua implet helyseus. Si vero sit humilitas formata:
preparat animā ad recipiendū augmentū caritatis et
aliarū virtutū. hoc modo intelligitur auctoritas gre
gorij. qm̄ cū virtutes cetere leduntur quantū ad fer-
uorem vel frequentiā motuū et feruorē. Ad vltimū *Ad vltimū*
dicimus ꝙ modestia est temperantia a malo vt com-
prehēdat large: etiā mansuetudinem. et de hac dicen
dum sicut de humilitate. p̄parat enī hominē ad susci
piendū virtutes vel augmentū earum.

¶ De merito virtutum.

Dicto de ordine virtutum: dicendū est de meri-
to virtutū. circa quā questionē quinqꝫ sūt dif-
finienda. Primo. in qua virtute sit p̄mavis merendi
Secundo. vtrū operibus meritorijs meretur q̄s ex
condigno vitā eternā. Tertio. vtrum eisdē meretur
quis augmentum virtutū. Quarto. quibus operib⁹
meremur primo re. Quinto. vtrum magis merea-
mur vel min⁹ pluribus opib⁹ caritatis q̄ vno illorū.

¶ Utrū vis merendi prīo sit ī fide vl' ī caritate
¶ Unicum capitulum.
Prima questio huius capituli.

Queritur vtrum vis merēdi primo sit ī fide/an ī
caritate. constat enim ꝙ primo cōsistit ī altera

[Ar q in caritate.] istarū.probatur primo q ↄsistunt in caritate.quoniā fides est substantialiter imperfecta:ergo nichil perfectū est ab ipsa: ḡ nullū pfectū meritū est ab ipa:ḡ motus fidei nō est plene meritori⁹ ab ipa:ḡ si ē plene meritori⁹ ē ab aliq̄ meritori⁹ nō nisi a caritate.⁊ ita ī caritate est pⁱo meritoriū. *[Secundo.]* Itē op⁹ optimū est qd̄ est meritoriū vite eterne: ergo tale opus inquantū est tale est perfectissimū: ḡ nō est ab eo qd̄ est essētialiter imperfectū.et ita nō est a fide ⁊ ita nullū opus est a fide meritoriū restat ergo q a caritate. *[Tertio.]* Itē apl's dicit impletio est dilectio:ergo caritas est impletio cuiuslibȝ p̄cepti:ergo est ipletio motus fidei. motus eni fidei ē impletio.sed nō nisi quis informat.qm̄ ipi non dat eē ergo facit ipsū esse meritoriū. *[Quarto p augustinū.]* Itē augustinus super illud psal.latū mādatū tuū nimis dicit: q om̄e bonū opus in caritate radicatur et informaᵗ: ergo caritas informat omne opus bonū:ergo facit ipsū meritoriū *[Quinto.]* Itē. cū dicitur fide credit quis prime veritati ꝓpter se super oīa. querit quid significet hec p̄positio ꝓpᵗ videtur q causā finalē.quoniā prima veritas est finis intellectus.ad hoc eni datus est intellectus vt p ipm quiescat homo in prima veritate hoc autē facit per fidem.quoniam quod natura difficile facit hoc ars vel virtus facile operatur. motus ergo fidei quo tendit intellect⁹ in suum vltimū finem est in talem quietem et ita hec dictio ꝓpter notat causā finalē. motu ergo fidei mouetur quis in primam veritatē vt quiescat in prima veritate:sed si aliquid mouetur in aliqd propᵗ aliud naturaliter mouetur in illud aliud: ergo ātēq̄ anima moueatur in primaȝ veritatē: vt in illa q̄escat prius mouetᵗ naturaliter in illā quietē: sed nō mouetᵗ in illā nisi per desideriū. sȝ desideriū illi⁹ quietis siue delectatiōis est vis cōcupiscibilis. qm̄ sicut d̄t aristo. cōcupiscentia est appetitus delectationis:sed illd̄ desideriū est motus caritatis.qm̄ desideriū fruēdi p̄ma caritate est desideriū fruendi deo: ergo motus caritatis naturaliter precedit motū fidei:ergo caritas iformat motū fidei sicut et aliarū virtutū sequentium: ⁊ *[Exēplū de vetula.]* omnia patent in exemplo de vetula q̄ desiderās beatitudinē vult seruire deo:vt hoc possit facere vult eē sana.⁊c. prima eni volūtas qua desiderat beatitudinem:causa est omniū sequētiū et ad suū finē alias retorquet.⁊ ita informat a simili.si motus motus caritatis primus est omēs alios informat. hoc etiā dicit *[Cōfirmatur p dionysiū.]* beatus dionysius in ierarchia hūana q p̄marius motus aīe rōnalis est dilectio. *[Euasio.]* Forte dicet q ille p̄mari⁹ motus qui est dilectio fidei nō caritatis.qr est dilectō *[Ↄ hoc ar.]* veritatis.Contra.hec est differētia inter verū ⁊ bonū qd̄ verū est verū est sine motu:bonū cū motu verū est finis speculationis bonū affectus tamē idē ē q bonū cū ergo motus est in verū est in ipm motū secundum q bonū:ergo motus ille de quo loquiᵗ dionysius est in bonū secundū q bonū.et ita est dilectio boni scd̄m q bonū.sed dilectio boni secundū q bonū est caritatis opus: ergo primarius motus aīe rōnalis est motus *[In oppoᵐ]* caritatis et inde vt prius. *[Confirmatur]* Cōtra. probatū est superi⁹ q om̄is virtus est amor:ergo fides est amor: qd̄ etiā probatur. quia ira p zelū est amor.qr est amor victorie qua homo subijcit sibi vicia et amor sui finis. eadem rōne fides est amor sui finis.s.amor prime veritatis et est amor gratuitus.quia ipa est prima gratia diligit eni primā veritatē propter se sicut caritas primā bonitatē propter se:ergo fides substantialiter est meritoria. quia est amor substantialiter gratuitus.

sȝ cōstat q substātialiter est ipsa prior q̄ caritas: ḡ in ea prius est meritū q̄ in caritate.q autē fides substātialiter sit prior q̄ caritas.probatur per hoc. quia cognitio finis est prior naturaliter q̄ mot⁹ virtutis ad illū: ergo naturaliter cognitio sūmi boni prior est q̄ desiderium illius: et ita fides est prior naturaliter q̄ caritas. *[Probatio minoris.]* Item. constat q in libero arbitrio primo est meritū inter potentias aīe quod est potētia eligēdi bonū a malo.vt dicit aug.Constat aūt q potentia eligendi est ratio et ita inter potentias aīe primo est meritū in ratione.ergo inter virtutes primo est meritum in virtute sita in ratione. et ita in fide primo est meritū. *[Secūdo p augustinū.]* Preterea.frequenter inuenitur ī glosis meritū fidei vel merces fidei. nunq̄ meritū vel merces caritatis:quare hoc *[Tertio.]* Item.per fidem abnegat homo seipsū:primo.s.proprio intellectui abrenūciat.p caritatem abnegat homo propriā voluntatē.et ita vterq propter deū et vtrūq̄ meritoriū et hoc meritorium *[Quarto.]* scȝ quia talibus motibus preponitur deus creaturis prius ergo est meritū in fide:q̄ in caritate: cū pri⁹ sit abrenunciare ꝓprio intellectui:q̄ proprie voluntati Item.potentia faciendi miracula datur merito fidei vñ in euangelio.Si habueritis tantā fidem in vobis *[Quinto.]* quantū est granū synapis ⁊c. queritur quare eodem modo merito fidei primo non dicatur dari vita eterna.Item.supra naturam est id qd̄ creditur:ideo difficilius est credere talia.sed diligere sūmū bonū nō est *[Sexto.]* contra naturā.laudabilius ergo est credere credēda siue credere in deū q̄ diligere deum: ergo potius est meritum in fide q̄ in caritate. Qd̄ cōcedimus his rationibus. *[Solutio.]* Ad primo obiectum dicim⁹ q hec argumētatio non valȝ.fides substātialiter ē iperfecta.ergo nichil est perfectū ab ipsa.qm̄ nimis generaliter cōcludit.dicimus enim concludere.ḡ nichil substātialiter *[Ad primū.]* est perfectum ab ipsa:et hoc verū est. qm̄ mot⁹ fidei substantialiter est imperfectus:tm̄ est perfecte meritorius.qm̄ ex eo q est substantialiter iperfectus:magis est meritorius q̄ ex eo qd̄ est.propter hoc eni qd̄ credimus deo propter se et super oīa.licet non videamus ipsū.ideo est meritū in fide. Similiter non valet hec:opus meritoriū est perfectissimū. ergo nō est *[Ad scd̄m]* ab iperfecto substantialiter. et est ibi fallatia vniuocationis.qr hec dictio perfectissimū tenetᵗ ī prima vna perfectione.s.pro perfectione merendi.et ipe concludit tanq̄ teneretur pro perfectione substantiali. *[Falsa equiuocationis.]* Ad tertio obiectum dicim⁹ q caritas est impletio legis: siue perfectio. *[Ad tertiū.]* et quia sua dulcedine mouet ⁊ trahit omēs virtutes ad suū finem:etiā et fidē et spem. sicut dicit apostolus.caritas oīa credit/ oīa sperat/ oīa sustinet.et qm̄ oēs motus virtutū perfecti sunt ⁊ meritorij.ideo quia referūtur ad primū finē caritatis.s. ad sūmū bonū:et quia caritas sua dulcedine augmētat delectationē que ē in alijs virtutibus:etiā illaȝ q̄ est in fide.magis ei delectatur aīa cognoscendo deū: q̄ diligendo ipsū.et sic intellige de alijs operibus virtutū.propter has tres rationes dicit augu. q omnia *[Augustin⁹]* formantur.i.perficiūtur in caritate. Ad aliud dicim⁹ *[Ad q̄rtum]* q cum dicitur fide credit quis prime veritati propᵗ se.hec dictio propter notat causā finalem vt dictum est in opponēdo.et verū est q anima motu fidei mouetur in primā veritatē vt illa quiescat.sed hec ꝓpositio nō est generaliter vera.si aliquid mouetᵗ ī aliqd propᵗ aliud.⁊c.hoc eni tenet in motib⁹ vniuocis:quorum quilibet est ad habendū:vt in exēplo de vetula.

sed non tenet in motu ad cognoscendum: et motu ad quiescendū siue ad habendū:sequitur cognitio rei habende.Est ergo duplex motus aīe in primā veritatē *[duplex motus aīe.]* siue duplex dilectio prime veritatis.vna qua mouetᵗ ad cognoscendum ipsam vt delectemur in ea: ita q hec dictio ad: notet finē quo quiescitur nō ī quo quiescitur.alia que mouetur in ipsā.i. ad habendū ipsam vt motus sit primo in ipsā delectationē:⁊ sic est motus caritatis. de prima obiectione que est fidei dicit *[Dionysius]* beatus dionysius q est primarius motus anime rationalis. ipsum eni credere vel assentire nō est prope motus. quoniā motus ꝓprie est ad habendum vel ad acquirendum aliqd:mō desideriū prime veritatis cognoscende efficax siue perfectū qd̄ est fidei primus est motus anime rōnalis quo intellect⁹ desiderat primā veritatē siue cognitionē vel visionē eius:vt in ea *[Augustin⁹]* quiescat.q autē delectatio dei sit in intellectu: patet per hoc qd̄ dicit augustin⁹ q diligere deū ex toto corde est diligere ipsum in itellectu sine errore.diligere ipsum tota anima est diligere ipsum voluntate sine conditione sine contrarietate.dilectio autē dei qua diligimus ipsū intellectu vt videndo quiescat in ipso fidei est et primarius motus in deum:sicut dicit beat⁹ *[Ad vltimū]* dionysius. Ad vltimo obiectū dicim⁹ q iste termin⁹ motus in bonū vel dilectio boni duplicē habet intelligentiā. quoniā potest intelligi q dilectio sit primo in hoc ipsū bonū secundū q est in ratione boni. et secundū hoc dilectio dei solius caritatis est.vel potest intelligi dilectio boni.i. eius quod est bonū:quia est bonū vt bonitas sit vltimus finis nō materialis finis primus. et secundū hoc quelibet virtus alia a caritate est dilectio boni. vt patȝ in ira per zelū qua diligit homo victoriā de vicijs. et quia bonū qd̄ est eodem mō dilectio sui finis est in fide. imo ipsa est amor sui *[Ↄ dicta ar.]* finis inquantū est finis suus. Sed obijcitur.quidlibȝ quod habet motū moueri habet in suū finē:sed finis fidei est quiescere in prima veritate: ergo mot⁹ in illam quietē fidei est:sed ille motus nō est nisi desiderium illius quietis siue delectandū in deo: ergo desiderium illius quietis siue delectandū in deo est fidei ergo desideriū delectationis in deo est mot⁹ fidei:qd̄ patet esse falsum.qr est caritatis.est eni in vi cōcupiscibili. Solutio.dicimus q ꝓprie prima veritas est finis fidei *[Solutio.]* ad quā tendit in quo quiescere habet:sȝ q̄es in illa est tantū finis quo sistit et delectatur in illa. et ideo non habet moueri in illam quietē proprie. sed alia virtus scilicet caritas que est in vi concupiscibili cui⁹ est appetere delectationem. vt ad quam tendit cuius est inuestigatrix. et ideo patet q licet illa quies quodā modo sit finis fidei.tamē nō est ei⁹ materia nec primus finis.⁊ ideo desideriū illius quietis nō est fidei sed potius caritatis. Itē oēs virtutes idō *[Iterū ar.]* meritū habent:quia referuntur ad sūmū bonū: ergo sola caritas per se habet.alie virtutes per accidēs habent meritū.sed alie virtutes ab alio non habent nisi a caritate q̄ hoc habet sola per se: ergo meritū primo *[Solutio.]* cōsistit in caritate. Solutio.circūstantie sunt essentia virtutū. quoniā intelliguntᵗ in diffinitione virtutis q̄ talis est.virtus est habitus volūtarius imediate existens quo ad nos.per hoc q dicitur imediate existēs intelligūtur circūstantie.eē aūt in medio est esse vestitum debitis circūstātijs.i.per hoc essētialiter est illd̄ quoniā virtutis esse cōsistit in hoc vt actū volūtarium vestiat debitis circūstātijs vt ipsū mediet.tamē nulla

circunstantia est de essentia alicuius motus virtutis. voluntas enim qua volo ire ad ecclesiā est eiusdē speciei quocunq̄ fine hoc faciā.finis eni vltimus non est de essentia motus:sicut dicit augustinus. *[Augustin⁹]* qr vero possumus diligere sūmū bonum diuersis finibus.s.propter temporalia vel propter se:eiusdē est spēi vtrūq̄ diligere.vnde patet q finis vltimus ī bono propter quē motus virtutū sunt meritorij accidentalis ē omnibus motib⁹ virtutum:sed essentialis omnibus virtutibus.et ita per hanc viam non potest ipe probare q in caritate sit meritū primo:immo in fide. qm̄ fides dilectioni ostendit suū finē et mō imperij mouet eā ad illū.fides aūt diligit se ad suum finem et aliᵗ ad eum diligit et mouet:sic enim ratio se habet ad alias virtutes.

¶ Utrum ex cōdigno mereamur vitā eternā.
¶ Secunda questio huius capituli.

Queritur vtrum aliquis ex condigno meretur vitam eternā.videtur q non.apo dicit.Nō sūt *[Ar q nōn.]* condigne passiones. *[Secundo.]* Item.seruitiū omnibus modis debitum non obligat recipientē ad remunerationem vt seruitiū quo miles pro feudo seruit regi terreno: sed quidquid habet homo tenet a rege celesti.s.corpus ⁊ aīam.ergo omnibus modis debet seruire deo de tali feudo.ḡ seruitiū hominis quo seruit deo cum sit omnino debitum non obligat deum ad remunerādum.ergo non iniuste ageret deus cum illo:si non remuneraret.ergo iste non meruit ex condigno vitam eternā a deo. *[Tertio.]* Itē.sūt hic duo qui fuerūt diu in caritate et bonis operibus:et sūt in omnib⁹ pares:excepto hoc q vnus moritur in peccato mortali:alius in caritate.bona opera illius qui decessit in mortali aut sūt remunerata sufficienter aut nō.si nō:ḡ deus insufficiēter remunerat opera meritoria qd̄ nefas est dicere.si sufficiēter. ḡ cū eadē sūt oīa opera ambor:opera alterius sūt sufficienter remunerata.ergo non oportet q remunerētur in vita eterna.ḡ iste nō meruit ex cōdigno vitam eternā illis operibus. *[Quarto.]* Item.qui perseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. ḡ nulla opera sufficiunt ad habendū vitā eternā:nisi hō perseueret. ergo nullus meretur simpliciter habere vitā eternā nisi sub hac conditione:si perseueret.continuatio ergo boni facit ad efficatiā meriti.sed continuatio boni est circunstantia operis.ergo aliqua circunstātia facit ad vim merendi.non ergo penes solā caritatē consistit vis merendi. *[Quinto.]* Itē.meritū se habet ad premiū: sicut se habet labor in vinea ad mercedē tēporalē:sicut habetur in euangelio.sed labore cōpleto in vinea necessariū est vt merces reddatur aliter fieret iniuria laboranti.ergo eadē ratiōe ex quo hō meruit vitā eternā necessariū est vt reddatᵗ ei quicq̄d post accedat siue peccet hō siue non. *[Eodē mō.]* Eadē obiectio potest fieri de p̄cio et de eo quod emitur.qm̄ meritū se habet ad p̄miuȝ sicut p̄ciuȝ ad illud qd̄ emitur.vñ illud.considerauit agrū et emit illū ⁊c.et in euangelio. Simile ē regnū celorū hōi negociatori ⁊c. precio ei soluto necessariū est vt reddatur res empta.quicquid postea fiat.ḡ eadē rōne:cū iā fuerit meritū:necessariū ē vt p̄miū detᵗ quidquid post fiat. *[Sexto.]* Itē.si meritū consistit penes solā caritatē.ḡ opa caritatis secundū q sūt caritatis p se: sūt meritoria vite eterne.ḡ quicq̄d p⁹ accidat sūt meritoria.ḡ nichil qd̄ p⁹ accidat facit illd̄ cadere a merito. *[Septimo.]* Itē.abrahā fecit opa caritatis.ḡ meruit ex ↄdigno

vitã eternã:⁊ postq̃ decessit nõ potuit cadere ab illo
merito:ergo postq̃ decessit necessarium erat q̄ habe
ret vitã eternã:ergo siue christus icarnaretur siue nõ
necessariũ erat q̄ habiturus esset eam:ergo incarna=
tio christi fuit inutilis abrahe ⁊ oibus antiquis patri
Octauo. bus.quare ergo pro eis passus est christus.Itẽ super
illud apl̃i nõ sũt cõdig.pass. ⁊c.dicit glo. nõ sũt ꝯdig.
ꝯ hoc ar. ad promerẽdũ.quoniã tribulatiõ erit cũ fine: merces
erit sine fine.sed si hoc est eadẽ ratione pctm̃. quia est
cũ fine non ex cõdigno meretur mortẽ eternã que est
Nono. sine fine.Itẽ apostolus nõ ego sed gratia dei mecum
si ergo homo operatur cũ grã bona opera et inquãtũ
est ex gratia nõ est ab homine / imo a deo a quo solo
est gratia: sed cõstat q̄ nõ est opus meritorium nisi in
quantũ ex gratia: ergo ab homie nõ est opus merito
riũ. non ergo opere bono meretur homo vitã eternã
Decimo. ex cõdigno.Itẽ indirecte homo ex cõdigno meretur
vitã eternã:sed mereri ex cõdigno est facere de debi=
to debitũ vl̃ de debito magis debitũ.ita q̄ iniuste agi
tur cum eo nisi reddatur ei quod meruit: ergo deus
ageret iniuste cũ isto nisi redderet ei vitã eternã:ergo
tenetur ei reddere:ergo obligat⁹ est ad hoc: qđ etiã
videtur per hoc q̄ deus promisit iurauit pepigit se
daturũ illã in figura terre promissionis:sicut legitur
Figura. in genesi et in multis aliis locis. si ergo deus ꝓmisit
eã et iurauit et pepigit se daturũ abrahe ⁊ semini ei⁹
i. oibus fidelibus : ergo tenetur et obligatus est ad
dandũ.⁊ ita deus est obligatus ad dandum aliqđ qđ
Cõfirmat. videtur incõueniens:quod põt etiã ꝓbari.quia deus
liberrimus est ita q̄ liberior nõ potest excogitari : g̃
Undecimo nõ est obligatus ad aliqđ.Preterea.si deus per pro
missiones et pacta et iuramẽta est obligatus:sed ista
inceperunt esse:ergo obligatio dei incepit esse.sed cõ
stat q̄ talis obligatio nõ est nisi in deo: ergo aliqđ in=
cepit eẽ in deo quod prius nõ fuit:ergo deus est mu=
Opinio ali tabilis.Propter has rationes dicũt quidã q̄ nullus
quorũ. meretur ex cõdigno vitã eternã : et maxime propter
In oppo^m duas vltimas. Sed probatur multipliciter q̄ homo
tamẽ ar. ex cõdigno meretur vitã eternã. quoniã homo ex cõ
dignis malis operib⁹ merer̃ mortẽ eternã:aliter age
ret deus iniuste cũ eo infligendo eã:ergo cũ bona opa
magis sũt bõa q̃ mala opa sint mala:multo forti⁹ bo
Secundo. nis opib⁹ merer̃ vitã eternã ex cõdigno.Itẽ.aliqs fo
diẽs in vinea merer̃ recta rõne merendi ab hoĩe illud
quod dictũ est:ergo multo fortius aliquis laborãdo
in vinea dñi meretur ratione merẽdi illud qđ dictum
Euasio. est.scz denariũ diuinũ qui est beatitudo eterna. si di=
cit ad istas duas obiectiones q̄ nõ est simile . quoniã
ꝯ hanc ar. bona opera nõ sunt hoĩs:sed dei qui dat gratiã.Con
tra.sicut deus dedit gratiã ita et liberũ arbitriũ.et si
cut dedit homini liberũ arbitriũ vtatur illo.ita ⁊ gra
tiam vt bene vtatur illa:ergo sicut bonus vsus libe=
ri arbitrii est homis . ita et bon⁹ vsus grẽ est homis:
ergo bonũ opus nõ tantũ inquãtũ est liberi arbitrii.
sed etiã inquantũ est gratie est homis.et ita nõ valet
Secundo. illa solutio.Itẽ contraria debent̃ contrariis peccato
mortali debetur ex cõdigno mors eterna:ergo virtu
alia euasio ti vel operi eius debetur ex cõdigno vita eterna.For
te dicet q̄ non est simile . quoniã peccatũ est propor=
tionale pene eterne:sed bonũ opus nõ est proportio=
nale vite eterne.peccatũ enim qđ est offensa dei a quo
homo habet oĩa in infinitũ puniri debet. et est offen=
sa infinita ratione obiecti.quoniam offensa alicuius
hominis magna est. ergo offensa dei in ĩfinitũ maior

est vel peior.g̃ in ĩfinitũ magna est.non g̃ pena maior
et ita proportio ẽ culpe ad penã eternã.sed non pro=
portio premii ad meritum. et ideo dicit q̄ non valet
predicta argumentatio.Sed hec solutio nulla vide= ꝯ hanc ar.
tur.qm̃ licet offensa dei sit in infinitũ magis mala q̃
illa que eẽt solt⁹ hominis: tñ in se finita ẽ: sicut linea
respectu puncti infinita ẽ.tamen ĩ se finita est.Prete Secundo.
rea bonũ opus qđ fit propter deũ debito mõ infinitũ
melius est q̃ illud qđ fit propter hominẽ tm̃:ergo est
bonũ in infinitũ.non g̃ vita eterna melior secũdũ tuã
rationẽ.Preterea mors eterna est eterna separatio Tertio.
a deo in qua erit tristicia sine solatio et sine omĩ spe.
ergo in morte eterna erit pura tristicia:et purus do=
lor.ergo sicut pura delectatio que est in paradiso nõ
se habet in aliqua proportiõe ad illã que mõ est.ita
tristicia que ẽ in inferno cum sit pura tristicia nõ se ha
bet in aliqua ꝓportione ad tristiciã presentis tẽporis
que est in pecato mortali. que ẽ ergo causa quare nõ
mereatur homo vitam eternã bonis operibus.sicut
mortem eternã malis.hec enim nõ est causa q̄ culpa
est proportionalis pene:sed bonũ opus non ẽ propor
cionale premio.similiter nec hec ẽ causa q̄ bonũ op⁹
non est hominis:qm̃ ostensũ est q̄ ẽ hominis et ita vi
der̃ q̄ nõ p̃t assignari rõ diuersitatis.Itẽ.seruitiũ gratis Itẽ ar ad
impensũ obligat recipientẽ:hoc est cõmunis animi cõ idem.
ceptio:qm̃ contrarium ei⁹ non recipit hũana liberali
tas.aliter enĩ facere ẽ ingratitudo.sed seruitiũ ipen=
sum deo ex caritate est gratis impensũ ei . ergo obli
gat deũ ad remunerationẽ.g̃ tenet̃ reddere p̄miuz
alit̃ eẽt ingrat⁹.g̃ iniuste faceret cũ tali:nisi redderet
ergo iste meruit ex condigno.ideo dicit dñs per ysa. Ysaias
Uenite et redarguite me.s. nisi vos remunerauero.
Item.operibus virtutum tendit homo ad beatitu= Quinto.
dinẽ et sapienter.ergo iste p̃t peruenire p illa ad illã
et recte.g̃ per opera bona potest hõ acquirere recte
btitudinẽ:nõ nisi p modum meriti.g̃ p bona opa me
rer̃ hõ vitã eternã:recta rõne merendi . Itẽ. sup illđ Sexto.
psalmi.Misericors et miserator et iustus.dicit glosa
Misericors dñ expectat:miserator in exhibitione dñ
iustificat:iustus dñ remunerat.Itẽ. sup illud ad thi= Septimo.
moteũ.Reposita est michi corõa iusticie quã reddet
michi dñs ĩ illum diẽ iustus iudex. dicit glo. q̄ deus
est iustus in remunerando.et ita tam textus q̃ glosa
vult q̄ vita eterna reddatur de iusticia. ergo hõ me=
retur eã ex cõdigno.hoc enim dicimus mereri ex con
digno.s.facere debitũ sibi de iusticia.Ad hoc dicũt ip Opio ali=
si q̄ deus dicit̃ iustus duobus modis.vno modo a iu quorum.
sticia virtute qua redditur vnicuiq; quod suũ ẽ. alio
modo ex promisso: et secundũ hoc de⁹ est iustus.i.fi=
delis in promissis et sic ẽ iustus in remunerando: ⁊ se
cundũ hoc non sequitur q̄ homo mereatur ex condi=
gno vitã eternã. qm̃ cõdignũ respicit iusticiã primo
modo.Sed hec solutio non valet.qm̃ veritas siue fi ꝯ hanc ar.
delitas in promissis est species iusticie.hoc enĩ dicit
philosophi. veritas enĩz qua hõ est veridicus ꝓrimo
virtus est et ẽ species iusticie:eadem ratione in deo ẽ
virtus exemplaris non nisi iusticie species. qm̃ nõ est
species temperantie vel alterius .Preterea. potest Secũdo.
ne deus esse iust⁹ in agendo bonũ.si non.ergo non est
perfecte iustus qm̃ iusticia habet duas partes.s.decli
nare a malo et facere bonũ . si sic.sed non potest esse
iustus in agendo bonũ nisi in remunerado bonos et
semper sumatur iusticia secundum q̄ ẽ virtus remu=
nerandi bonum qđ.s.est.g̃ de⁹ remunerat de iusticia

bonũ premio eterno:ergo ipi meruerunt illud ex cõ=
Tertio per digno.Item super ioh.in fine.dicit augu.Facile dice
augustinũ. rem magis diligentẽ meliorẽ ⁊ magis diligentẽ feli=
ciorem si scirẽ defendere iusticiã min⁹ diligẽtis/magis
diligenter ergo de iusticia debet deus magis diligere
magis diligentem.ergo de iusticia debet diligere di=
Quarto. ligentẽ:ergo de iusticia remunerat seruientẽ.Item.
deus non puniendo malos negaret seipm̃:ergo mul
tofortius negaret seipm̃ nõ remunerando bonos cũ
magis sit liberalis ⁊ magis se habeat ad opera beniuo
lentie q̃ ad opera punitionis.sed si nõ remuneret bo
nos negaret largitatẽ suã ⁊ magnificentiã: ergo non
potest non remunerare ꝓpter suã magnificentiã:sed
illa est species iusticie: ergo nõ potest nõ remunerare
Quinto. de iusticia.Item dicit rebeca filio suo iacob.prepara
duos edos quibus libenter vescitur ysaac . per ysaac
Figura. christus intelligit̃/ cui penitẽtes preparãt duos edos
scz pctĩ aboĩationem ⁊ satisfactionẽ:quibus libenter
vescit̃ homo:g̃ preparat deo ad comedẽdũ cibos sibi
Apocalipsi delectabiles.vnde in apocalipsi.Si quis apuerit mi=
chi intrabo ⁊ cenabo cũ eo et ipse mecũ/sed cocus re=
gis merer̃ a rege non tantũ q̄ comedit de eisdẽ cibis:
sed etiã magna alia munera: g̃ multofortius hõ qui
preparat cibũ delectabilẽ duo merer̃ recta ratiõe : nõ
tantũ q̄ edat de eodẽ cibo scz de eisdẽ bonis operib⁹
Solutõ do sed etiã aliquid aliud magnũ ⁊ ita vitã eternam.Ad
ctoris. hoc dicim⁹ sine preiudicio q̄ bonis operib⁹ merer̃ hõ
vitã eternã ex cõdigno : sic enim gratior erit hoĩ vita
eterna ⁊ tamẽ totũ debet deo attribui:qr dedit grãm
Nõ diliger̃ et quia sine ipso etiã cũ gratia nõ potest homo facere
bona opera: scz nisi ipsi principaliter cooperer̃ ad illa
et moueat:⁊ propter etiã ipsa vita eterna dicitur gra
tia ĩ sacra scriptura sicut dicit glosa sup illud apostoli
q̃re beatitu reposita est michi corona iusticie. dicit̃ enĩ gratia pro
do dr̃ grã. pter fundamentũ sed mors eterna tantum delet̃ me=
ritis ⁊ ideo dixit apostolus: stipendia peccati mors .
Ad primũ. gratia autẽ dei vita eterna.Ad primo g̃ obiectũ dici=
mus q̄ nõ sunt cõdigne passiões huius tẽporis ad fu=
turã gloriã.s.ad ꝓmerẽdũ sicut dicit glo.id est ad ꝓ=
portionaliter merendũ sunt enĩ tamẽ cõdigne ad sim
Ad scđm. pliciter merendũ.Ad secundo ob.dicimus.q̄ reuera
seruitia omnino debita nõ obligant recipientẽ si fiant
hoc intuitu qr sunt debita : sed caritas nõ habet hunc
respectũ immo ⁊ si non essent debita moueret ad illã
propter solum deum. et ita gratuitũ est eius seruitiũ
rex autẽ terrenus qui nõ videt ĩtus nõ respicit nisi ad
Ad tertiũ. debitũ feudi sui et ita nõ est simile.Ad tertio ob. dici
mus q̄ reuera homo bonis operibus meretur vitam
eternam:sed tamẽ sub cõditione:non sub conditione
merẽdi quia simpliciter eam meretur.sed sub condi=
tione habendi:quoniã si per peccatum mortale cadit
a merito:non debet habere quod meruit.et sunt ope
ra caritatis illius quod cadit a caritate sufficienter re
munerata: quantũ ad statum suum. Sunt enĩ remu=
nerata iocunditate mentis sicut dicit psalmista.in cu=
stodiẽdis illis retributio multa: sz a merito vite eter=
ne cecidit: qr illã nõ meruit nisi sub cõditione predi=
cta.sicut contingit etiã in merito mortis eterne.⁊ per
Ad q̃rtum hoc patet solutio ad quarto obiectum: quia perseue=
rantia siue cõtinuatio boni nõ facit ad quãtitatẽ pre=
mii vel meriti:sed qui cõtinuat bonũ nõ cadit a meri=
Ad quitũ. to ⁊ talis solus recipit premium. Ad quinto obiectũ
q̄ ille qui fodit in vinea hominis postq̃ fodit : posset

tamen quid facere q̄ non deberet habere illud quod
meruit vt si istud quod fecit ĩ vinea dissiparet totum
Eodẽ modo ille qui post opera caritatis cadit p mor
tale dissipat quicquid facit quoniã dissipat caritatẽ ex
qua meruerat: ⁊ ĩ qua erat vt actus illi essent deo pla
centes ⁊ meritorii. Eodẽ modo respondẽdum est ad Ad vltimũ
quinto obiectũ: quoniã qui dedit preciũ pro re tẽpo
rali: posset tale quid facere q̄ non deberet habere il=
lud quod emit scilicet si nummos quos dedit pro il=
la sua priuaret bonitate vt si auferret eis argentum.
Ad sexto obiectum dicimus q̄ non valet hec argu= Ad sextum
mentatio. Opera caritatis sunt per se meritoria vite
eterne: ergo nichil quod post accidat facit q̄ cadat a
merito: immo debuit iferre nichil quod post accidat
potest facere quin meruit illam. Ad septimo obie= ad septimũ
ctum dicimus q̄ abraham meruit ex condigno vitam
eternam : sed illud meritum exceptionem habet si
cut meritum illius qui decedit cum ligno / feno / sti=
pula:habet exceptionem dilatoriam. quoniam si ta=
lis peteret statim vitam eternam quam meruit dice=
ret.Redde prius quod debes:scilicet penam purga=
torii. Eodẽmodo si abraham statim post mortẽ suã
vel alii p̃res antiq̃ petiissẽt vitã eternã quã meruerãt
ex ꝯdigno:dictũ fuiss; eis.Reddite quod debetis.s.sa
tisfactionẽ pro peccato originali:et qm̃ nullus homo
purus potuit satisfacere:ideo necessarius fuit aduẽt⁹
cristi.Ad octauũ obiectũ dicimus q̄ ad hoc qđ dicit Ad octauũ
glo.s.q̄ nõ sũt condigne passiones huius tẽporis ⁊c.
quia si tribulatio ẽ cum fine:merces sine fine: dicim⁹
q̄ passiones nõ sunt cõdigne ad ꝓmerendũ.i.ad pro=
portionaliter merendum.sũt tñ condigne ad meren
dum:qr sunt seruitiũ et honor dei.eodẽmõ dicenduz
est de malis operibus:qr enĩ sũt offensa ⁊ dedec⁹ dei
sufficiunt ad merendũ penã eternã:licet non ad pro=
portionaliter merendũ.Ad.ix.obiectũ dicim⁹ q̄ ita Ad nonũ.
est intelligendum qđ dicit apo.Non ego sed grã dei
mecũ.q.d.non ego per liberũ arbitriũ principaliter:
sed per gratiã principaliter illud ago.et sic nõ seq̃tur
q̄ bona opa nõ sũt ab hoĩe:imo sũt ab hoĩe vtẽte grã
sibi data ⁊ merẽte:sz p grãz datã sibi.Ad.x.dicim⁹ q̄ ad decimũ.
deus nõ põt eẽ obligat⁹ vel dici obligat⁹:nisi transsũ=
ptiue.s.qr nõ p̃t quin ita faciat nec potest negare seip
sum quin remuneret seruientes sibi:et non valet hec
argumẽtatio.liberrim⁹ est.g̃ nõ ẽ obligat⁹: qm̃ hec ẽ
sũma liberalitas:q̄ nõ potest facere nisi liberaliter.⁊
q̄ nõ potest nõ remunerare suos: sicut vera libertas
corũ qui sunt ĩ patria:est q̄ nõ põt non velle q̄ deus
vult.Ad vltimo obiectũ dicim⁹ q̄ obligatio que di Ad vltimũ
cit̃ de deo:est ipsa diuina essentia: sed cũ dr̃ deus ince
pit esse obligatus inceptio non notatur ĩ principali si
gnificato:sed in cõnotato.s.in merito hoĩs per quod
dr̃ deus esse obligat⁹ et propter hoc non sequit̃: q̄ de
us sit mutabilis.sed sequit̃ vnde habeant opera cari
tatis q̄ ex condigno sũt meritoria vite eterne non ex
bonitate sua:qm̃ premiũ est multo mel⁹:et in infini=
tũ melius q̃ meritũ.si dicet q̄ hec est a largitate vel
magnificentia dei.Contra.Quãto maiori fiunt ser= Iterũ ar.
uitia:tanto sunt magis debita: et q̃to magis debita
tanto min⁹ grata:et quãto minus grata:min⁹ meri=
toria.ergo a primo quanto altiori et maiori fiũt ser=
uitia:tanto minus meritoria . non ergo eo q̄ fiunt
largissimo:meritoria sunt ex condigno vite eterne .
Itẽ.videtur q̄ non sit simile de merito vite eterne ⁊ Secundo.

de merito pene eterne:qꝛ peccatū est eque maluꝫ vel
Assūptū pꝫ magis malū ꝙ pena eterna:qꝺ probatur.qm̄ in infini
tum magis peccat ꝗ peccat in deū ꝙ qui peccat in ho
mines tantum.sed ꝗcunqꝫ peccat peccat in deū: ergo
oīs offensa dei infinita est:sed pena gehenne finita est
quo ad culpā:ergo culpa est magis mala vel nō minꝰ
Tertio. mala ꝙ pena eterna. Preterea:cōiungi deo est magꝭ
bonū ꝙ sit malū sustinere penā gehenne:ꝫ offensa se=
parans a deo est magis mala ꝙ pena gehēne:et si ita
est nō est in bonis operibus:qm̄ vita eterna est multo
melior ꝙ bona opa:ergo ꝑ hoc ꝙ aliqꝭ mereꝶ ex con
digno mortē eternā nō pōt probari ꝙ aliquis mereꝶ
q̄o incidēs ex condigno vitā eternā. Item.ex incidenti querit ur
Arꝫ ꝙ non. vtrū cōparabilia sint peccatū et pena eterna. videꝶ ꝙ
nō quoniā malicia peccati priuatio est.pena autē pas=
sio est.et est aliud:ꝫ non sunt eiusdē generis:ergo nō
In oppoᵐ sunt cōparabilia. Contra in apocalipsi. Quantū glo=
rificauit se et in delicijs fuit date ei tormentū ꝛ luctū
Solutio. scꝫ babiloni:ergo cl̄pa est cōparabilis pene. Solutio
dicimus ꝙ bona opera a duobus habēt ꝙ sunt meri=
toria vite eterne scꝫ a bonitate sua qua delectāt deū:
et sunt cibus eius ꝛ magnificentia dei in cuiꝰ honore
fiunt.sicut mala opera sūt meritoria pene eterne pro
pter duo.s. ꝓpter sui prauitatē ꝛ ꝓpter offensam dei
Ad primū eterni oīm iudicis. Ad primo obiectū dicimꝰ ꝙ serui
tia ꝙtomagis sunt debita:tantominꝰ sunt grata. qm̄
fiūt intuitu debiti:sed qm̄ fiūt ex sola dilectione ꝛ fie=
Ad scđm. rent/licet nō essent debita:grata sunt ꝛ meritoria. Ad
scđo obiectū dicimus ꝙ hec argumētatio non valet.
In infinitū magꝭ peccat ꝗ peccat in deū ꝙ qui peccat
in ꝓximū tantū. Sit ꝙ aliqꝭ possit peccare in ꝓximū
Exemplū. tantū:ꝫ in infinitū magis peccat ꝗ peccat in deū.sicut
linea est in infinitū maior pūcto:ꝛ tamē nō est īfinita.
Ad aliud. Ad seq̄ns dicimꝰ ꝙ hec argumētatio nō valet:q̄ videꝶ
fieri a contrarijs coniūgi deo ꝛc. ꝫ offensa separans a
deo. ꝛc.qm̄ delectatio ꝗ est in deo nō habet contrariū
nec delectatio dei eadē ratione:qm̄ nichil est summe
Ad aliud. malū. Ad vltimū obiectū dicimꝰ ꝙ culpa est cōpara=
bilis pene ratione delectatiōis vel dilectionis ꝗ est in
culpa:nō ratione priuationis est ei ꝓportionalis: qm̄
delectatio ꝗ modo est non est pura delectatio in deo
cū sit admixta vel q̄si admiscibilis tristicie alicui:sꝫ in
pena eterna est pura tristicia.s.vermis ꝗ non morieꝶ.
vnde licet sint cōparabiles: nō tñ sūt ꝓportionabiles
sicut diameter nō est ꝓportiōabilis coste:tñ est ei ꝯpa
aliꝺ exēplū rabilis:qꝛ maior. Silr̄ angulꝰ rectꝰ est maior angulo
cōtingētie:ꝛ tñ īproportiōabilis. illa auctoritas ꝙtū
Ad dictū i glorifi. ꝛc. itelligiꝶ in gn̄e si mł̄tū multū. Cū dictū sit
apocalipsi ꝙ antiqui pr̄es merebātur ex cōdigno vitā eternam.
ꝯ vnū dictū videꝶ ꝙ multofortiꝰ meruerūt ex cōdigno:qꝺ minus
ꝑus ar. est.s.icarnatōnē. Preꝶea ipi petierūt eā pie:ꝑseuerā
Secundo. ter: pro se:ꝛ ad salutē.vñ dicebāt. Dn̄e:inclina celos
tuos ꝛ descēde.ꝛ ysaac. Utinā dirūperes celos et de=
scēderes:ꝫ merebātur exaudiri.ꝛ ita meruerūt incar
nationē. vñ ꝓpter miseriā inopū ꝛ gemitū pauperuꝫ
Tertio. nūc exurgā:dicit dn̄s. Preterea.deꝰ ꝓmiserat hoc ꝛ
nō pōt negare seipm̄:qm̄ est veritas: ꝫ necessariū erat
ꝙ incarnareꝶ.nō nisi de veritate ꝓmissionis: ꝫ antiqꝭ
pr̄ibus debebaꝶ incarnatio de iusticia:ꝛ eā meruerūt
Quarto ꝫ ex cōdigno. Preterea. antiq̄ patres erāt amici dei
ergo suis precibꝰ merebantur exaudiri/ꝛ ex cōdigno
qm̄ de iusticia qua amicus tenetur amico:ergo ex cō=
In oppoᵐ digno meruerūt incarnationē. Contra. Ex condigno
meruerūt ꝛ non poterāt cadere a merito post mortē
ergo necessariū erat ꝙ incarnaretur:ergo mētitus est
augustinus dicens ꝙ alius modus nostre liberatiōis
fuit deo possibilis. Item apostolus. Non ex operibꝰ Secundo.
iusticie ꝗ fecimus nos ꝛc.ergo antiqui patres nō me=
ruerūt ex condigno incarnationē:qꝺ cōcedimus. nec Solutio.
sequitur:meruerūt maius ex condigno: ergo minus
quia illud tantū cadit sub merito quod ꝓponitur no
bis vt corona vel directa via ad coronā siue pars co=
rone:qꝛ reposita est nobis(vt dicit apostolus)corona
iusticie quā ꝛc. Uirtꝰ enī que est fundamentū merēdi quare pete
non tendit nisi ad illā. cū ergo incarnatio non sit coro bāt icarna=
na vel pars illius non cadit sub merito.petierūt autē tionem.
illam antiqui patres sicut medicinā nostre infirmita=
tatis:quia medicina omniū est in festinatione nebule.
Item.nichil est ita inflāmatiuū ad amorē dei.sicut ꝙ
filius dei voluit fieri frater noster et mori pro nobis.
hoc aūt insuspicabile ꝛ nouū nullus eēt ausus petere
nisi deus promisisset prius. Multis alijs causis incar
natus est:sicut dictū est supra. Ad seq̄ns obiectū di= Ad rōnem
cimus ꝙ antiqui patres petentes pie ꝛc. meruerunt
exaudiri.ꝛ hoc vel in equipollenti. sꝫ nō sequiꝶ: ergo
meruerunt ex cōdigno incarnationē impediente falla Fallā ꝯn̄tis
tia consequentis.qm̄ ad hoc ꝙ aliquis mereatur ali=
quid ex condigno:oportet ꝙ illud reddatur ei vt co=
rona vel pars corone. Ad vltimū dicimꝰ ꝙ deus pro= Ad aliud.
misit illud:sed non erat necessarium deum promisisse
sicut nec prophetam dixisse nec etiam prouidisse. Eo=
dem modo iudicandū est de promissione incarnatio=
nis.sicut et de alijs prophetijs.

¶ Utrum ex condigno mercamur
augmentum gratie.

¶ Tertia questio huius capituli.

Queritur vtrum ex condigno mereamur aug=
mentū gratie. Probatio ꝙ sic:qꝛ ex condigno Arꝫ ꝙ sic.
meremur maius.s.vitam eternā. Preterea.ex cōdi= Secundo.
gno meremur totā coronā.ergo partē:qꝛ beatitudo
presens est quasi pars future. Preterea.non deest fū Tertio.
damentū merendi neqꝫ dei promissio : qm̄ ipse dixit .
habenti dabitur et abundabit.ergo ex condigno me
remur illud sicut vitā eternā. Nō enī potest dici ꝙ sit ꝯ euasionē.
res non cadens sub merito.quia dicit psalmista . In
custodiendis illis retributio mł̄ta.et augustinꝰ. cari= Augustinꝰ
tas nata meretur augeri ꝛc. Item.si quid petieritis i Secundo.
nomine meo fiet vobis.sed apostoli petierūt augmē
tum gr̄e dicētes. Dn̄e adauge i nobis fidem. ergo cū
amicicia sit idē velle:idem nolle.et amicicia sit spēs
iusticie:de iusticia debebatur eis augmentū gratie.ꝫ
ex condigno merebantur illud. Cōtra. Si bōis ope= Inoppoᵐ
ribus meremur augmentū caritatis . ergo quolibet
opere bono augetur caritas in homine. ꝫ ex multis
multū augetur.quod manifeste falsū ē .qm̄ si hoc eēt
exterius apparerent signa:quia ignis non potest ab=
scondere se: nec potest abscondi ciuitas supra montē
posita. Itē.imo ex denario diurno cōuenisti mecū.de Secundo.
narius diurnꝰ est vita eterna.ergo cōuenit nobiscum
deus de vita eterna danda meritis bonorū operū.sed
si illud reddat in quo conuenit nobiscū non teneꝶ ad
amplius:nec debet amplius.ergo non debet ex iusti
cia augmentum gratie.ergo non meremur illud ex
condigno. Solutio. Concedimꝰ ꝙ meremur augmē Solutio.
tū gr̄e ex cōdigno: sed nō quibuslibet operibꝰ carita=
tis:imo tm̄ operibus supererogationis ꝛ strēnuitatꝭ

Cum enī operibus caritatis mereamur vitā eternaꝫ
secundū mensurā caritatis nonvenitur ad augmentū
glorie nisi ꝑ opera supererogationis.nec ad augmen
Ad primū tum gratie. Per hoc patꝫ solutio ad primo obiectū
qm̄ non oportet ꝙ pro quolibet bono opere augmē
Ad scđm. tetur caritas. Ad seq̄ns obiectū dicimus ꝙ denariꝰ
diurnus est vita eterna. sed vita eterna iam est in no=
bis.in futuro aūt perficietur.qm̄ non tantū imago re
gis in futura vita erit impressa nobis:sed etiā in pre=
ꝯ hanc solu senti. Contra hanc solutionē obiciꝶ. Si ex condigno
tionē ar. meretur aliquis augmentū gratie per opa superero
gationis:ergo quandocūqꝫ faciet opera superogatio
nis augmentabitur in eo caritas. qꝺ videtur falsū in
Euasio. monachis. Forte dicet ꝙ augmētatur caritas in tali
casu:si expedit.sed non semper expedit: immo forte
inde superbiret homo sicut lucifer superbiuit ex pin
ꝯ hanc ar. guedine bonorꝫ suorꝫ. Sed contra. Omia cooperanꝶ
in bonū ꝛc. ergo augmentū gratie cooperatur isti in
bonū si detur ei:ꝫ ad minus in talibus semꝑ augmē=
tatur caritas ex quocunqꝫ opere superogationis. qꝺ
videꝶ falsum cū non appareat extra. etiā post multa
Ad idem. talia opera. Preterea. opera nō sunt meritoria nisi
scđm mensurā caritatis. sed siue sint simplicia siue su
pererogationis sunt ex eadē caritate:ergo quicquid
meretur quis his operibꝰ ꝛ illis.sed simplicibus non
meretur ex cōdigno aliquis augmentū gratie: ꝫ nec
Ad idem. operibus supererogationis. Item.operibus simpli=
cibus caritatis meretur aliquis ex cōdigno vitā eter
nam.ergo ꝛ quod minꝰ est.s.augmentū gratie cū illꝺ
Solutio. cadit sub merito. Solutio. Dicimus ꝙ operibus su
pererogatōnis mereꝶ quis augmentū gratie sub hac
conditione:si expedit.non dicimus sub cōditiōe me=
rendi:sed sub cōditione habendi. Non enī deꝰ sꝑ dat
quod petitur:qꝛ nō expedit:sed equipollēs vel meliꝰ
ei qui petit vel meretur. nec etiā omibus ꝓdestinatꝭ
ꝓdest magꝭ vnū maiꝰ ꝙ minus.vel aliud magꝭ ꝓdest
ei.sicut paulo magis ꝓfuit stimulꝰ ꝙ amotio eiusdē.
Ad scđm . licet vtrūqꝫ cooperareꝶ ei in bonū. Ad scđm dicimus
ꝙ hec argumētatio non valet. Opera simplicia ꝛ su=
pererogationis sunt ex eadē caritate. ꝛ penes carita=
tem est vis merendi:ergo ꝛc.et hoc ideo:qꝛ licet pe=
nes caritatē sit tota vis merendi primo.non tñ totus
effectus vel efficatia.i.dispositiones operū faciunt ad
efficatiā merendi. sicut idē calidū: vt sol: quedā ma=
gis quedā minus calefacit. ita caritas eadem in qui=
busdā operibus maiorē habet efficatiā merendi ꝙ in
Ad tertiū. alijs. Ad vltimo obiectū dicimꝰ ꝙ hec argumentatio
nō valet: Meremur maius simplicibus operibus:ꝫ
et minus: qꝛ illud minus tale est ex quo de necessita=
te sequitur maius primo maiori . et ita maiꝰ est per
cōsequentiā/licet sit minus per essentiam.

¶ De merito remissionis pene.

¶ Quarta questio huius capituli.

Queritur de merito remissiōis pene vtrū cōsistat
circa intēsionē caritatis an penes magnitudinē
Arꝫ primo. operū vel penes grauamē operātis. ꝙ nō penes intē
sionē caritatis patet.quia secundū hoc diues dans de
cem ex caritate maiorē remissionē pene mereꝶ ꝙ pau
per dans centū ex minori caritate: quod patꝫ eē falsū
Secundo. Itē nō secūdū magnitudinē operis quod patet quia
plus meruit vetula ponendo duo minuta ꝙ zacheus
dimidiū patrimonij:sicut dn̄s testatur.et cōstat ꝙ dn̄s
loquebaꝶ de merito remissionis pene et nō de merito
vite eterne. quia aliter nō esset ad propositū.qm̄ ipse
dixit paupculā posuisse totū victū suū.hoc enī nō vide
tur ꝑtinere ad meritū vite eterne:quod in sola carita
te totū cōsistit.videꝶ ergo ꝙ meritū remissionis pene
cōstat penes grauamen operātis. Sed cōtra. Ponā In oppoᵐ
tur duo pares in caritate ꝛ in oībus: excepto ꝙ alter
dat cū tristicia: alter cum hilaritate. Tūc sic. Si penes
grauamen intēdiꝶ meritū remissionis pene:plus me=
retur qui dat cū tristicia:ꝙ qui dat cū hylaritate. Cō=
tra. Hylarem datorē diligit deus : ergo hylaritas nō
facit ꝙ hylaris mereaꝶ minorē pene remissionē. Itē. Secundo.
grauamē siue tristicia pōt accidere isti ex pctō veniali
qꝛ plus iusto diligit tēporalia/licet sub deo:ergo illa
tristicia nō debet ei patrocinari:ergo ꝑ cōtrariū: hyla
ritas nō debet facere ꝓiudiciū alicui in dando. ꝛ inde
vt prius. Item.aliqꝭ multa dat pauperibus: ꝛ tanta Tertio.
caritate et tāta hylaritate ꝙ nullo modo grauatur in
dando.nūquid iste mereꝶ apud deū remissionē pene?
esto ꝙ hac intētione det. Uidetur ꝙ sic:qꝛ aliter face=
ret ei preiudiciū sua hylaritas. Cōtra.aut deus punit
aut hō punit: sed hō nō punit in hoc casu. qm̄ iste non
sentit vel habet penā:ꝫ deꝰ punit:ꝫ iste nullā meruit
pene remissionē tali datione. Solutio. Dicimꝰ ꝙ pe= Solutio.
nes grauamen siue penalitatē nature operātꝭ attēdiꝶ
meritū remissiōis pene:qm̄ pena est resolutoria pene
vñ alijs paribꝰ plus mereꝶ paupꝫ ꝙ diues. Cōstat enī
ꝙ diuitie date sūt hoī a deo ad cōsolationē nature.vñ
ecclesia i cāticis.leua eius sub capite meo.ꝛ ideo me
lancolicus ꝗ naturaliter est magis auarus magis me
retur ꝙ sanguineus quantū ad demissionē pene alijs
paribus. Ad primū ꝫ dicimus ꝙ pariter merenꝶ me= Ad primū
stus ꝛ hylaris alijs paribꝰ. ꝛ quod obiciꝶ ꝙ hylarꝭ nō
grauaꝶ:dicimꝰ:verū est quo ad actū:sed nō est verū ꝗ
ad nature statū ꝗ pauciora hꝫ.ꝓpter hoc cōsolātia.vñ
in illo casu hō punit/ lꝫ nullā sentit penā actualē ꝓpꝶ
mētis iocūditatē:ꝛ dādi strēnuitatē.grauat enī statū
nature sue ei tēporalia subtrahēdo ꝗ data sūt et ad so
latium.vñ apłs. Ipse me refrigerauit. Per hoc pa= per hoc pꝫ
tet solutio ad preobiecta. ad alia.

¶ Utrū multitudo bonorꝫ operꝫ vꝫ ad meritū.

¶ Quinta questio huiꝰ capituli.

Querꝶ vtrū multitudo bonorꝫ operꝫ valet ad me
ritū.ꝛ hāc q̄stionē distinguimꝰ in q̄ttuor. Prio
pluribꝰ bonis opibꝰ mereꝶ hō vtrū maiorē btītudinē
ꝙ vno illorꝫ. Scđo vtrū pluribꝰ ꝟtutibꝰ sit hō melior
ꝙ vna illarꝫ. Tertio ad q̄d valeāt bona opa ex ꝗ non
valēt ad maiorē gl̄iaꝫ. Quarto vtrū statꝰ valet ad ma
ius meritū. Primo ꝓbaꝶ ꝙ pluribꝰ bonis opibꝰ me
retur hō maius ꝓmiū ꝙ vno illorꝫ. Primo ꝑ locuꝫ a Arꝫ primo.
maiori sic.pluribꝰ malis operibꝰ mereꝶ hō maiorem
penā ꝙ vno illorꝫ:qm̄ pro q̄libet malo ope punieꝶ hō
pena ꝓpria: ꝫ cū bona opera magꝭ sint bona ꝙ mala
opa sint mala:multofortiꝰ pluribꝰ bonis opibꝰ mereꝶ
hō maiꝰ premiū ꝙ aliq̄ illorꝫ. Itē.vnū peccatū est ma Secundo.
ius alio:ꝫ maior pena debeꝶ ei qꝺ ē maiꝰ.ꝛ ita singu=
lis malis opibꝰ debeꝶ pena ꝓpria.eadē ratiōe singlis
bonis opibꝰ ꝓpriū ꝓmiū. Itē.demerito in q̄tū deme Tertio.
ritū debeꝶ pena:ꝫ vni demerito debeꝶ vna pena:ꝛ plu
ribꝰ plures:ꝫ premiū. Itē.deꝰ est ꝓnior ꝛc.ꝫ si quod Quarto.
libet malū opus punit ꝓpria pena.multofortiꝰ pluri
bus bonis cōfert ꝓpriū ꝓmiū. Itē.plura mala opa au Quinto.
gēt malitiā:ꝫ plura bona augēt bonitatē.ꝛ ita sūt cā
maiorꝭ ꝓmij. Itē merito in q̄tū meritū debeꝶ ꝓmiū:ꝛ Sexto.

In oppo^m pluribus meritis plura premia. Cōtra. ponat q duo in pari caritate decedāt/sed vn⁹ fecit plura bona opa q̄ reliqu⁹/isti decedūt eque digni quia eq̄ boni: ergo equaliter remunerabunt: ḡ neuter habebit mai⁹ premiū q̄ reliqu⁹: ḡ plurib⁹ bonis operib⁹ nō debet ma-
Secundo. ius p̄miū q̄ vni illorū. Preterea. vbi par caritas/par premiū: ḡ multitudo operū non facit ad mai⁹ premiū
Solutō ad primū. quod concedimus ⁊ dicimus q prima argumentatio non valet nec est simile de malis et de bonis operib⁹ quia ideo mali sum⁹ q male agimus sed non ideo sumus boni quia bene agimus/immo econuerso. vnde opera a radice habēt q sint meritoria. patet q plura nō sunt meritoria maioris premij q̄ vnū illorum. sed mala opera non a radice sed a se sunt demeritoria et
Ad scd̄m. ideo cuilibet debetur pena ꝓpria. Ad secundum dicimus q deus est pronior ad remunerandū bona opera proprie et debito modo q̄ ad puniendū mala. Ad
Ad tertiū. tertio obiectū dicimus q hec argumentatio non valet. Plura mala ⁊c. quia mala opera habent generare malitiam. ⁊ ideo possunt augmentare illā: sed bona opera sicut non possunt generare in homie virtutē
Ad aliud. ita nec augmentare. Ad aliud dicim⁹ q hec argumentatio non valet. vni merito debetur vnum premiū secundū q vni: ergo pluribus plura/si plura dicant ratione cause: qm̄ omia bona opera ex eadē caritate facta sunt: plura tamen sunt ratione substantie: sed vnū in forma siue in perfectione. sicut volūtas et act⁹ sunt plura peccata subiecto: sed vnū forma que vnicā ma-
ꝯ dicta ar. litiam generat in aīa q̄ est perfectio pctī. Sed obicit Constat q ex pluribus malis operibus oritur malus habit⁹ quo fit homo malus. ex illo aūt habitu malo postea ꝓcedūt multa mala opera. Querit ergo vtrū illis pluribus malis operib⁹ debeantur plures pene. constat q ita: q: eis fit homo magis malus. Si ergo plura opera bona vnius tantū premij sunt meritoria q: sunt ab vna radice: eadē ratōne plura mala opera ab eadem radice sunt meritoria eiusdē pene tantum.
Solutio. Solutio. Dicimus q nō est simile: qm̄ quodlibet malum opus facit ꝓpriū augmentū malitie/vel propriā maliciā: ⁊ ideo cuilibet debetur propria pena: sed nō est ita in bonis operibus.

¶ Utrum pluribus virtutibus sit homo melior q̄ vna illarum.

¶ Scd̄a questio minus principalis.

Ar primo. Sic obicitur. Aliquis est mag[is] malus pluribus malicijs q̄ vna illarum: ergo a simili. aliqs est magis bon⁹ plurib⁹ virtutib⁹ q̄ vna illarū. modo enī nō pōt recurrere ad radices cū virt⁹ nō habeat radicē.
Euasio. Ad hoc forte dicet q nō est simile: qm̄ cū vnica sit btītudo plures virtutes nō faciūt hoīem dignū nisi vnica btitudine: sed plures sunt pene in inferno. Contra
ꝯ hāc ar. Greg. dicit super ioh. q sicut videre deū est vita eterna: ita nō videre deū est mors eterna. ḡ sicut vnica est vita eterna que debet oibus operib⁹ bonis: ita vnica est mors eterna que debet oibus operib⁹ malis. ⁊ ita
alia euasio. ratio sua nulla est. Forte dicet ad hoc: ⁊ verū est q cū dr: Nō videre deū est mors eterna: nō debet hoc intelligi pure priuatiue: sed positiue. i. tristicia de separatione a visione dei est mors eterna. hec enī est vermis qui nō morit. ⁊ quot sūt malicie: imo q̄t male affectiones fuerīt in hoīe tot sūt tales tristicie. ⁊ ita quodlibet malū opus puniet pena ꝓpria: sed eodēmodo de quolibet bono opere delectabitur iustus in paradiso vñ in p̄ncipio ad Roma. dicit greg. cogitatōes nr̄e in die iudicij: vel accusabunt nos vel defendent. non ille que tunc erunt: sed ille que modo sunt: quarum note tūc erūt impresse in animabus nr̄is. vnde in euāgelio. Operamini cibum qui nō perit. i. bona opera que reficient vos sine fine. igitur sicut erūt plures tristicie ex pluribus malis operibus in inferno: ita ī paradiso plures erunt delectationes ex pluribus bonis ergo sicut qōlibet malū opus suam propriam penā habebit: ita qōlibet bonū suam ꝓpriam habebit remunerationē. ergo sicut homo pluribus malis operibus maiorem penā meretur: ita plurib⁹ bonis maius premiū. ⁊ sicut diuerse malicie faciunt dignos diuersis penis: ita diuerse virtutes: diuersis premijs. ḡ sicut homo magis est malus pluribus malicijs: ita magis bonus pluribus bonitatib⁹ siue virtutibus.
Preterea. vita eterna non est delectari in eternitate Scd̄o principaliter.
de bonis operibus quibus meruimus coniūgi cum deo: sed delectatio qua delectabimur in coniūctione cum ipso deo. ergo a simili per contrariū mors eterna non est tristicia qua tristantur mali in inferno de malis operibus quibus meruerūt separari a deo. sz tristicia qua tristantur de ipsa separatione: de qua cōstat q cogitabunt sicut et de operibus. ergo sicut boni pluribus operibus non merentur: nisi vnicā beatitudinem: ita mali pluribus malis siue malicijs non merentur: nisi vnicā mortē eternam: non merent magis pluribus operibus bonis q̄ vno: eadem ratione debes dicere q mali quantum ad mortem eternam. non magis demerentur pluribus malis q̄ vno. Itē. Tertio.
quelibet vis remunerabitur: ⁊ quelibet virtus q̄ erit in patria fiet gloria. ⁊ ita q̄lib3 vis delectabit ī deo: ⁊ ita erūt plures delectatōes ī deo: ḡ videt q nō sit ibi vnica btitudo: sz plures. ḡ sicut hō plurib⁹ malicijs dignus ē diuersis penis: ⁊ ideo magis malus ē dign⁹ pluribus malicijs q̄ vna: ita cū homo pluribus ꝟtutibus sit dign⁹ pluribus p̄mijs: magis est bon⁹ pluri In oppo^m
bus ꝟtutib⁹ q̄ vna. Si cōceditur. Contra. omnes virtutes sunt equales. ergo tres virtutes sunt equales quarte: sicut tres homies bicubiti sunt equales quarto bicubito. ergo tres virtutes non sūt magis bone q̄ quarta. ḡ plures virtutes non faciunt hominē magis bonum q̄ vna. ergo eodemmodo plures malicie equales non faciūt hominē magis malū q̄ vna illarū Solutio.
quod falsū aperte. Ad hoc dicim⁹: q reuera plurib⁹ virtutibus nō ē homo magis bon⁹ q̄ vna: ⁊ cū eterna quies in deo sit beatitudo siue eterna ī ipso: delectatio nō est nisi vna beatitudo: etiā creata: tamē erūt ibi due delectatiōes quibus imediate delectabimur in ipso: scilz videndo eius pulcritudinem: et diligendo eius bonitatē: ⁊ bona eius: sicut ī questione de dotibus anime plen⁹ apparebit. alie autē virtutes habent suas delectationes: sed non in deo immediate. sed quia videndo ⁊ ex videndo erit delectatio/⁊ delectatio. ideo dr vna beatitudo et vna vita eterna esse dei visio ad quā tendim⁹: vt in ea quiescamus. qm̄ in illa veritate erit sūma delectatio: ⁊ finis ipsi⁹ delectationis. ⁊ ibi quiescet tam intellectus q̄ affectus. ⁊ iō dicit dn̄s. Hec est vita eterna ⁊c. quoniā autē omnes vires anime et omnes virtutes mouentur propt illā nec laborant fieri ꝓpter illā: ideo omnibus operib⁹ virtutū meremur illā: sz q: oēs ꝟtutes sūt eiusdē difficultatis eiusdem coherētie ⁊ eiusdem finis prorsus ideo non maioris beatitudinis faciunt hominem

dignum plures virtutes q̄ vna illarū. et cum opera a virtutibus sint meritoria. non maius premium meretur homo pluribus operibus virtutū q̄ vno illorū ex quo sunt in equali caritate. Meretur enim homo quod intendit maxime quia cum quid proponitur
Ad rōnem ei ad merendū. sed qui demeret nō demeretur quod intendit: sed quod iudex sapiēs iudicat. Ad istō ergo quod obicitur dicimus q mors eterna est tristicia de separatione siue ipa separatio cū dolore quē habebit aīa de tormētis corpis. sz q: plurib⁹ opib⁹ malis magis separatur a deo q̄ vno. ideo q: magis malus est pluribus pctīs q̄ vno. ideo magis demeret pluribus q̄ vno. ⁊ plurib⁹ malicijs mag[is] est malus q̄ vna illarū licet ille sunt equales. qm̄ per quālib3 separata ē aīa a deo aliquantū ⁊ quelibet puniet pena ꝓpria siue separatione propria/licet faciēs nō intendit hoc. ⁊ ideo ꝓpter plures penas patet q magis punietur qs pluribus malicijs q̄ vna illarū. vnde dicim⁹ q lic3 malicie sint equales tn̄ eis est homo magis malus q̄ vna. sicut duo lapides pariter accepti equalis pōderositat[is] sunt magis ponderosi q̄ vnus illorū. ⁊ est malicia sicut ponderositas qua elongat hō ab altitudine q̄ de⁹ est. et ideo duab⁹ malicijs pariter accept[is] est hō mag[is] malus q̄ vna illarū. Uirt⁹ aūt est sicut leuitas ⁊ duo eque leuia pariter accepta nō mag[is] sunt leuia q̄ vnū illorū. delectatio aūt qua delectabit hō in bonis operibus q̄ fecit nō erit de substātia premij. qm̄ nō est ei ꝓportionalis/sicut neq3 punctus linee. sed tristicia qua tristabitur qs de suis malis opibus in inferno bene erit de substātia premij. s. mortis eterne. qm̄ nichil ipedit qn̄ sit ꝓportionabilis tristicia de ipa separatione. virtus aūt mag[is] p̄miabit q̄ viciū puniet. l3 oib⁹ virtutib⁹ det
ꝯ dicta ar. vnicū premiū: ⁊ singulis vicijs singule pene. Sz cōtra hoc quod dictū est q opus meritoriū habet a radice q sit meritoriū obicitur. ꝓbat multipliciter q opus melius est q̄ virt⁹. qm̄ per opus virtut[is] notū est aliqd bonū fieri. sed nō est necessariū q per virtutē fiat aliquod bonū. qd patet in dormiente: ergo opus virtut[is]
Secundo. melius est q̄ virt⁹. Itē. mereri est gratis facere aliqd bonū ad honorē vel cōmodū alicui⁹. sed solo ope virtutis fit hoc: ergo solū opus virtut[is] est meritoriū vite eterne. nō enī coronabit nisi qui legittime certauerit
Augustin⁹ Unde augu. in libro de articulis fidei dt q tam aīe q̄ corpori pro qualitate facti pena vel premiū cōferēdū est quare premiū primo debetur nō virtuti: sed operi
Tertio. Item. opera virtutū per se sūt delectabilia. virtutes
Quarto. aūt non p se: sed per act⁹: ḡ premiū. Itē. finis melior est q̄ istud quod est ad finē. a fine enī dr res bona. ⁊ si
Paulus. cut dicit apl̄s q cuius causa sit aliqd potissimū est ⁊ finis aliorū voluit esse. sed act⁹ virtutis est eius finis: et propter ipm̄ datur virtus: ergo act⁹ virtutis melior
Quinto. est q̄ virtus. Item. laus est optimorū. qm̄ omne laudabile laudat propter illud qd est optimū in ipo. sed homo maxime laudabilis est ꝓpter bonā operationē suam. ipa etiā virtus laudatur propter bonā operationē: ergo quod maxime laudabile est in hoīe illud est bonū opus: ḡ bonū opus ē istud quod est optimū
Sexto. in homine: ergo premiū. Item. in futuro gloria eterna erit videre quod diligis et diligere quod vides: ḡ cum diligere sit opus virtut[is]: gloria eterna est opus virtutis. gloria autē eterna melior est q̄ virtus: ergo
Septimo. premiū. ⁊c. Item. quod propinquius est fini mag[is] est eligendum. sed actus virtut[is] est ꝓpinquior fini: ergo
Octauo. primū. Item. melior est fructus q̄ arbor. quoniam arbor non diligitur nisi ꝓpter fructū: fructus autem virtutis est eius actus. quoniā anima iusti est paradisus spiritualis: sicut sponsus dicit sponse in canticis. Emissiones tue sicut paradisus. ⁊ cum in hac paradiso arbores sunt virtutes: fruct⁹ opera: folia bona verba: ergo cum opus bonū sit fructus virtutis ipsu3 est melius q̄ virtus. Item. melior est vsus rei q̄ ipsa Nono.
res: vt equitare q̄ ipe equus: ergo cum opus sit vsus virtut[is] melius est q̄ virt⁹. sed si hoc est: ergo q opus sit meritoriū non est a virtute. Si dicit. propter predictas rationes q actus virtutis melior est q̄ virtus
Cōtra. Propter quod vnūquodq3 est tale ipsum est In oppo^m
m. t. sicut ignis est magis calidus q̄ aqua que ab ipo est calida: ergo cū actus virtutis sit bonus a virtute quia est ab ipa et ab ipsa dirigitur ad finem: ergo virtus est melior q̄ actus. Item. virtus est diuturnius Secundo.
bonum q̄ opus virtutis. quia sicut dicit augustinus. Augustin⁹
Uirtutes in celesti patria non sunt operose vel laboriose. non enim opere prudentie libido ibi refrenatur: quia virtus diuturnius bonum q̄ opus virtutis: ergo est melior. Item. virtus magis assimilat homi Tertio.
nem deo q̄ motus virtutis: ergo facit propinquiorem deo: ergo primum. Item. virtus secundum su- Quarto.
am substantiam facit hominem dignum vita eterna. sed motus virtutis accidentaliter est meritorius vite eterne. ḡ virtus est melior actu. qd pt3 per hoc q motus virtutis h3 q sit meritorius ab vltimo fine: qui ē ei accidentalis. vltimus enī non ponit motū in specie: q: si hoc esset omnes mot⁹ virtutū essent vni⁹ speciei tantū. Solutio. nobis videtur sine preiudicio Solutio.
q virtus est melior q̄ actus: istis quattuor vltimis rationibus. Ad primo obiectum dicimus q per actum Ad primū.
virtutis necesse est aliquod bonum fieri. sed hoc habet a virtute. vnde in hoc nō debet preferri virtuti. potius ei est virtutis id bonū. qm̄ virtus operatur il per hoc ad
lud quasi per suū istrumētū. eodēmodo dicim⁹ ad se- scd̄o ⁊ tertiū
cundo et tertio obiectū. Ad quarto obiectū dicimus Ad q̄rtum
q proprie loquendo motus virtutis non ē finis virtutis: sed quedam via ad suum finem. vel si est finis: non est finis quem intendit: sed quo intendit. et talis finis potius debet dici via q̄ finis. Ad quintum di- Ad quintū
cimus q laus est optimorum: sed proprie est de virtutibus: non de operibus: sed de virtutibus. per opa quasi per signa virtutū. vnde cū videntur bona opera in homine: dicimus q bonus est iste. qm̄ sicut dicit augustinus octauo de trinitate. hoc laudam⁹ in hoībus qd videmus in prima veritate quā habem⁹ ī nobis. Ad sextum dicimus q motus virtutis prout est Ad sextū.
gloria: siue delectatio in deo: melior est q̄ virtus. q: sic sumitur mot⁹ virtutis cū fine virtutis: qd est ipsa delectatio siue quies ī deo. Ad septimū dicim⁹ q re- ad septimū
uera meli⁹ ē qd est propinqui⁹ fini: sed motus nō ē in ordine virtutis. hō enī non intēdit p virtutē moueri in deū: sz quiescere in deo per motū. ⁊ ideo nō est obiectio/de motu q̄ non ē propinquior fini/secundū ꝓpriā ordinationē. vel etiā si est prope ꝓpinqor nō tn̄ melior. q: illa ꝓpinqtas ē ei accidētalis: vt patet ex p̄dictis. si autē substantialis eēt ei sua ꝓpinquitas: vt virtus bonus esset processus. Ad octauum dicimus Ad octauū
q fructus virtutis proprijssime est ipse deus: ipe enī est illud quod comedimus in quo delectamur. actus autem virtutis fructus est prout eo delectamur in deo: et dictum est q secundum hoc motus virtutis melior ē q̄ virt⁹. Eodēmō soluimus sequēs obiectū. Ad aliud.

ɔ̄ p̄dicta ar̄. Sed obicit̄. Si actꝰ virtutis scd̄m ꝙ est delectatio in
deo melioꝛ est ꝙ̄ virtꝰ: ergo simplr̄ motꝰ virtutꝭ me=
Solutio. lioꝛ est ꝙ̄ virtꝰ. Dicimꝰ ꝙ nō valet: qꝛ delectatio qua
delectat̄ aīa in deo: lꝫ sit annexa motui: tñ nō est nisi a
dulcedine dei. nec est a motu: sꝫ cū motu. per id quod
hꝫ motus a virtute. s. ꝙ ꝓpter deū mouet in deū: qꝛ ḡ
delectatio illa finis est virtutꝭ ꝓprie. ideo meliꝰ quid
est ꝙ̄ virtꝰ. ⁊ ipa virtꝰ facit delectari in deo ꝑ id quod
facit in motu. motꝰ aūt ꝑ hoc qd̄ habet a virtute. tñ cō
supponit̄ motꝰ ille cū illa delectatione vt ei annexa:
scd̄m hoc melioꝛ est ꝙ̄ virtus: non ratione sui: sed ra=
tione annexi quod ei ꝑ virtutē est ānexū. Cū ergo plu
ribꝰ operibꝰ non meret̄ hō maiꝰ premiū ꝙ̄ vno illoꝝ
videt̄ ꝙ ociosa sit multitudo bonoꝝ operū. qm̄ si ali=
quis artifex eque bonū opus faceret: penitꝰ vno ope
vt pluribꝰ oīa preter vnū essent ociosa: ḡ eadē ratione
Secundo. ociosa sūt oīa bona opa preter vnū. Itē. si dicis ꝙ va
let ad illud. s. ad augmētū vel cōfirmationē. Contra.
Nichil potēs est cōfirmare vel augmētare aliq̄d nisi
sit ḡnatiuū illiꝰ. cū ḡ bona opa nō possint ḡnare grāꝫ
non p̄nt augmētare eā vel confirmare. et ita videt̄ ꝙ
Solutio. ad nichil valeant. Dicimus ꝙ licet nō valeāt ad maiꝰ
premiū tñ valent ad multa. s. ad mētis iocūditatē. ad
virtutū cōfirmationē: ad augmētū grē: ad diminutio
nē pcti: ad debilitationē fomitis: ad remouendū tēta
tionē diaboli: ⁊ ad cauēdū omissionē et negligentiā.
Ad q̄d valꝫ multitudo actuum. et ad merēdū firmiꝰ et efficaciꝰ. Ad oīa ista valet mul
titudo operū que his versibꝰ notātur. Iocūdat/stabi
Versus. lit/auget: pctā remittit. Debilitat/remouet: roboꝛat
atqꝫ cauet. Valet aūt ad iocūditatē mētꝭ. nō tñ in p̄nti
sꝫ i futuro qñ cū exultatōe poꝛtātes manipulos nr̄os
gaudebimꝰ de singulis bonis opibus q̄ fecimꝰ: vt di=
ctū est. ꝙ aūt multitudo bonoꝝ operū valeat ad octo
p̄dicta. ad quedā tñ valet ꝑ modū meriti. tñ vt ad au
gmētū grē. ad quedā per modū meriti et ꝑ modum
cause efficiētis vt ad remissionē pcti: qꝛ ratōne cōtra=
rietatis purgāt a peccato et merent̄ vt magis et ma=
gis purgent̄ a deo. Eodēmodo ad cōfirmationē vir=
tutū vtroqꝫ modo. quia ex ipso ꝙ effectiue valet ad re
missionē peccatoꝛum cōfirmat in virtutibus.

¶ Vtrum status valeat ad efficatiā meriti.

¶ Alia questio huius capituli.

Ar̄ ꝙ sic, VTruꝫ statꝰ valet ad efficatiā meriti: videt̄ ꝙ sic
quoniā dn̄s dicit in euāgelio. Inter natos mu=
lieꝝ nō surrexit maioꝛ iohāne baptista. q̄ autē minoꝛ
est in regno celoꝝ maioꝛ est illo. cōstat autem ꝙ ruina
angeloꝝ repabitur de oībus ⁊ cū aliq̄ angeli de supre
mo oꝛdine ceciderit aliq̄ hoīnes habebūt p̄miū ange
loꝝ sup̄mi oꝛdinis. vn̄ beata virgo assumpta est super
Nō de paulo. choꝛos angeloꝝ. ⁊ de paulo dr̄ ꝙ raptꝰ est vsqꝫ ad ter
tiū celū id est vsqꝫ ad cōsimilitudinē contēplatiōis su=
premoꝝ angeloꝝ. ⁊ in apocalip. dr̄. Mēsura hoīs q̄ ⁊
angeli: ḡ aliq̄s homo meret̄ in via p̄miū equale p̄mio
alicuiꝰ angeli. ad minus beata virgo meruit eq̄le vel
maius. nō ḡ pure secūdū quātitatē caritatis dabitur
quātitas p̄mij: cū maioꝛ sit q̄titas i quocunqꝫ angelo
Euasio. ꝙ̄ i quolibet viatoꝛe. Foꝛte dicet ꝙ statꝰ facit ad quā
titatē p̄mij. sed hoc nō nisi ꝓpter difficultatē: ḡ difficul
tas status facit ad quātitatē p̄mij: sed difficultas statꝰ
est circūstātia ꝑsone: ḡ facit circūstātia ꝑsone ad quā=
titatē meriti. quod patet eē falsū ꝑ predicta. Alij di=
cūt ꝙ hoc nō facit difficultas. sed confirmatio āgeloꝝ Alia opīo.
que facit ꝙ angeli ex maioꝛi caritate minus p̄miū me
rentur ꝙ̄ aliqui viatoꝛes eoꝛum minoꝛi caritate. Sed
contra. Confirmatio angeloꝛum non est nisi de essen= ɔ̄ hoc ar̄.
tia caritatis: ergo est circunstantia: ergo ipsa non fa=
cit ad difficultatem meriti. Alij dicūt ꝙ caritas gratie Alia opīo.
in p̄nti statu facit ꝙ viatoꝛ in minoꝛi caritate meretur
maius p̄miū ꝙ̄ angelus ex maioꝛi qm̄ oē rarum. sicut
vinū in hibernia est maioꝛis p̄cij ꝙ̄ in frācia. Sed re=
dit eadē obiectio q̄ prius qꝛ ꝙ in via est gratia rarioꝛ
ꝙ̄ in patria nō facit nisi difficultas status ⁊ ita redit in
predictū incōueniēs ꝙ circūstātia auget meritū. Alij Alia opīo.
assignāt aliā causam scꝫ ꝙ angelꝰ meret̄ ex gloꝛia sed
viatoꝛ meret̄ ex gratia. Cōtra. Christꝰ ex gloꝛia mere ɔ̄ hoc ar̄.
bat̄ sed hoc non faciebat meritū suū minus: ḡ eadē cā
nō facit angloꝝ minꝰ. Sūt alij q̄ assignāt aliā rōnē pre Alia opīo.
mij. s. ꝙ angl̄s meret̄ iā habitū. hō vero meret̄ haben
dū. Sꝫ ɔtra. Virtꝰ placet deo ex seipa essentialit̄: sed
qd̄ extrinsecū ē virtuti nō auget eius essentiā. ḡ neqꝫ ɔ̄ hoc ar̄.
placentia eiꝰ. sed habendū extrīsecū ē virtuti: ergo ex
hoc non augetur placentia: sed ex eo ꝙ virtus placet
aut opus virtutis habꝫ meritū. non ḡ ex eo ꝙ homo
meret̄ habēdū auget̄ in eo meritū. Preterea. ex hoc Secundo.
iterū sequitur ꝙ circunstātia augeat meritū: cū illud
quod assignatur pro causa non sit de essentia caritatꝭ
Propter hoc dixerūt quidā ꝙ caritas nō augebitur Alia opīo:
in futuro in essentia sua. sed eius motus erit maioꝛ ī
patria ꝙ̄ fuit in via. et dicunt ꝙ hoc non ē incōueniēs
quia ē in via ex eadē caritate manente in eadē quātita
te elicitur ⁊ maioꝛ ⁊ minoꝛ motus. auctoꝛitatē que
dicit. qui maioꝛ ē in regno celoꝝ: maioꝛ ē iohāne ba=
ptista. dicūt debere intelligi ex maioꝛitate quantum
ad confirmationem: nō quantū ad caritatis intēsionē
Sed ꝙ hoc sit falsū: ptꝫ per hoc quod dicit isay. viuit ɔ̄ hoc ar̄.
dn̄s cuiꝰ ignis in syon et qm̄ caritas que est hic paruꝰ
ignis in futuro erit caminus. i. magnꝰ ignis. ḡ caritas
augebitur in patria. Itē sup illud apo. equalia sunt Secundo.
latera ciuitatis. dr̄. glo. latera ciuitatis sūt fides/spes
caritas/et bona operatio. ergo fides que est cognitio
dei et caritas sunt equales in via. ḡ eodēmō cognitio
dei et caritas sūt vel erūt equales in patria. sed mul=
to maioꝛ erit in patria cognitio ꝙ̄ modo sit. ḡ multo
maioꝛ erit caritas. Preterea sicut estimatio rei con= Tertio.
tristabilis generat fugam illiꝰ. similiter estimatio rei
delectabilis generat appetitū illius. vbi maioꝛ esti=
matio: maioꝛ fuga: et maioꝛ appetitꝰ. sꝫ i futuro erit
maioꝛ estimatio sūmi boni: ꝙ̄ mō sit. qm̄ ex maioꝛi co
gnitione magis estimabimꝰ ꝙ deꝰ sit sūmū bonū no=
strū. ḡ ī futuro maioꝛ erit appetitus sūmi boni. ḡ ma=
ioꝛ dilectio: et ita maioꝛ caritas. ⁊ ita p̄dicta opinio ē Solutio.
falsa q̄ dicit ꝙ caritas augebit̄ ī futuro. Nobis videt̄
sicut dictū est ꝙ fons merēdi ē in fide i hoīe habēte fi
dē qd̄ ē illud p̄miū quo hō leuat se supꝛa se. fides aūt
substātialiter hꝫ quandā difficultatē sicut substātiali
ter hꝫ īperfectionē et ex difficultate que primo est in
ipsa: habet efficatiā merendi. vnde dicit augustinus. Augustinꝰ
laus fidei est credere quod non vides: ⁊ cū fides sit p̄=
ma virtutū eiꝰ difficultas ē difficultas aliarū virtutū.
Dicimus ꝙ difficultas substātialis fidei est cā quare
homo viatoꝛ ex minoꝛi caritate meretur maius p̄miū
angelo habēte maioꝛē caritatē. et illa difficultas non
est circunstātia fidei cū sit de essentia ipius. Oēs ergo
predicte solutiones possunt reduci ad hanc solutionē

preter illā que dicit ꝙ caritas nō augmētabit̄ in futu
ro. ⁊ sic oēs ille solutiones vere sunt: qꝛ oēs solutōes
si recte intelligātur ponūt difficultatē/ cām quare hō
in minoꝛi caritate meret̄ maius premiū angelo. vnde
si intelligatur de substātiali difficultate fidei oēs vere
Q̄re ꝟtus ē meritoꝛia. sunt. Virtus enī est meritoꝛia his tribus ex sua boni=
tate: ex sua difficultate: ex sui operis libertate: qꝛ est
a liberō arbitrio. sicut dr̄ i laude bt̄i viri. Qui potuit
transgredi ⁊c. Alie difficultates q̄ sunt circūstantie nō
Ad aliud. faciūt ad minus meritū. Quod aūt obicit̄ de merito
christi cū christus nō habeat fidē. Respōdemꝰ ꝙ boni
tas christi cui datus est spūs nō ad mensurā sua inten=
sione: preualet etiā q̄tum ad efficatiam merendi diffi
cultati nostre fidei.

¶ De connexione virtutum.

¶ Tractatus decimustertius.

DIcto de merito virtutū: dicendū est de cōnexiōe
virtutum. Et primo de virtutibus theologicꝭ.
Prima q̄o. Secūdo de politicis. Querit̄ ergo vtrū qui hꝫ vnam
Ar̄ ꝙ sic. virtutē theologicā habꝫ oēs. ꝓbatur ꝙ sic. isay. dicit
xvi. Venter meus ad moab sicut cythara sonabit. vē=
ter ꝓphete mens ꝓphete: qꝛ sicut in vētre cibi prepa
rantur ad nutrimentū coꝛpoꝛis. sic in mēte preparant̄
cibi virtutū ad nutrimentū spūalis hoīs. Sonat autē
ad moab. i. ad pctōrē sicut cythara qñ estimās pecca=
toꝛē esse filiū dei vel posse esse de facili. habet spem de
venia eius ⁊ diligit proximū sicut se ⁊ cōpatit̄ ei. ⁊ sic
Ieronimꝰ. de alijs virtutibꝰ. Dicit enī hierony. super illum locū
Sicut cythara sonū cōpositū non emittit si vna coꝛda
rupta fuerit. sic spūaliter venter ꝓphete. si vna coꝛda
virtutū defuerit dulce melos nō resonabit nec ad la=
tericiū murū cunctis clamabit visceribꝰ quoꝝ verboꝝ
sententia est sibi virtutes esse connexas. ⁊ ita cui vna
deest desunt oēs. Ex his patet ꝙ scd̄m hierony. ⁊ plu
Secundo. res. ⁊ ita verū est ꝙ qui habet vnā habet oēs. Item.
dn̄s in fine mar. Qui crediderit ⁊ baptisatꝰ fuerit sal
uus erit. ergo fides cū baptismo sufficit ad salutē. sed
nullus est saluus sine caritate: ḡ qui habet fidē habet
caritatē. sed qui hꝫ caritatē hꝫ alias virtutes. qm̄ dili
git proximū: ḡ iuste se habet erga illū: ḡ cōpatit̄ illi et
Confirmat̄. miseret̄. ⁊ sic de alijs: ergo q̄ habet fidē hꝫ oēs. Silr̄
qui habet vnā aliaꝝ hꝫ oēs. qm̄ qui habet vnā aliarū
habet fidē. et qui habet fidē habet oēs: ḡ qui hꝫ vnā
Tertio, ꝟtutē quecūqꝫ illa sit hꝫ oēs. Itē. ouis viso lupo esti=
mans ipm inimicabilem ⁊ nociuū sibi statim fugit. ⁊
sicut se habet estimatio hoꝛribilis ad fugere: ita esti=
matio delectabilis ad appetere. sꝫ estimato hoꝛribili
adest fuga de necessitate: ḡ estimato delectabili adest
appetitꝰ illiꝰ de necessitate: ḡ estimās deū delectabi=
lē sibi de necessitate appetit illum sibi. sed qd̄ difficile
opat̄ natura virtus facile facit: ḡ qñ aliq̄s fide virtute
estimat deū sibi delectabilē appetit illū sibi. sꝫ hic ap
petitꝰ nō est nisi caritatꝭ: ḡ habet caritatē. ⁊ ꝑ ɔ̄ns oēs
In oppoᵐ. alias virtutes. ⁊ inde vt prius. Sed cōtra. Aug. dicit
ꝙ non est sententia diuina: sed humana. ꝙ qui habet
vnā habet omēs. sed oīs vera sententia est sententia
diuina. ⁊ hec non est sententia diuina: ergo nō est vera
Secundo. ergo non qui habet vnā habet oēs. Itē qui habꝫ vnā
habet oēs: ergo qui habet caritatem habet oēs vir=
tutes. sꝫ virgitas ē virtꝰ: ḡ qui hꝫ caritatē hꝫ ꝟgitatē
Tertio. qd̄ patet esse falsū. Itē qui habet ⁊c. ḡ a simili. ecōtra
rio. qui habet vnū viciū habet oīa. qd̄ sit falsū probat̄.
qm̄ sicut vna est radix oīm virtutū. s. fides: ita est vna
radix oīm vicioꝝ. s. libido. qm̄ sicut dicit augu. libido
est causa oīs pcti. Item aug. dicit ꝙ multi sūt in pctō Augustinꝰ
moꝛtali qui tñ a pijs precibꝰ nō desistūt. Sit igitur ꝙ
aliq̄s habeat castitatē infoꝛmē: est tñ ambitiosus vel
superbꝰ. cōstat ꝙ iste abstinet ab illecebrꝭ carnis q̄tū
debet ⁊ cuiꝰ grā. qm̄ ꝓpter deū: et qñ debet. et sic de
alijs circūstācijs: ḡ adueniēte caritate remanet eadeꝫ
castitas nō mutata. qm̄ nō addit̄ alia circūstantia: aut
ipi aut oꝑibus eiꝰ. imo elicit motꝰ vestitos eisdē cir=
cūstācijs q̄bus ⁊ priꝰ eliciebat: ḡ proꝛsus manet eadē
virtꝰ. ⁊ modo est virtꝰ theologica: ḡ et priꝰ. ḡ talis ha
bebat cōtinētiā virtutē: ⁊ nō alias ꝟtutes. ḡ nō qui hꝫ
vnā habet oēs. Itē. videt̄ ꝙ aug. sit cōtrariꝰ hieroñ. Quarto.
qm̄ hiero. dicit ꝙ sñia est bt̄i iaco. Qui hꝫ vnā hꝫ oēs
augu. dicit ꝙ nō est sñia diuina. Solutio. Qui hꝫ vnā Solutio.
habet oēs. Ad p̄io obiectū dicimꝰ ꝙ ideo dicit aug. Ad p̄mū.
ꝙ nō est sñia diuina ⁊ ꝙ sñia illa nō sit vera: qꝛ non est
expressū manifeste in textu biblie. Hiero. dicit ꝙ hec
est sñia bt̄i iaco. iō qꝛ pōt hr̄i ab illo verbo. Qui ī vno
offendit oīm reꝰ est. ⁊ ita q̄ caret vna virtute caret oī=
bus. ḡ qui hꝫ vnā habet oēs. nō est aūt hic manifeste
expressū. qm̄ predicta auctoꝛitas pōt trahi ad multa
alia. Ad scd̄m dicimꝰ ꝙ nō valet. Qui hꝫ ⁊c. ḡ virgi= Ad scd̄m.
nitatē. ⁊ est falla. acci. qꝛ hoc nomē virginitas. ⁊ si sup Fallā accidentis.
ponat essentiā virtutꝭ: tñ iponit̄ a q̄dā accidēte: ꝓpt̄
quod argumētū nō valet. Instātia. Oē aīal est hic
intus fiat distributio pro generibus singuloꝝ. sicut
fit cum dicitur. Qui habet vnam habet omnes. sed
homo albus est animal: ergo hō albus est hic intus.
patet ꝙ ibi est fallatia accidentis. Ad tertiū dicimꝰ ꝙ Ad tertiū.
nō est simile de virtutibus et vicijs ꝓpter duo. Pri Prima cā.
mo ꝙ non ē vna radix oīm virtutum. qm̄ libido ē ge
nus ad concupiscentiā carnis: et concupiscētiā oculo
rum. et iteꝝ concupiscentia carnis genus ē ad concu=
piscentiā que est in luxuria: et que ē in gula. Secun= Scd̄a cā.
do. quia vicia sūt opposita ad inuicē: sicut auaritia ⁊
prodigalitas. sed virtutes non. nō potest ḡ probari ꝙ
ita sit in vicijs: sicut in virtutibus. ꝑ locū a simili. neqꝫ
per locū a contrarijs: qꝛ virtus et viciū non sūt cōtra
ria immediata: imo quātū est de natura ipsoꝝ duo
habent media per positionē et per priuationē. ꝑ po=
sitionē quia inter fidē virtutē et infidelitatē ē media
fides infoꝛmis. per priuationē vero: qꝛ adā in statu
innocentie: nec caritatē habuit: nec virtutē vt mō: iō
non sūt virtus et viciū contraria imediata in specie=
bus suis: licet sint immedata i genere respectu adul
ti. qm̄ necessariū est ꝙ adultus habeat virtutem aut
viciū. sed non ē necessariū ꝙ habeat viciū incōtinētie
aut continētiā virtutē foꝛmatā vel infoꝛmē: sicut ptꝫ
in gentili qui cū venerit ad annos discretionis et nō=
dum cogitauerit de operibus carnis: nec incontinēs
est. nec continens aliquomō. Ad vltimū dicimꝰ ꝙ ille Ad vltimū
qui habet castitatē infoꝛmē abstinet: et inquantū de=
bet. et eomodo quo debet ab illecebris carnis. quo=
mā debet ita abstinere ꝙ diligat carnis mundiciā plꝰ
ꝙ̄ oē tempoꝛale. hoc aūt nō potest facere: nisi habeat
caritatē: et ita adueniente caritate mutatur continen
tia q̄ prius fuit. et sic ꝙ nō procedit obiectio patere ɔ̄ dicta ar̄.
potest. dictū est ꝙ qui habet vnā habet oēs: ideo qꝛ
vna est radix spūalis virtutū. s. fides. ḡ pari rōne. qui
habet vnum viciū: habet oīa cum sit vna radix oīm
vicioꝛum superbia. s. ꝙ initium oīs peccati est super=
bia. Foꝛte dicet ꝙ nō est simile: iō qꝛ fides est necessa= Euasio.
ria cā ꝟtutū. supbia ꝟo nō ē necessaria cā oīꝫ vicioꝝ Magister ī sententijs.
sꝫ occasionalis accidētal̄. vn̄ dr̄ mgr̄ i sentētijs ꝙ iō dr̄

superbia radix omnium viciorum.quia non est aliqd
genus peccati cuius non sit superbia causa aliquādo
sed eadē ratiōe posset dici ꝙ luxuria est radix omniū
viciorum.non ē enim aliquod genus peccati cuiꝰ nō
Secundo. sit luxuria causa aliquando.Item.fides ē necessaria
causa omnium virtutū.ergo a contrarijs: infidelitas
causa est necessaria omniū viciorū.et sic qui habꝫ vnū
Tertio. vicium:de necessitate habet omnia.Item.motꝰ vir=
tutū sunt voluntarij.sed nullum voluntarium habet
necessariam causā:ergo motus fidei non ē necessaria
causa motuū aliarum virtutū:ergo fides non ē neces
saria causa aliarū virtutum.qꝛ sicut se habet motus
ad motum:sic virtus ad virtutem.ergo non ex hoc ꝙ
fides est causa necessaria aliarū virtutum:necessariuꝫ
Solutio. est ꝙ qui habet vnā habeat omnes.Solutio.dicimꝰ
ꝙ fides est causa necessaria oīm virtutū et de virtute
generat omnes virtutes.maxime qꝛ omnes virtutes
tendunt ad finem fidei.quoniam cognitio sūmi boni
de necessitate generat dilectionē de deo.et sic de alijs
Ad primū Ad primū dicimus ꝙ non ē simile de superbia. quo=
niā ipsa non est necessaria causa alicuius vicij.nec oīa
vicia tendunt ad finē superbie.determinatur autē in
libro de fide ad petrum:quare dicitur superbia initi=
supbia ini= um omnis peccati co.s.quia superbia fuit primū pec
tiū peccati. catum luciferi quo inuidit hōi:tentauit:et preualuit.
ex eo fomes est in nobis qui est origo omniū viciorū
concedimus tamen ꝙ superbia ē aliquādo causa alio
rū viciorū.sicut dicit magister in sentētijs.nec est simi
le de luxuria.qm̄ magis innatus est nobis amor pro=
prie excellentie ꝙ amor luxurie aut pecunie et huius
Cupiditas modi.vnde cū apostolus dicit.Radix omnium malo
radix malo rum est cupiditas.non sumitur ibi cupiditas pro ap=
rum. petitu pecunie tantum:sed generaliter pro appetitu
pecuniarum:vel deliciarum carnis:vel proprie excel
lentie.patet ergo ꝙ superbia dicitur initium omnis
peccati. et quia fuit primum peccati angeli.: ⁊ quia
ex corruptela nature magis innatus est nobis amor
gregorius. proprie excellentie ꝙ aliud viciū.vn̄ gregorius dicit
ꝙ superbia ē primū viciū cū recedimꝰ a deo ⁊ vltimū
cum accedimus ad deū.vn̄ versꝰ. Cū bene pugnaris
cum cūcta subacta putaris. Que magis infestat vin=
cenda superbia restat.Similiter spernere mūdū sper
Ad scōm. nere nullum ⁊c.Ad secundū dicimus ꝙ non est simi=
le de fide et de infidelitate.quia fides in pluribus est
qm̄ exigitur ꝙ fidelis credat articulum esse implicite
Figura. vel explicite. vnde in leuitico comparatur sextario
olei quē leprosus pro sua emundatione debet offer=
re:cui si desit aliquid nō est sextarius:et qꝛ est omniū
articulorum:ideo ē causa omnium virtutum. qua fi=
nis aut materia non exigit articulos.sed infidelitas ī
paucioribus est:qꝛ qui discredit ī vno articulo infide
lis est.et ideo nō est causa necessaria omniū viciorum
neqꝫ etiā alicuius.qm̄ infidelitas est indifferenter re=
Alia causa spectu huius articuli et illius.Preterea.fides et in=
fidelitas non sūt contraria proprie:licet opponāṫ vt
cōtraria.quia nata sūt in eodē susceptibili et mutuo
sese expellunt.sed non sunt sub eodē genere posita:
cū viciū nichil sit:sicut motꝰ et quies non sūt pprie cō
traria:licet ad modum contrariorum opponanṫ.Ad
Ad vltimū vltimum dicimus ꝙ argumentatio non valet: ideo
quia motus fidei per moduꝫ voluntatis ē causa mo=
tuum aliarum virtutum: sed habitus fidei est causa
aliorum habituum per modum essentie et nature
⁊ propter hoc de necessitate habitus generat habitū
non tamē motus motū gn̄at de necessitate.dicimꝰ tn̄
ꝙ motus fidei est causa sufficiens motuū aliarū virtu
tum et secundū se et per se generat illos quātū in ipo
est. Itē apls dicit diuisiōes gratiarū sūt.alij datur s̄mo Iterū ar.
sapientie alij sermo scientie secundū eundē spiritum
alij fides in eodē spiritu: ergo aliquis habet sapien=
tiam q̄ nō habet scientiā aut fidē. nō ergo qui habet
vnā virtutē habet omnes.Itē super matheū dicitur Secundo.
ꝙ gradus est in virtutibus: quoniā ascenditur a pau
pertate spūs ad mansuetudinē et sic de alijs: sed vbi
est gradus ascensionis prius oportet ascēdere vnum
gradū ꝙ aliū:ergo prius habetur vna de illis virtuti
bus ꝙ alie habeātur.nō ergo qui habꝫ.⁊c.Itē iacob Tertio.
prius duxit lyam ꝙ rachelē.qm̄ prius est insistendum
operibus actiue ꝙ cōtemplatiue.vnde gregoriꝰ.qui gregorius.
arcē cōtemplatiōis possidere desiderat oportet vt prius
in campo actionis se exerceat:ergo prius habēt virtu
tes actiue ꝙ cōtemplatiue ⁊ inde vt pus.Solutio.di Solutio.
cimꝰ ꝙ diuerse sūt grē q̄tū ad prerogationē vsuū nō
quantū ad essentiā virtutū. ideo aliquis potest habe
re sapientiā de eternis.ita vt sit paratus p̄dicare alijs
de veris et eternis bonis: qui tamē nō est paratus de
fendere fidē per rationes ⁊ auctoritates efficaces ad
fidem defendēdā inducere.Ad secūdū dicimꝰ ꝙ ascē= Ad scōm.
sus est in virtutibus nō secundū essentiā virtutū: sed
quantū ad expeditionē vsus. quoniā prius oportꝫ eē
exercitatū in operibus paupertatis māsuetudinis lu
ctus et misericordie ꝙ expeditus sit aliquis ad opa
aliaꝝ btitudinū. p̄cedētia eni fuerūt quātū ad cordis
mundiciā.quoniā cum maiori difficultate operamur
opera virtutū purgati animi ꝙ opera virtutū purga
toriarū propter impedimēta nature corrupte.atten=
ditur ergo ascensus secundū expeditionem vsus et fa
cultatē operādi nō secundū essentiā virtutū. per hoc per hoc ad
patet solutio ad obiecta.Sed secundū hoc obijcitur rōnes.
cōmunis animi cōceptio est ꝙ nō quicūqꝫ potest minꝰ Iterū ar
potest maius:nec quicūqꝫ potest faciliꝰ pōt difficilius
ergo nō ex eo ꝙ aliquis est abilis ad producendū fa=
ciliora opera virtutū abilis est ad pducendū diffici=
liora:sed per fidē: spem caritatē: est homo abilis ad
faciliora opa:per alias virtutes ad difficiliora opera
ḡ nō ex eo ꝙ aliquis habet fidē:spem:caritatē:habet
alias virtutes. Itē ex hoc videtur falsū quod diximꝰ Secundo.
ꝙ oīs virtutes sunt eiusdē difficultatis.Solutio.di Solutio.
cimus ꝙ hec ppositio est falsa in virtutibus.nō qui=
cūqꝫ potest facilius : potest difficiliꝰ.quoniā virtus le
uat cor homīs supra se. vnde caritas leuat cor hoīs
supra se vt magis diligat deū ꝙ se.et magis beatitu=
dinē ꝙ vitā temporalē: et propter hoc qui abilis est
ad opera caritatis abilis est ad opera mansuetudinis
licꝫ sint difficiliora eo ꝙ difficiliꝰ est spnere se sperni:ꝙ
spnere se se.verū est ergo in virtutibus ꝙ q̄ abilis est
ad facilius:abilis est ad difficilius producendū secun
dū esse. licet nō sit abilis ad producendū illud de fa=
cili. sicut dicimus ꝙ qui habet caritatē potēs est resi
stere cuilibet tentationi et tētationi mortis. quoniā
ex quo diligit deum plus ꝙ se: si occurrat mortis ten
tatio et ipse cōferat et bene vtatur caritate quā habꝫ
vincit illā.licet nō de facili. Ex hoc patet solutio ad Ad vltimū
vltimo obiectū. sunt eni virtutes eiusdē difficultatis
quantū ad productionē vel perfectionē operum: licꝫ
non quantū ad facilē productionem eorūdem.

¶ Utrum verum sit in politicis.

¶ Secunda questio huius capituli.

Ar ꝙ sic. QUeritur vtrū verū sit in politicis ꝙ qui hꝫ vnā
habet oēs. Probatur ꝙ sic. prudētie est omīa
opera bona scdꝫ normā rationis dirigere ⁊ humanis
actibus tanꝙ diuinis prouidere: ḡ qui habet pruden
tiā puidet omibus actibus humanis tanꝙ diuinis:ḡ
actibus iusticie temperātie fortitudinis: ḡ qui habet
prudentiā habet oēs alias.sicut igiṫ per fidē pbatur
de theologicꝭ ꝙ qui hꝫ vnā habet oēs.ita per pruden
Secundo. tiam probatur in politicis ꝙ qui babet ⁊c. Item in=
directe sic.Non qui habet vnā virtutē nō habet oēs:
ergo aliquis pōt hr̄e continētiā ⁊ non habebit omēs.
immo erit in pctō mortali.Contra.Scdm phm virtꝰ
facit dignū beatitudine:ḡ iste qui habet cōtinētiā di=
Tertio. gnus est beatitudine . Item. pro pctō mortali dignꝰ
est sūma miseria: ergo simul ⁊ semel dignus est sūma
btitudine et sūma miseria.qđ est impossibile:ergo et
primū est īpossibile.s. qui habet cōtinentiā existēs in
pctō mortali.restat ergo ꝙ qui habet vnā habet oēs
Quarto Item. prius est cōsideratio finis ꝙ operū ad finē: ḡ si
aliqs est casus ppter qđ faciat opera castitatis opꝫ ꝙ
apprehendat tanꝙ finē opis deū. sed finis nō mouet
nisi appetatur:ḡ appetit deū tanꝙ bonū sibi:ḡ diligit
deū:ergo qui est castꝰ diligit deū.aut ergo diligit deū
ꝙtum debet aut non.si non:non est virtutis.si diligit
deū ꝙtum debet ⁊ eius gr̄a motus est caritatis:ergo
qui habet castitatē politicā habet caritatē.Sed pro=
batū est ꝙ qui caritatē habet habet omēs.ḡ a primo
qui habet castitatē hꝫ oēs. Similiter pōt probari de
alijs virtutibꝰ politicis.⁊ ita patet ꝙ in politicꝭ vera ē
In oppoᵐ sētētia p̄dicta. Sed cōtra.virtus est ex frequēti bene
agere.qm̄ ex freq̄nti bene agere caste fit castus. Sed
contra. non est necessarium ꝙ qui primo frequenter
operatur opera castitatꝭ ꝙ frequēter operaṫ opa for=
titudinis aut alterius virtutis: ergo nō est necessariū
ꝙ qui habet castitatē habeat alias politicas virtutes
Secundo. Item.virtutes politice sūt naturales.qm̄ nō excedūt
metas liberi arbitrij quod est naturale. Sed ꝯstat ꝙ
nō quicunqꝫ naturaliter abilis est ad opa fortitudinis
est abilis ad opera cōtinētie aut alteriꝰ virtutis. non
Solutio ergo qui habet vnā politicā habet omnes.Solutio.
Uirtutes politice dupliciter sumunṫ.Qn̄qꝫ eni dicū=
tur virtutes politice virtutes cōsuetudinarie.de qui=
bus agit aristo.in ethicis q̄ et in pctō mortali possunt
haberi.qn̄qꝫ dicūtur virtutes politice: prudentia/iu=
sticia/timor/fortitudo/eo ꝙ regūt vitā humanā ꝙtuꝫ
ad opera exteriora.de quibus in libro sapientie.Ille
habent pricipiū extrinsecū:fidē/spē/caritatē.Si ergo
hoc secūdo modo sumanṫ virtutes politice: dicimus
sicut dictū est de theologicis ꝙ qui habet vnā hꝫ oēs
duplices vir= quoniā tales nō fiūt ex frequēti bene agere:sed cōfir=
tutes poli= mātur.Si aūt aristo.de talibus intellexit dicimus ꝙ
tice. non fit in essentia ex frequēti bene agere: sed fit virtꝰ
et scdm hoc virtꝰ est accidens sonās in cōfirmationem
Si aūt primo modo dicūtur virtutes politice dicimꝰ
ꝙ non quicūqꝫ habet vnā habet oēs. qm̄ s̄m hoc vir=
tutes politice nō excedūt fines nature nisi in cōfirma=
Ad primū tione.Ad primū igiṫ dicimus ꝙ prudentie est hūanis
actibus tanꝙ diuinis prouidere. tn̄ qꝛ ad hoc ꝙ pro=
uideat efficaciter operibus alteriꝰ virtutis cū discre=
tione sua exigiṫ sciētia de illa.Dicimꝰ ꝙ nō est necessa
riū ꝙ prouideat efficaciter opibus aliaꝝ virtutū.qm̄
multi habent scientiā operū fortitudinis qui non hn̄t
Ad scōm. scientiā operū castitatꝭ aut ecōuerso. Ad scdꝫ dicimꝰ
ꝙ aliquis pōt continēs esse ppter deū ex dilectiōe na
turali:tn̄ in pctō mortali est.nec est verū ꝙ talis conti
nentia faciat dignū btitudine ꝙuis phi senserint ita.
Errauerūt eni in hoc putantes ꝙ ex solo libero arbi= Error phi=
trio posset aliquis ad btitudinē peruenire.Ad tertiū losophorū
dicimꝰ ꝙ qui cōtinēs est diligit deū dilectione natura Ad tertiū.
li:⁊ diligit deū quantū debet scdm statū caritatꝭ.vn̄ si
ppter hoc abstineat ab illecebris carnis talis abstinē
tia est motꝰ virtutis politice.nō tn̄ simplr̄ virtutꝭ.qm̄
scdm primā sūptionē nō sunt virtutes politice simplr̄
virtutes.Item.sentētia est tam scōꝝ ꝙ philosophoꝝ Iterū ar.
ꝙ virtus est perfectio aīe:ḡ qui habet vnā virtutē hꝫ
aīe perfectionē:ḡ qui habet vnā virtutē perfectus est
sed ei quod pfectū ē nichil deest: ḡ nichil deest ei q̄ ha
bet vnā virtutē:ḡ habet oēs virtutes.Itē.virtutꝭ est Secundo.
operari scdm rectā rationē: ḡ scdm discretionē:ḡ qui
hꝫ vnā virtutē operaṫ secundū discretōnē rectā: ergo
aut secundū discretionē nature:aut artis: aut virtutꝭ
non nature vel artis . quoniā virtus est certior et me
lior omni arte et omī natura:ergo quelibet virtꝰ ope
ratur secundū discretionē virtutis.nō prudētie:ergo
qui habet vnā virtutē habet ⁊ prudentiā. Itē.rō est Tertio.
caput mētꝭ:ḡ regit affectū:ḡ nō est vtꝰ in affectu q̄n sit
in ratione.sed virtꝰ politica sita in ratione non est nisi
prudentia: ergo qui habet politicam aliquam habet
prudētiā.Itē.sicut se habꝫ fides ad vtutes theologi Quarto.
cas:ita prudētia ad politicas.qm̄ sicut fides est cogni
tio omniū credendorū et fugiendoꝝ imperans elige=
re eligenda:et fugere fugienda: sic fides imperat cre
dere credenda:ergo sicut qui hꝫ aliquā virtutē theo
logicā habꝫ fidē.ita qui habꝫ aliquā politicā habꝫ ⁊
prudentiā.Sed qui habet prudētiā habꝫ oēs.quod pbaṫ mior
probatur per hoc ꝙ prudentia sicut dictū ē hꝫ iperiū
et discretionē omniū eligendorū:⁊ ita q̄ hꝫ prudētiā
habet oēs.ergo a primo qui hꝫ vnā hꝫ omēs. Item. Quinto.
iacobꝰ.Qui offēdit ī vno oīm reus ē:ergo qui habet
aliqu od peccatū nullā habet virtutē: ḡ qui caret vna
virtute caret omnibus virtutibꝰ. et inde vt priꝰ. Si
cōcediṫ. Contra.gregorius dicit sup iob. in pricipio In oppoᵐ
intellectus inutilis est sine sapientia.con siliū vile est
sine fortitudine. ergo intellectus potest haberi sine
sapientia:et consilium sine fortitudine.nō ḡ quicunqꝫ
habet vnū donorum informiū:habet omnia dona . ḡ
nec quicunqꝫ habet vnā potentiā:habet omnes Itē Secundo.
gregorius.Qui virtutes sine humilitate aggregat
quasi puluerem in ventū portat:ergo virtutes possūt
haberi sine humilitate.et inde vt prius.Item. aliqs Tertio.
potest esse qui cum audierit ꝙ corpus nostrum ē tem
plum spiritussancti ex hac fide sola abstinet se ab ille
cebris carnis:non tamen nouit dare sua:imo existi=
mat ꝙ nō tenetur dare sua in aliquo casu.certum ē ꝙ
talis hꝫ continentiā politicam ⁊ non largitatē. patet
ergo ꝙ non quicunqꝫ habet vnā habet oēs.Solutio Solutio.
dicimus ꝙ non quicunqꝫ habet vnā politicam habet
oēs:secundū ꝙ politica virtus dicitur que non exce=
dit metas nature nisi quantum ad facilitatem operā=
di.Ad primum dicimus ꝙ hec propositio.qđ perfe= Ad primū.
ctum est nichil ei deest.est vera de perfectione q̄ sim=
pliciter est perfectio.virtus autē politica non ē perfe
ctio simpliciter nec facit perfectum simpliciter:cū nō
sit virtus simpliciter sicut dictum est:quoniam caret
circunstantia nobilissima hac.s.inquantum debet. vn
de diminuit de ratione virtutis . Ad secundū dicimꝰ Ad scōm
ꝙ virtus politica operatur secundum discretionem
prudentie perfecte vel imperfecte.quoniam sicut ali

quorū articulorū quasi dimidia sicut fides vni⁹ dei et vnius remuneratoris sufficit in quibusdā phis ad generandū alias virtutes informes in illis. ita et prudētia quasi dimidia sufficit ad generationē castitatis ꝓpter quod non oportet ꝙ qui habet castitatē habeat prudētiā ꝑfectā. multi enī hn̄t discretionē in opibus carnis q̄ nō hn̄t in dandis.

Ad tertiū.

Ad tertiū dicim⁹ ꝙ non est aliq̄ ꝟtus politica siue prudētia ꝑfecta vel imꝑfecta.

Ad q̄rtum

Ad quartū dicim⁹ ꝙ hec propositio sicut se habet fides ad virtutē theologicā, ita prudentia ad politicā falsa est: si de vniuersali similitudine intelligat᷑. et hec ratio. quia fides imperfecta non potest gn̄are aliquā ꝟtutē theologicā: sꝫ prudētia iperfecta pōt gn̄are aliquā virtutē politicā.

Ad vltimū

Ad vltimū dicim⁹ ꝙ auctoritas ista: qui offendit. ⁊c. duobus modis exponitur ad p̄ns vno modo sic. qui offendit in vno mādato per peccatū mortale reus est omniū. i. in caritate per quā iplentur oīa mandata. plenitudo enī legis est dilectio. qm̄ caritati opponitur omne peccatū secundū tria.

Primo. Secundo. Tertio.

Primo quia peccatū separat a deo: sed caritas ɔiūgit deo quoniā caritas est vnio spirituū. Secundo quia peccatū est offensa dei: caritas autē facit gratū deo. Tertio quia sicut peccatū est mors aīe. ita caritas est vita anime. et qui peccat interficit se qd̄ ē ɔtra caritatē: q2 quis debet diligere se: patet igitur secundū hāc expositionē ꝙ nō quicūq; habet vnā politicā habet omēs quia politice virtutes possunt haberi sine caritate. sicut dictū est.

Alr̄ exponitur.

Secundo modo sic exponitur. qui offēdit. ⁊c. i. qui habet peccatū mortale omia opera sua reddit inutilia ad salutē. nec ex hac expositione sequitur ꝙ qui habet vnā habeat oms. quoniā opa ꝟtutū politicarū nō valēt ad salutē nisi adsit caritas.

¶ De contrarietate virtutū politice et theologice. ¶ Tertia questio hui⁹ capituli

Ar̄ ꝙ sic.

Queritur vtrū sit cōtrariū virtuti politice et virtuti theologice. videt᷑ ꝙ sic. scd̄ꝫ phm virtuti politice contrarius est habitus ad male agēdū. quoniā sicut ex frequēti bene agere relinquitur bon⁹ habit⁹ ad bene agendū de facili: ita ex frequenti male agere relinquit᷑ malus habitus ad male agendū de facili. et ita scd̄ꝫ phm ꝟtuti ɔ̄ri⁹ est mal⁹ hit⁹: sꝫ ꝟtuti theologice idē ē ɔ̄riū eo ꝙ sicut ꝟt⁹ theologica facit dignū vita eťna sic mal⁹ hitus facit dignū pena eťna. ⁊ ita idē est cōtrariū virtuti politice ⁊ theologice.

Secundo.

Itē eadem est lex naturalis ⁊ lex scripta sicut dicit augustinus. ꝙ lex naturalis per pctm̄ deprauata: per scripturā reparata est: ergo eadē est transgressio legis naturalis et legis scripte: sed trangressio legis naturalis est cōtraria virtuti politice. et transgressio legis scripte cōtraria est virtuti theologice: ergo idē est cōtrariū vtriq; virtuti. et hoc sequitur ꝙ virtus theologica et ꝟtus politica sint eadē virtus vel idē ɔtrariū duobus.

Euasio.

Forte dicet ꝙ idē est cōtrariū: sed nō eodē modo. quoniā viciū est contrariū virtuti politice imediate: sed theologice mediate. vt patet in cōtinentia. quia sunt q̄ neq; cōtinentiā virtutē habent neq; incōtinētiā luxurie. habēt autē cōtinētiā informē. ⁊ ita quod est extremū in politicis: mediū est in theologicis.

Ad idem.

Itē quelibꝫ virtus oponitur vicio mediate: ergo cū virtus et vicium non habeant oppositionē nisi rōne suorū cōtentorum erūt virtus et viciū contraria siue opposita mediata quod patet esse falsū. quoniā necessariū est virtutem aut viciū inesse suo susceptibili ⁊ loquimur de adulto qm̄ oīs adultus dignus est beatitudine vel gehenna.

Solutio.

Dicimus ꝙ ꝟtus opponitur vicio mediate quātum ad quedā: sed imediate quantū secūdū rationē generis et per modū cōtrarietatis ⁊ imediate etiā in quibusdā speciebus. vt infide et in fidelitate. dicimus eī ꝙ adultus tenetur credere in deum. vnde si nō credit omittit et est infidelis quantum ad omissionem fidei nec habet plures omissiones: licet habeat omissionē pluriū. eo ꝙ habeat omissionem fidei que est radix ⁊ causa necessaria omniū aliarū virtutū / et ob cui⁹ difficultatem vna ē in virtutibus difficultas. et ꝓpter hoc dicit augu. ꝙ peccato infidelitatis retento oīa retinētur. et eo deleto oīa delentur. qm̄ tale viciū nō potest deleri nisi per fidē virtutē. ⁊ qui non habet fidem virtutem habet peccatum infidelitatis / saltē per modū omissionis.

Augustin⁹

Ad rōnem

Ex hoc patet solutio. qm̄ respondendum est per interemptionē hui⁹ quelibet virtus theologica mediate opponitur sibi vicio cōtrario. Cōcedim⁹ tn̄ in quibusdā virtutibus sicut in continētia et largitate: et huiusmodi: que habent contrarietatem ad vicia mediatiā. s. per modum negationis: ⁊ nō ꝑ modum vere positionis. q2 informis continētia nō ē medium inter peccatum luxurie et continentiā virtutē. ideo quia manet cum altero extremorū. potest enim aliquis habere peccatū luxurie et continentiā informem.

Opio aliquorum.

Item. quidā dicunt ꝙ nullus habitus ad male agendū est in homine. sed continenti ex similibus actibus similes habitus fiunt: ḡ sicut ex bene cytharisare relinquitur bonus habitus cytharisādi. ita ex praue cytharisare relinquitur prau⁹ habit⁹ cytharisādi. ergo sicut ex bene agere relinquitur habitus ad bene agendum. ita ex male agere relinquitur habit⁹ ad male agendmm.

Scd̄a ratō eorum.

Itē. decor anime est habitus ad bn̄ agendū. ergo a simili ecōtrario. turpitudo aīe est habitus ad male agendū.

Euasio.

Forte dicet ꝙ peccatū non est habitus. qm̄ nullus habitus anime est malus.

ɔ̄ hanc ar̄.

Sꝫ cōtra. multi sūt qui quasi inuīcibiliter proni sūt ad luxuriā: vel ad alid̄ pctm̄. et ex illa pronitate operant᷑ frequenter et frequentius q̄ plures iusti ex sua virtute.

Ar̄ inq̄sitie

Queritur ergo vtrū illa frequentia sit ab habitu aut a pura potentia liberi arbitrij aut a predicto vulnere. a pura potentia nō. q2 secūdū hoc quilibet habēs illā potentiā haberet frequētiā taliū operū. Itē. nec a vulnere. qm̄ vulnus potius impedit frequētiā operum q̄ expediat. sicut equus vulneratus poti⁹ vellet quiescere q̄ laborare. restat ergo ꝙ frequentia malorum operum est ab habitu malo. et inde vt prius.

ɔ̄ hoc tn̄ ar̄

Sꝫ contra. Esto ꝙ aliquis transeat ab auaricia ad prodigalitatem sine pn̄ia. constat ꝙ peccatū auaricie non est deletū in ipso. adhuc habet peccatū auaricie ⁊ habet habitū prodigalitatis. ḡ simul est abilis ad opera auaricie: ⁊ ad opera prodigalitatis. quod ē impossibile.

Solutio.

Dicimus ꝙ sicut ē habitus ad bene operandū: ita ē habitus ad male operandū.

Ad rōnem

Ad illud qd̄ obicit᷑ dicim⁹ ꝙ in predicto casu peccatū auaricie transit actu et habitu: tn̄ remanet reatu. qm̄ reatus nō aufert᷑ nisi per penitētiā.

In peccato mortali tria sunt.

In peccato mortali tria sūt. actus / habitus / vulnus / naturaliū: duo prima sunt pctm̄. ꝓpt᷑ tertiū. qm̄ corrūpūt imaginē dei ī aīa: ⁊ ex hoc faciūt dignū morte eterna. pma duo bn̄ trāseūt ṗ penitētia sꝫ tertiū nō. qm̄ imago siue naturalia n̄ reparāt᷑ nisi ꝑ ꝟtutē. igr̄ sicut origīale peccatū trāsit reatu. sꝫ remanet actu. ita mortale pctm̄ trāsit q̄nq; et actu ⁊ hitu.

¶ Utrum oēs virtutes sint pares.

¶ Tractatus decimusquartus.

Dicto de connexione: dicendū est de equalitate carūdē. Primo vtrū omnes virtutes sint pares ī eodē. Scd̄o propter quā p̄eminētiā caritas ⁊ fides dicuntur maiores alijs. Tertio in quo sapientia et intellectus p̄emineāt ceteris donis.

¶ Unicum capitulum.

¶ Prima questio.

Ar̄ ꝙ sic.

Circa primū capitulū probatur ꝙ oīs virtutes in eodē sunt pares: super illud apo. Paria sunt latera ciuitatis. dicit glo. fides spes caritas et operatio bona: ergo fides: spes: caritas. ⁊c. et alia glosa. latera ciuitatis sunt prudētia: timor: fortitudo: iusticia ergo tam cardinales virtutes q̄ theologice sūt equales: ergo oēs.

Secūdo ꝑ augustinū.

Itē augustin⁹ probat ꝙ virtutes sūt pares sic. si temperantia esset minor prudētia in isto: tēperantia esset minus fortis et similiter prudentia: ergo iste esset minus fortis et magis fortis: qd̄ est ipossibile. similiter si temperantia est minor q̄ fortitudo accidit ꝙ iste sit magis prudens et minus qd̄ non pōt esse. relinquitur ergo ex ꝓbatione augustini ꝙ omes virtutes sunt pares.

Tertio.

Itē oīs virtus habet perfectionem suā ab hac circūstātia: propter deū siue propter summū bonū: ergo vna est perfectio siue forma omniū virtutū: ergo eadē bonitas. quoniā sicut a forma est esse ita et bonitas: ergo omēs virtutes sunt pares in bonitate ergo pares. quia proprie nō attenditur paritas vel inequalitas ꝟtutū nisi quantū ad bonitatem

Quarto.

Itē indirecte sic. esto ꝙ aliquis habeat minorē prudentiā q̄ fortitudinē. inde sic. iste est tantū prudēs: ḡ tantū bonus. nullo enī est aliquis bonus nisi virtute.

Quinto.

Itē idē est magis fortis: ergo magis bon⁹: ergo iste est magis bonus et minus bonus. sed quia iste bon⁹ dignus premio. et quia tantū bonus dignus tāto premio. et est magis bonus et minus bon⁹: ergo iste est dignus maiori premio et minori: qd̄ est impossibile.

Eodē modo argui᷑.

Eadē est obiectio si demonstrent᷑ duo: quorū vn⁹ habet virtutes minores cardinales q̄ theologicas. alt⁹ ecōuerso: tamē in sūma ꝟtutes istius sunt pares virtutibus illius. quoniā rōne maiorū virtutū et minorū est alter altero dignus maiori premio et minori.

In oppoᵐ

Sꝫ cōtra virtutes vni⁹ sunt pares virtutibus alterius: ḡ equali premio sūt digni. Ex hijs videt᷑ ꝙ oēs virtutes sunt pares in eodē.

Confirmat᷑

Sed ɔtra. multi pollent fide qui nō pollent scientia vt dicit augustin⁹. et loquit᷑ de sciētia dono: ergo in multis nō sunt pares fides et sciētia donū. nō ergo oīs virtutes sunt pares de necessitate in eodē.

Secundo.

Itē de sanctis nō est inuētus similis illi. qm̄ quilibet sctūs habet in aliq̄ virtute prerogatiuā suā sicut paul⁹ habuit ꝑrogatiuā hūilitatis. moyses mansuetudinis. abraham fidei. iohānes virginitatis: ergo maior fuit humilitas in paulo q̄ cetere virtutes et sic de alijs.

Tertio.

Itē propter vnūquodq; est tale. ipsum est magis tale q̄ quod propter illud: sed propter virtutes theologicas sūt cetere virtutes bone: ḡ ꝟtutes theologice. scꝫ fides spes caritas sunt meliores ceteris virtutibus. et inde vt prius.

Quarto

Itē mot⁹ caritatis in deū in īfinitū maior est motu pietatis eo ꝙ pietas nō mouetur nisi in proximū: sed intensio virtutis nichil aliud est q̄ efficatia aut potestas elicīēdi maiorē motum: ergo caritas est intensior q̄ pietas: ergo caritas est maior pietate. nō ergo virtutes sūt pares.

Solutio. Multiplex opinio.

Solutio. multiplex est opinio super questione ista. quidā dicunt ꝙ virtutes sunt pares in intensione. Secundum primā opinionē respondem⁹ ad primo obiectū ꝙ hec argumentatio nō valet: multi pollent. ⁊c. non ergo in eis sūt pares scientia et fides. preeminētia enī nō attēditur s̄m intēsionē. sed secūdū expeditionē et frequentiā motuum. qm̄ scientia que est prudētia spiritus supponit oīa scibilia quorꝫ cognitio vł discretio vtilis est ad salutem. vn̄ qui maiorem habent discretionē et pluriū magis expediti sunt ad actus sciētie doni. et frequenter operantur ad imperiū illius doni quia ergo nō oēs fideles habent hanc discretionem in amplitudine: verū est ꝙ multi pollent fide: q̄ non pollent sciētia.

Ad primū

Exemplū.

Sicut patet ī vetula que habꝫ tātam fidem quātam theologus: et tantā prudentiā spirit⁹ sed nō habet tantā discretionē. vn̄ q2 nō habet tot adiuuantia ad vtendū expedite illo dono: dicit᷑ nō pollere sciētia. et propter hoc accidit ꝙ alijs parib⁹ ī eodē genere peccati plus peccat theologus q̄ simplex vetula.

Ad scd̄m.

Ad secundum dicimus ꝙ prerogatiua sanctorū nō attēditur secūdum intēsionem virtutis: sed frequēti expeditione motuū. hoc aūt attendit propter quatuor causas.

Prima cā

Prima est ipsa cōplexio que iuuat virtutem ad expediendū actus suos: sicut sāguineus ī medio magis est abilis ad opera mansuetudinis: q̄ melēcolicus. melēcolicus vero ad opera ire per zelum.

Scd̄a cā.

Secunda causa ē maior discretio in operibus vnius virtutis q̄ alterius. quelibet enī virtus habet suas proprias operationes. vnde aliquis ꝑt habere discretionē operum vni⁹ virtutis: q̄uis non habeat tātam discretionē operum alterius virtutis.

Tertia cā.

Tertia causa ē maior exercitatio in operibus vnius q̄ alterius. qm̄ exercitatio multum prodest ad expeditionē actuum

Quarta cā

Quarta causa est diuersitas status. verbi gratia. aliquis de nouo cōuersus per penitentiam licet habeat maiorꝫ caritatē q̄ alius qui diu māsit in caritate. nō est tamē ita expeditus ad bene agendū sicut alius impediente difficultate status propter peccatorum reliquias que adhuc manēt.

Ad tertiū.

Ad tertiū dicimus secūdꝫ istam opinionē ꝙ virtus non generat virtutē. sed motus vnius ꝟtutis generat motus aliarū ꝟtutū. et ita soluerent per interēptionē.

Alr̄ ꝑt dici

Uel dicerēt ꝙ hec regula propter vnūqd̄q; ⁊c. intelligenda est in illis que ī subiecto subiacente qualitatē efficiunt sue qualitatis similem. sicut patet in exemplo de aqua et igne. sed non tenet in illis quorū alterū generat reliquū: non solum quantū ad qualitatē: sed etiā quātū ad eē. verbi gr̄a. homo generat hominē ⁊ q̄nq; est filius rationabilior patre.

Ad q̄rtum

Ad quartū dicerēt ꝙ pietas et cetere virtutes nō mensurantur secundū suos motus. sꝫ secundum mensurā caritatis que ē omniū perfectio / ⁊ forma. vnde quanta est caritas: tante sūt ⁊ alie virtutes. licet motus caritatis sit in infinitū maior q̄ mot⁹ pietatis. dictū est secundū quorūdā opinionē: ꝙ oīs virtutes sūt equales in eodē intēsione / ⁊ efficatia merendi.

ɔ̄ hāc opionem ar̄.

Sed cōtra. certū est ꝙ motus caritatis in deū in infinitū est maior motu eiusdē in proximū. sꝫ motus caritatis ī proximū: aut ē equalis: aut maior motibus iusticie: aut pietatis: q̄ similiter sūt in proximū tantum. ergo motus caritatis maior est motibus iusticie vel misericordie: ḡ habitus habitu: ḡ caritas ē maior q̄ iusticia vel misericordia. non ergo omnes virtutes sūt pares in eodē intensione.

Euasio.

Forte dicet ꝙ huiusmodi virtutes iusticia: pietas: sequentes caritatem: equales sunt caritati. eo ꝙ mensurātur secūdū quantitatem caritatis.

ɔ̄ hanc ar̄.

Contra. sicut probatū est: mo

tus caritatis in infinitũ est maioꝛ motibus iusticie et
pietatis. ꝙ motus illarũ virtutum non mensurantur
secundũ motũ caritatis : ergo nec ille virtutes scd̃m
quãtitatẽ caritatꝭ. quoniã maioꝛ assimilatio motuũ
debet esse adinuicẽ ꝙ virtutũ secundũ opinionẽ istam
que ponit ꝙ motus caritatis generat motũ aliarum
Secundo. virtutũ: virtus non generat virtutẽ. Itẽ sol calefacit
et propinquioꝛa et remotioꝛa . propinquioꝛa magis
remotioꝛa minus. et licet illa que calefiũt sic caloꝛem
habeant ab eodẽ fonte : tamẽ nõ mensurãtur secũdũ
caloꝛẽ sui fontis. ideo habent propꝛias mẽsuras qb⁹
mensurãtur: ergo pari rõne ꝙuis iusticia et pietas ꝛ
huiusmodi virtutes sint a caritate : tamẽ habẽt pro-
pꝛias quãtitates et mensuras quibus debẽt mẽsura
ri: ergo nõ habẽt mensuras scd̃m quãtitatẽ caritatis
Euasio. Forte propter istas ratiões dicet aliquis ꝙ virtutes
nõ sunt equales quãtũ ad intensionẽ: sed solũ quantũ
ꝯ hanc ar. ad efficatiã merẽdi. Sed contra generalis regula est
ꝙ tantũ intenditur ꝓpꝛietas quantũ accedit ad verã
nomĩs impositionẽ sue speciei: ergo equales sũt pro
pꝛietates intensione que equaliter accedũt ad veram
impositionẽ noĩs sue speciei: sed omñs virtutes in eo-
dem equaliter accedũt. ꝛc̃. ꝙ in eodẽ sunt equalr̃ in-
tẽse. ꝓbatio medie loq̃mur de caritate ꝛ iusticia hui⁹
caritas hui⁹ eq̃ accedit ad suã veri noĩs ĩpositionẽ. scȝ
ad caritatẽ xp̃i que est optima caritatũ creaturarum.
vel ad caritatẽ chꝛisti exemplarem sicut iusticia eius-
dem ad iusticiã chꝛisti creatã vel iusticiã dei exempla
rem. aliter enĩ nõ esset iste vniformiter similis deo: ꝙ
caritas huius ꝛ iusticia equalr̃ accedunt ad suas veri
nominis impositiões. similiter et alie virtutes: ergo
media propositio est vera et maioꝛ similiter: ergo et
cõclusio. et ita patet ꝙ omñes virtutes sunt equaliter
ꝯ hoc tñ ar intense. Contra. maioꝛ est misericoꝛdia dei ꝙ iusticia
eius. quoniã essentialiter diligit se etiã ante mũdum
sed nõ sic exercet opera iusticie: ergo virtutes accedẽ
Solutio. tes equaliter ad illas sunt inequaliter intense. Solu-
tio. dicimus ꝙ virtutes sunt equaliter intẽse quantũ
ad efficatiã merendi et quantũ ad intensionẽ eq̃litate
inq̃ propoꝛcionabili nõ equalitate absoluta. eq̃liter
enĩ accedunt ad verã sui nominis impositionẽ secun-
dum statũ suũ et materiã propꝛiam vel equales sunt
Alr̃ dicitur equalitate generis: non equalitate speciei. quoniã si
magna est caritas magna est misericoꝛdia/ licet nõ tã
ta. et hec solutio sequitur ex pꝛima. qm̃ ex eo ꝙ virtu
tes sunt equales in intensione equalitate propoꝛtio-
nabili: sequr̃ ꝙ sũt equales equalitate generis. Tria
Ad pꝛimũ igitur attendimus in equalitate virtutũ. Pꝛimũ est
Ad scd̃m. equalitas strẽnuitatis siue difficultatis. Secundũ est
Ad tertiũ. eq̃litas intensiõis ꝓpoꝛtionabilis . Et ex hiis duob⁹
Ad vltimũ est tertiũ. scȝ eq̃lis efficatia merendi. Ad vltimo obie
ctũ dicimus ꝙ hec argumẽtatio: omẽs virtutes equa
liter accedunt ad suas veri nomĩs impositiões: ergo
equaliter intenduntur: nõ valet nisi sub disiũctione in
telligar̃ cõclusio. sic intenduntur equaliter equa[li]ta-
te intensionis absoluta vel propoꝛtionabili. de abso-
luta autẽ equalitate sequerer̃ si omnes haberent eã-
dem veri noĩs impositionẽ ad quã accedũt: sed nõ ha
bent vnã imo plures: que in se cõsiderate sunt inequa
les. sicut ostensũ ẽ in opponẽdo ad ob[iection]es q̃ videntur
tur esse cõtra solutionẽ istã. Respõdemus ad pꝛimũ
Ad pꝛimũ quod obiicitur ꝙ equalia sũt latera ciuitatis. dicim⁹
ꝙ verũ ẽ quantũ ad equalitatem propoꝛtionabilem:
et non quãtũ ad absolutam: tamẽ tres virtutes theo-
logice. s. fides/spes/caritas. propr̃ eãdẽ naturã quã
hñt sunt equaliter intense equalitate absoluta . sȝ nõ
sunt equaliter intense cũ bona operatione: nisi equa-
litate generis. Ad secundũ dicim⁹ ꝙ ratio augustini Ad scd̃m.
est bona. verum ẽ enim ꝙ tam prudens est tẽperãtia
quanta ipsa est ꝛ foꝛtitudo: ꝛ alie omnes. et hoc pro-
pter cõnexionẽ virtutũ. Dicir̃ aũt tẽperantia prudens Tẽperãtia
propter habitudinẽ quã habet ad prudẽtiã a qua re prudens.
gitur: dirigitur: oꝛdinatur. sicut vrina dicitur sana ꝓ
pter habitudinẽ quã habet ad sanitatẽ. similiter dicẽ
dum est de aliis virtutibus. Ad tertiũ dicim⁹ ꝙ oẽs Ad tertiũ.
virtutes sunt eque bone. i. eque vtiles ad merendum
quia eiusdẽ sunt strennuitatis vel difficultatis ꝛ equa
lis propoꝛtionis. et equaliter sunt efficaces ad merẽ-
dum. nõ tamen sunt eque bone ad fruendũ. ꝙ aũt ca-
ritas habet maioꝛẽ motũ ꝙ misericoꝛdia: nõ a stren-
nuitate virtutis: sed a materia caritatis. s. ab abundã
ti bonitate dei trahentis. sicut super psal. dicit glo. ꝙ Glosa psal.
maioꝛis virtutis est exuere veterẽ hominẽ ꝛ induere
nouũ: ꝙ semꝑ mansisse in virtute. i. maioꝛis strẽnuita
tis. sicut aũt quedã coꝛde sunt graues: quedã acute:
quedã superacute: ꝛ tamẽ sunt vnius cõsonãtie. simi
liter in virtutibus quedã quasi graues: vt quattuoꝛ
virtutes cardinales. virtutes acute: fides/spes/cari-
tas. superacute: sapientia: intellectus.

¶ De prerogatiua virtutum.
¶ Secunda questio huius capituli.

Q Ueritur de prerogatiua virtutũ. ꝛ õr ꝙ caritas
sit melioꝛ omnibus aliis. apo. dicit. Fides/spes Ar ꝙ cari-
carias hec tria: maioꝛ autẽ hoꝛũ ẽ caritas: sed nõ nisi tas sit me-
in bonitate. ergo caritas melioꝛ est ꝙ fides: vel spes lioꝛ.
ergo melioꝛ ꝙ omnes. Item. adhuc excellentioꝛem Secundo.
viã vobis demonstro: et loquitur de caritate. ꝙ cari-
tas est excellentioꝛ via ad deum. sed in tantũ ẽ bonũ
aliquid: inquantũ est via ad deum. et inde vt prius.
Item. in pꝛima epistola ad co. Emulamini melioꝛa Tertio.
carismata. i. ardenti desiderio appetite: et loquir̃ de
caritate. ergo vt prius. Item. caritas est delectabili- Quarto.
oꝛ omnibus aliis. hoc constat. sed bonũ ẽ cuius appre
hensio est delectatio. ergo caritas ẽ melioꝛ omnibus
cũ sit delectabilioꝛ. Item. caritas ẽ permanẽtioꝛ om- Quinto.
nibus. qm̃ ipsa nunꝙ excidet aut essentia aut vsus. sȝ
omnes alie virtutes aut essentia aut vsu excident. ꝙ
quantum ad hoc melioꝛ est omnibus aliis: ꝛ in oĩb⁹
aliis ẽ par. ergo ipsa simpliciter ẽ melioꝛ oĩb⁹. Item Sexto.
ꝙ ipsa sit melioꝛ virtutibus sequentib⁹ ipsã: sic ꝓbar̃
quod propinquius ẽ fini: magis est eligẽdũ ꝛ meli⁹
est. quoniã a fine ẽ bonitas. sed caritas ẽ propĩquioꝛ
fini ꝙ virtutes sequentes: quia ipsa delectamur ĩ deo
immediate: aliis vero mediate. sed ĩmediate in eis q̃
sunt via ad deum: sicut continentia delectamur ĩ mũ-
dicia carnis. et sic de aliis. ergo caritas simplicir̃ me-
lioꝛ est ceteris virtubus. Item. propter qd̃ vnumqd̃- Septimo.
ꝙ ꝛc. sed virtutes sequentes nõ sunt bone nisi a cari
tate: a qua hñt etiã ꝙ sũt. ꝙ caritas ẽ melioꝛ ꝙ ille: sȝ
videtr̃ ꝙ fides sit melioꝛ oĩb⁹. qm̃ rõ ẽ optimũ ĩ hoĩe.
alir̃ nõ eẽt rõale differentia perfecta hominis. ꝙ virt⁹
perfecta rõnis melioꝛ est. sed fides est perfectiua rõis
ergo melioꝛ. Preterea. apo. dicit et si vetus homo Octauo.
coꝛrumpitur de die in diem: interioꝛ tamen hõ reno
uatur in agnitione eius q̃ creauit illum. ibi dicit au- Augustin⁹
gustinus. ꝙ imago dei est ratio. ex quo pȝ ꝙ optimũ
in homine est ratio: ergo perfectio ratiõis melioꝛ est

perfectionib[us] aliarũ potentiarũ: sed fides est ꝑfectio
ratio nis. caritas cõcupiscibilis. spes irascibilis : ergo
fides est melioꝛ caritate et spe. et ita per consequens
Nono. oĩbus aliis ꝟtutib⁹. Itẽ pꝛmia ꝓpoꝛcionãr̃ meritꝭ: ꝙ
optimo pꝛmio rñdet optima ꝟtus in via: sȝ cognitio q̃
succedet fidei erit optimũ in gloꝛia. quod patet per
hoc quod dñs dicit in euangelio. hec est vita eterna.
Decimo. ꝛc̃. ergo optima virtus in via est fides. Itẽ sup illud
Augustin⁹ psalmi. et ostendã illi salutare meũ. dicit augustinus
ꝙ visio dei erit tota merces: sed visio dei succedet fi-
dei. ergo tota merces debetur fidei : ergo fides sim-
In oppoᵐ pliciter est melioꝛ omñi virtute . Sed videtur ꝙ omñs
virtutes sunt eque bone. quoniã sũt eque meritoꝛie:
Secundo. ergo eque preciose: ergo eque bone. Itẽ si vna virt⁹
esset alia melioꝛ cũ a volũtate virtutis sit homo bon⁹
et dign⁹ premio: sequeretur ꝙ idẽ homo esset magis
bonus et minus bon⁹/ et dignus maioꝛi pꝛmio et mi-
noꝛi qd̃ est impossibile. restat igir̃ ꝙ ꝟtutes sint eque
Tertio. bone. Itẽ dicitur ꝙ stat eque intense equalitate abso
luta. sunt enĩ eque bone vt pꝛobatum est ꝛ nõ est alia
causa sue intensionis nisi intensio sue bonitatis. quo-
niã virtus est sua bonitas: ergo cũ sint eque bone sũt
Euasio. eque intense: absoluta intensione. Forte dicet ꝙ cari-
tas habȝ a materia sua ꝙ sit intensioꝛ. quia ĩmediate
ꝯ hanc ar. mouetur in deum. Contra. ignis calefacit ligna sicca
magis ꝙ humida . tamẽ propter diuersitatẽ materie
nõ variar̃ intensio sui caloꝛis: ergo pari ratiõe nec ma
teria caritatis variabit intensionẽ virtutis : ergo oẽs
virtutes sunt eque intẽse equalitate absoluta: quod
Solutio. est cõtra predicta. Dicimus ꝙ ꝙuis caritas sit melioꝛ
aliis secundũ quid et fides similiter sicut ostẽsum est.
tamẽ oẽs sunt eque bone simplicir̃. Simpliciter enĩ
bonũ est quod vtiliter habet esse: virtutes autẽ omñs
eque vtiles sunt simpliciter. quoniã sunt eque meri-
toꝛie. hec enĩ est summa vtilitas virtutũ ꝙ sunt meri-
toꝛie vite eterne. dicim⁹ ꝑ regulã generalẽ ꝙ de virtu
te aliqua nõ potest ꝓbari ꝙ ipsa sit melioꝛ simpliciter
nisi per hoc mediũ. qꝛ est melioꝛ ad merẽdũ vitã eter
nam. si vero aliud mediũ assumat et inferat simplicir̃
Ad pꝛimũ. erit fallatia secundũ quid et simpliciter ibi. Ad pꝛimũ
ergo dicimus ꝙ caritas est maioꝛ aliis. quia ꝑmanen
tioꝛ: sicut dicit glo. et etiã intensioꝛ et iocũdioꝛ nõ tñ
simpliciter melioꝛ. quoniã nõ est vtilioꝛ ad peruenienẽ-
Ad scd̃m . dum ad deũ. Ad secundũ dicim⁹ ꝙ caritas est excellẽ
tioꝛ. qm̃ secundũ statũ presentẽ sũma bonitas caritatꝭ
et cuiuslibet alterius virtutis est ꝙ facit hominem di
gnũ vita eterna siue ꝙ ductiua est ad sũmã beatitudi
nẽ. i. ad fruitionẽ sũmi boni et quantũ ad hoc melioꝛ
nõ tamẽ simpliciter propter predictã rationẽ. Ad ter
Ad tertiũ tiũ dicimus ꝙ apostolus inuitabat coꝛinthios ad caris
mata que sũt necessaria ad salutẽ que sunt in infinitũ
melioꝛa ꝙ sit peritia linguaꝝ quã affectabãt coꝛĩthii
Ad pꝛimã Ad pꝛimã rationẽ patet solutio . qm̃ caritas est dele-
ctabilioꝛ aliis et in hoc melioꝛ : tamẽ non simpliciter
nec est verũ in virtutibus ꝙ bonitas earũ sit a delecta
tione sua: sed sicut dictũ est ab eo ꝙ vtiles sunt ad vi-
Ad aliam. tam eternã promerendã. Ad scd̃am rationẽ dicimus
ꝙ argumentũ nõ valet: caritas est melioꝛ ceteris quã
tum ad hoc ꝙ ꝑmanentioꝛ et in aliis est par. ergo sim
pliciter melioꝛ. qm̃ illa bonitas secundũ quid nõ ad-
dit ad bonitatẽ simpliciter cũ sit impropoꝛtionabilis
Exemplũ. et. sicut si addas punctũ linee non fit maius. Ad aliud
Ad aliud. dicimus ꝙ caritas est melioꝛ virtutibus seq̃ntibus
quantũ ad hoc ꝙ fini propinquioꝛ est : nõ tñ simplicir̃
quia bonitas virtutis non attenditur secũdũ approxi
mationẽ finis: sed secundũ vtilitatẽ virtutis ad habẽ
dum finem. Ad aliud dicim⁹ ꝙ regula illa: ꝑpter qd̃ Ad aliud.
vnũquodꝙ ꝛc. locũ hȝ tantũ vbi aliq̃d ꝯsimilem qua
litatem inducit in subiecto subiacente: sed nõ habet
locum vbi vnũ non est alterius secundũ esse. sicut di-
ctum est supꝛa. Ad ea que de fide obiicitur : dicim⁹ ꝙ Ad aliam.
reuera ratio optimũ ẽ in homine nõ ꝙ ĩ ipso sola sit
imago dei: nisi cõplectantur tres vires motiuas. sed
quia pꝛima est in ipsa: quoniã ipsa dirigit et oꝛdinat
et ꝙtũ ad hoc bñ. cõcedim⁹ ꝙ fides est melioꝛ etiaȝ ꝙ
caritas. sed non sequir̃ ꝙ sit simpliciter melioꝛ. quo-
niam non est vtilioꝛ ad promerendũ deũ. Ad aliud di Ad aliud.
cimus ꝙ beatitudo non consistit solum in visione dei
sed etiã in amoꝛe dei. sicut dicit augustin⁹: ꝙ vita eter
na est videre qd̃ amas: ꝛ amare quod vides. vnde to
tum premiũ attribuitur visioni vel cognitioni . ideo
qꝛ cognitio ẽ generatiũ amoꝛis. ꝛ qꝛ ꝓꝑe ꝛ pꝛĩo frui-
tio est ĩ ipa visione. qm̃ augu. dicit ĩ libꝛo de immoꝛ- Augustin⁹
talitate aĩe. ꝙ ĩtelligere siue videre deum idẽ est ꝙ
audire ipsum: ꝛ audire idẽ quod olfacere : ꝛ gustare
ꝙ tangere qd̃ ẽ ꝓpꝛie deo. Ad vltimo obiectũ dici- Ad vltimũ
mus ꝙ caritas est intẽsioꝛ aliis: et hoc habet a mate-
ria propꝛa ꝛ a fine: foꝛtis enĩ vt moꝛs est delectatio. ꝛ
augustinus. Machia mentis: vis amoꝛis: nec ẽ simi- Augustin⁹
le de caloꝛe ignis. qm̃ ligna vr̃ quecũꝙ materia ignis
nõ est de essentia ignis aut caloꝛis ei⁹: sed sũmũ bonũ
est de essentia caritatis: sicut materia ꝓpꝛia ꝛ ꝓpꝛius
finis. ꝛ propter hoc caritas habet maioꝛẽ potentiam
eliciendi motus suos: ꝛ expellere suũ contrarium. in
hoc aũt attenditur intẽsio virtutis. Item. de⁹ est sũ- Iterũ ar.
me delectabilis. ergo delectatio qua ĩ eo delectamur
est in nobis sũma delectatio. sed caritate delectamur
ĩ ipo pre ceteris ꝟtutib⁹. ꝙ caritas simplr̃ ẽ delectabi
lioꝛ oĩ alia virtute. ergo simpliciter melioꝛ. bonũ est
enim cuius appꝛehensio ẽ delectatio. Item. augusti Secundo.
nus õr in libꝛo de caritate dei in fine. ꝙ beatitudo vi
dere qd̃ amabimus: ꝛ amare quod videbimus. ergo
amoꝛ siue caritas erit pars beatitudinis nostre quod
non erit alia virtus: vt iusticia vel temperantia: vr̃ hu
iusmodi: ergo in patria erit caritas simpliciter meli-
oꝛ omni alia virtute. ergo pari ratione ꝛ in via simpli
citer est melioꝛ: quod est contra predicta. qm̃ dictum
est ꝙ oẽs virtutes sũt eque bõe. Solutio. dicim⁹ sine Solutio
ꝑiudicio ꝙ caritas est delectabilis duob⁹ modis. vno
modo quantũ ad actũ suũ. secundũ qd̃ facit nos dele
ctari in deo in presenti. ꝛ quantũ ad hoc delectabilioꝛ
est omni alia virtute: ꝛ melioꝛ: non tamen simpliciter
quia hec delectatio in presenti non permanet . vnde ĩ
canticis. Fuge dilecte mi ꝛc. permixta est multis tri-
sticiis: que sunt de peccatis ꝓpꝛiis: ꝛ de peccatis alie
nis: de incolatu miserie. ꝛ de dilatiõe patrie. Secun- Alio mõ.
do modo est caritas delectabilis in se: ꝛ hoc duplicir̃.
qm̃ secundũ ꝙ est honestas est decoꝛ aĩe siue pulcritu
do [aĩe]: sicut pulcritudo hominis ẽ ex decẽti mẽbꝛoꝝ
oꝛdinatione ꝛ venustate coloꝛis. sic ꝛ pulcritudo aĩe
ex decenti oꝛdinatione actuũ: ꝛ habitu venusto . hoc
autem facit caritas in aĩa: qm̃ actus ei⁹ oꝛdinatus est
ꝛc. cũ perfecta venustate. vnde in se delectabilis ẽ ca
ritas secundũ ꝙ est aĩe pulcritudo. Item. ad suum
effectũ sui m[er]itatis ẽ. s. secundum ꝙ facit dignum vita
eterna: hec est delectatio essentialis caritatis: et oĩ vir
tuti similiter. ꝛ quantum ad hoc sunt omẽs virtutes
eque delectabiles in eodẽ: ꝛ eque bone. patet ergo ꝙ Ad pꝛimũ.

pmū argumētū nō valꝫ. caritas facit magꝭ delectari i deo ꝙ alie virtutes. ergo magis est delectabilis. si accipiatur delectabilis in secunda significatione ipediente fallatia equocationis:sed si accipiatur in pma significatione dicimus ꝙ conclusio est vera. quoniam est caritas delectabilior. quoniā facit nos magis delectari in deo ꝙ alia virtus:sed ex hoc nō sequitur ꝙ sit melior simpliciter. qm̄ hec nō est sūma bonitas ei⁹ vt dictū est. *Ad aliud.* Ad aliud dicim⁹ ꝙ nō valet caritas erit melior in futuro:ergo et in presenti. quia alio mō se habet caritas in presenti ꝛ in futuro. quoniā in presenti hꝫ caritas suā sūmā bonitatē:ex eo ꝙ facit dignū vita eterna ꝛ nō ex eo ꝙ facit in deo delectari:in futuro aūt habebit caritas suā sūmā bonitatē iugiter delectari in deo:et nō ex eo ꝙ faciet dignū vita eterna. quoniā tunc erit melius delectari in deo:ꝙ esse dignum vita eterna:modo autem ecōuerso.

De donis spiritussācti vtrū sint eque bona.
Tertia questio huius capituli.

Aꝛ ꝙ nō sūt eque bona Queritur de donis spūssancti. ꝛ videtur ꝙ nō sint eque bona. quia sancti dicūt qm̄ donū sapiētie melius est alijs. *Secundo.* Itē. ꝯstat ꝙ vnū donorū informiū pt haberi sine alio. quia gregorius dicit intellectus sine sapientia inutilis est. et ita intellectus potest haberi sine sapientia. et similiter de alijs. ponaꝉ ergo ꝙ iste habeat largitatē et fortitudinē:ita ꝙ largitas sit maior fortitudine. inde sic:largitas et fortitudo sunt in isto inequales:ergo eodē adueniēte erūt inequales. quoniā si inequalibus. ꝛc. ergo adueniente caritate informante illas duas virtutes: ipse erunt inequales sed adueniēte caritate virtutes huius que prius erāt naturales:erūt theologice. *Scd̄m opinionem.* Sustineaꝉ opinio que dicit ꝙ naturalia fiunt gratuita:ergo nō oēs virtutes theologice sunt equales in eodē equalitate absoluta vel proportionali quod est cōtra predicta. *Tertio.* Itē augustinus dicit ꝙ crescente caritate decrescit timor: sed crescēte caritate crescit sapiētia:ergo crescēte sapiētia decrescit timor:ergo nō oīa dona sunt equalia vel eque bona in eodē. *Quarto.* Itē superius dictū est ꝙ vita cōtemplatiua melior est simpliciter ꝙ actiua. aut ergo p̄eminētia illa intelligitur quantum ad virtutes huius vite ꝛ illius/aut quantū ad opera. si quantū ad virtutes. nō ergo omnes virtutes sunt equales. aut eque bone. si quantū ad opera:ergo cū opera nō sint bona nisi a virtutibus:virtutes cōtemplatiue meliores erūt virtutibus actiuis:et inde vt prius. *Solutio.* Solutio. dicimus ꝙ dona sunt eque bona simpliciter. habēt tn̄ scd̄m q̄d preeminētias suas vt patꝫ ex predictis. *Ad primū.* Ad primū dicim⁹ ꝙ donū sapientie diciꝉ melius alijs. quia dignius est cū moueatur immediate circa deum. vnde delectabilius est: quoniam imediatius ꝯiūgit nos deo ꝙ aliqđ *Alia causa* aliorꝫ donorū. Itē. quia plures habet vtilitates:ꝛ ita dicitur melius non secundū bonitatis intensionē: sed secundū multitudinē virtutū spiritualiū. eodē modo *Ad scd̄m.* prorsus respondem⁹ ad vltimo obiectū. Ad secundo obiectū dicim⁹ ꝙ hoc argumētū bene tenet:largitas et fortitudo huius sunt inequales: ergo addito. ꝛc. sed nō additur idē aut equale. quoniā caritas virtutē que erat minor magis augmentat:et hoc ideo. quia adequat virtutes secundū mensuram sue intensionis *Ad tertiū.* Ad tertiū dicimus ꝙ timor pene duos habet stimulos:amorē. s. et conscientiā peccati. primus est substātialis timoris. secund⁹ vero accidentalis. qđ ergo dicit augustinus. ꝙ crescente caritate decrescit timor: itelligi debet quantū ad stimulū accidentalem. nō quantum ad substantialem. *Ad augustinum.* vnde decrescit secundū quid: Et ideo non sequiꝉ ꝙ sit minor impediente fallatia secundū quid ꝛ simpliciter vel fallatia accidentis. *Fallatia.*

De transitu virtutum.
Tractatus decimusquintus.

Dicto de equalitate virtutū. dicendū est de trāsitu virtutū. cum autē duplex sit trāsitus de natura ad gratiā:ꝛ de gr̄a ad gl̄iaꝫ. p̄mo dicem⁹ de p̄mo trāsitu: postea de scd̄o. Circa q̄stionē istā que intitulari solet vtrū naturalia fiant gratuita *Notandū.* Notanduꝫ ꝙ q̄uis natura dicatur multipliciter. tn̄ hoc solum dicitur naturale habitus nature cōsentane⁹ naturalium potentiarū exercitio acquisit⁹:ꝛ sine gratia supadditus:tamen non sine deo:sine quo nichil possum⁹ facere. *q̄d naturale.* sicut sūt caritas informis:siue politica ꝛ largitas. ꝛ sic de alijs. ꝛ fides īformis qua quis credit deū vnū: et remuneratorem eē:gratuitū vero dicitur ꝙ gratꝭ datur:et gratum facit. i. dignū vita eterna: sine qua non ē salus. *q̄d gratuitum.* Sūt autem due opiniones sup hoc. quidam dicūt ꝙ naturalia fiunt gratuita aduenīente caritate. *duplex opinio.* quidā dicunt ꝙ non. primā opinionē primo p̄sequamur:et primo inquiramus de fide īformi: vtrū manens in essentia sua caritate aduenīente informeꝉ vel alio modo:vel vtruꝫ ante aduentum caritatis sit virtus. secundo quare non sit caritas informis:sicut ꝛ alie virtutes. tertio de tiore:et alijs virtutibus.

Vtrum fides informis sit virtus.
Prima questio huius capituli.

Queritur vtrū fides informis sit virtus. videtur ꝙ non. *Aꝛ ꝙ non.* quia virtus ꝛ vicium se habēt vt contraria:vel sunt cōtraria. ergo cum oē viciū faciat dignuꝫ eterna morte:oīs virtus faciet dignū vita eterna. ergo si fides informis est virtus:facit dignū vita eterna ergo iste qui habet fidē informē est dignus vita eterna:et similiter morte eterna:cū sit in peccato mortali. ergo simul ꝛ semel dignus ē:ꝛ vita eterna:ꝛ morte eterna. quod esse non potest. *Secundo.* Item. esto ꝙ aliquis infidelis per predicationē:aut per miracula veniat ad fidē non tamen pctā sua deserat. inde sic. iste habet fidem virtutē: ꝛ fidei virtuti non opponitur aliqđ vicium: nisi infidelitatis. ergo non habet viciū īfidelitatꝭ. contraria enī simul non possunt eē. hoc aūt patet eē falsum:cū non penituerit de peccatis: ꝛ non dimittitur vnum peccatū sine alio. ergo adhuc non dimittiꝉ peccatū infidelitatis. patet ergo ꝙ fides informis non est virtus. *Tertio.* Itē. fides sine operibus mortua est. ergo fides informis est virtus mortua:sed homo mortuus nō est homo. ergo fides informis nō est fides:nec alia virt⁹ ergo non est virtus. *Quarto p augustinū.* Itē augustinus diffinit v̄tutē sic Virtus est bona equalitas mentis:qua recte viuitur qua nemo male vtitur:quā deus infundit in nobis sine nobis:sed fide informi non viuitur recte. ergo ipa non est virtus. *Euasio.* Forte propter istas rationes dicit aliquis ꝙ fides informis non est v̄tus:sed adueniēte caritate/vel gratia fit v̄tus. sunt enī super hoc due opiniones. *Prīa opio* quia dicunt quidā ꝙ caritas informat virtutes. *Alia opio.* alij ꝙ gratia que nō est virtus. *ꝯ p̄mā aꝛ.* Circa primā opinionē obicitur. Fides añ aduētū caritatis:adueniēte caritate fit virtus:ergo fidei accidit esse virtutē:ergo fides nō ē essētialiter virtus. et caritas est essentialiter

virtus:ergo v̄tus nō dicitur vniuoce de caritate et fide et alijs virtutibus. quod est contra auctoritates *Confirmaꝉ* sanctorū. Ex hoc etiā sequiꝉ ꝙ sola caritas est virtus essētialiter. ꝛ ita ꝙ v̄tus est spēs specialissima. *Secundo.* Itē v̄t⁹ et scientia sunt species habitus et essētialiter diffinitur adinuicē sine habitu:ergo sicut scientia ꝛ essentialiter et vniuoce de omni sciētia p̄dicatur. similiter et virtus predicatur essentialiter et vniuoce de oīn virtute. similiter et de fide:ergo fides est virtus essentialiter:ergo ante aduētū caritatis est virtus. *Tertio.* Itē. fides est substātia rerū sperandaꝝ argumētū nō apparētiū vt dicit ap̄ls. et exponit substātia. i. fundamentū:aut loquitur ap̄ls de fide informi aut formata. de īformi nō: quia ipsa nō facit subsistere in nobis res speratas loquitur ergo de fide formata: ergo fides formata ē fundamentum virtutū: ergo naturaliter prior est fides formata caritate:ergo caritas nō dat ei formā: ergo nō facit eā virtutē:et inde vt prius. ad hoc possunt induci oēs rōnes superius posite quibus ostensū est:ꝙ fides est prima virtutum. et quibus ostensum est ꝙ penes fidē cōsistit primo meritū et nō penes caritatē *Solutio.* Solutio. si sustinere volumus opinionē que dicit: ꝙ naturalia fiunt gratuita: dicem⁹ ꝙ fides informis est virtus imperfecta quantū ad hoc ꝙ homo nō est in illo statu ꝙ possit expellere viciū ex toto. s. quantū ad deformitatē sicut homo sine pedibus. hō quidē est:sꝫ nō plene quia nō habet plenū posse. secundū ꝙ postulat perfectio homīs quantū ad plenitudinē operationis. *triplicis d̄r natura* Dicitur autē natura simpliciter vt dicit boetius in libro de duabus naturis et vna persona christi. primo modo dicitur natura motus et principiū quietis per se et per accidens. secundo modo dicitur natura vniuscuiusqꝫ rei specifica differentia. tertio modo d̄r natura. quicq̄d est a prima et eterna natura hanc tertiam significationē sūpsit boetius a libro beati augustini vbi frequēter accipitur hoc nomen natura. *Ad primū.* Ad primū dicim⁹ ꝙ nō oīs virtus est plene cōtraria vicio:sed solū plena virtus. et ita patet ꝙ non sequitur ꝙ fides informis faciat dignū vita eterna cū nō sit plena virtus. *Ad scd̄m.* Ad secundū dicim⁹ ꝙ fides informis nō est cōtraria infidelitate plene. vnde q̄uis actū peccati expellat:nō tn̄ maculā siue deformitatē per corruptionem naturaliū: sed quia nō viuificat vita spūali q̄ est supra naturā. nō enī ponit hominē supra se: hanc enī *Ad tertiū* nō tollit nisi plena et perfecta virtus. Ad tertiū dicimus ꝙ argumentū nō valet: quia fides diciꝉ mortua nō quia nō sit: sed qꝛ tepida et pigra sit ad bene operandū. sicut etiā aliquādo dicitur esse mortu⁹ homo *Ad q̄rtum* piger. Ad vltimū dicimus ꝙ augustinus diffinit plenam virtutē secundū ꝙ est plena virtus et perfecta. ꝛ *Iterū aꝛ.* nō diffinit vniuersaliter virtutē. Itē fide informi credimus deo et non in deū secundū ꝙ credere in deū est ire credēdo in deū:sed scd̄m ꝙ credere in deū est credere eundē esse in eū. fide informi credere est credere ꝙ ipse sit deus/ꝙ omnipotens/ ꝛ sic de alijs. secundū *Ad aliam.* ꝙ in euāgelio io. d̄r multi ex principibus crediderūt in eū:sed qꝛ magis dilexerunt tenebras ꝙ lucē:nō au*In oppom* debāt ꝯfiteri fide plēa sꝫ fide informi. Cōtra credim⁹ prime veritati propter se. aut super oīa aut nō. si propter se ꝛ sup oīa: ergo cū hic sit excellentissim⁹ mot⁹ fidei:illa fides qua sic credimus nō est īformis. si aūt non super omīa: ergo nō credimus fide informi p̄me veritati quantū debem⁹. hoc enī debet intellect⁹ prime veritati vt ei credat magꝭ ꝙ sibi:ergo caret fides informis hac circūstantia quantū debet:sed si non eēt quis continens quantū deberet:non haberet castitatem virtutē. si non daret quantū deberet: non haberet largitatē. ergo cum habens fidē informē non credat quantū debet. nō habet fidē virtutē. ergo fides informis non est virtus. *Solutio* Solutio. ad euadendū secundū hanc opinionē quasi pro cōmuni conceptione supponitur ꝙ nullus motus est meritorius siue virtutis perfecte nisi sit ex caritate. hoc supposito qđ tamen improbatum est supra multis modis: dicimus ꝙ fides informis est virtus:et illa credimus prime veritati p̄pter se:et super omnia. nō tn̄ ille motus credendi est excellentissimus eo ꝙ non sit ex caritate.

Vtrum caritas possit esse informis.
Secunda questio huius capituli.

Queritur vtrū caritas possit esse informis. videtꝛ *Aꝛ ꝙ sic.* ꝙ sic:inter fidem formatā et suā potentiā ē aliquis habitus medius. s. fides informis. similiter īter spem formatā et suā potentiā est aliquis habitus. s. spes informis. ergo pari ratione inter caritatē ꝛ suaꝫ potentiā est aliquis habitus medius:scꝫ dilectio siue caritas informis. *Secundo.* Item. fides formata ꝛ spes formata generant caritatem:sicut probatū est supra. ꝛ hoc dicunt scti. ergo fides informis/et spes informis generāt caritatē informē. *Tertio.* Itē. ecce vtens aliquis consilio beati gregorij. interim facit q̄cq̄d potest boni ꝛc. nō reliquit peccatū suū:tamen multa bona facit:pro eo dat elemosinas:construit cenobia et huiusmodi: constat cum hoc faciat pro deo ꝙ ipse diligit deum et frequēter facit hoc. ergo frequenter operatur motū dilectionis. ergo generatur in ipso habitus dilectionis. ergo habet habitum dilectionis non formatum. ergo īformē:et ille non ē nisi caritas:nō est enī naturalis. ergo aliqua caritas ē informis. *Quarto.* Itē. vnū vni ē contrarium. ergo luxuria cū sit vnū viciū non est cōtraria nisi vni virtuti:cōtinētie. s. ergo non contraria caritati. inde sic. Esto ꝙ aliquis habens caritatem videat mulierē ad cocupiscendū et cōsentiat. *Augustin⁹* dicit augustinus ī libro de fide ad pe. ꝙ talis peccat solūmodo peccato luxurie ergo cū luxuria nō sit contraria caritati: non expellit caritatē. ergo caritas manet in isto:ꝛ cōstat ꝙ nō manet caritas formata. ergo informis. Si hoc cōcedaꝉ. *In oppom* Contra. dicit beatus ia. Qui offēdit in vno oīm ē re⁹ *Augustin⁹* et augu. exponit sic. Qui offēdit in vno mādato: re⁹ est caritatis que est adimpletio oīm. ergo oē peccatū mortale expellit prorsus caritatē. ergo nulla caritas potest esse informis. *Solutio.* Solutio. duplex est opinio. q̄dā concedūt ꝙ caritas potest esse informis sicut ꝛ alie virtutes. *p̄ma opio.* Dicūt enī ꝙ gratia dei que non est virtus: sed ros quidā informat oēs virtutes. vnde in osee vltimo dicitur. Ego quasi ros et israel germinabit quasi lilium. secundū hāc opinionē prosequamur postea. *Alia opio.* Alij dicunt ꝙ caritas nō potest esse informis cū ipsa sit forma omniū virtutū. vnde ad soluendū obiectiōes factas *Notandū.* Notandū est ꝙ omne peccatū habꝫ oppositionē ad caritatem propter tres causas. *Prima.* Prima est qꝛ peccatū est offensa dei. offendere aūt deū est contra amiciciā que ē caritas. vera aūt amicicia ē idē velle idem nolle. *Secunda.* Secunda. qꝛ peccatū separat a deo. caritas v̄o vnit deo et coniūgit. amor enī est coniūctio diligens cum dilecto:qui enim adheret dn̄o per caritatē: vn⁹ spiritus efficitur cum ipso. *Tertia.* Tertia causa est. qꝛ pctm̄ mortale interficit propriū subiectū et eo ipso ꝙ hō interficit se: est inimicus sui:et ita non diligit se debito

Ad primū mō ⁊ ita est caritas informis. Ad primū dicimus ꝙ nō
est simile quoniā habit⁹ fidei bene potest esse infor=
mis: qꝛ potest credere aliqs omnes articulos vniuer
saliter existēs in peccato mortali cū interficiat seip=
sum: deū quidē potest diligere ⁊ proximū, sed nō se.
quia se interficit p peccatū. Ad hoc enī ꝙ dilectio in=
formis esset habit⁹ virtutis oporteret ꝙ esset vniuer
salis ad oīa diligenda. sicut aliquis ad hoc ꝙ habeat
cōtinentiam informem que sit virt⁹ oportet ꝙ absti=
neat nō solum ab īcestu ⁊ adulterio: sed etiā ab omni
Ad scōm. coitu illicito. Ad secundū dicit ꝙ hec est falsa. fides
formata ⁊ spes formata generāt caritatē: immo cari
tas dat formā tam fidei ꝙ̄ spei. quis enī fides secūdū
se sit prima virtutū: tamē secundū eos caritas prima
Alr dicitur est secundū bene esse. Nos autē cōcedim⁹ ꝙ fides for
mata generat caritatē. nō tamē sequitur ꝙ fides in=
formis generet caritatē informē ideo scʒ quia ad esse
caritatis informis exigit ꝙ habēs eā diligeret se: quā
Ad tertiū. dilectionē nō potest fides informis generare. Ad ter
tiū dicim⁹ ꝙ reuera qui sic multiplicat bona opera ꝓ
deo diligit deū dilectione habitu: sed ille habit⁹ non
est virtus propter hoc ꝙ nō vniuersalis: eo enī non di
Ad vltimū ligit oīa diligenda. Ad vltimū patet solutio ex predi
ctis: dicimus enī ꝙ luxuria soli castitati opponit. sed
inquātū offensa ⁊ separans et interficiēs propriū sub
iectū: opponit caritati. bene enī cōcedim⁹ ꝙ vnū plu=
Iterū ar ribus opponit secundū diuersas rōnes. Qꝫ autē cari=
tas informet oēs alias: ꝓbatur sic. Quicquid mouet
propter aliquid. mouetur ꝓpter bonū vel apparens
bonum. sicut dicit philosophus ⁊ augu. in octauo de
trinitate: ergo fides aut quecūqꝫ virtus mouet ad bo
num vel apparēs: sed nō apparēs bonū: ergo ad bo=
num: ergo fides non quiescit nisi in bono. sed in bo=
nū non potest per se cū nō sit suus finis: ergo p aliud
nō nisi p caritatē: ḡ fides non quiescit nisi per caritatē
In oppoᵐ ergo caritas pficit fidē: eadē rōne et alias v̄tutes. Sʒ
cōtra caritas informat fidē: ergo mot⁹ fidei nō est p=
fect⁹ nisi sit ex caritate etiā si credas pme veritati ꝓ=
pter se et sup oīa: ḡ qđ dico ex caritate est optia circū
stantia illius motus: ḡ illa circūstantia est de essentia
fidei formate et non de essentia fidei informis: ergo
fides informis et fides formata non sunt eiusdem spe
ciei: ergo hec non fit illa. simili modo obijcitur de ali
Secundo. is: ergo naturalia non fiunt gratuita. Item vis con=
cupiscibilis et vis irascibilis sunt diuersi fines. concu
piscibilis enī finis est bonitas: rationis veritas: ergo
virtutes perfectiue illarū viriū habēt fines diuersos
ergo vna nō mouet ad finē alterius: ergo fides nō mo
uet ad finē caritatis: sed ad finē propriū: ergo nō indi
get caritate ad hoc ꝙ perueniat ad finē suū: ergo cari=
Tertio. tas nō est perfectio fidei. et inde vt prius. Itē fides in
formis est fides essētialiter: ergo simpliciter opponi
tur peccato mortali: sed peccatū mortale facit scōm
se dignū morte eterna: ergo fides informis facit scōm
se dignū vita eterna: ergo nō potest esse cum peccato
Solutio. mortali: qđ patet esse falsū. Solutio. sine preiudicio
Ad aliud. dicimus ꝙ pdicta opinio nō potest sustineri. Ad aliđ
quod obijcit pro opinione ista dicim⁹ ꝙ omīs virtus
mouet ad bonū vel simpliciter vel alicui. fides enim
mouet ad bonū sue potentie scʒ ad primā veritatē et
in illo quiescit. similiter dicendū de alijs vrtutib⁹ qꝛ
ipse mouēt ad bonū sue potētie in quo beneficio ipa
Alia opio. rum sue potētie quiescunt. Alia est opinio que dicit
ꝙ quelibet virtus potest esse informis et etiam cari=
tas. informatur aūt a gr̄a que est quedā res celestis q̄
lenit rigat ⁊ perficit oēs virtutes. Sed contra. nulla ꝯ hanc ar.
dilectione informi possunt diligi oīa diligenda: ille enī
qui est in peccato mortali peiorē hostē non habʒ ꝙ̄ se
ipsum qui se interficit: sed ad hoc ꝙ dilectio informis
esset caritas oporteret ꝙ ea diligeretur oē diligendū
sicut dictū est de continētia informi et alijs virtutib⁹
ergo nulla caritas potest esse informis. Item. de illa
gratia queritur cū sit caritas anime et in aīa erit: er= Secundo.
go vel potentia: vel passio: vel habit⁹. potētia nō est.
hoc patet. nec passio: quia propter passiones nō ē ho=
mo laudabilis vel vituperabilis. ergo illa gratia est
habitus anime bonus et est ad bene operandū ⁊ īfū=
ditur nobis sine nobis. ergo illa gratia est virtus. qđ
ipsi negāt. Item. caritas diligit deū propter se et sup Tertio.
omnia: etiā intellecto ꝙ non sit illa gr̄a: siue res ille ī
telligantur ita. inde sic. iste diligit deū propter se ⁊ su
per omnia et decedit: ergo saluabitur. ḡ habuit vir=
tutē perfectā et formatā: et non habuit dictā gratiaʒ
ergo gr̄a illa non est perfectio virtutū. ergo opinio il
la non est sustinenda. qđ sine preiudicio concedimus. Solutio.
Consequēter videndum est qualiter sustinēda sit illa
opinio que dicit. ꝙ naturalia non fiunt gratuita. Pri
mū ergo queritur vtrū eiusdē speciei sint informis q̄o incidēs
et formata. quod videtur. Sunt enim eiusdem potē Ar ꝙ sic.
tie: scʒ rationis et habent idē obiectū: secundū primā
virtutē et per idem sūt: quia per speculū. ergo eadeʒ
virtus in specie est virtus: fides informis et fides for=
mata. Itē vita ⁊ mors sūt contraria: ergo habent fie Secundo.
ri circa idem. ergo fides informis que mortua dicit:
et formata que viua dicitur: sunt eiusdē speciei. Sed In oppoᵐ
si hoc: ḡ adueniēte forma qua fides debet formari nō
expellitur ipsa. ex quo enī eiusdē speciei ē cū forma=
ta formabilis est. Solutio. dicimus ꝙ fides informis Solutio.
et fides formata nō sunt eiusdē speciei: qꝛ circunstātie
sunt de esse virtutis: cum in eius diffinitione ponatur
medietas circunstantie non ponūt actū immediate a
virtute. est aūt actus circunstantijs vestitus. Ad illđ Ad rōnem
vero quod obicitur primo dicendū est: ꝙ potētia est
eadē et actus idē: et idē obiectum: tamē non ē idem
habitus. habit⁹ enī sunt ad facile agere. vnde ibi sūt
diuerse difficultates: sunt diuersi habitus. et est falla= Falla ꝯntis
tia cōsequentis. deberet enim addi et sūt eedē circun
stantie. Ad illud vero soluendū est per interēptioneʒ Ad aliud.
huius: mors et vita sunt contraria: cum vita sit in aīa
li: et mors in cadauere. Cōsequenter obicitur sic. sit Iterū ar.
aliquis in caritate ⁊ peccet per luxuriā. queritur aut
fides formata destruatur. videtur ꝙ non. qꝛ luxuria
nō opponitur ei. luxuria enī inquātum est luxuria op
ponitur continētie: inquātum offēsa opponitur cari=
tati. solum ergo per ipsā: fides nō destruitur. Forte. Euasio.
dicetur ꝙ fides per accidens destruit. s. per cōnexionē
sed secundū hoc: cū fides oīno simpliciter sit et ipa oī ꝯ hāc ar.
no destruitur. ergo nichil de ipsa manebit. ḡ fides in=
formis non manet: maxime cum prius ibi non esset.
Preterea. si ibi ē fides informis a quo ē: a pctō non. Secundo.
quia bonū non ē a malo: a deo nō. qꝛ deus nō dat ali=
quid peccāti dum peccat. si propter hoc dicatur ꝙ ni
chil de fide manet. Cōtra. ille credit articulos fidei. ḡ
ad minus habet fidem informē. Solutio. dicēdum ꝙ Solutio.
luxuria expellit oēs virtutes: cōtinentiā ⁊ caritatem
quia eis opponitur alias vero propter connexionem
nō tñ sequitur ꝙ fides omnino destruatur: quia fides
est totū victuale. est enī ad credendū prime veritati:

et propter se et super oīa. vnde destructa circūstantia
manet quoddā quod est fides informis et generatur
illud generatione degenerāte et nō generatione po=
nente: sicut est in vino qñ cōuertitur in acetū et nō est
ibi proprie generatio nisi per accidēs: sed non corru=
ptio facit ꝙ ibi sit fides īformis: cū enī prius propter
primā veritatē crederet testimonijs ⁊ miraculis: iam
illis innititur ꝓpter ipam: nō ꝓpter primā veritatem
cum iam nō assentit: sed ꝓpter se et sup oīa.

¶ Utrum adueniente fide formata
remaneat fides informis.
¶ Tertia questio huius capituli.

QUerit vtrū adueniēte fide formata remaneat fi
des īformis vel ipa euacuet. ꝙ remaneat videt
Ar ꝙ sic. qꝛ bonū non est contrarium bono: ergo vnū bonum
non excludit aliud bonū: sed fides informis est bonū:
et similiter fides formata bonuʒ: ergo fides formata
non excludit fidē informē: nec aliud excludit eā: ergo
Secundo. manet. Item. caritas nō expellit naturalē dilectionē
habens enī caritatē potest diligere deū naturali dile=
ctione. similiter pietas. virtus nō excludit pietatē na
turalem. pari ratione nec fides formata destruit fidē
Tertio. informē cum sit naturalis. Item. due scientie possunt
esse in eodē: scientia. s. per cām et scientia per effectuʒ
sicut est in illo qui est astronomus et naturalis inq̄tū
astronomus habet scientiā de cursu stellarū per cām
inq̄tum naturalis per effectū: hʒ ergo duas scientias
de eodē simul et semel: ḡ pari ratiōe ⁊ duas fides pōt
Quarto. simul habere de eodē: licet diuersas. Itē. gratia non
est cōtraria nature: sed perfectio nature: ḡ cū virtutes
informes naturales sint: gratia nō est eis opposita: sʒ
perfectio illaꝝ: ergo perficit illas: ergo nō excludit. ⁊
Probatio minoris. inde vt prius. ꝙ aūt virtutes informes sint naturales
patʒ: qꝛ super istud euangelij: Ibat iesus per castella
docens et predicans. dicit glosa: docens virtutes na=
Ad idem. turales. Item. super euangeliū de centurione dicēte
Nam et ego sum homo habens sub me milites. ⁊ ꝺt
glo. milites. i. virtutes naturales quas plurimi affe=
rūt ad fidē xp̄i. si hoc afferūt quō ergo expellit illas fi
des xp̄i. videt ḡ ꝙ fides informis maneat cū fide for=
In oppoᵐ mata. Sʒ si hoc est: pari rōne scia phoꝝ quā habuerūt
de deo/⁊ fides formata potuerūt esse simul: ḡ idē scit
et credit qđ nō pōt esse cū fides sit citra sciam ⁊ supra
Secundo. opinionē. Itē sup io. iiij. samaritane. iā nō ꝓpt te cre
dim⁹. mulier samaritana est rō hūana cui iā nō credit
qñ aīa p verā fidē illuiat: ḡ adueniēte lumīe fidei cū
rō euanescit ⁊ cessat/⁊ fides īformis q̄ rōib⁹ vł auctori
Solutio. tatib⁹ vel miraculis īnitit euacuat ex toto. Solutio.
Due opiniones sūt sup hoc. qdā dicūt ꝙ manet: qdā
Pria opio dicūt ꝙ nō. Sine pīudicio dicim⁹ ꝙ fides īformis non
manet cū fide formata: iō qꝛ tm̄ lumē fidei formate ē
ꝙ nō patit secū lumē virtutꝭ īformis: ex q̄ eī credim⁹
pme v̄itati ꝓpt se ⁊ sup oīa soli pme v̄itati īnitamur
vn̄ iā nō credim⁹ rōni aut miraculis aut auctoritatib⁹
ꝓpt se: sʒ solū ꝓpt primā veritatē. ⁊ ita illuiat habit⁹
credēdi illis rōnib⁹ ꝓpt se. ⁊ sicut dictū est supi⁹ elu=
minat naturales scie de deo: ⁊ sic fides īformis. sicut
enī sole lucēte cessat lumen lune ⁊ stellaꝝ: sic lucēte in
microcosmo sole iusticie p verā fidē cessat lumē oīm
virtutū informiū q̄ sunt ad modū stellaꝝ aliquantulū
Ad primū lucentiū in nocte pcti. Ad pmū ergo dicimus ꝙ fides
formata nō expellit informē per modū ꝯrietatis: sed
per modū simplicis opinionis. quia non compatitur
illas secū: sicut dictū est de lumine solis ⁊ lumine stel
laꝝ. Ad idem dicim⁹ ꝙ reuera caritas nō excludit na
turalē dilectionē quoniam talis dilectio est scōm pri= Ad scōm.
cipia nature: nec innitit alicui exteriori. vnde: pure na
turalia nō excludit virtus: habit⁹ tamē informes ex= per hoc ad
cludit: ex hoc ptʒ solutio ad quarto obiectū. Ad ter= quartum.
tium dicim⁹ ꝙ secus est de duab⁹ sciētijs: quia vna sci Ad tertiū.
entia nō hʒ ptātē sup fidē īformē. Ad vltimū dicim⁹ Ad vltimū
ꝙ plurimi afferūt ad fidē christi virtutes informes p
modū parationis: tamē adueniente fide christi elimi
nantur: sicut timor seruilis foras mittit adueniēte ca
ritate/licet quodāmodo īducat caritatē. Ultimo q̄ri
tur quomō intelligēdū sit quod dicit augustin⁹ super
epłam ad gala. in fine: Caritas est in fide: nō enī est in Alia q̄stio
ea sicut pars ī toto/vel totū in parte: quia si hoc esset incidens.
non diuiderent adinuiceʒ caritas ⁊ fides: neqꝫ vt duo Ar primo.
numerarent: cum tamen dicat apostol⁹ fides/spes/ca
ritas/tria hec. Item. caritas non est in fide: sicut spēs Secundo.
in genere/vel gen⁹ in specie: nec sicut regnuʒ in rege:
nec sicut contētum in cōtinente: relinquit ergo ꝙ sit in
fide sicut accidēs in subiecto: ⁊ etiā videt ꝙ esse ī sub
iecto est ꝙ cū sit in aliquo nō sit quedā pars: impossi=
bile est esse sine eo in quo est: ḡ cum caritas sit in fide
et īpossibile est ipsam eē sine fide: videt ꝙ sit ī ipso si=
cut accidēs ī subiecto. Sed ꝯ nichil ponit vniuoce de In oppoᵐ
subiecto ⁊ accidēte eius: ḡ cū virtus dicat vniuoce de
fide ⁊ caritate: caritas non erit in fide: sicut accidēs in
subiecto. Forte dicit ꝙ caritas est in fide sicut anima Euasio.
in corpore: et sicut aīa perficit corp⁹ naturaliter sic et
caritas fidē perficit spūaliter: ⁊ sicut corp⁹ nō mouet
nisi ab aīa sic nec fides operat nisi p caritatē: dicit enī
apłs ad gala. fides q̄ per dilectionē opat. Sed ꝯtra. ꝯ hoc ar.
ex corpore ⁊ aīa fit vnū. ex caritate ⁊ fide nō fit vnū: ḡ
caritas nō est in fide sicut aīa in corpore. Iteʒ. motus Secundo.
corporalis nō est separat⁹ a motib⁹ aīe: quia corp⁹ nō
mouetur nisi ab aīa. sed motus fidei separat⁹ est a mo
tibus caritatꝭ. habēt enī virtutes suos mot⁹ sepatos
essentie sicut ⁊ ipse abinuicē diuidūtur: ḡ nec quantū
ad habitum nec quantū ad motū se habet caritas ad
fidē sicut aīa ad corp⁹: quod cōcedim⁹ dicētes ꝙ cari= Solutio.
tas est in fide sicut effect⁹ in causa. fides enī sicut ꝓba
tū est supra: est cā caritatꝭ: cū enī fides sit cognitio pul
critudis veritatis pme de necessitate gn̄at dilectionē
in affectu ⁊ ita caritatē: est ergo fides causa caritatis.

¶ De transitu nature in gloriam.
¶ Tractatus decimussextus.

DIcto de transitu nature in gratiā: dicendum est
de transitu nature in gloriā. primo dicendū est
qualiter intelligēdū sit istud apostoli. Cū venerit qđ
perfectum est euacuabit quod ex parte est. secūdo de
fide: vtrū euacuet ⁊ quomō. tertio de caritate de illis
de quib⁹ apłs facit mētionē sicut est ꝓphetia ⁊ hmōi.
quarto ⁊ vltimo de cardinalib⁹/quomō ⁊ scōm quos
vsus maneant in patria.

CIrca primū sic obicit. cū venerit quod perfectū ar ꝯ dictuʒ
est euacuabit quod ex pte est: sed caritas est ex pauli.
parte: ḡ caritas euacuabit. ꝙ caritas sit ex parte patʒ Probatur
quia dicit ysa. Uiuit deus cuius ignis est in syon ⁊ ca= minor.
min⁹ in iherusalē: ⁊ loquitur de igne caritatis. Itē in Secundo.
euāgelio. Qui minimus est in regno celoꝝ maior est Tertio.
iohāne baptista. Itē impfectū meū viderūt oculi mei
Item apostolus: hoc ipsum sentiamus ꝙ imperfecti Quarto.
sumus: patet ergo ꝙ caritas est ex parte: ergo euacu
abit: quō ḡ verū est ꝙ caritas nūqꝫ excidet. Solutio. Solutio.

aliqd dicitur ex parte dupliciter/scilicet secūdū essentiam: ⁊ secundum accidens. secūdum essentiā sunt ex parte fides et spes: quia de essentia fidei est speculum et enigma: de essentia spei est expectatio: ⁊ ꝓpter hoc fides et spes euacuabunt̃ secūdū essentiam: sed caritas est in parte secundum accidens gratia scȝ ꝑfectionis sue quātum ad intensionē. Opinio enī nostra est ꝙ intensio nō imutat speciē qualitatis: ⁊ propter hoc caritas non euacuabitur secundū essentiam: sed tan- Ad rōnem tum scōm accidens: ⁊ ꝓpter hoc dicit apostolꝰ. Caritas nūꝗ̄ excidet. intelligenda est igit̃ auctoritas illa. Cum venerit quod pfectum est. ⁊c. vniuersaliter: qm̄ omne quod est ex parte euacuabit̃ quod scōm essentiam est ex parte scōm essentiā euacuabitur: et quod secundum accidens est ex parte secundū accidēs euacuabitur.

Quomodo intelligendū est illud apostoli. cum venerit quod perfectum est. ⁊c.

¶ Secunda questio huius capituli.

SEcundo queritur de fide: videtur enī ꝙ non debeat secundū essentiam euacuari: ⁊ primo sic in- Ar ꝙ non. directe: cessante causa cessat effectus. hec ꝓpositio veritatē habet in causis essentialibus: licet nō habet veritatem in causis volūtarijs: sicut patet in fabro ⁊ cultello: ergo cum fides sicut predictum est sit causa caritatis secundū essentiam: cessante fide/cessat caritas. sed fides cessabit: quia secūdū essentiam euacuabit̃: ergo caritas euacuabitur scōm essentiā: quod est ꝯtra pre- Secundo. dicta. Itē visio albi scōm ꝙ albū est eiusdem speciei siue sit per mediū: siue non: siue obscure: siue clare videatur: ergo pari ratione eadē visio dei secundum ꝙ deꝰ est eiusdem speciei siue videat̃ deus ꝑ mediū siue nō: siue videat̃ clare / siue obscure. sed visio fidei non est nisi visio dei per mediū et obscure. visio patrie est visio dei sine medio ⁊ clare: ergo visio vie ⁊ visio faciei siue patrie sunt eiusdē speciei: ergo eiusdeȝ essentie: ergo vna nō excludit aliā: immo vna manēte scōm essentiā alia manet: ergo visio fidei siue fides manebit in patria scōm essentiam. Itē. visio fortis qua videtur per Tertio. aera medium tm̄. ⁊ visio eiusdē qua videtur per medium aera ⁊ speculū est eadē visio scōm speciē: ergo pari ratione visio spūalis patrie ⁊ visio vie sunt eiusdē speciei nō impedīete ꝙ hic videt̃ deus per speculū Solutio et inde vt prius. Solutio. Ad primū Ad primū dicimꝰ ꝙ q̄uis fides euacuetur secundū essentiā: non tamē scōm totam essentiā: euacuabitur quidē secundū essentiā speciei: non scōm essentiam generis: quia manebit inquātū cognitio: licet euacuet̃ inquātū speculū siue enigma. ipsa autē gñat caritatē inquantū cognitio: ⁊ scōm hoc manebit sicut caritas. dicimꝰ ergo ꝙ fides euacuabitur scōm numerū ⁊ spēm: sed nō secundū genus. spes vero euacuabit̃ scōm numerū ⁊ scōm spēm et secūdū genus: quoniam nulla futuri expectatio remanebit. Ad aliud. Ad aliud dicimꝰ ꝙ fides nō est ꝓprie visio dei: sed ēt quedā cognitio vel cōiecturatio intellectꝰ. Dicit̃ enī Augustinꝰ videri res ꝓprie sicut dicit augustinꝰ sup scōꝫ ad cor. vbi agit̃ de raptu pauli: videtur enī res ꝓprie vel per speciem sue speciei sicut vidētes res absentes q̄ scōm augustinū generāt cognitionē sui ī aīa: vel scōm suā ipsius p̄sentiā sicut intellectꝰ se ītelligit: sicut q̄ habet Augustinꝰ fidē videt eā in corde suo sicut dicit augusti. Cū ergo nō videat̃ deꝰ visione fidei aut per ꝓpriā spēm sue speciei: aut per suā ipsius p̄sentiā: patȝ ꝙ fides nō est pro- In exodo. prie visio dei. vñ in exodo. Nō videbit me hō ⁊ viuet et nō deū nemo videt vnꝗ̄. dicimꝰ ergo ꝙ fidei visio ⁊ visio faciei nō sunt eiusdē speī: nec ē sile qd̄ inducit̃ ꝑ simili quia dato hoc qd̄ tamen habet calūpniam ꝙ eiusdeȝ Ad rōnem potest dici. sit visio albi sine speculo et visio eiusdē cū speculo: nō tamen simile est: q2 speculū imaginē sibi resultantem in ipo transmittit ad instrumentū videndi. sed creatura que est speculū trinitatis quale nō transmittit speciem vel imaginē propriā dei in spūale organū videndi: sed solū facit cogitare et cōiecturare de deo tanꝗ̄ speculū longincū. vnde signāter dixit apls: videmus nunc per speculum in enigmate: quia scit per speculum longincum.

¶ De fide et spe.

DIctum est ꝙ fides est causa essentialis caritatis similiter et spes: q2 fides generat spem: spes caritatem: sicut dicunt sctī. Inde sic. Spes est cā essen- Arguitur p̄mo de spe tialis caritatis: ⁊ cessante causa essentiali cessat effectꝰ ergo cessante spe cessat caritas. sed spes euacuabitur et secundū numerū et scōm speciē et secunduȝ genus nulla enī erit expectatio in patria: cum expectatio sit rei habende: ergo et caritas euacuabit̃ ex toto. Itē. fides non generat caritatē nisi per spem mediā. simi- Secundo. li modo cognitio succedens fidei nō generabit caritatē nisi mediāte illo quod succedet fidei. si ergo nō fuerit illud mediū: istō mediū neq3 cognitio gñabit: sȝ nō erit illud mediū: ergo cognitio patrie nō generabit caritatē: ergo caritas nō manebit illud mediū. patȝ ꝙ sicut dt aug. in visione et amore tota cōsistit btitudo. Uidebi- Augustinꝰ mus enī et amabimꝰ: amabimꝰ et laudabimꝰ. Si di- Euasio. cat̃ ꝙ ibi erūt tria: cognitio/fruitio/⁊ amor: nō tn̄ pōt dici ꝙ fruitio gñat caritatē. caritas enī nō erit ex fruitione: sed ecōuerso. Solutio. Fides/spes/caritas sūt Solutio. quedā trinitas creata ī aīa ꝑ quā assimilat̃ aīa trinitati increate. assimilatur etiā illa trinitas creata trinitati increate in hoc: ꝙ sicut filꝰ ꝑcedit a p̄re: et spūssctūs ab vtroq3: ita spes gñat̃ a fide: et caritas a fide ⁊ spe. Item. sicut pater spirat spūsctm̄ imediate ⁊ mediate spirat etiā de se spūsctm̄: q2 dat filio ꝙ spiret spūsctm̄ ita fides imediate gñat caritatē. sufficit enī visio sūme pulchritudis ad dilectōnē eiꝰ. sicut estimatio hor- De gñatione virtutū. ribilis ⁊ nociui sufficit in oue ꝙ fugiat lupū. Itē. mediante spe gñat fides caritatē. incognitos eī diligere nō possumus. patȝ igit̃ ꝙ fides est cā sufficiens et p̄ma ⁊ p̄ncipalis caritat̄: ergo spe cessante cessabit caritas. ideo q2 spes nō hȝ hoc a se ꝙ generet caritatē: et q2 est alia cā p̄ncipalis et sufficiēs ad gñatōnem caritat̄. s. fides siue cognitio fidei succedens. et est simile. esto ꝙ duo vulnerēt illū letaliter ita ꝙ vterq3 sufficiēter. patȝ ꝙ nō seqtur. hec plaga est cā essentialis et sufficiens quare ille moriat̃: ergo cessante illa plaga nō morit̃: ille dȝ addi et nō est alia cā sufficiēs in illo. Ad aliū respōdemꝰ ꝑ Ad aliud. interēptionē. dicimꝰ enī ꝙ fides est imediata caritat̄.

¶ De spe.

¶ Tertia questio huius capituli.

TErtio queritur de spe: ⁊ videtur ꝙ non euacua- Ar ꝙ non euacuabit. bitur. Timor enī et spes sunt due mole. timor enī reprimit spē ne luxuriet in p̄sūptione. spes eleuat timorē ne degeneret in pusillanimitatē. inutilis est ergo vna mola sine alia. vñ ꝓhibet̃ in lege ne altera mola Figura. sumatur loco pignor̄. sed timor erit in p̄ria: ergo ⁊ spes. ꝙ tior sit in p̄ria. dt psal. Tior dñi sctūs ⁊c. qd̄ expōit augu. de timore: et ꝑm essentiā suā: et gratia effectus Augustinꝰ dicēs ꝙ hoc eo modo dictū est: sicut dicitur Pacientia

pauperum non peribit in finem. i. fructus pacientie. Similiter timor dñi ⁊c. i. fructꝰ timoris vel effectus. Secundo. Item sicut spes est de futuro bono: ita timor de futuro malo. sed timor manebit non ipediente hoc quod est de futuro: ergo ⁊ spes manebit nō impediente hoc ꝙ ipa est de futuro: ⁊ nō est alia causa que impediat: Solutio. ergo spes manebit in patria. Solutio. Due sūt spēs Duplex timor. timoris casti. timor scȝ separationis: ⁊ timor reuerentie. Timor separationis siue offense non manebit: respicit enī talis timor futurū sicut spes. vnde diffinitur aliquando sic. Timor est suspitio mali: ⁊ est diffinitio per causam. timor vero reuerentie est de p̄nti. vnde Tremebūt angeli. ⁊c. Est autē reuerētia resilitio ab Ad primū per hoc ad rationes. altitudine dei ad propriā paruitatē. Dicimꝰ ergo ꝙ timor castus inꝗ̄tum est timor separationis est mola sicut spes inꝗ̄tuȝ est timor reuerētie manebit: sic aūt non est mola/nec spectat ad futurum. Ex hoc patet solutio ad obiecta.

¶ De caritate.

¶ Scōm capitulū huius tractatus.

POstꝗ̄ dictū est de fide ⁊ spe: dicēdū ē de caritate et ea q̄ dicit apls vacuāda: cū dicit Siue ꝓphetie euacuabunt̃ siue lingue cessabūt siue scīa destruet̃. ex parte enī cognoscimus: ex parte prophetamus. cum aūt venerit qd̄ perfectū est euacuabit̃ quod ex pte est prophetia est essentialiter de futuris. ibi autem erunt oīa presentia: ⁊ nichil futur̄. similiter patet ꝙ lingue ar ꝙ ista cessabunt cessabunt: q2 tūc erūt oēs docibiles dei. vnde nō indigebimus vsu lingue: sed de caritate ⁊ sciētia dubium est. Primo dicemus de caritate. scdō de scientia. ꝙ ar ꝙ caritas euacuabit̃. caritas euacuetur ꝓbat̃ sic. Sicut se habet gratia ad naturam: sic se habet gloria ad gratiā: q2 sicut in infinitū maior est virtus in statu gratie q̄ sit virtus in statu nature: ita maior est in infinitū virtus in statu glie q̄ in statu gratie. sed in infinitū augmentū virtutis in statu gratie respectu statꝰ nature facit ꝙ alius sit habitus in statu gratie: ⁊ alius in statu nature scōm speciem. ⁊ etiā facit ꝙ euacuetur habitꝰ naturalis: ergo pari ratione in infinitū augmentū caritatis virtut̄ in glia facit ꝙ alius sit habitꝰ scōm spēm in gloria q̄ in statu gratie: et ꝙ habitus gratie euacuet̃. sed caritas vie ē habitus in statu gratie: ergo caritas vie euacuabitur. Solutio. Solutio. Dicimꝰ ꝙ augmētū nō facit habitū alterꝰ spēī: sȝ circūstātie diuerse. cū enī habitꝰ virtut̄ ꝑfecte habeat suū motū vestire oībꝰ circūstācijs suis mutat̄ scōȝ spēm mutat̃ ⁊ habitꝰ. vñ hec est circūstātia quare oīa non sunt in virtutibus naturalibꝰ: sunt aūt in gratuitis. palam est ꝙ scōm speciem differunt habitꝰ gratuiti a naturalibus. sed virtutis in statu gratie et statu glorie eedem sunt circūstantie: licet diuersitas sit Iterū ar. intensionis. et propter hoc manet habitus. Item. caritas est desideriū summi boni: sed desiderium euacuabitur: ergo et caritas. prima patet per hoc quod dicit psalmista. Sicut ceruus desiderat ad fontes ⁊c. ergo cum hoc desideriū sit virtutis maxime debet eē ꝓbat̃ mior caritatis. Media propositio multipliciter probatur. Primo sic. dicit anselmus cantuarieñ. Caritas est desideriū in expectatione: gaudiū in peruentione: ergo cum desiderium sit in expectatione. omnis autem expectatio cessabit et omne desideriū cessabit: ergo de- Secundo. siderium euacuabitur. Item. si desideriū manet non remanebit desideriū rei hñde: sȝ iā habite. vt plꝰ habeat̃ vel vt ꝯtinue habeat̃. sic pari rōne expectatio erit in patria vt plus habeat̃: ⁊ vt cōtiune habeatur: ergo qua ratione manebit desideriū ⁊ expectatio: sed expectatio nō erit ibi: ergo nec desideriū. Itē oīne quod erit Tertio. ex parte substantialiter euacuabitur: sed desideriū est substantialiter ex parte: ergo desideriū euacuabitur. prima propō patet cū dicatur in pte labor: in toto quies Media ꝓpositio probatur sic: desideriū est aut re q̄ Minor ꝓbatur. non habetur: aut de re q̄ plene habetur: vtroq3 auteȝ modo cū desideriū est substantia ex parte. Itē super Ad idem. illud apostoli cū venerit quod perfectū est euacuabitur quod ex parte est: dicit glosa. euacuabitur non id quod verū est: id quod verum est appellat̃ id quod assimilat nos deo: sed desideriū non assimilat nos deo: in deo enim nō cadit desideriū: quia in eo nō cadit motus: ergo desideriū non est id quod verū est: sic desideriū euacuabit̃. Itē motus et quies sunt contraria vel vt Ad idem. contrario mō opponūtur sicut dicit aristo. [illegible] patria erit quies plena q2 plenū subiectū mētis ⁊ eternitat̄ ergo in patria nō erit motus: sed desideriū est motꝰ: ergo nullū desideriū erit in patria. si ergo omne desideriū euacuabitur: et caritas est desideriū: ergo caritas euacuabit̃. Sed cōtra. caritas nūꝗ̄ excidet. Itē ꝙ de- In oppoᵐ siderium maneat ī patria probat̃ quia dicit petrus in Secundo. prima canonica de christo in quē prospicere desiderāt angeli: ergo in angelis est desideriū: ergo ī patria. Itē super Tertio. illud exodi. Nō videbit me homo ⁊ viuet. dicit beatus gregorius: ꝙ angeli vidēt deū: q̄uis desiderent Gregorius prospicere in ipsum ⁊ improbat errorē quorūdā dicētiū ꝙ angeli desiderāt videre deū: ⁊ non vident. ꝑ hoc ꝙ dicit dñs in euāgelio. Angeli semꝑ vident faciem pr̄is mei qui est in celis: ⁊ illa visio nobis ꝓmittit̃ in iohanne vbi dicit dñs: et manifestabo et meipm̄: ergo secundū ꝙ dicit gregorius: desideriū est in angelis: et inde vt prius. Itē dicit gregorius ꝙ in patria erit de- q̄rto ꝑ gre. siderū in facietate: et facietas in desiderio: desideriū vt tollat̃ fastidiū: satietas ne angustia sit ibi. Itē eccle- Quinto. siastici. xxiiii. Qui edunt me adhuc esuriēt: et c̄. ergo esuries et sitis sūmi boni erit ibi: sed non esuries aut sitis ex defectu: quia in apocalipsi dicitur. Nō esuriēt neq3 sitiēt amplius: ergo esuries et sitis ex desiderio: ergo desideriū erit ibi. Itē leccator q̄ cibos diligit de- Sexto. licatos: semper comedere desiderat q̄diu nō fastidit cibus: ⁊ si nūꝗ̄ fastidiret semꝑ comedere desideraret quoniā in actu comestionis habet delectationē quaȝ querit et nō aliter: ergo cū dulcedo dei nūꝗ̄ fastidiū generet: fruunt̃ enī nec fastidiūt quo frui magis sitiunt. qui delicate deū diligit: semꝑ deū desiderat delectari ī ipso: ergo nūꝗ̄ desideriū cessabit: quia delectatio nō cessabit: Quod cōcedimꝰ dicētes: ꝙ verū desideriū Solutio. cū facietate erit in patria. Ad primū dicimꝰ ꝙ aucto- Ad primū ritas beati anselmi intelligenda est de desiderio secūdum statū vie quod est sine facietate: illud enim īquātū hmōi in satietate est vt per satietatē comitē impleatur. vnde: satiabor cū apparuerit gloria tua. Ad se- Ad scdm. cundū dicimus ꝙ nō erit desideriū vt plus habeatur vel vt cōtinue: sed erit fixum in delectatione ipsa sicut dictum est de desiderio leccatoris. Ad tertium dici- Ad tertiū. mus ꝙ desiderium summi boni non est ex parte essentialiter: quantum ad naturam hominis: immo perfectio est eius: stabilit enī mentē hominis in fine suo: ⁊ in suo delectabili confirmat: est tamen desiderium nostrum respectu dei imperfectū: quantumcūq3 enim diligimus deum: in infinitum magis diligit se deus: secūdum quid: ergo est desiderium caritatis ex parte

quia respectu dei:sed simpliciter est nõ ex parte:fides
vero et spes sunt ex parte:⁊ secundũ naturã hominis
Ad q̃rtum et respectu dei. Ad quartũ dicimus ꝙ desideriũ cari-
tatis ẽ id quod verum est:assimilat autẽ nos deo: nõ
ratione mot⁹:sed ratione affectus sui:scʒ delectatiõis
delectat̃ enim in deo sicut ⁊ deus delectatur i seipso.
Ad vltimũ Ad vltimũ dicimus ꝙ quies dicit̃ dupliciter:vno modo
dicit̃ quies priuatio motus:et secundũ hoc contrariũ
vel quasi cõtrariũ est motui: neq3 sic erit quies in fu-
turo. Alio modo dicitur quies status in fine ꝓprio ni
chil q̃rẽdo extra: ⁊ secũdũ hoc nõ est quies motui de
lectationis contraria:immo manet simul quies in ꝓ-
prio delectabili:⁊ mot⁹ delectationis in eodẽ vt qui-
Arguitur escat delectando:⁊ delectet̃ quiescendo. siue prophe-
de scientia. cie euacuabuntur:siue lingue cessabunt: siue scientia
destruetur caritas nũq̃ excidet:patet ergo ꝙ scientia
In oppoᵐ destruetur. si ergo cõcedat̃. Cõtra. aut intelligit apo
stolus de scientia q̃ est cognitio humanaꝝ reꝝ: aut de
illa q̃ est cognitio diuinaꝝ: si primo modo itelligit:ḡ
de dono sciẽtie: dono enĩ sciẽtie cognoscim⁹ res hũa-
Isayas. nas:sed ꝯtra:donũ sciẽtie est in christo:sicut dicit ysa.
Ambrosi⁹. et in angelis sicut dicit ambrosius vt legit̃ i tertio sen
tẽciaꝝ: ḡ pari rõne idem donũ erit in futuro in aiab⁹
Euasio. sanctis. Forte dicet ꝙ sciẽtia nõ euacuabitur scdʒ sub
Augustin⁹ stantiam:sed secundũ vsum ⁊ modũ:sicut dicit augu.
ꝯ hoc ar̃. sup eundẽ locum. Sed contra. glo. augu. sup eundẽ
locũ dicit:scientia destruet̃ quia est p speculũ:sed pro
pter aliud nõ destruet̃ fides scd̃m substantiã nisi quia
est per speculũ:omẽ enĩ quod est per speculũ est sub-
stantialiter ex parte: ḡ pari ratione ⁊ sciẽtia destrue-
Secundo. tur scd̃m sbãm cũ sit per speculum. Itẽ probatur ꝙ
non euacuetur secundũ vsum:vsus enĩ eius est cogno
scere res humanas ⁊ imperare de faciendis que fiant
et de nõ faciendis:ꝙ nõ fiant:secundũ hũc vsum habe
bit donũ scientie in patria. Cognoscunt enĩ sancti res
humanas vt pmia ⁊ merita alioꝝ ⁊ diligunt vnũ ma-
gis alio ad imperiũ sancti doni:ḡ donũ sciẽtie scd̃m ꝙ
de rebus humanis est nõ secũdũ substantiã nec scd̃m
alia euasio vsum destruetur. Forte dicet ꝙ apostol⁹ sumit ibi sci
entiã secundũ ꝙ est cognitio reꝝ diuinaꝝ ⁊ cõprehen
ꝯ hoc ar̃. dit intellectũ ⁊ sapientiã. Sed si hoc ergo itellectus
⁊ sapiẽtia destruẽtur substantialit̃ cũ sint per speculũ
secũdum ꝙ dicit glo. augustini: hoc autem est falsum:
quia donũ intellectus/⁊ donũ sapientie:fuerũt in chri
sto ⁊ sunt:⁊ etiã in sanctis angelis:ḡ ⁊ illa erũt in aia-
alia euasio bus sanctis. Forte dicet ꝙ intellect⁹ non est ꝓprie in
deo:sed tantũ de diuinis creaturis:⁊ propter hoc nõ
ꝯ hoc ar̃. oportet ꝙ sit cognitio per speculũ. Sed opponit̃ de
sapiẽtia:certum est enĩ ꝙ ipa est cognitio dei ⁊ de deo
proprie:ḡ cũ in via nõ cognoscatur deus immediate:
quia nõ videbit homo eum ⁊ viuet:relinquit̃ ꝙ sapiẽ
tia secundũ essentiã suam est visio per speculũ: ḡ do-
num sapientie est substantialiter impfectũ:ergo sub-
Solutio. stantialiter euacuabit̃. Solutio:dicimus ꝙ aplus su-
mit sciẽtiam large scd̃m ꝙ cõprehẽdit cognitionẽ hu
manaꝝ rerum:q̃ est donũ sciẽtie:⁊ cognitionẽ rerum
diuinaꝝ:q̃ est donũ intellectus proprie:⁊ donũ sapiẽ-
Ad primũ tie improprie:sicut iã dicim⁹. Ad primũ dicim⁹ ꝙ sci-
entia destruetur non scd̃m substantiã : sed secundum
modũ ⁊ vsus quosdã:nõ oẽs: quia ḡ dicit aplus ꝙ de
Ad scd̃m. struetur:intelligim⁹ quãtum ad modũ ⁊ vsus. Ad se
cundũ dicimus ꝙ duplex est speculũ : ꝓpinquũ scʒ et
remotum: propinquũ speculum dicimus quãdo per
rem alicuius speciei cognoscitur res eiusdem speciei:
sicut anima seipsam cognoscens:seipsã per intellectũ
assimilantẽ cognoscit animas cognoscit ⁊ angelos et
omnes incorporeas substantias:sicut dicit augustin⁹ Augustin⁹
Similiter vidẽs aĩa ꝑfectiones suas presentes per in
tellectũ assimilãtẽ cognoscit easdẽ in angelis p hmõi
speculũ cognoscit res humanas: sciẽtia ⁊ intellectus
res diuinas: ⁊ ꝓpter hoc quia cessabit talis mod⁹. vi-
dendi in futuro dicimus ꝙ quantum ad modum de-
struetur tam scientia q̃ intellect⁹: in futuro enim vi-
debimus deum sicut et cognoscimus angelos in suis
proprijs specieb⁹:nullo obstãte sicut angeli ante pec- Nota.
catum cognoscebãt creaturas in speculo eternitatis:
et in ꝓprijs specieb⁹ sicut ⁊ video aliquod corpus me
diãte suo proprio colore. remotũ speculum est quã-
do aliq̃d videtur per aliud quod neq3 eiusdem speciei
neq3 eiusdẽ generis est cum ipso: sicut videm⁹ deum
per speculum creature:sic est fides per speculum. vi-
sio autẽ per tale speculum substantialiter est ex parte
et non visio per speculum ꝓpinquum: et ita patet ꝙ
secus est de fide: ⁊ secus est de scientia vel intellectu.
Ad istud quod obicitur ꝙ non euacuabitur sciẽtia se Ad rõnem
cundum vsus dicimus ꝙ reuera quidã vsus doni sciẽ
tie remanebit: sed tamen quidam vsus siue quedam
opera destruentur secundũ/scilicet ꝙ se habẽt ad pra
uam ⁊ peruersam nationẽ: in patria enim non est pra
ua natio aut diuersa. Ad illud quod obicit̃ de intelle Ad aliud.
ctu dono:dicim⁹ ꝙ reuera intellect⁹ nõ est de deo pro
prie : sed de diuinis q̃ sicut dictũ est habẽt cognosci p
speculũ ꝓximum : vnde ⁊ ipse intellectus euacuabit̃
scd̃m modũ: quia tũc nõ erit per hmõi speculum : sed
non destruetur scd̃m vsum. omnis enĩ alius vsus ma-
nebit ibi vt itelligim⁹ distinctionẽ et ordinẽ angeloꝝ
et hmõi. Ad vltimũ dicimus ꝙ sapiẽtia ꝓprie loquẽ- Ad vltimũ
do nõ est cognitio dei:sed ꝑceptio quedã gustus spũa
lis per modũ experiẽtie:deus enim ipse facit et in pa
lato aĩe dulcedinẽ quã saporat sapiẽtia:sicut ipm mel
in gustu materiali est:ḡ sapientia ꝑceptio siue sapora
tio quedã dulcedinis dei immediata : vnde nec scd̃m
modum videt̃ ꝙ vsus euacuabitur sicut caritas : sed
solum cum hic sit imperfecta crescẽdo perficietur in
futuro.

¶De virtutibus cardinalibus.
¶Tertium capitulũ huius tractatus.

Circa vltimũ queritur de virtutibus cardinalib⁹
dicit augu. ⁊ beda sequens ipm ꝙ quattuor vir- Augustin⁹
tutes cardinales manebũt in patria: sed alios habe- Beda.
bunt vsus q̃ in via. dicit enĩ ꝙ prudentie vsus erit nul
lum bonũ opponere deo vel equare. tẽperantie vero
vsus erit nullo motu noxio delectari: fortitudĩs deo
firmiter adherere. iusticie vero esse subditũ deo regẽ
ti. De prudentia iam dictũ est in questione de scientia
dono:scd̃m enĩ essentiã sunt idẽ. Dicimus enĩ ꝙ eius Proprius
vsus proprius in futuro erit discernere siue iudicare vsus prudẽ
per modũ iperij deũ esse oĩbus preponendũ ⁊ dignio tie.
res creaturas minus dignis. De tẽperantia vero op- Arguitur
ponitur hic: qm̃ nullo modo noxio delectari est pura de tẽperã-
negatio:ergo non est vsus alicuius virtutis. Forte di tia.
cet ꝙ nullo modo nullo motu delectari est detestari Euasio.
oẽm motum illicitũ carnis. ⁊ hic erit vsus temperan-
tie in futuro. Cõtra. detestari mot⁹ illicitos est mot⁹ ꝯ hoc ar̃.
vis irascibilis:ḡ nec ẽ nec erit mot⁹ tẽperãtie cũ tẽpe-
rãtia sit in cõcupiscibili. Itẽ. cõstat ꝙ scti volũt eẽ mũ Secundo.
di oĩ mũditia:ḡ velle oẽm motũ imũditie abesse erit

alicuius virtutis in eis. non nisi tẽperãtie: ergo velle
oẽm motũ illicitũ carnis vel imundũ abesse erit vsus
temperantie. nõ ergo detestari ⁊c. Si hoc concedat̃.
In oppoᵐ Contra. temperãtia erit in futuro: ergo pari ratione
fides erit in futuro:q⁊ velle abesse motũ infidelitatis
erit in futuro. ⁊ ita qua ratione tẽperãtia erit in futu
Solutio. ro et fides. Solutio. Dicimus ꝙ beda assignat stat⁹
cardinalium virtutuʒ in futuro et non vsus principa-
les. principalis enĩ vsus tẽperãtie erit in futuro velle
abijcere oẽm motũ illicitũ carnis. secundarius vero
detestari oẽm motũ illicitũ carnis:secũdũ ꝙ detestari
Ad primũ est velle fugere. Ad primũ ergo iam patet solutio:q⁊
beda loquitur de virtutibus scd̃m suos status et non
Ad scd̃m. secundũ suos principales vsus. Ad scd̃m dicim⁹ ꝙ de
testari aliquid tripliciter sumitur. q̃nq3 dr̃ detestari p
modũ iudicij. q̃nq3. s. iudicamus aliquid esse detesta-
bile. ⁊ scd̃m hoc detestari ratõnis est. Item. q̃nq3 per
modũ vindicte insurgere. s. contra aliq̃d tanq̃ detesta
bile. ⁊ scd̃m hoc est in irascibili:⁊ est ire per zelũ. Ter
tio modo fugere:q⁊ nociuũ et quasi contrariũ ꝓprio
fini: secũdũ hoc detestari oẽm motũ illicitũ carnis est
Ad vltimũ in vi concupiscibili:⁊ est tẽperantie virtutis. Ad vlti-
mũ dicim⁹ ꝙ secus est de fide. fidei enĩ ⁊ oĩm virtutũ
quarum motus sunt in precepto sũt vsus principales
in affirmatione. vnde velle abesse motũ infidelitatis
non est principalis vsus fidei:sed temperantie et oĩm
virtutum quarũ sunt motus in ꝓhibitione sunt vsus
principales in priuatione. ⁊ propter hoc velle abijce-
re omnem motũ carnis illicitũ est vsus temperantie
ar̃ de forti- principalis. Item. de fortitudine obicit̃. dicit beda ꝙ
tudine. fortitudinis erit deo firmiter adherere. Sed videtur
ꝙ hoc erit caritatis:caritate enĩ inherem⁹ deo firmi-
Secundo. ter. vnde et ipi attribuitur resistere tentationib⁹. Itẽ
fortis vt mors dilectio: ergo firmiter in herere deo ẽ
Tertio. caritatis:non ergo fortitudinis. Itẽ. fortitudo erit in
patria:ḡ cũ patiẽtia sit spẽs fortitudinis patiẽtia erit
in patria. hoc etiã patet per hoc ꝙ in deo est patiẽtia.
In oppositũ Sed contra. dicit augustin⁹ ꝙ ideo dictũ est. Patiẽ-
p augusti. tia pauperũ non peribit in finẽ:q⁊ premiũ patientie si
ue fructus nõ peribit: ergo nõ manebit nisi q̃tum ad
Secundo. fructus:ergo non manebit in essentia sua. Preterea
nõ erit op⁹ patientia:q⁊ ibi non erit voluntas patien-
di vel sustinendi nec potuit sustinere: ad quid igitur
Euasio. patiẽtia. Forte dicet ꝙ ad decorem aĩe:ergo pari ra-
tione et habitus fidei:cũ sit decor anime manebit in
Solutio. patria. Solutio. Ad primũ dicim⁹ ꝙ caritas quãdo
Augustin⁹ ꝙ dicitur fortis a fortitudine virtute:sicut dicit aug.
ꝙ iusticia est prudens et prudentia iusta. propter con
nexionẽ eĩ virtutum q̃nq3 denominatur vna virt⁹ ab
alterius virtutis proprietate. Item. q̃nq3 dr̃ caritas
fortis. i. firma:et secũdũ hoc firmitas est dispositio ca
ritatis:⁊ scd̃m hoc ꝙ caritas ẽ maior ⁊ firmior:illa tñ fir
mitas auget̃ ⁊ roborat̃ p fortitudinẽ cui⁹ essentialit̃ ẽ
per hoc ad ipa firmitas. ⁊ ita p3 ꝙ et si inherere deo firmiter sit
primũ. caritatis:tamen non essentialiter sicut fortitudinis di
citur propter hoc esse principalis vsus fortitudinis.
Ad secũdũ Ad secundũ dicimus ꝙ patientia erit in futuro: licet
nõ habeat actum aliquẽ :erit tamẽ parata operari: si
Ad tertiũ. opus esset:erit etiã ad aĩe decorẽ. Ad hoc autẽ quod
obicit̃ de fide dicimus ꝙ nõ est simile: fides enĩ nõ est
tanta pulcritudo anime:quãta exigit̃ in aĩa:fides enĩ
habet aliq̃d veritatis ⁊ aliq̃d vanitatis:veritatis qui
dem inquantũ est cognitio : vanitatis autẽ inquantũ
est speculum creature: vanitas enĩ vanitatũ ⁊ omnia
vanitas et ꝓpter illã vanitatẽ oportet ꝙ euacuet̃ se-
cundũ substãtiã ⁊ succedat ei aperta cognitio que est
simpliciter aĩe pulcritudo nichil habẽs nisi veritatis
et propter hoc significatũ dicit augustinus in ꝑfecto Augustin⁹
nõ istud quod verũ ẽ destruetur:dictũ est ꝙ patientia
erit in patria:licet non habeat actũ aliquẽ quia nõ est
opus pati aut sustinere. Sed cõtra. patiẽtia erit i pa- Iterum ar̃
tria:ḡ habitus patiendi erit ibi: sed nõ patiẽdi in illo
statu:sed patiendi si status esset: ḡ pari ratione cũ vo
luntas expectandi bonũ: si esset status expectationis
maneat in patria ⁊ spes deberet ibi remanere. Forte
dicet ꝙ ideo nõ erit spes i patria : q⁊ nõ assimilat nos Euasio.
deo:sed patientia nos assimilat deo: et ꝓpter hoc nõ
destruet̃. Contra. timor reuerentie non assimilat nos ꝯ hoc ar̃.
deo quia in deo non est reuerẽtia huiusmodi: de⁹ enĩ
nõ resilit ab alia altitudine cũ ipse sũme sit altus: ḡ si
ꝓpter hoc euacuetur spes: quia nõ assimilat nos deo
eadẽ ratione timor reuerẽtie cũ nõ assimilet nos deo.
Solutio notandũ ꝙ quedam virtutes assimilant nos Solutio.
deo:sicut caritas/iusticia:et hmõi:quedam vero ordi
nant nos ad deũ:sicut timor/spes:⁊ hmõi. Item ordi
nantiũ nos ad deũ: quedã sunt ex plenitudine bonita
tis:sicut mĩa:aut cognitionis sicut prudentia: quedã
vero ex penuria vel imperfectione bonitatis:vt spes
aut ex penuria siue impfectione: sicut fides: dicim⁹ ḡ
pro regula generali ꝙ omĩs virt⁹ q̃ assimilat nos deo Rl̃a gñalis
manebit in patria. Itẽ omnis virtus ordinãs nos ad q̃ virtutes
deũ ex plenitudine bonitatis aut cognitionis ꝓcedẽs manebunt
destruet̃. Ad primũ dicimus ꝙ non est simile de spe ⁊ Ad primũ
patientia:quia spes ꝓuenit ex imperfectione bonita-
tis:patiẽtia vero ex plenitudine bonitatis. Ad secun Ad scd̃m.
dum dicimus ꝙ timor reuerentie manebit in patria :
non ideo quia assimilet nos deo: sed q⁊ ordinat aĩam
in loco suo sub deo:scʒ et supra creaturas corporales
hic enĩ est locus debitus anime ad quẽ cum ꝑuenerit
plenitudinẽ habet bonitatis sue vel beatitudinis. ⁊ sic
patet ꝙ timor reuerentie nõ destruetur licet spes de-
struatur.

¶De iusticia.
Aliud capitulum.

Consequenter dicendũ est de iusticia. et dicit au
gustin⁹ ꝙ iusticia est subuenire miseris:ex quo Ar̃ primo.
videtur ꝙ iusticia destruatur. subuenire enim mise-
ris ex indigentia procedit. ergo iusticia quantum ad
hunc actum siue misericordia que est species iusticie
procedit ex indigentia euacuabitur per regulam se-
cundam. Item. impossibile est aliquẽ misereri. ḡ nul Secundo.
lus poterit misereri. ergo nullus habebit potentiã
miserandi. oĩs enim virtus supra potentiã habet fũ-
dari. et inde vt prius. Item. augustinus dicit: ⁊ beda Tertio per
sequens ipsum. ꝙ iusticie erit i futuro subdere se deo augustinũ.
Sed contra. certum est ꝙ hoc est humilitatis:nõ er- ꝯ aliud ar̃.
go iusticie. simili modo prorsus potest obici de pru-
dentia. quia dicit augustinus ꝙ prudentia ẽ precaue Augustin⁹
re insidias. Sed cõtra. est in deo. vñ:estote misericor ꝯ aliud ar̃.
des sicut et pater vester misericors est. ergo et i an-
gelis:et in animabus sanctis. ergo misericordia non
destruetur. Solutio. dicimus ꝙ tam misericordia q̃ Solutio.
prudentia manebunt in patria :abilitas enim miserẽ
di:si opus fuerit procedit ex plenitudine bonitatis.
hũilitas aũt precauendi insidias si opus fuerit:proce
dit ex plenitudine cognitionis. Ad pmũ dicimus ꝙ Ad primũ
subuenire miseris ꝓcedit ex idigẽtia ex ꝑte recipiẽtis

sed ex plenitudine ex parte dantis. similiter dicimꝰ ꝙ
precauere insidias ex parte precauentis prouenit ex
Ad scdm. plenitudine cognitionis. Ad scdm dicimꝰ ꝙ sancti ha
bent potentias ad miserandū: et similiter habitus. ꝙ
autē non poterūt misereri nō erit ex defectu potentie
eoꝝ: sed ex defectu recipientiū misericordie effectum
Ad vltimū Ad vltimū dicunt magistri ꝙ subdere se deo regenti
est humilitatꝭ ibi sistendo. obedientie vero habendo
respectū ad p̄ceptū: qꝛ preceptū est. iusticie vero red-
dendo deo quod suū est. Nos aūt dicimus ꝙ humili-
tas est ꝓprie et iusticie. similiter qm̄ humilitas est spe
cies iusticie. patet igr̄ ex dictis ꝙ iusticia plenius erit
in patria q̄ cetere virtutes: qm̄ erit isti secundū pul-
Augustinꝰ chritudinē actuū suoꝝ: qꝛ sicut dicit aug. Amabimus
laudabimus. Amor caritatꝭ est qui est quedā iusticia
reddens deo quod ꝓpriū est eius: vt supra oīa diliga
tur. laus vero est latrie que est iusticie spēs. nā latria
est professio maiestatis diuine quā ꝯfitetur dicens: lau-
damus te: benedicimus te. Inde est ꝙ iusticia dr̄ in li
bro sapi. ꝑꝑetua ꝛ mortalis quod nō de alijs virtuti-
Notandū. bus. Ad vltimū sciendū ꝙ in christo fūt quattuor car
dinales virtutes et fuerūt in via. prudentia quidē per
modū viatoris. cauit enī diaboli insidias: fortitudo si
militer. sustinuit enī multas tristicias. iusticia similit
qꝛ reddidit vnicuiq; quod suum erat. Sed tēperātia
dicunt magistri ꝙ eam nō habuit nisi ad modum con
prehēsoris. impossibile enī erat ꝙ in eo surgerent mo
tus illiciti. vnde nullos motꝰ illicitos cohibuit. Nos
vero dicimus ꝙ q̄tum ad motꝰ interiores nō habuit
temperantiā per modū viatoris. habuit tamen eam
q̄tum ad tentationes exteriores. tentatus enī est de
gula: quam tentationem repulit per tēperantiam ad
modum viatoris.

¶ De comparatione vir
tutis ad vicium.

¶ Tractatus decimusseptimus.

Postq̄ dictum est de virtutibus et vicijs: dicen-
dum est de comparatione virtutis ad vicium.
Prima q̄o Et primo queritur vtrū oīs virtus sit magis bona q̄
aliquod malū sit malū. ꝛ vtrū oīs virtus sit magꝭ in-
tensa q̄ quelibꝫ malitia. Secūdo querit de hereticꝭ q̄
ad subeundum penā pro fide falsa magis sunt proni-
q̄ fideles pro fide vera. Tertio queritur de cōtrarie-
tate virtutis ꝛ vicij. Quarto vtrū debeat admitti cō-
paratio boni ꝛ mali. Qꝭ omis virtus sit magis bona
q̄ aliquod malū sit malum: ꝛ magis intensa q̄ aliqua
Af primo. malitia. ꝓbatur: qꝛ super illū locū psalmi. Bonū mi-
chi lex oris tui super milia auri ꝛ argenti: Dicit btūs
augu. magis diligit caritas legē dei q̄ cupiditas mi-
lia auri ꝛ argenti. hoc aūt intelligit de interiori motu
caritatis: qꝛ nō posset intelligi de exterioribus operi-
bus dilectionis. videmus enī ꝙ aliquis malus feruē
tius opat mala opa q̄ aliq̄s etiā pfectꝰ operet bona.
qꝛ videmꝰ aliquos malos die et nocte quasi furibun-
dos currere ad mala opera: relinquitur ergo ꝙ intel
ligitur de interiori motu caritatꝭ: ergo motꝰ interior
caritatꝭ et imediatꝰ est magꝭ intensus q̄ motꝰ cupidi-
tatis: ꝙ caritas est magꝭ intensa q̄ cupiditas. ꝛ omēs
virtutes sūt eque intēse: ꝙ oīs virtꝰ est magis intensa
q̄ aliqua cupiditas. eadē ratione q̄ aliqd viciū. Item
Secundo. ꝑ virtutē meremur eternā btitudinē. ꝑ quodlꝫ viciū
Probatio mortale penā gehēne. sed btitudo est magis bona q̄
minoris pena gehenne sit mala: qd ostenditur per hoc: qꝛ bti-
tudo increata q̄ deꝰ est sine dubio in ifinitū est magis
bona q̄ pena gehēne sit mala. De btitudine etiā crea
ta probat hoc: qꝛ maior est delectatio ex coniūctione *De alia ꝓ-*
dei q̄ sit tristicia infernalis ex cōiunctione ad aliquod *batur.*
tormentū: qꝛ deus in infinitū magis bonus est. et ita
in infinitū magis delectabilis q̄ aliquod tormentum
inferni sit malū vel contristabile: qꝛ nichil est summe
malū. relinquitur ergo ꝙ beatitudo increata sit ma-
gis bona q̄ aliqua pena inferni sit mala: ergo premiū
qd debetur virtuti est magis bonū q̄ aliqua pena de
bita vicio: ergo ꝑ locuꝫ ab effectu vel a causa finali ꝙ
oīs virtus est magꝭ bona q̄ aliqd viciū sit malū. Itē *Tertio.*
per adiūctū pōt ꝓbari qd dicit btūs grego. Absit ꝙ
tanta delectatio sit in vicijs q̄ta est in virtutibus. sed
secundū q̄titatē delectationis attēdit bonitas in vir-
tute: ꝛ malitia in vicio. ꝛ sic iterū vt priꝰ. Itē dicit btūs *Quarto.*
aug. ꝙ malū ideo est malū: qꝛ nocet. si ei nō nocet nō
est malū. nocet aūt qꝛ diminuit bonū naturale. ꝓba-
tum est aūt superius in questione de corruptione na-
turaliū ꝙ peccatū nō aufert de bono naturali nisi mo
dicum vel minimū quid. ꝙ etiā ad illud qd remanet
non se habet in proportione: ꝙ etiā bonū naturale est
magis bonū q̄ aliquod malū vel peccatū noceat: ꝙ q̄
aliquod malū sit malū. sed oīs virtus est magis bona
q̄ aliquod bonū naturale: ꝙ oīs virtꝰ icōparabilit est
magis bona q̄ aliquod malū sit malum. Sed cōtra. *In oppoᵐ*
Dicit apostolus ad roma. Sicut exhibuistꝭ membra
vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete
mēbra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Sit
ergo ꝙ aliquis faciat precise id quod dicit apls. Iste
facit p̄cise quod dicit apls: sed apostolus p̄cipit opus
virtutis: quia opus meritorium. ꝛ iste tantum seruit
iusticie p̄cise quātū prius seruiebat vicio. sed quantū
seruit aliquis iusticie: tantū est bonus/et quantū ser-
uit vicio tantū est malus. ꝙ tantum precise est iste bo
nus: quātū fuit malus. ergo aliqua virtus est tantū
bona: quātum aliquod malū est malum. Itē. per ef- *Secundo.*
fectum cognoscitur quantū intensa sit quecūq; pro-
prietas: sed maiores effectus et plures feruentiores
habēt malicias istiꝰ in isto/ q̄ virtus etiā in isto perfe
cto. hoc enī apertevidemꝰ exterius. ergo malitia istiꝰ
est magis intensa q̄ caritas illius. Forte dicet ꝙ hoc *Euasio.*
non sequitur propter fomitem ꝓpter quem hō pro-
nus est ad malum magis q̄ homo bonus ad bonum
Sed contra: caritas est magis intensa q̄ fomes ꝛ ma *ꝯ hoc af.*
gis potēs. ꝙ fomes non debet esse cā ꝓpter quā mala
opera feruentius surgant ex vicio: q̄ bona opera ex
caritate. Solutio. dicimus ꝙ reuera oīs virtus ē ma *Solutio.*
gis bona q̄ aliquod malū sit malum. Sꝫ tria sūt pro
pter que malicia maiorem habet et feruentiorē effe-
ctum q̄ virtus. Primū est corruptio nature humane *Primū.*
siue fomes. sicut dicitur in libro sapientie. corpus qd
corrumpitur aggrauat animā: ꝛ cetera. Secundū est *Secundū.*
facilitas peccandi. quia facile est diuerti a signo: ꝛ dif
ficile est. inuenire medium: quia virtus ꝛ ars circa dif
ficilia cōsistunt. Tertiū est quoniā peccator illud qd *Tertium.*
summe diligit videt. amatores enī mundi: vidēt de-
os suos. s. ea que sūme diligūt: sed bōi non vidēt deū
suum sicut dicit beatus io. deum vnq̄ nemo vidit. hee
tres sunt cause propter quas malitia feruentiꝰ moue
tur: licet sit multominus q̄ virtus. quod ergo dicit
apostolus. sicut exhibuistis: et cetera. intelligitur col
latio in genere. i. sicut primo p̄ponebatis amorē tpa *per hoc ad*
lium amori iusticie. ita mō amorem iusticie siue dei *rationem.*

preponatis amori mundi ꝛ delectationē iusticie q̄ est
in deo delectationi mūdi. et ita patet ꝙ argumētū nō
valet. Malitia maiores ꝛ feruētiores elicit actꝰ ex se
q̄ virtus: ergo est magis intensa q̄ virtus: sicut patet
Exemplū. in mare ꝛ femina. qꝛ quilibet mas calidior est qualicū
q; femina q̄tumcunq; calida. ꝛ tn̄ femina citꝰ matu-
rat ꝛ peruenit annos nubiles a paruo calore q̄ mas a
ꝯ istd exem magno calore. qꝛ id potest paruꝰ calor in mollius sub
plū af. iectū qd magnꝰ in durū subiectū. Sꝫ videt ꝙ istud exē
plū nullū sit: qꝛ calor marꝭ nō excedit ī infinitū calorē
mulieris: quod si esset citꝰ maturꝰ esset mas q̄ femi-
na: sed ex hac parte caritas excedit in infinitū malitiā
ꝯ aliud af. quare magis efficax debet esse in suo effectu. Itē. con
tra hoc quod dicit ꝙ facilitas peccādi operat ad hoc
ꝙ malitia sit efficatior in suo effectu q̄ virtus: qꝛ in li-
bro sap. dr in persona maloꝝ. Vias difficiles ambula
uimus. ꝛ in hiere. Vt inique agerent laborauerūt. sꝫ
in euāglio dicit. Iugū meū suaue. ꝛ ita leue est bene
operari: ꝛ difficile et laboriosū male operari: ꝙ nulla
scdo ꝯ aliud est secunda causa quā ipe assignat. Item. quod ipe di
cit ꝙ malitia multa habet auxilia. s. fomitē/diabolꝫ
qui instigat ꝛ mundū qui vndiq; inuitat. Eodē modo
virtus habet multa auxilia ꝛ plura. Sicut enī malus
hōb abet demones instigantes: ita bonus sctōs ange
los custodes habet. et sicut ille habet mundū qui in-
uitat ad maluꝫ: ita iste habet oēs creaturas q̄ vndiq;
Augustinꝰ clamant. deus nos fecit ꝓpter te: sicut dicit btūs aug.
et sicut habet fomitē: ita ille caritatē ꝛ oēs virtutes.
et ille non habet oīa vicia. ꝛ ꝓpter hoc iste habet deū
adiutorē ꝛ cooperatorē: ergo cū iste habeat plura au
xilia ꝛ magis sit intensa virtus magis debet esse effi-
Solutio. cax in suo effectu q̄ viciū. Solutio. Dicimꝰ ꝙ exēplū
Ad scdm. de mare et de femina simile est: sed nō vsq;quaq;. Ad
secūdū obiectū dicimꝰ ꝙ maior difficultas est in male
agendo. i. maior labor propter penā annexā pctō: sed
tamen est maior facilitas propter infinitatē pctī: qꝛ in
infinitis cōsistit. virtꝰ vero solūmodo in medio: ꝛ q̄tū
Ad vltimū ad hoc est maior difficultas in virtute. Ad vltimo ob
iectū dicimus ꝙ hoc ꝙ mali vident illud quod sūme
diligūt cū duabus precedētibꝰ causis sufficiūt ad hoc
ꝙ malicia feruētius moueat: quia nec angeli nec deꝰ
vident modo ab hominibus et ideo nō ita mouēt/ et
preter hoc etiā viciū est nobis quasi naturaliter moli
Augustinꝰ tum propter fomitē: vnde dicit beatus augustinꝰ ī li-
bro cōfessionum/magis valebat in me malū īsolitum/
q̄ bonum insolitum.

¶ De hereticis.

Obicitur de hereticis: quia pfectus hereticus pa-
ratus est ad oīa pati pro fide falsa: impfectus au
Deinde af tem christianꝰ non est ita paratus: sicut patet in beato
alijs medijs petro: ꝙ maior est infidelitas huius heretici: q̄ fides
ad p̄ncipale huius christiani: ꝙ aliquod malū est magis malum q̄
aliquod bonum sit bonū: nec potest hic adhiberi pre
dicta solutio. quia hereticus non videt id quod sūme
Euasio. diligit: sicut nec christianus impfectus. Forte dicet ꝙ
ꝯ hanc af. hoc est propter cōfirmationē: sed hoc videt esse falsū:
albedo minus intensa quandoq; est magis cōfirmata
non tamen propter cōfirmationē est magis efficax in
Solutio. suo effectu. Solutio ad hoc dicendū est ꝙ fidelis im-
perfectus: quia nescit vtrū sit dignus amore vel odio
timet penas incurrere eternas: ꝛ ideo nō ita paratus
ad patiendū licet maior sit in eo bonitas: q̄ iniquitas
in heretico: hoc ꝙ contingit nō propter remissionē bo
nitatis: sed propter adiunctum scꝫ timorem.

¶ De contrarietate boni et mali.

¶ Secunda questio
huius capituli.

Queritur de cōtrarietate boni ꝛ mali: dicit beatꝰ *Af per au-*
augustinus ꝙ malum ideo est malū: quia nocet *gustinū.*
ergo malū tantum quantum nocet. Similiter virtus
tantum est bona q̄tum prodest. sed quantuꝫ prodest
virtus tantū nocet malū: qꝛ viciū destruit q̄cq̄d edifi-
cat ipa virtus: ꝛ econuerso. ergo q̄tū virtus est bona
tantū viciū est malū. Item. regula est aristo. q̄tū vnū *Secundo.*
oppositoꝝ est eligendū tantū reliquū est fugiendum
sed q̄tū bonū est eligendū simplr tantū est bonū sim-
pliciter. sir q̄tū viciū est fugiendū tantū est malum:
ꝙ q̄tū virtꝰ est bona tantū est viciū malū. Itē. virtꝰ ꝛ *Tertio.*
viciū sūt cōtraria: ꝙ inter ea par pugna: ꝙ q̄tū pōt vnū
et reliquū: ꝙ sūt eque fortia: ꝙ eq̄ intensa. Itē dt apls *Quarto.*
Fidelis est deus q̄ nō permittit vos tentari sup illud
qd potestis. ꝛ intelligit hoc de facili: ꝙ fideles nō resi
stere possūt de facili tētationibꝰ: ꝙ virtꝰ nō de facili pōt
resistere malo: ꝙ nō est in ifinitū fortior q̄ malū: ꝙ nec
in infinitū intēsior q̄ malū. si enī esset in īfinitū fortior
de facili posset resistere. Itē. sint duo ī pari caritate ꝛ *Quinto.*
vnus eorū cadat per mortale. Inde sic. Quantū iste
meretur tantū iste demeretur: quia tanta corona de-
bebatur ei ꝛ tantū meretur. sed q̄tum iste meret tm̄
est bonus. ꝛ q̄tum iste demeretur tantum est malus.
Solutio. dicendū ꝙ hec est falsa. Quantum prodest *Solutio.*
virtus tantuꝫ nocet vicium: quia id quod dat virtus
scilicet beatitudo est magis bonum q̄ pena eterna sit
mala. est enim magꝭ bona q̄ subtractio beatitudinis
sed si aliquis esset summe malus: sicut deus est sum-
me bonus: tunc aliquid esset tantum malum quan-
tum beatitudo est bona. s. etna tristicia q̄ eēt ex con-
iunctione ad summe malū. sed quia nichil est summe
malū: vt probatū est. ideo patet ꝙ nichil est tantum
malū quantū beatitudo est bona. vnde patet ꝙ bea-
titudini siue delectationi que est in deo: nichil ē cōtra
riū. sicut dicit aristo. ꝙ delectatiōi que est ex eo ꝙ ali *Exemplū.*
quis considerat: ꝙ diameter est assimeter coste nichil *per hoc ad*
est contrarium: q̄ diametrū esse assimetrū coste: non *primū.*
habet contrariū. vnde patet ꝙ licet viciū auferat bea
titudinē: illa tm̄ ablatio non est contraria beatitudi-
ni: sicut delectationi que est in dulci: non est contra-
ria iusticia que est ex absentia dulcis: sed illa que ē ex
cōiunctione ad amarum. vnde patet ꝙ magis ꝓdest
in infinitum virtus: q̄ viciū noceat. Ad secundo obie *Ad scdm.*
ctum dicimus ꝙ illa regula. quantū vnū oppositoꝝ ē
eligendū ꝛc. intelligenda est in genere. i. si vnū oppo
sitorū est multum eligendū: reliquū est multum fugi
endum. Ad tertio obiectū dicimus ꝙ hec est falsa. *Ad tertiū.*
virtus et viciū sunt contraria: cum viciū secundū ꝙ vi
cium nichil sit: et cum non habeat contrarium. vt pa
tet ex dictis: habent tamen se vt contraria: quia mu-
tuo se expellunt circa idē susceptibile. Ad quarto ob *Ad q̄rtum*
tectum dicimus ꝙ virtus inquantum est in se de faci
li est potens resistere vicio. tamen habens virtutem
non de facili potest resistere propter corruptionē: qm̄
habet thesaurum suū in vasis fictilibus. et ideo mul-
totiens dormit virtus in homine habente virtutem
nec est mirum si dormiens expellitur. sicut nanus gi- *Exemplū.*
gātē dormiētē de facili īterficeret. Ad quito ob. dici *Ad quintū*
mus. quantū iste meret tm̄ ille demeret. si iste due
dictōes tantū ꝛ quantū ponātur nominaliter vera ē: ꝛ

secundū hoc assumptio falsa est.s. hec quantū iste de-
meretur tātū malus est. quia quolibet peccato mor
tali demeretur homo quātālibet coronā.si aūt tenea
Ar de superbia. tur aduerbialiter falsa est. Sz obijcitur de superbia
primorū parentū que totū humanū genus corrūpit.
constat autē ꝙ adā penituit de illa superbia.vnde di-
citur ꝙ ipse fleuit per.c.ānos cū vidit abel filiū suum
innocētē mori pro peccato suo. humilitas ergo eius
quā habuit in penitētia fuit magis bona ꝙ̄ eius sup
bia fuit prius mala:ergo tam potens ꝛ efficax.immo
magis fuit in saluādo:ꝙ̄ superbia prius fuerit in per
dendo:ergo suffecit ad restituendū adā in primū sta-
tum.maxime cū sit in infinitū maior et intēsior:ergo
suffecit ad restituendū in statū immortalitatis:qđ est
Solutio. falsum. Solutio.dicimus ꝙ cū potentia sit medicina
cōtra morbū et cōtraria cōtrarijs curant̄.nō tñ opor-
tet medicinā esse cōtrariā morbo secūdū essentiā suā
sed etiā secundū circunstātias suas. vt si aliquis infir
metur ex calida causa: nō sufficit ei dare frigidū in ea
Exemplū. dem intensiōe frigidi:sed oportet ꝙ sit diuisiuū con-
tra cōpactionē materie ꝛ huiꝰ.propter quod fiūt me
dicine cōposite:vt sint in oībus modis cōtrarie mor-
bo. vnde cū superbia ade fuit prima qua priꝰ homo
voluit ascēdere vsq; ad excelsa dei.nulla hūilitas fuit
Ad rōnem et ex toto opposita: nisi illa q̄ ille qui esset pure deus
descendere voluisset vsq; ad infima hoīs.vnde sola hu-
militas christi fuit medicina cōtra superbiā ade/et sa
tisfacere potens pro illa.vnde patet ꝙ nō valet predi
cta argumētatio qua inferret:ꝙ humilitas penitētie
ade suffecit restituere eū in statū pristinū.propter hoc
Motꝰ aīe. etiā patz ꝙ eius penitentia suffecit ad restituendum
ei oīa ablata quantū ad gratiā:nō quātū ad alia.qz
nō potuit omnino satisfacere.faciliꝰ est enī destruere
ꝙ̄ cōstruere.licet enī peccatū ade primo inceperit ab
anima.tamē secundū cōiūctionē que est anime ad cor
pus corrūpit corpus. est enī in homīe motus ab aīa
Exemplū. mouēs corpus exteriꝰ.sicut qñ aliquis irascit̄ de pec-
cato alteriꝰ.talis motus est in aīa ꝛ mouet hoīem ex
Motꝰ corporis. teriorē visibiliter.lz eiꝰ principiū sit tantū spūale.Silr
est motus a corpore vsq; ad animā per quē ex carnis
feditate nascitur in aīa peccatū mortale.

¶Utrū debeat admitti proportio vtutꝫ ꝛ vicij
Ultima questio huius capituli.

Ar ꝙ non. Queritur vtrū debeat admitti proportio virtutꝫ
Augustinꝰ et vicij.videt̄ ꝙ nō.quia malū nichil est.vt dicit
beatus augustinꝰ.sed nichil ad aliquid nulla est cōpa
ratio/vel ecōuerso: ergo virtutis ad viciū nō est cōpa
ratio:ergo falsū est quod dictū est superius:ꝙ omnis
virtus est magis bona ꝙ̄ aliquod viciū sit malū:ergo
nichil est accessus ad sūmā maliciam:ergo non est ac-
cessus ad veri nomis impositionē eiꝰ qđ dicitur malū
ergo nullū malū est magis vel minus ꝙ̄ aliquod ma
lum sit malū/vel ꝙ̄ aliquod bonū sit bonū:cū ibi non
Solutio. sit intensio nec cōparatio. Solutio.secundū ꝙ malicia
est habitus malus quo homo dicitur malus bene est
Ad primū cōparatio virtutis ad maliciā: sed malū secundum ꝙ
malū nō est cōparabile virtuti:cū malū scđm ꝙ est ma
Ad scđm. lum nichil sit. Ad secundo obiectū dicimus ꝙ licet ni
chil sit malū quod sit sūme malū:tñ malicia recipit in
tensionē et remissionē.possunt enī mensurari qualita-
tes diuersis modis. s. vel secundū accessū ad veri no-
minis impositionē:si est ibi veri noīs impositio. vł si
nō est veri noīs impositio potest mēsurari secundum
actū suū.Et per hoc patet solutio ad vltimo obiectū per hoc ad vltimū.

¶De questionibus moralibus.

Post questiones theologicas accedendū est ad
questiones morales quibus instruimur in exte
rioribus operibus:et casibus singularibꝰ.hoc autez
dico pro maiori parte.quia inter questiones sequen-
tes sūt etiā quedā que sunt theologice.Diuidimꝰ au
tem eas in duo.s.in precepta et sacramēta:siue in q̄-
stiones de preceptis:et questiones de sacramentis:et
primo agemus de preceptis: et prius de distinctione
preceptorū. secundo de quolibet per ordinē. Circa
distinctiones autē primo de numero ipsorū generali
ter.secundo de tribus p̄mis quomodo adaptantur
tribus personis.tertio de distinctiōe septē preceptorꝫ
que pertinēt ad dilectionē proximi: ꝛ scripta erant in
scđa tabula.quarto cur dicit aug.ꝙ decalogꝰ est litte
ra occidens.quinto qualiter adaptatur decē p̄cepta: Primum
decem plagis egip.Nota ergo ꝙ p̄mū preceptū est: preceptū.
Non habebis deos alienos.non facies tibi sculptile Prima qđ
neq; aliquā similitudinē.dicit augustinus hoc eē vnū vtrꝫ sint tm̄
preceptū.origenes duo.similiter hoc totū.Nō concu decē p̄cepta
pisces vxorem proximi tui.nō concupisces rem proximi Origeñ.
tui.dicit ori.eē vnum.aug.duo.constat aūt ꝙ origeñ
non distinxit illa duo p̄cepta.nō facies tibi aliā simili
tudinē:nisi penes materiā:sed eodē modo:hic est di-
uersa materia.Nō concupisces vxorē proximi tui.nō ꝯ origeñ ar.
cōcupisces domū vel agrū.ergo qua ratione distixit
duo p̄cepta prima:debet distinguere et illa duo.ꝛ ita
male distinxit origenes. modo v detur male distin-
xisse augustinus.qz vltima duo distinxit penes mate- Eodē mō ꝯ
riā:eadē ratione et duo p̄ma.et ita videtur ꝙ vterq; augustinū.
male distinxit:et si vterq; bene qđ videt̄.quia vtriusq; Ar ꝙ non.
expositionē approbat ecclesia:ergo vterq; vere. ꝯ
orige.vere.ergo duo p̄cepta sūt. non facies tibi scul-
ptile.non facies tibi similitudinē:et p̄ter hoc sūt no-
uem:qz hoc dicit augustinꝰ. ꝯ.xi.precepta sunt. Pre Secundo.
terea.cum diligere magis sit in precepto:et sit maxi-
mū p̄ceptū vt dicit dñs.et hoc est p̄termissū. ergo sūt
insufficienter p̄cepta disticta.Itē p illa decē p̄cepta de Tertio.
calo.prohibētur tria capitalia vicia.s.luxuria : ibi.nō
mechaberis.et auaricia ibi.nō furtū facies. et ira ibi
nō occides.sic eī prohibetur ira:vt dicit dñs in euan
gelio.sed sicut illa tria vicia mortalia sunt: ita et illa
alia quattuor.s.superbia/inuidia/gula/accidia. ergo
sicut illa tria prohibita sūt:et ita illa quatuor debuerūt
prohiberi.ergo plura p̄cepta debuerūt distingui ꝙ̄ di-
stincta sūt.Preterea.queritur p̄cise quare precepta Quarto.
decem sūt.Solutio. vterq; bene distinxit. sed augu. Solutio
melius:quia magis rei substantiā declarauit:hec enī
duo.nō concupisces vxorē ꝛc.nō concupisces rem ꝛc.
dicit duo esse p̄cepta:quia cōcupiscentie substantiali-
ter distinguūtur secundum proprias materias:sed face
re sculptile:et facere imagīes.i.adorare talia sūt eius
dem speciei.quoniā hoc verbum adorare in seipso p
priam habet materiam:sicut hoc verbum diligit.qa
diligere aliquē est et velle bonum.vnde diligere deū
et diligere proximum sunt eiusdē speciei: eodē mō ado
rare sculptile ꝛ adorare similitudinē sūt eiusdē speciei
quia duo habent eandem materiā:scz maiestatez dei
quia adorare sculptile est ei profiteri maiestatem dei.
ita de alio:et ita maiestas dei est propria materia vtro
biq;:et ideo optime distinxit augustinus vnū eē p̄ce-
ptum.origenes autem dixit duo propter illa quibus

exhibentur non propter istud quod exhibet̄. quia per
per hoc ad primū. eū sculptile siue idolū est statua repñtatiua rei q̄ nō
est in rerū natura:quā ipsi adorabant.similitudo aūt
rei que est in rerū natura:vt statua solis vel lune:duo
Ad scđm. autē vltima dixit eē vnū quia sunt vnū genere. Ad se
cundo obiectum de caritate:dicimꝰ ꝙ intelligitur in
precepto fidei.cum enī dicitur:non facietis deos alie
nos.idem est ac si dicatur:me solum adorabitis.ado
rare autē quidā motus est fidei : scz profiteri in mente
de vero deo vel vno:ꝙ ipse est sūmum bonum : et in
Augustinꝰ hoc intelligitur diligere.dicit enim augustinus supra
Alr p̄t dici finem ad gal.ꝙ caritas est in fide: vel dilectio preci-
pitur in tertio precepto:scz ibi: memento vt diē sab-
bati sanctifices:quia licet per fidem et spem celebret̄
dies sabbati:magis tamen per caritatem cum in ea
Ad aliud. magis sit dilectio in deum. Ad sequens obiectum
dicimus ꝙ superbia excluditur per primum man-
datum. per hoc enī ꝙ eua credidit se posse fieri sicut
deū apostatauit a deo:ꝛ fuit ille motus primꝰ supbie
in ea:ꝛ infidelitas. Cū ergo primus motus superbie
sit primus motus infidelitatis patet ꝙ vbi precipitur
motus fidei excludit̄ supbia.ꝛ cū inuidia sit separati-
ua a deo sicut superbia ibidē excludit̄ vbi et superbia
Accidia excluditur. et ideo non oportet alijs preceptis prohiberi. Accidia
aūt aperte excluditur p illud Memēto vt diē sabba-
De gula q̄ dā dicūt. ti sanctifices.De gula dicūt quidā ꝙ prohibet̄ vbi pro-
hibet̄ luxuria propter viciorꝫ cōnexionē. sed cū peccatū
ꝯ hoc ar. actus ꝛ peccatū volūtatis sint magis cōnexa.volūtas
enī mala proprie est causa mali actꝰ:ꝛ peccatū volūtatꝫ
et actus prohibent̄ diuersis preceptis:ꝯ gula ꝛ luxuria
debuerūt prohiberi diuersis preceptis/que nō ita sūt
cōnexa: cū neutrum annexum sit alteri de necessitate.
Secundo. Preterea. dicūt sancti ꝙ septē vtilia sūt ad proximū
sed cū gula non pertineat ad proximū:nec noceat aliq̄s
Ad vltimū dicunt. alij per gulā nō debet prohiberi aliq̄ illorꝫ. Ad vltimo
obiectū similiter dicūt ꝙ sunt decē mandata decalogi
ꝯ hoc ar. propter decē plagas egypti.sed cū plures fuerūt pla-
ge egypti:vt dr in psalmo:vbi tres enumerātur q̄ nō
enumerātur in exodo. Uidetur ꝙ si scđm numerum
plagarꝫ distinguunt̄ p̄cepta ꝙ deberēt distingui quat
Alia opīo. tuordeci. Alij dicūt ꝙ tria p̄ma data sūt propter trinitatē
alia septē propter proximū:qđ cōstat ex aīa ꝛ corpe:aīa tres
hz vires. corpꝰ cōstituit̄ ex quattuor elemētꝫ:vñ terq;
ꝯ hanc ar. quaterq; beat.hec solutio nulla est:qz p̄cepta nō sunt
de viribus aīe vel de elementis corporis. vnde scđm
Solutio. ea non debent distingui. Nobis aūt videt̄ ꝙ tria pri-
ma data sunt ad hoc vt per impletionē illorū assimile
tur homo deo ꝛ ordinet̄ ad ipm.qđ fit per fidē/spem/
et caritatē:ꝛ latriā: que precipit̄ illis tribus mādatis
Tria p̄ma ordināt ad deum. Per primū enī preceptū quo precipit̄ latria q̄ proprie
exhibetur potentie diuine ordinatur hō ad patrē cui
appropriatur potentia. per scđz aūt quo prohibetur
mendaciū et veritas per cōsequēs precipitur assimi-
latur homo filio qui est vita/veritas/ꝛ via.per tertiū
aūt assimilat̄ hō spūisctō. caritate eī sabbatisat homo
Septē alia ad proximū. in deo:ꝛ spiritussanctus est caritas. per septē alia or-
dinatur homo ad proximū.ordinatur aūt vel in rebꝰ
faciendis vel nō faciendis: facienda cōprehendūtur p
illud mandatum Honora patrem et matrē tuam ꝛc.
Ponitur enī ibi species pro genere.sicut in aliquibꝰ
preceptis sequētibꝰ.vnde precipitur ibi quilibet ho-
nor qui exhibetur proximo vel in operibꝰ iusticie vel
in operibus misericordie. vnde per impletōnē huius
mandati sufficienter ordinatur proximo q̄tum ad fa-
cienda:sed q̄tum ad non facienda.i. q̄tum ad nō iniu
riandū ordinatur proximo homo si non iniuriatur ei
dicto vel facto.iniuria dicti prohibetur ibi. Nō dices
falsum testimoniū ꝛc. factis aūt iniuriatur tripliciter
Primo in propriā personā que prohibetur ibi.Non
occides. Ibi enī prohibetur omīs percussio: ꝛ omīs
manus violenta iniectio.Secūdo modo iniuriat̄ scđo
proximo suo homo per cupiditatē in rebꝰ que possi-
det:cuius voluntas prohibetur ibi:Non furtū facies
Tertio modo iniuriatur per luxuriā in propria vxo-
re vel in filia ꝛ huius volūtas prohibetur ibi. Nō con
cupisces vxorem.ꝛc.actus ibi. Non mechaberis.ꝛc.
Non aūt est alius modus iniuriandi. ꝛ ita per illa de
cem ordinatur homo sufficienter ad deū ꝛ ad proximū
Omnia autē precepta debent esse de hijs que nos or
dinant ad deū vel ad proximū.quoniā sicut dicit bea-
tus augustinus. virtus nichil aliud est ꝙ̄ amor ordi- Augustinꝰ
natus.vnde non possunt esse plura precepta ꝙ̄ illa de
cem:et sufficiunt illa decem:quia non est aliquod pre
ceptum quod non sit aliquod illorū decem. vel conti
neatur sub aliquo illorū. Sz cū tria precedentia per-
tineant ad dilectionē dei:septē sequētia ad dilectionē
proximi.vt dicit btūs aug. Uidet̄ pretermissū eē aliqđ ꝯ dicta ar.
preceptū quod pertineat ad dilectionem qua aliquis
diligit se. Constat enī ꝙ quilibet debet diligere se ex
caritate:sed dicimus ꝙ nō ē pretermissū.qz in dilectio
ne dei intelligitur dilectio suijpsius. sicut dicit beatꝰ
aug.Si vis diligere te:dilige deum:qz sicut dictū est Augustinꝰ
supra:vno modo diligere deū est diligere se. vnde di
lectio sui precipitur illo mandato:vbi dicitur.sabba.
ꝛc.et per hoc etiā ordinatur homo in semetipsū ꝙ sā
ctificat diem sabbati.per hoc enī celū ratio est super
terrā.i.super sensualitatem.cū vero dñatur sensuali-
tas inordinatus est ordo siue peruersus.quia in se ter
ra est super celum.dicimus etiā ꝙ hoc mandato intel
ligitur prohiberi gula:quia gula diligit homo seip-
sum inordinate.

¶Quomodo primum preceptuz pertinet ad
patrem:secundum ad filium:tertium ad spiri-
ritumsanctum.

Dictum est ergo ꝙ primum p̄ceptum pertinet
ad patrem/secundū ad filium/tertiū ad spiritū
sanctum.Contra.adoratio cōmuniter conuenit prī ꝛ ꝯ dicta ar.
filio et spiritui sancto:et equaliter: ergo non magis
patri ꝙ̄ filio vel spirituisancto. Preterea.secundum Secundo.
preceptum.non assumes nomē dei ꝛc.ita exponit̄.nō
iurabis pro nichilo.sed iurare pro nichilo equaliter
est contra omēs personas.ergo nō magis ad filiū per
tinet ꝙ̄ ad alias personas.simili modo videtur ꝙ non Notandū.
magis pertineat ad spiritūsctm̄ ꝙ̄ ad alias psonas cū
sanctificare pertineat omnibus personis.Solutio.di Solutio.
cimus ꝙ primū preceptū appropriatur petri propter du
as causas.Prima est quia fides ibi precipitur que ē Prima cā.
potestas qua homo est potēs destruere omnia regna
diaboli.sicut dicit apo.Sancti per fidez vicerūt regna
et cetera.de qua dicit iohānes in euāg. Dedit eis po
testatem filios dei fieri ꝛc.Potentia aūt appropriat̄
patri. ꝛ ideo primū preceptū in quo precipitur fides
assimilat nos patri: qz facit nos potentes per fidē: qz
adorare quidā motus est fidei:illud.s. quo in mente
profitetur quis sūmā eius bonitatē/summā eius po-
tentiā.Adoratio autē illa que est reuerentia proprie

exhibetur pro orare.⁊ ideo primũ dicitur ptinere ad
Scd̃a rõ. patrẽ. Secũda ratio est qꝛ fides est origo omĩs boni
in homine sicut patri attribuitur esse originẽ omniũ.
De secũdo mandato. De secundo mãdato dicimus ꝙ in quadã significatio
ne pertinet ꝓprie ad filiũ scd̃m vnã expositionẽ qua
sic exponit̃.nõ assu.ꝛc.i.filiũ dei inuanũ.i.nõ credes fi
liũ dei eẽ purã creaturã: scd̃z aliã expositionẽ qua sic
exponit̃ nõ accipies nomẽ dei tui.ꝛc.i.nõ iurabis ꝓ ni
est simile:ecclesia enī sustinet ꝙ milites habeant: ⁊ q̄
diu ecclesia dissimulat non tenetur agricola residuuꝫ
decimare:excusatur enī per dissimulationem ecclesie
dum modo sit in hac voluntate ꝙ si ecclesia peteret li
bentius daret ecclesie q̄ militibꝰ qui ecclesiam iuuāt
pro posse suo. Item i.xviij.numeri dicit dominus ad
moysem precipe filijs israel atq3 denuncia. Cum acce
peritis decimas a filijs israel quā dedi vobis primiti
as offerre domino id est decimā parteꝫ decime aaron
preceptum ergo de decimis duas partes habuit scilꝫ
vt filij israel darent decimas leuitis: ⁊ leuite darēt de
cimam decimarum summo pōtifici suo. Queritur ḡ *q̄o incidēs.*
quare prima pars teneat/reliqua nō: ⁊ videtur ꝙ ma *Arguit ꝯ.*
gis debeat tenere secunda:q2 summus pōtifex noster
toti christianitati prouidet:sed minoribus sacerdoti
bus dantur decime:vt possint vacare legi dei ⁊ mini-
strare spiritualia:sed summuꝫ sacerdotē magis opor
tet vacare legi dei et dare spiritualia: ergo magis eū
oportet habere decimas.videtur ꝙ minores sacerdo
tes teneant dare decimam decimaꝝ domio pape ⁊ nō
dant:ergo peccant. Si dicatur ꝙ summum sacerdo- *Euasio.*
tium translatum est:et propter hoc non tenent sacer-
dotes dare decimas summo sacerdoti. Solutio hec *ꝯ hoc arḡ.*
nulla est:quia similiter officium leuiticum translatuꝫ
est et mutatum: leuite enim in veteri lege solebāt of
ferre carnales hostias:modo autē offerūt spirituales
Ad hoc nobis videtur dicendum ꝙ non tenentur cle *Solutio.*
rici dare decimam decime domino pape propter hoc
ꝙ dominus noster papa prouidet toti christianitati

et difficillimū eēt cōgregare decimā decimarū. vnde
ordinauit eccl'a ꝙ dn̄s papa habeat suā propriā dio-
cesim cui prouidet immediate et preest in qua habet
Alia causa. decimas si vult.et preterea hꝫ multa regalia que de-
derunt imperatores:⁊ insup omnia bona ecclesie sua
sunt ⁊ accipit inde quantum vult:vnde sufficientē ci-
bum habet in domo sua.

¶ Qualiter debeāt sacerdotes predicare.
¶ Quinta questio.

Queritur qualiter debeant p̄dicare prelati solu-
p̄ma opio. tionē decimarū. Et sciendū ꝙ secundū opinionē
Notandū. illoꝝ q̄ dicunt ꝙ quicunq3 non soluunt decimas veras
peccāt mortaliter:tenent prelati simpliciter solutio-
nem decimaꝝ predicare.veritas enī doctrine non est
Opinio do omittanda ꝓpter scandalum. Sꝫ secundū illā opinio
ctoris. nē quā nos sustinemꝰ non tenent predicare nisi i casu
ꝯ primā arḡ. Cōtra primā opinionē sic obicitur.ꝙ dn̄s papa ꝑ eze
chielē.si dicente me ad impiū morte morieris:nō an-
nunciaueris ei:nec locutus fueris vt auertatur a via
sua impia et viuat ipse impius in impietate sua mo-
rietur:sanguinē eius de manu tua requiram. ergo si
laici peccant mortaliter non soluendo veras decimas
et prelati nō p̄dicant eis solutionē decimarū veraruꝫ:
peccant mortaliter:sed constat ꝙ eccl'a non predicat
solutionē verarū decimarū:ḡ peccat mortaliter fere
vbiq3 hoc autē inconueniens.ḡ relinquitur ꝙ non te
neantur prelati predicare veram solutionē decimaꝝ.
Secundo. Item.si tenētur:ḡ dn̄s papa peccauit q̄n dixit ꝙ secū
dum consuetudinē regionū exigerētur decime ⁊ red
derentur.tenebatur eī predicare verā solutionē deci
marū et p̄dicauit oppositū.ḡ peccauit mortaliter. p̄-
Tertio. sumendū ē aūt ꝙ non peccauit. Itē.tria erant i vete-
ri testamento:scꝫ p̄cepta/iudicia/⁊ leges/ siue cerimo
nialia.precepta aūt sunt que pure moralia sunt.iudi-
cia sicut hic:si emeris seruuꝫ hebreū ⁊c.cerimonialia
sunt sacrificia carnalia.preceptum ergo de veris deci
mis aut fuit in veteri testamento vt p̄ceptū/aut iudi-
ciū/aut cerimōiale.si fuit vt preceptū:ḡ vt pure mo-
rale.ergo est scriptum naturaliter in corde hominis
et hoc falsū.non enī magis dictat conscientia de deci
ma q̄ de duodecīa.si vero fuit vt iudiciū vl'vt cerimo
niale.ergo variabile:q2 iudicia variantur secundum
diuersas regiones:et diuersos mores hominū: ergo
p̄ceptū de veris decimis variabile ē secundū diuersas
regiones.ergo prelati non tenent p̄dicare verā solu-
Quarto. tionē decimaꝝ. Itē.p̄ceptū de decimis reducibile est
ad aliquod preceptorū x.nō nisi ad hoc: honora pa-
trem ⁊c. intelligit eī illud preceptū:⁊ de patre carna
li et sp̄ūali.s.plato:sed vnus modus honorandi pa-
trē carnalē ē exhibere ei necessaria:sed ad hoc non te
nemur nisi pro loco et t̄pe:videlꝫ cū pat indiget:ma
gis autem scriptū ē in corde hoīs ꝙ teneat dare car-
nalia p̄ri carnali a quo hꝫ oīa carnalia:q̄ teneat dare
carnalia patri sp̄ūali:scꝫ prelato:sꝫ patri carnali nō te
netur dare carnalia nisi q̄n indiget:non tenent ḡ ho-
mines ad solutionē harū decimaꝝ simpliciter: nec p̄-
Solutio s̄ꝫ lati tenentur p̄dicare: Q̄d concedūt illi q̄ sustinēt se-
scd̄aꝫ opio- cundā opinionē. Sed contra.aut ecclesia debet p̄di-
nem. care solutionē decimarū aut nō:si dꝫ et alicubi nō pre
ꝯ quā arḡ. dicat:ergo peccat:si nō et p̄dicat alicubi:ergo ibi pec
cat.ergo q̄dq̄d contingit peccat eccl'a vel hic vel ibi
Secundo. Itē.si nō tenet nisi in casu dare decimas qualiter p̄di
caret eccl'a in illo casu:si p̄dicat ꝙ nō tenet videt men

tiri:⁊ p̄terea scandalizāt laici: si p̄dicat ꝙ nō tenet:er
go nūq̄ habebitur solutio sicut dictum ē prius ꝙ pre
ceptū de decimis s̄m substātiā suā ē morale:sꝫ scd̄m
taxationē nō ē morale:taxauit aūt dn̄s in veteri te-
stamento decimā p̄tē:q2 taxatꝰ erat numerꝰ sacerdo-
tū et leuitarū:cū enī essent duodecī tribꝰ:q2 tribꝰ io-
seph fecit duas tribus:sola tribꝰ leuitica cessit i sor-
tē dn̄i:et propt hoc taxauit dn̄s vt alie tribus decīas
darent leuiticis.sed in nouo testamento non est facta
hmōi taxatio in ministris dn̄i.vñ non est facta taxatio
in decimū:sꝫ ordinationē eccl'e reliqt dn̄s.et eccl'a i-
stinctu sp̄ūsctī ordinauit vt s̄m regionū cōsuetudinē
dent decīe.sicut iacobꝰ i xv.actuū:visū ē nobis ⁊ sp̄ūi
sctō:nichil vltra vobis iponere oneris q̄ vt abstinea-
tis ⁊c.dt eī orig.abundat iusticia mea plusq̄ scribaꝝ *Origenes.*
et phariseoꝝ q̄ etiā minutas decimas reddebant: er
ego iprudēter vtar t̄palibꝰ:et nō sentiet sacerdos ne-
q3 leuita neq3 altare:quasi diceret nō abundat.simili
ter p̄t dici de p̄latis nr̄is:abūdat iusticia p̄latoꝝ plus-
q̄ sacerdotū leuitice tribꝰ:et sacerdotibus illis suffi-
ciebāt decīe ⁊ p̄mitie:et p̄latis nr̄is nō sufficiūt legalia
et m̄lta alia quare nō abundat.ꝓpt hoc sine p̄iudicio
melioris sn̄ie.dicimus ꝙ sicut habet consuetudo re- *Solutio do*
gionis tenētur laici reddere decimas/⁊ p̄lati p̄dicare *ctoris*
Ad p̄mo obiectū dicimꝰ ꝙ eccl'a alicubi dꝫ predica- *Ad primū.*
re:alicubi non debet: et vbi debet:si non p̄dicat sa-
cerdos:sed omittat ex pusillanimitate et negligētia
peccat.siīr vbi nō dꝫ predicare si p̄dicat cū hoc sit ex
cupiditate peccat. Ad vltimo obiectū dicimꝰ ꝙ si ec- *Ad vltimū*
clesia valde indigeret non deberet p̄dicare aut ꝙ te
nerentur:aut ꝙ non tenerent:sed deberet ostendere
indigentiā suam:et preceptum de decimis:⁊ tūc sine
dubio tenerent non solum de frugibus terre:sed etiā
de negociatione iusta/⁊ breuiter de omnibꝰ q̄ renouā
tur quousq3 esset cibus in domo domini.secundū pre
ceptum domini.

¶ De redemptione decimarum.
¶ Ultima questio.

Queritur de redemptione decimaꝝ. Et est gene- *Rl'a ḡnalis*
ralis regula ꝙ licet cuilibet redimere suuꝫ ius.
vnde licet decimas redimere a militibus q̄ eas iniuste
detinent:sed non licet emere. Sed videt ꝙ licet eme *Arḡ primo.*
re:quia ius ꝑcipiendi decimas tēporale est ⁊ transito
riū:⁊ est dos ecclesie carnalis:ḡ est p̄ciabile:ergo po-
nere ipsum sub precio non est peccatū:ergo licet eme
re decimas: Si dicat ꝙ nō licet:q2 ius percipiendi de- *Euasio.*
cimas non sit spirituale: tn̄ est annexū spirituali. Cō-
tra:similiter ius percipiendi redditus in hac villa est
annexū spirituali: quia sicut ecclesia habet ius perci-
piēdi decimas in hac villa:ita et alios redditꝰ:ergo q̄
ratione nō licet emere decimas:quia sunt de possessio
nibꝰ ecclesie:nec licet emere villas ecclesie:⁊ hoc fal-
sum. Solutio. Ius ꝑcipiendi decimas annexū est spi *Solutio.*
rituali naturali ordinatione ⁊ diuina: naturalis est or
dinatio vt q̄ semināt sp̄ūalia metāt carnalia:hec est eī
ratio dati ⁊ accepti:de q̄ loquit ap̄ls ad phi. vl. ⁊ hec
ē eq̄litas mānevt q̄ plꝰ colligit minꝰ h̄eat.laici eī q̄ plꝰ
colligūt de t̄palibꝰ debēt dare cleric̄ q̄ minꝰ colligūt
vt sit eq̄litas ⁊ possint vacare legi dei: q̄ vacatio sp̄ūa
lis est:propter quam beatus thomas canthuariensis *Thomas*
et multi alij sancti passi sunt tormenta et certauerunt *cāthuariēsis*
contra reges et principes volentes auferre posses-
siones ecclesie: quia sine huiusmodi possessionibus *Papa or-*
non possunt ministri dei vacare legi dei. Ordinauit *dinauit.*

sũt dñs papa vt pro carnalibus q̃ debentur seminan=
tibus spũalia darent̃ decime. vñ patet q̈ ius decimaꝝ
annexũ ẽ spũali naturali ordinatione et diuina. alij au
tem redditus annexi sunt spũali ex accidenti: et ꝓpt̃
[Ad rõnes.] hoc nõ est simile. Et sic patet solutio ad obiecta: ⁊ si=
cut ecclesie lz redimere decimas: sic alicui clerico au=
ctoritate ecclesie accipere in pignus decimas a militi
bus et habere fruct⁹ ꝑ multos annos: ⁊ si milites ve=
lint hr̃e decimas accipiet cleric⁹ totã sortẽ suã nõ cõ=
[ꝯ hoc ar.] putatis fructibus iterũ perceptis in sortẽ. Sed videt̃
q̈ ibi sit vsura: q: iste clericus accipit aliq̃d. s. illos fru
ctus p̃ter sortẽ ex vi mutui vel pignoris nõ fiat ius in
[In oppoᵐ] hoc ergo est vsurarius. Sed contra. illi fructus erant
ecclesie et ecclesia dedit ei. ergo non peccat accipien=
[Solutio.] do illos fruct⁹. ḡ nõ ẽ vsurarius. Qd̾ concedimus. hac
[Ad rõnem] rõe non valet hec argumentatio: accepit aliq̃d preter
sortẽ ex vi mutui vel pignoris. ergo est vsurarius. ītel
ligendũ ẽ enĩ aliq̃d alienũ. ille vero non accipit aliq̃d
alienũ immo suũ qd̾ sibi datũ ẽ ab ecclesia siue p̃lato
qui dare poterat. Itẽ. ponat̃ qd̾ aliq̃s miles habeat ĩ
aliquo territorio xl. modios de redditib⁹ xx. de deci=
ma: et xx. de cãpiparto et contrahit mutuũ cũ aliquo
clerico qui dat ei mutuo. c. libras vt habeat quolibet
[Alia q̃stio] anno x. modios in illis redditibus: Querit̃ vtrũ ille
[incidẽs.] contract⁹ sit vsurari⁹. et ꝓbatur q̈ sic: q: liceret cleri=
[Ar̃ q̈ sic.] co illi quolibet anno ꝑcipere totã decimã. s. xx. modi
[In oppoᵐ] os. ḡ multo forti⁹ xx. modios. Sed contra. accidit ste
rilitas terre ita q̈ in territorio illo in quo solẽt eẽ xl.
modij nõ sũt nisi xij. iste clericus accipit de illis xij. x.
⁊ nõ sũt de decima nisi sex. ḡ quattuor accipit de cãpi
parto. ergo aliquid accipit de alieno p̃ter sortẽ et ex
vi mutui: q̃n enĩ miles vult habere illos modios red
[Solutio.] det. c. libras. ergo ille clericus est vsurarius. So=
[Ad rõnem] lutio. si clericus fecit contractum suũ hoc mõ ⁊ hac in
tentione vt quidq̃d contingat habeat de redditib⁹ il
lis x. modios: vsurari⁹ fuit ille contractus. si vero hac
intentione vt in decima sua habeat x. modios: si ibi
sint: et si nõ nõ: nõ est vsurarius: in voluntate eĩ consi=
stit vsura ⁊ symonia s̃m theologos: quidq̃d dicant de
[Alia q̃stio] cretiste. iuxta hoc queritur de quodã milite q̃ non hz
[incidens.] redditus nisi de decimis ⁊ non vult viuere in mortali
[Ar̃ primo.] pctõ. sed si reddat decimas nõ hẽbit vñ pascat filios vl̃
vxorem: et forte filie ꝓstituẽtur: et filij fiẽt raptores
[Secundo.] et multa alia inconuenientia accidẽt. q̃d ḡ faciet. Itẽ
dñs suus non permittit reddere decimas illas eccle:
q: dr̃ eas eẽ de feudo suo: videt̃ ergo miles perplex⁹
[Solutio.] esse. Solutio. ille miles debet venire ad ep̃m suũ et
ostendere indigẽtiã suã ei: et ep̃s ad tẽp⁹ dz ei dimit=
tere fruct⁹ illarũ decimarũ: dũmodo miles ꝓmittat
q̃ñcunq̈ poterit q̈ reddet decimas eccle: si ep̃s vero
peruersus sit et nolit ei dimittere: tunc miles dz red=
dere. melius ei ẽ q̈ sẽp sit paup̃ q̃ detineat alienũ cũ
pctõ mortali. Itẽ. aliquis miles vult vendere decĩas
sed eccl̃ia in cuius teritorio sũt ille decime nõ hz facul
tates/ vnde emat. i. redimat: et alia eccl̃ia rediat eas
ex auctoritate ep̃i illi⁹ loci post modũ illa eccl̃ia in cu
ius territorio sunt ille decime redit ad meliorem for=
[Alia q̃stio] tunã et vult habere illas decimas: Querit̃ vtrũ debe
[incidens.] at hr̃e. videt̃ q̈ sic: q: de iure cõi sũt sue ille decĩe cũ sit
[Ar̃ q̈ sic.] in parrochia sua et de iure diuino. ergo dz eas habere
quia sicut de iure diuino est q̈ ibi leuite habeant deci
mas ita de iure diuino est q̈ iste curatus habeat istas
[Secundo.] decimas. Itẽ. raptores sunt qui metunt carnalia et
non seminant spiritualia: sed hec eccl̃ia que modo ha=
bet decimas istas non seminat spiritualia in hac pro=
chia. ergo in illa non debet metere carnalia. videtur
ergo q̈ illa eccl̃ia dz habere istas decimas que sunt in
suo territorio. Sed contra. hec eccl̃ia est in possessiõe [In oppoᵐ]
harũ decimarũ: secundum ordinationẽ episcopi cui⁹
est ordinare de decimis. ergo de iure suo sunt: sic alia
ecclesia non habet actionẽ contra istam. Solutio. Si [Solutio.]
illa eccl̃ia in cuius territorio sunt ille decime nunq̃ ꝑ=
cepit illas decimas bene potest alia eccl̃ia secundũ or
dinationez episcopi loci redimere illas decimas. si tñ
eccl̃ia in cuius territorio sũt ille decime sufficiẽtẽ cibũ
habeat intentio enĩ dñi semper debet salua esse. Ad [Ad p̃mum]
primum ergo dicimus q̈ de iure diuino est q̈ decime
debentur leuitis: sed non est de iure dĩno q̈ iste decĩe
istis leuitis dentur immo partim est ab ordinatione
humana: dñs enĩ relinquit ordinationẽ eccl̃e qui ordĩ
nat quas decimas habeant et quantas: nec est rapina
si hec eccl̃ia habeat has decimas secundũ ordinatio=
nem eccl̃e cuius est ordinare de talibus. Item. aliq̃s
miles detinet decimas que valent ducentas libras et
inde emit villam: Queritur vtrum illa villa debeat [Alia q̃o in]
esse eccle sie. dicit enim ius positiuum: q̈ si aliquis [cidens.]
emat de meis denarijs villam: villa illa non est mea: [Ar̃ q̈ sic.]
sed exceptionẽ habet hec regula in minore: qui scilicz
est sub tutela alterius: pars enim minoris non debet
deteriorari: sz meliorari: sz eccl̃ia fũgit̃ iure minoris
Contra. villa empta de rebus eccl̃e non debet esse ec [In oppoᵐ]
clesie. pari ratione: si cõmutetur alia villa in aliã: ⁊ il=
la alia in aliã ⁊ sic in infinitũ omnes ille erunt eccl̃e
quod manifeste falsum est Solutio. sufficit ecclesie q̈ [Solutio.]
seruetur indamnis. vnde potest petere vel vltimã vil
lam vel res suas de quibus empta est villa. Itẽ cum
de omnibus teneamur dare decimas: sicut de agnis ⁊
lana: Queritur ergo si agni pascant̃ in medietate an= [Aliaque=]
ni in parrochia vna ⁊ in alia medietate in alia parro= [stio incidẽs]
chia quis sacerdos debeat habere decimam de lana. [Ar̃ primo.]
videtur q̈ ille in cuius parrochia tondent̃ oues. Sed [In oppoᵐ]
contra. De omnibus que renouantur inquantũ reno
uantur debent dari decime: sed lana in duabus parro
chijs renouatur: ergo duobus sacerdotib⁹ debet de=
cima dari de illa lana. Similis ẽ obiectio de illo q̃ ha
bitat in vna parrochia ⁊ colit terram in alia. Querit̃ [Alia q̃stio]
enim cui sacerdoti debeat dare decimas. videt̃ q̈ illi [Ar̃ primo.]
in cuius territorio colit terram. Sed contra. Et q̃ se [In oppoᵐ]
minat spiritualia debet dare carnalia: sicut dicit apo=
stolus. communicet is cui cathezizat̃ in omib⁹ bonis:
ergo pastori suo debet dare decimas illas. Solutio. [Solutio.]
Ad primum dicimus q̈ secunduz ius commune cum [Ad primũ]
renouatio fiat in duabus parrochijs duobus sacerdo
tibus debet dari decima: similiter in secundo casu se=
cundum ius cõmune agricola debet dare decimas pa
stori suo qui seminat spũalia: ex cã tñ rationabili põt [per hoc ad]
ecclesia aliter disponere vt scz sacerdoti in cuius par= [alia.]
rochia tõdent̃ oues/ detur lana: si alia ecclesia piguis
sit ⁊ similiter agricola debet decimas illi soli in cuius
territorio terram colit si alia pinguis sit ecclesia vt
sit equalitas manne: sicut dictũ est: breuiter ḡ dicim⁹ [Conclusio]
q̈ scd̃m cõsuetudinẽ rõnabilẽ regiõis dãde sunt decĩe ex dictis.
dũ mõ salua sit intẽtio dñi vt sit sufficiẽs oibus cibus
in qualibet domo domini.

¶ De vtili quod pertinet ad amorem ꝓximi.

¶ Tractatus vicesimusquartus.

Dicto de vtili q̃d ꝑtinet ad hõrẽ dei: sicut de voto
et de decis: dicẽdũ est de vtili q̃d ꝑtiet ad hõrẽ ꝓximi

sicut de vitatione scandali et fraterna correctione. et
primo de vitatione scandali. Circa questionẽ istã pri=
mo videndũ ẽ quid sit scandalum: et vtrũ omne scan=
dalũ sit mortale peccatum. secundo vtrũ scandalũ sit
vna species peccati per se. tertio de illo verbo aposto
li: oĩa michi licẽt: sz non oĩa expediũt. quarto q̃d omit
tendũ sit propter scandalum. quinto quid faciẽdũ ꝓ=
pter scandalum. sexto vtrũ petrus scandalizauerit se=
parando se a gentibus et comedendo cum iudeis: di
scernẽdo cibaria. Circa primũ sic ꝓcedit̃. dicit auctori
tas sup illud mathei. ve mundo a scandalis. Qr scan
dalizare est dicto vel facto minus recto p̃stare occa=
[q̃d scãdalũ] sionem ruine: sicut cum aliquis fornicat̃ cum alio pre
stat ei occasionẽ fornicandi. et hoc patet q̈ scandalum
est dictũ vel factum min⁹ rectũ p̃stãs occasionẽ ruine.
dr aut scandalum grece obex latine: sicut ei ad obicẽ
positum in via ledit̃ pes euntis: sic scãdalũ ẽ obex po
[duplex scã=] situs in via morũ ad quẽ leditur pes spũalis. Dicitur
[dalum.] autẽ scandalũ actiuum/ et scandalum passiuũ. Scanda
[actiũ q̃d est] lum actiuuz est in quo quis scandalizat aliũ prestans
ei occasionem ruine spiritualis: vel facto vel dicto mi
[Passiuum] nus recto. Scandalũ passiuũ est quo qui leditur ru=
[quid est.] ens in peccatum exemplo alterius. De scandalo acti
[Prima q̃o] uo videtur q̈ oẽ tale scãdalũ sit peccatũ mortale. q̃a
[Ar̃ q̈ sic.] dñs dicit in euangelio. ve mundo a scandalis. i. pena
eterna imminet amatoribus mundi ꝓpter scandaluz
sed dãnatio eterna non imminet nisi ꝓpter pctm̃ mor
tale. ergo omne scãdalum est peccatũ mortale. idem
[Cõfirmat̃.] videtur per auctoritatẽ illã. Qui scãdalizauerit vnũ
ex pusillis expedit ei vt suspendatur mola asinaria in
collo eius et demergat̃ in profundũ maris/ quasi di=
cat. quãtalibet pena tpalis ĩproporcionabilis ẽ pene
eterne quã meretur ille q̃ scandalizat. ḡ oẽ scãdalum
est pctm̃ mortale. Itẽ. eadẽ ẽ rõ cuiuslibet scandali.
[Tertio.] ergo si vnũ ẽ mortale pctm̃: ⁊ quodlibet. sicut si ani=
ma fortis ẽ ĩmortalis ⁊ quelibet: cum eadẽ sit rõ ĩ q̃li
bet homine. sed constat q̈ aliquod scandalum ẽ mor=
tale. ḡ et q̃dlibet. vel distingue quid faciat scãdalum
[In oppoᵐ] veniale/ quid mortale. Sed probat̃ q̈ aliq̃d est venia
le: q: sicut qui fornicatur corã alio prouocat ipsũ ad
fornicationẽ ita qui mentit̃ corã alio iocose/ ꝓuocat
ipsũ ad mentiendũ iocose: sed scandalũ primũ ẽ mor
tale: q: incitat ad mortale: mentiri eĩ iocose veniale ẽ
[Secundo.] Itẽ. simus in illo instãti in quo petrus dr̃ dño. absit
a me dñe nõ erit michi hoc: ĩde petr⁹ scãdalizauit dñz
ergo dñs scandalizatur a petro: q: si fortes ꝑcutit istũ
iste percutitur a forte. similiter si fortes diligit istum
iste diligitur a forte: sicut etiã et in vere actiuis et in
ꝺe passiuis: dicũt̃ actiuũ ⁊ passiuũ ad ꝯuertentiã. sicut
ḡ bñ seq̃t̃: petrus scãdalizat dñm. ergo dñs scãdaliza
tur a petro: sed primũ est verũ: ergo et vltimũ: ergo
dñs leditur spiritualiter. ergo peccat: vel venialiter
vl̃ mortaliter. qd̾ ẽ ĩpossibile. Itẽ. ꝓbatur q̈ scãdalũ
[Tertio.] passiuũ non sit pctm̃: q: passio non subest libero arbi=
trio: ḡ non ẽ voluntariũ. ergo non ẽ peccatũ. Itẽ. nul
[Quarto] lus vult ledi: ḡ null⁹ vult scandalizari: ḡ scandalũ pas
siuũ nõ est voluntariũ. ḡ nõ ẽ pctm̃. Solutio. dicim⁹
[Solutio.] q̈ quoddã ẽ mortale quoddã veniale: sicut ostensũ ẽ
Et ad duas primas auctoritates dicim⁹ q̈ dñs loq̃tur
[Ad duas p̃] ibi de scãdalo mortali: sicut cũ dr. os qd̾ mentit̃ occi=
[mas aucto] dit aiam/ intelligitur de mendatio mortali. constat eĩ
[ritates.] q̈ non oẽ mendatiũ ẽ mortale. Ad scd̃o obiectũ dici=
[Ad secũdũ] mus q̈ hec est duplex: eadẽ ẽ rõ in oĩ scandalo: si eĩ rõ
sumat̃ pro causa: falsa ẽ: si vero ꝓ diffinitione vera est
sed tunc non sequitur q̈ si vnũ ẽ mortale peccatũ: q̈ ⁊
quodlibet: sicut non sequit̃. eadẽ est rõ in omni pctõ
i. diffinitio. ergo si vnũ est peccatũ mortale: ḡ ⁊ quod
libet: q: ex causa fit scandalũ veniale vel mortale. Uo [triplex vo=]
lũtariarũ aũt actionũ triplex ẽ cã. s. natura/ virtus/ ⁊ [luntarium.]
libido. virtus aũt non est causa facti vl̃ dicti min⁹ re=
cti nec natura: quia quod natura facit difficile virt⁹ fa
cit facile. libido ergo scandali est cã: q: si est venialis
scandalum ẽ veniale: si mortalis scandalum est mor=
tale. Ad aliud dicim⁹ q̈ nõ valet hec argumẽtatio: pe [Ad aliud.]
trus scandalizauit dñm. ḡ dñs scandalizatus fuit a pe
tro: nec ista similiter: iudei scandalizati sunt a dño. er
go dñs scandalizauit iudeos: q: scandalum actiuũ et
scandalum passiuũ: nõ referunt̃ ad se secundũ suas es=
sentias: sed solũ ad illud qd̾ dr vel fit: q: ergo scanda
lum actiuũ nõ ẽ vera cã scandali passiui: sed tm̃ occa=
sio: ꝓpter hoc neutra illarũ argumentationũ valet.
De scãdalo aũt passiuo dicim⁹ q̈ aliq̃ñ ẽ mortale pec [Ad aliud.]
catum: sicut si aliquis fornicat̃ exẽplo alteri⁹: aliq̃ñ ve
niale: sicut cũ aliq̃s mẽtit̃ iocose exẽplo alteri⁹: aliq̃ñ
nõ est pctm̃: sicut cũ in aliquo remittit̃ feruor carita=
tis vl̃ fidei ex facto vel ex dicto alteri⁹: illa remissio nõ
est pctm̃ est tñ scãdalũ q: est q̃dã lesio: nõ valz aũt hec [q̃re dr̃ pas=]
argumentatio: passio non subest libero arbitrio. ⁊c. [siuum.]
q: scãdalum passiuũ nõ ẽ passio: sed dr passiuũ q: ori=
ginẽ hz occasionaliter ab occasione alterius. Ad vlti [Ad vltimũ]
mũ dicim⁹ q̈ hec ẽ duplex: iste vult ledi: sicut hec ẽ du
plex: iste vult peccare: q: si volũtas solum transeat su
pra actum vera ẽ vtraq̈: q: iste vult actũ qd̾ ẽ pecca=
tũ: ⁊ vult actũ qd̾ ẽ lesio: si trãseat supra totũ: falsa est

¶ Utrum scandalum vna sit species peccati.

¶ Secundum capitulum.

Circa secundum capitulum queritur vtrum scã= [Pria q̃stio]
dalũ sit vna species peccati ꝑ se distincta ab alijs [hui⁹ capitl̃i]
videtur q̈ sic: quia iste fornicat̃ corã alijs: peccat enim [Ar̃ q̈ sic.]
eo q̈ fornicatur ⁊ in eo q̈ scandalisat: ergo peccat du=
pliciter: ḡ cõmittit duo peccata. Itẽ aliq̃d est dimittẽ [Secundo.]
dum ꝓpter scandalum: simus ĩ illo instãti in quo iste
tenetur dimittere hoc bonum propter scandalũ ⁊ nõ
dimittit: constat q̈ peccat peccato scandali: ⁊ iste pec=
cat scandalo luxurie: hoc certũ est ⁊ luxuria est aliqua
species peccati. Solutio. Peccat alia specie peccati [Solutio]
q̃ sit peccatũ luxurie: sed ille qui fornicatur corã alijs [aliquorum]
peccat peccato luxurie/ ⁊ peccato scandali: ergo pec=
cat duplici specie peccati: ergo scandalum est alia spe
cies peccati: ergo committit duo peccata: ergo scãda
lum est vna species peccati per se. Contra. Nichil est [ꝯ quam ar̃]
ibi peccatuz in illo qui fornicatur corã alijs nisi actio
sed vnica est ibi actio: ergo vnicũ est ibi peccatũ. Itez [Secundo.]
sit ita q̈ aliquis fornicetur corã alijs: aliquis non: isti
duo non differunt nisi in hoc q̈ vnus fornicatur coraz
alijs: alius nõ coram alijs: sed q̈ dicit̃ coram alijs cir=
cunstantia est: ⁊ circũstantia non mutat genus peccati
si enim aliquis fornicatur in loco non sancto/ ⁊ postea
in loco sancto non mutatur gen⁹ pctĩ: ḡ ille q̃ fornicat̃
corã alijs nõ peccat duplici gñe pctĩ: ergo scãdalũ nõ
est aliud pctm̃ ibi q̃ fornicatio. Forte dicet ad hoc q̈ [Euasio.]
ibi sunt duo pctã: vnũ ĩquãtũ fornicat̃/ aliud ĩquãtũ ĩ=
tẽdit tale q̃d facere ꝑ qd̾ nocet ꝓxĩo: sz eodẽ mõ ꝓbat̃
q̈ ille q̃ fornicat̃ latẽter cõmittit duo pctã vnũ q̈ for=
nicat̃ aliud q̈ ĩtẽdit tale q̃d facere ꝑ qd̾ nocet sibi: hoc
autẽ falsuz: ḡ ẽ pctm̃ vnũ tm̃. Solutio. Ad hoc nobis [Solutio.]
vr̃ dicẽdũ q̈ sicut ille q̃ deflorãdo ꝟginẽ iterficit eã si
dictat ei ꝯsciã ãt ꝓbabilit̃ debeat dictare q̈ deflorãdo

interficiet: duo cõmittit peccata. sic ille qui corã aliis fornicatur scienter cum dictet conscientia: aut ꝓbabiliter dictare debeat ꝙ nocebit proximo suo: duo committit peccata et vnica actio est isti: duo pctã quantum ad maculas ꝛ deformitates formaliter. ꝗ sũt illi duo pctã / sed nõ est in subiecto nisi vnitas pctĩ: vel multitudo **Ad rõnes.** propter formam respicit. Et ꝓpter hoc nõ valꝫ hec argumentatio. nichil ẽ isti pctm̃ nisi actio: ꝛ vnica est actio. ergo est vnicũ pctm̃: qꝛ in media propositiõe significatur vnitas actionis: ꝛ sic vnitas actionis materie pctĩ in conclusione vnitas forme. instantia: nichil ẽ nomen nisi vox et iste non protulit nisi vnam vocẽ. ergo non protulit nisi vnum nomen. esto ꝙ ꝓtulit hãc **Ad aliud.** vocem canis: in diuersis significationibus. Ad aliud quod obicit ꝙ hec circunstantia corã aliis non mutat genus pctĩ. posset enim dici ꝙ non ẽ circunstantia cuꝫ nõ cõprehẽdat hoc versu. Quis qd vbi qbus auxiliis **Aliter dr.** cur / quomodo / quando: vel si est circunstantia. dicendum est ꝙ talis est circunstantia que inducit materiã peccandi: qꝛ nocere proximo et peccare in proximum **Ad vltimũ** est quedam materia peccandi. Ad vltimũ dicimus ꝙ ille qui cõmittit fornicationẽ latenter non committit duo pctã: qꝛ substantiale est cuilibet peccato mortali nocere proprio subiecto: sꝫ accidentale ẽ nocere proximo. propter hoc non est simile.

¶ De auctoritate apl̃i: scilꝫ omnia michi licent sed non omnia expediunt.

¶ Tertia questio.

Queritur de hoc verbo apl̃i: oĩa michi licent: sed non oĩa expediunt: et non loquitur apls vniuersaliter de omnibus: sic enĩ falsa esset ꝙ non licebat ei **De qb' loqbat paul'** fornicari: sed loquitur tantum de tribus / scilicet de redemptione rerum in iudicio / ꝛ de susceptione ciborum ab eis quibus ministrantur spiritulia / et de **Ꝯ hoc ar.** comestione idolatici. Sed obicitur. quodlibet eorum / si fiat aut fit cum scandalo: aut sine scandalo. si sine scandalo nullũ eorũ est licitum: nullũ expediens. ergo falsa est illa locutio ꝓpter primam partẽ. si sine scãdalo: tunc quodlibet ẽ licitum: quodlibet expediens. ergo falsa ẽ ꝓpter vltimã partẽ. ergo cũ fiat aut cũ scandalo aut sine scandalo falsa ẽ in omni casu locu**Solutio.** tio. Solutio. hec dictio licitũ respicit materiam siue **Expediens et licitum differũt.** genus rei: sed hec dictio expediens respicit actum siue casum: vnde is est sensus: omnia sũt michi licita in se: sed nõ oĩa expediũt ĩ casu: scꝫ cũ scãdalo fratris. vñ licitũ in se est repetere sua in iudicio: sed non expedit cum scandalo fratris.

¶ Quid sit omittendũ ꝓpter scandalum. Quarta questio.

Circa quartum capitulũ querit quid sit omittendũ ꝓpter scandalũ ꝛ ĩ pmo casu vtrũ teneat ali**Ar ꝙ sic.** qs repetere sua ꝓpt scãdalũ. videt ꝙ sic. Qꝛ magis diligendus est ꝓximus ꝙ corpus ꝓpriũ: sed in infinitũ magis ẽ diligenduꝫ corpus ꝓprium ꝙ tpalia. ergo ĩ infinitum magis tenemur diligere ꝓximũ ꝙ tpalia. ꝗ non tenemur repetere nr̃a tpalia anteꝙ interficiam' ꝓximũ in aĩa scãdalizando ipsũ. ꝗ nõ tenemur repete**Secundo.** re nr̃a ĩ iudicio ꝓpt vitãdũ scandalũ. Itẽ. tenemur dimittere opera mĩe ꝓpter scandalũ: sed meliora sunt opera misericordie ꝙ iusticie. ꝗ tenemur dimittere opera iusticie propter scandalũ. ergo tenemur non re

petere nr̃a ꝓpter scãdalũ. Item. super illũ locũ euãg. **Tertio.** Ve mundo a scandalis. dicit auctoritas. tenemur vitare scandalum ĩquantum possumus sine pctõ: sed sine pctõ possumus vitare proximi scandalum non repetendo nostra. ergo non tenemur nõ repetere nostra ꝓpter scandalum. ergo non est licitum repetere sua cũ scandalo fratris. Sed contra. ecclesia sustinet ꝛ pmit **In oppo'** ꝙ repetantur sua ab aliquibus et cum scãdalo mlti, enim scandalizant inde. ergo licitũ ẽ reperere sua et etiã cum scandalo. Qđ concedimus: aliter enĩ dissipa**Solutio.** tur vnitas eccl'ie. dicimus ergo ꝙ licet repetere sua ꝛ cũ scandalo: duplici rõe. Prima est refrenatio maloꝝ **Prima rõ** scđꝫ quã cõsulitur malis vbi non repeterent sua mali oĩa bonis auferrent: si enĩ boni nõ peterẽt sua: ꝛ hoc dimitterent ꝓpter scãdalũ: mali etiã sẽꝑ pretenderẽt signũ scãdali. Scđa causa ẽ vtilitas ꝛ pax eccl'ie. Ter**Secũda cã** tia cã est ꝯsolatio infirmorum: desperarent enĩ infir**Tertia cã.** mi si nõ liceret repetere sua: infirmis enĩ data sũt temporalia non tm̃ ad sustentationẽ: sed ad ꝯsolationem sicut dr in canticis: Leua eius sub capite meo ꝛ dexte **In canticis.** ra illius ãplexabit me: et etiã viri religiosi in accidiã caderent si auferentur eis tpalia et non liceret eis repetere. Quarta cã ẽ qꝛ nescitur vtrum ille a quo re**Qrta causa.** petitur scandalizet: immo presumẽdum est ꝙ nõ. istis quatuor de causis: lꝫ etiã cum scãdalo passiuo repetẽ sꝫ cũ scãdalo actio nũꝙ lꝫ. vñ apo. si esca. m. scãdalizauerit frem meũ. i. si ego mãducãdo scãdalizauero nõ mãducabo carnes ĩ etnũ. Ad pmo ꝗ ob. dicim' ꝙ si ĩ **Ad pmum** repetitiõe nostrarum rerũ nullũ aliud bonũ esset nisi acquisitio tẽporaliũ tũc sine dubio nõ tenemur repetere ꝓpter scãdalũ: sed multa alia bona ibi sunt. refrenant enim mali a rapinis ꝛ furtis: ꝛ in hoc consulitur eis: sicut dictũ est. Ad secundo obiectũ dicim' ꝙ alia **Ad secũdũ** est ratio in operib' iusticie / alia in operib' misericordie: opera enim misericordie ꝓprie cõseruatiua sunt vnitatis ecclesie ꝛ pacis. vnde iusticia et pax osculate sunt. Ad tertio obiectũ dicimus ꝙ illa auctoritas in**Ad tertiũ.** telligenda est salua triplici veritate / vite / iusticie / ꝛ doctrine: vite vt si socius scandalisetur: quia nõ fornicor sicut ipse: ꝓpter illud scãdaluꝫ non debeo relinquere bonam vitam meã: vel si aliquis scandaliset ꝙ do sententiã iustam cõtra ipsum: non propter hoc debeo dimittere quĩ iudicẽ iuste / doctrine vt si aliquis scãdalisetur: quia predico fidem: nõ ꝓpter hoc debeo dimittere quin predicẽ: sicut nec dñs dimisit qñ apl̃i dixerũt ei mathei. xi. scisꝗ phar. audito hoc vbo scãdalisati sunt: et dñs respõdit: sinite illos ceci sunt / ꝛ duces cecoꝝ: Sed adhuc videt posse probari ꝙ non liceat re**Iterum ar** petere sua cũ scandalo proximi: quia tenemur dimittere opera misericordie propter scandalũ vitandum: sed opera misericordie in pcepto sunt: ergo tenemur dimittere opera misericordie q̃ sunt in precepto propter scandalũ: ergo multofortius tenemur dimittere opera que non sunt in precepto propter scandalũ: sed repetere sua nõ est in precepto / licet enim cuilibet renũciare iuri suo: ergo tenetur quilibet nõ petere sua propter scandalũ: ꝛ ita non est licitũ ea repetere cum scandalo ꝓximi. Item sicut bonũ publicum cõseruat **Solutio.** per opa iusticie / ita ꝛ opa misericordie. per rationem enim dati ꝛ accepti de qua loquit apostolus. cõseruat bonũ publicum: sed bonum publicũ non facit in opibus mĩe quĩ teneamur ea dimittere ꝓpter scandalũ: sed repetere sua non est in precepto / licet enĩ cuilibet dicit apostolus. Si esca mea scandalisat fratrem meũ

nõ mãducãdo carnes in eternũ: sꝫ nõ mãducare car. ĩ eter. mai' est ꝙ nõ repetere pratũ vel vineã: ꝗ ꝛ tenemur nõ mãducare carnes in eternũ ꝓpt scãdalũ. multofortius ꝛ nõ repetere nostra tenemur ꝓpter scãdalum. Solutio. Ad pmo obiectũ dicimus ꝙ tenemur **Solutio.** dimittere opera mĩe ꝓpter scandalũ: sed illud dimit**Ad pmuꝫ.** tere nõ est dimittere simpliciter: sed differre: quia nõ tenemur opera mĩe facere semꝑ / nec tenemur ea facere in publico: immo melius fiunt in occulto: sicut dicit dñs. Attẽdite ne iusticiã vestraꝫ faciatis corã hoĩbus ꝛ nesciat sinistra qd faciat dextera: sed tamẽ a prelatis debẽt opera mĩe fieri in publico: eis enim dictũ est: sic luceãt opera vestra corã hominibus vt glorificent patrẽ vestrũ q̃ in celis est: repetitio vero rerũ vestraꝝ sub iudice non potest esse in abscondito ꝛ ꝓpter hoc non est simile de operibus misericordie / ꝛ de ope**Ad scđm.** ribus iusticie. Ad scđo obiectuꝫ dicimus ꝙ bonũ publicũ seruat per opera misericordie etiã si in occulto fiant: sed opera iusticie fiunt in aperto. vñ non est simi**Ad tertiũ.** le. Ad tertio obiectũ dicimus ꝙ apostolus loquitur ibi de scãdalo actiuo cũ quo nichil faciendũ est: ꝛ hoc patet per illud quod subiũgit: dicit enĩ ita q̃ propter si esca scandalisat fratrẽ meũ non mãdu. car. ĩ eter. ne fratrem meũ scandalisem: patet ꝗ ꝙ de scandalo actiuo ĩtelligitur sicut ꝛ illud quod dicit ad roma. xiiij. si propter cibũ tuum frater tuus contristatur iã non secundũ ca. ambulas. intelligitur de scãdalo actiuo. vñ subiungit: noli cibo tuo illuꝫ perdere ꝓ quo christus mortuus est quasi noli scãdalisare fratrẽ tuũ propter cibũ. in eodẽ tñ capitulo loquens de comestione ydolatici dicit: bonũ est mãducare carnem: ꝛ nõ bibere vinum in quo frater tuus offenditur / aut scandalisatur / aut infirmatur: Et distinguit triplex scandalũ passiuũ **triplex scãdalum.** quod supra dixim'. Offendit enim frater cum amittit caritatẽ ꝛ illud scandalũ passiuũ est mortale pctm̃: scandalisat enim cuꝫ dolet de hoc quod facis ꝛ remittitur feruor caritatis in ipso: ꝛ istud scandalũ passiuũ non est peccatũ mortale. ĩfirmatur cũ dubitat de fide et hoc scandalũ est aliquãdo mortale ꝛ aliqñ veniale: si ergo scandalisant homines de hoc ꝙ aliquis comedit carnes vel in die mercurij vel ĩ aliquo tempore in quo nõ est cõsuetũ comedere carnes in regione ĩ qua est non scđm caritatẽ ambular. vñ peccant: cũ ꝗ qua**In q̃tuor causis lꝫ repetere sua q̃o incidẽs** tuor cause dicte sunt superius: qb' licet repetere sua etiam cũ scandalo ꝓximi videlicet refrenatio maloꝝ bonũ publicũ / cõsolatio infirmoꝝ / ꝛ ignorantia: Queritur si sciat aliquis ꝙ iste scãdalisabitur si repetat ab eo quod suuꝫ est: vtrũ tenetur nõ repetere ex quo certum est de scandalo. videtur ꝙ sic: quia in infinitũ ma**Ar ꝙ sic.** gis debet diligere ꝓximũ ꝙ rem illã tẽporaleꝫ: ergo potius debet amittere rem suam ꝙ scienter dimittere perire proximũ suum. quod cõcedunt multi dicen**Opĩo multorum.** tes ꝙ si sciat ꝙ ꝓximus scãdalisabitur: si repetat sua tenet nõ repetere: sed impossibile est ipsum scire scandalũ proximi: quia non potest videre cor: signa enim exteriora fallere solent. Sed contra hanc solutioneꝫ **Ꝯ hãc ar.** obicit de phinees q̃ zelo iusticie ꝓfodit virũ israelitaꝫ coeuntẽ cũ madianitide ꝛ tamen sciebat illos perire corpore ꝛ anima ex quo in ipso actu peccati interficiebat illos: ergo iusticia nõ est dimittenda propter mortem ꝓximi spũalem. Item beatus thomas cãthuar. **Secundo.** repetijt ecclesie res: ꝛ tamẽ sciebat ꝙ rex ꝛ principes anglie scandalisabant: qꝛ repetebat: ergo iusticia siue repetitio reꝝ nr̃aꝝ nõ est dimittenda ꝓpter scãdaluꝫ. **Solutio.** qđ concedimus. vel propter zelũ iusticie et pacẽ tem

poralem ecclesie re petũtur. ex pace enĩ tẽporali consequitur pax spũalis per quam vacat ecclesia legi dei ꝓpter hoc enĩ habet ecclesia decimas vt possit vacare legi dei et esse in lecto cõtemplationis: vt quod ibi inuenerit infundat per predicationẽ subditis. ꝛ hoc maxime debent facere prelati. vnde in cant. Adiuro vos **In cãticis.** filie hierusalẽ ne suscitetis neꝗ euigilare faciatis dilectam meã donec ipa velit. quiescere enĩ debet in contẽplatiõe donec ibi hauserit quod aliis propinare dꝫ. Additis ergo istis duabus causis zelo iusticie et pace ecclesie quattuor causis pcedẽtib': licet repetere sua cũ proximi scandalo. etiã sciẽter: sed cũ cupiditate nõ licet. Iuxta precedentia querit vtrũ ꝓpter generale **Alia q̃o incidens.** scandalũ teneat ecclesia nõ petere sua. qđ videtur: qꝛ ꝓpt generale scãdalũ dimittit ecclesia repetere deci**Ar ꝙ sic** mas. Item dicit augu. super ioh. ꝙ propter genera**Secũdo ꝑ augustinũ.** le scandalũ dimittẽda est predicatio: ergo veritas doctrine dimittenda est propter scandalũ: multofortius debet ecclesia dimittere repetere sua ꝓpter gñale scãdalũ: qꝛ petere sua licitũ est. et etiã licitũ est nõ petere sua: sed si ꝓpter gñale scandalũ tenetur ecclesia non repetere sua: ergo peccauit mortaliter. Btũs thom. cantu. repetendo res ecclesie cũ generali scandalo anglicorũ. Solutio. Ad hoc respondendũ est cũ distin**Solutio.** ctione. si enĩ in nullo leditur libertas spũalis ecclesie vel minimũ ledit et ex alia parte sit gñale scandalum tunc prelatus non repetet: et si repetit peccat mortaliter si certus sit de generali scandalo. vbi eĩ noua est iusticia dimittenda est repetitio rerũ suaꝝ ꝓpter generale scãdalũ. ꝛ in hoc casu dicit aposto. i. ad coꝝ. vi. Quare non magis iniuriã accipitis si nõ sit generale scandalũ ex vna parte et lesio tanta ecclesie ꝙ nescitur vtrum magis vitandũ sit: tũc iudicio boni viri standũ est an sit repetendũ an non. vel ratio virtus docet nos de omibus talibus melius ꝙ ars. qꝛ vtus oĩ arte certior et melior. Si vero magna sit lesio spũalis liber**Nõ de officio prelati.** tatis ecclesie pugnare debꝫ prelatus vsꝗ ad mortem non debet dimittere propter scandalũ generale. sicut nec beat' thomas omisit. Ad illud qđ obiectũ est de **Ad rõnem** decimis dicimus ꝙ nõ solum ꝓpter generale scãdalũ non repetuntur: sed propter alias duas causas: quaꝝ vna est. Quia laici aliquando causam pretendũt qua**Prima cã** re debent habere decimas. dicunt enĩ ꝙ date fuerunt eis qñ ecclesia maxime indiguit auxilio eoꝝ. Secũda **Secũda cã** causa est: qꝛ alius est cibus in domo dñi sufficiẽs. Ad **Ad aliud.** illud qđ obiectũ est de predicatione dicimus ꝙ si oẽs scandalisant tunc dimittenda est: qꝛ inutilis esset. sed si quidam scãdalisantur quidã non: nõ est dimittenda sicut nec xp̃s dimisit. Sciendũ autẽ ꝙ cũ hec auctori**Notandũ.** tas apl̃i: Omĩa michi licent: sed nõ oĩa expediũt: exposita sit de redẽptione reꝝ cũ scandalo fratris: exponitur etiã de comestione ydolatici in ydolio. Est autẽ **qd ydolaticum.** ydolaticũ caro immolata ydolo. et ydoliuꝫ locus in quo immolabatur. comedebãt autem fideles de ydo**idoliũ qd ẽ** latico in ydolio cũ ydolatris vt eos attraherent ad fidem: sed infirmi in fide credebãt ꝙ in veneratiõe ydoli comederent ꝛ cadebant a fide aut dubitabant de fide ꝛ sic scandalisabantur. Exponit ergo sic illa aucto**Exponit dictum pauli** ritas: Omnia michi licent: sed non oĩa expediunt ꝛ licitũ est comedere ydolaticũ: sed non expedit cũ scãdalo infirmorũ / et scđm istam expositionem dicit glosa. **Glosa.** Sanctius est fame mori ꝙ ydolatico vesci / ꝛ ĩtelligit cuꝫ scandalo: Sed videt hoc falsum: quia dicit ꝙ nisi **Ꝯ hoc ar.** adam comedisset de ligno sibi cõcesso cũ haberet corpus indigens alimonia ciboꝝ interfecisset in se manus ꝛ

sic interfecisset se:ponatur ḡ q̄ iste nõ habeat quid co
medat nisi ydolaticũ si comedat scandalisabit ꝓximũ
si non comedat morietur fame et sic interficiet se:sed
peius est interficere se q̄ scãdalisare proximum:ergo
hec est falsa:sanctius est fame mori q̄ ydolatico vesci
Solutio. cũ scandalo. Solutio. In illa auctoritate non confert
peccatum pctõ:sed pena peccato: nõ enim is est sensus
sanctius est inicere manus i se q̄ ydolatico vesci:hoc
enim est falsum:sed is est sensus mors corporalis mi-
nus mala est q̄ scãdalisare ꝓximũ:sicut illud euange
lij intelligit: melius est ei vt suspẽdat mola asinaria
in collo eius et submergat i ꝓfundũ maris q̄ vt scan
dalizet vnũ ex pusillis istis:ille q̄ nõ hꝫ quid comedat
nisi ydolaticũ debet comedere:debet tñ facere quãtũ
in se est vt nõ scandalizet. vñ debet p̄stari et dare in pu
blico q̄ nisi comedat morietur fame ꝛ tunc nõ scãda-
lisat:exponit etiam de sumptiõe sumptuũ a subditis:
Alr expõit quasi dicat apls: licet michi accipere sumptus ab eis
quib⁹ p̄dico:sꝫ nõ expedit:scdꝫ hoc dicit bonũ ẽ michi
magis mori q̄ vt gloriam meã quis euacuet/ꝛ vocat
gloriam suam superogationeꝫ: supererogabat enim
ꝯ hoc ar in hoc q̄ non accipiebat sumptus a subditis:sed pro-
batur q̄ non erat supererogatio:quia corinthij auari
erant ꝛ si acciperet sumptus ab eis scandalisaret eos
et tenebatur non scandalisare:ḡ tenebatur nõ accipe:
Secundo. ergo non supererogabat non accipiendo. Item tene
batur repellere pseudo apostolos:ꝛ non poterat nisi
non accipiẽdo:ḡ tenebatur nõ accipere. ꝛ inde vt pri⁹.
Solutio. Ad hoc est solutio q̄ quantuꝫ ad quosdam superero
gabat quantũ ad alios nõ:multi enim erant q̄ libenter
Exponitur darẽt ei si ipse vellet accipere. Est ergo sensus gloria
dictũ pauli mea.i.p̄miũ quod mereor ex hmõi supererogatione
melior est q̄ mors corporalis sit mala. vñ melius est
incurrere mortẽ corporalem q̄ amittere istud p̄miũ.

¶ Utrum consilium dei sit omittendum
propter scandalum.
¶ Quinta questio principalis.

Queritur postea vtrum consilium dei sit dimittẽ
Ar q̄ non. dum ꝓpter scandalũ. videt q̄ non:quia p̄ceptũ
non est dimittendũ ꝓpter scandalũ: sed consilium est
maius q̄ preceptum:ergo non est dimittendũ ꝓpter
Secundo. scandaluꝫ. Item magis debeo diligere vtilitatẽ meã
spũalẽ q̄ aliquã vtilitatem ꝓximi siue corporalẽ siue
spiritualẽ:sed i faciendo consilio est vtilitas mea spi-
ritualis:ḡ non debeo dimittere consiliũ ꝓpter scãda-
In oppom lum proximi. Sed contra. Dicit auctoritas debem⁹
vitare scãdalũ quantũcũq̄ possumus sine pctõ: sꝫ hoc
possumus vitare scandalũ sine pctõ: quia nõ tenemur
ad cõsiliũ: ergo dimittendũ est cõsilium propter scan
Euasio. dalum. Forte dicet ad hoc q̄ illa auctoritas intelligẽ
da est salua triplici veritate:sed si dimittat cõsiliuꝫ nõ
ꝯ hoc ar. est salua triplex veritas: quia dimittit ascẽsus de vir-
tute in virtutem:quod est de veritate vite:ꝛ propter
hoc non est dimittendum consilium ꝓpter scandalũ:
sed eadem ratione opera misericordie nõ sunt dimit-
tenda propter scandalum:quia sunt de veritate vite:
nec opera alterius virtutis/ et sic nullum opus virtu
tis dimittendũ est propter scandalũ: quod est contra
Secundo. p̄dicta. Itẽ aggrauet cas⁹:ꝛ ponat q̄ pr ꝛ mr tua sint
q̄o incidẽs senes et non habeant aliũ prouisorẽ nisi te: Queritur
Ar q̄ sic. vtrũ in hoc casu tenearis nõ intrare claustrũ. Videt q̄
sic:q̄r p̄ceptũ ẽ tibi Honora patrẽ ꝛ matrẽ ꝛc. ꝛ hoc nõ
teneris facere semp:sed pro loco ꝛ tẽpore. sed modo
est tẽpus et locus:ergo teneris honorare modo: ꝛ in-
telligitur de honoratione q̄ est in necessarioꝝ exhibi-
tione:ergo teneris dare necessaria modo patri et mri
sed nõ potes si intres claustrũ: ergo teneris nõ intrare
claustrũ in hoc casu. Cõtra. ad gala. v. dicit apostolus In oppom
Si spiritu ducimini nõ estis sub lege:ḡ cum iste q̄ vult
intrare claustrũ spiritu dei ducat non est sub lege: ab
solutus est ḡ ab hoc precepto honora patrẽ ꝛc. ḡ non
tenetur dimittere claustrum intrare ꝓpter illud pre-
ceptũ implendũ. Item dicit hierony. per calcatũ per Secũdo p
ge patrẽ:per calcatã perge matrẽ. s. ad frugẽ melio- hierony.
ris vite. et dicit dñs in euange. Cõtendite intrare ꝛc. Cõfirmat.
et alibi. Dimitte mortuos sepelire mortuos:tu autẽ
vade et annuncia regnũ dei. et alibi. Omis qui relin- Cõfirmat
quit patrẽ aut matrẽ aut filios ꝛc. cẽtuplũ accipiet ꝛc. per aliud.
ergo non peccat iste relinquendo patrẽ et intrãdo re-
ligionem:ergo nõ tenetur non intrare religionem:et
in illo casu. Sꝫ ꝓbat q̄ peccet: q̄r aliqñ angls sathane Iterũ ar q̄
transfigurat se in angelum lucis. vt dt apls. ꝛ in iob. peccet.
Quis reuelabit faciem indumẽti ei⁹: instigat ḡ sepe
aliquẽ diabolus et monet vt intret claustrũ vt postea
faciat eũ exire:et sic magis peccare. sed iste nescit vtrꝫ
spũs benignus moneat ipm ad intrãdũ claustrum/an
spirit⁹ malignus:sed si intrat ex spiritu maligno pec-
cat mortaliter:sicut patet cũ aliquis itrat ex despera-
tione. cũ ergo dubitet an spiritus malignus moneat
ipm cõmittit se discrimini si intrat: ergo peccat mor-
taliter in illo casu intrãdo claustrũ. Solutio. Ad pri Solutio.
mũ dicimus q̄ cõsilium nõ est dimittendũ ꝓpter scan Ad p̄mũ
dalum passiuũ. Ille enim qui intrat claustrũ q̄tuꝫ in se
est nõ scandalisat. Dicimus ergo q̄ auctoritas illa in-
telligenda est salua triplici veritate. sed si dimitteret
consilium nõ esset salua triplex veritas:q̄r de veritate
vite est ascensus de virtute in virtutẽ:ꝛ non est simile
de operibus mie: qm̃ opera mie possunt fieri priuate
et ita sine scandalo. vnde si dimittit ꝓpter scandalum
nichil deperit dimittenti:q̄r si differtur nõ aufert. si di
mitteret cõsilium aliquid ei deperiret. vnde nõ est di-
mittendũ:imo ei qui scãdalisatur dicendũ est. an ocu
lus tuus nequã:q̄r ego bonus sum. Ad scdo obiectũ Ad scdm.
dicimus q̄ si aliquis spiritu dei ducitur ad intrãdum
claustrum nõ debet dimittere ꝓpter patrẽ:sed debet
eum ducere ad religionẽ secũ si potest. si vero nõ põt
cõmendet eũ dño qui dat iumẽtis escã ipoꝝ ꝛc. et trã Nota dili-
seat ad religionẽ. Tũc enim hꝫ locũ quod dicit hieroñ. genter.
per calcatum perge patrẽ ꝛc. nec tenetur tunc proui- hieronym⁹
dere patri suo: qm̃ absolut⁹ est ab illo qui dedit legẽ
Sunt autẽ tria per q̄ potest cognoscere se duci a spi- Tria signa
ritu sancto. Primũ est iocunditas mentis. aliqs enim p̄mũ signũ
vult itrare claustrũ q̄r videt claustrales pauperes spi
ritu et hilaritatẽ mentis habentes:ꝛ similia. et maxi-
mũ gaudiũ habet in hmõi. Scdꝫ signũ est q̄ a spiritu scdm signũ
dei ducit:si vult intrare claustrũ vt vitet pctm̃. multi eñ
sũt q̄ de facili patiũtur lubricũ carnis/ de facili diligũt
mũdũ i excessu. ꝛ de talib⁹ dt greg. Qui ifirm⁹ ẽ itret Gregorius
claustrũ:opꝫ enim ipꝫ ligari tanq̄ freneticũ spũalẽ. Ter tertiũ signuꝫ
tium est qñ intuitu solo emendationis vite vult intra
re claustrum. si vero dubitet an malo vel benigno spi
ritu ducatur:sicut multi faciunt qui ponũt se in hmõi
questionibus:tenetur non intrare. debet enim dimitte
re illam dubitationẽ si habet/vel desperationẽ:ꝛ tũc
licite potest intrare aliqua de predictis causis.

¶ Quid sit faciendum propter
vitandum scandalum.

¶ Sexta questio principalis.

Queritur quid sit faciendũ propter vitandũ scan-
dalũ: vtrũ. s. tenear dare bibliã meã alicui si vi-
Ar q̄ sic deam ipm scandalisari nisi dem ei. videtur q̄ sic:quia
teneor in casu dare vitã meã corporalẽ pro aĩa proxi-
mi. aĩa enim proximi diligitur tertio loco:ergo multo
fortius teneor dare bibliã meã pro aĩa ꝓximi ne scan
dalisetur:et si: ꝓ scandalo vitando teneor dare bibliam
Ad idem. meã. Item. si videam ipm proximũ mori corporali-
ter teneor ei dare etiã quicquid habeo anteq̄ dimit-
tam eum mori corporaliter:sed in infinitum peior est
mors spiritualis q̄ corporalis:ḡ teneor dare bibliam
meã si videam ipm mori spiritualiter nisi dem ei. sed
si scandalisatur moritur spiritualiter:ergo teneor da
Ad idem. re bibliam meã propter scandalũ. Item dicit aposto.
Si esca scandalisat fratrem meũ non manducabo car
nes ineternũ:ergo teneor abstinere a carnibus ieter-
num propter scandalũ. sed maius est abstinere a car-
nibus ineternũ q̄ dare bibliam: ergo cum tenear fa-
cere maius propter scandalũ teneor dare bibliã meã
Ad idem. propter scandalũ. Item. teneor vitare scandalũ q̄tuꝫ
possum sine peccato:salua tripliciveritate. sed dando
bibliam meã salua est triplex veritas. non enim est de
Ad idem. veritate vite retinere bibliã. Item. dare eam non est
peccatum:immo est opus misericordie:ergo si aliter
non vitatur scandalũ teneor eã dare propter scanda-
Item ad id lum. Item. teneor omittere opera misericordie pro-
pter scandalũ:ergo multofortius ꝛ facere: ergo dare
bibliam teneor:q̄d est opus misericordie propter scã
Solutio. dalum. Solutio. Ad primo obiectũ dicimus q̄ sicut
Ad p̄muꝫ. in aliquo casu teneor dare vitam corporalẽ pro aĩma
proximi: ita in aliquo casu teneor dare bibliã meam
pro scandalo proximi vitando:sed non in quolibet ca
su. vnde si ex particulari inferat vniuersalem. patet q̄
non valet hec argumentatio:sed si conclusionẽ intel-
ligat particulariter q̄tum ad casum necessaria est ar-
gumentatio:et est a simili/vel potius a minori. vnde
concedimus q̄ in aliquo casu teneor dare bibliã pro
scãdalo vitãdo in aliq̄ nõ si enim petat irratõnabilr sine
causa rationabili non teneor ei dare duplici de causa.
Prima rõ. Prima est bonũ publicũ. ad publicũ enim bonũ perti-
net vt dominia rerum non transferantur sine ratione.
Secũda cã Secunda causa est vt reprimatur temeritas petenti-
Scdꝰ casus um. Secundus casus est si petat rationabiliter: vt si
sit ei necessaria ꝛ michi similiter: tũc non teneor dare
Prima cã. duplici de causa. Pria est vt reprimat temeritas pe-
Scda cã. tentiũ. Secũda ꝓpter ordinẽ caritatis:magis enim de
tercius casus beo me diligere q̄ alium. Tertius casus est si aut mi
chi aut tibi ꝛ illi sit necessaria: sed michi magis:ꝛ tũc
Prima cã. non teneor dare triplici de causa. Prima est vt repri-
Secunda. matur temeritas petentium. Secunda est ꝓpter or-
dineꝫ caritatis:magis enim debeo me diligere q̄ aliuꝫ.
Tertia. Tertia ꝓpter bonum publicum:ad bonum enim pu
blicum pertinet q̄ quilibet vtatur re sua ꝓut melius
q̄rt⁹ casus. potest. Quartus casus est si illi est necessaria ꝛ michi
superflua:sed propono dare alicui quẽ scio magis in
digere illo ꝛ tũc nõ teneor dare illi ꝓpter primã ꝛ ter
q̄nt⁹ casus. tiam causam q̄ dicte sunt in tertio casu. Quint⁹ casus
est si illi sit necessaria et michi superflua:nec video ad
presens aliquẽ qui magis indigeat: sed tamen suspi-
cor q̄ in breui aliquis magis indigebit cui reseruo:et
tunc non teneor dare isti propter easdem causas q̄ di-
cte sunt in quarto casu:sicut si aliquis habeat frumen
tum superfluũ nec tenet illud dare indigentibus mo-
do si habeat ꝓbabilẽ supitionẽ q̄ in ꝓximo erũt ma-
gis indigẽtes illo frumento quibus reseruat. Sext⁹ sext⁹ casus.
casus est si illi sit necessaria et michi supflua nec video
aliquem aliũ qui magis indigeat vel eque nec suspi-
cor q̄ proximo futurus sit aliquis magis indigens in
hoc casu teneor ei dare propter scandalũ vitanduꝫ:et
in secundo casu si ipse valde ꝛ multuꝫ indigeat ꝛ ego
parum. Sed pro quanta indigẽtia vel sua vel mea te vnctio docꝫ
neor ei dare:hoc non determinat ars sꝫ caritas:cõce-
dimus ergo ꝯclusioneꝫ primi argumenti:ꝛ in aliquo
casu teneor dare bibliã meam ꝓpter scandalũ:sꝫ non
in omni casu. Ad scdo obiectũ dicimus q̄ bene tene- Ad secũdũ
ret argumẽtatio si esset eadẽ visio mortis corporalis
et mortis spiritualis:sed non est eadẽ visio:mors enim
corporalis visibilis est:sed mors spiritualis nõ est vi-
sibilis cum sit in anima: nec aliquis debet de facili su
spicari q̄ aliquis scandalisetur vel moriatur spiritua
liter:preterea mors corporalis causam habet manife
stam scilicet defectũ cibi:sed mors spiritualis non ha
bet causam manifestaꝫ: ꝛ propter hoc non est simile.
Ad tertio obiectũ dicimus q̄ nõ est simile duplici de Ad tertiũ.
causa. Prima est apostolus loquit de scãdalo actiuo Prima cã.
et hic loquit de scandalo passiuo. Scda est q̄ abstinẽ-
cia a carnib⁹ nulli p̄iudicat nec persone nec reipubli- Scda cã.
ce:sed dare bibliã pro hmõi scandalo:licet nõ preiudi
cet persone/tamen preiudicat bono publico:quia ad
bonum publicũ pertinet q̄ non transferant dñia rerũ
sine ratione. vnde si non fiat michi preiudiciũ nec bo-
mandatoꝝ dei tanq̄ dieta. Sacramēta iustificāt tanq̄
medicinalia vasa: quia in ipsis sacramentis datur gra
tia. Sacerdos autēꝫ iustificat tanq̄ minister: ꝛ ꝓpter
hoc non valet/sacramenta iustificāt: nō ḡ solus deus.
❡Sed videtur ꝙ hoc sit falsum: quia pixis nō habet [Ar ꝙ sacramēta nō bn̄ sint ꝯpata pixidi.]
virtutē aliquā sanandi:sed sacramēta iustificāt effica-
cia sua. ❡Ad hoc nos dicimus ꝙ nō est penitus simi
le:sed tunc esset penitus simile:si esset tantum vna pi-
xis/in qua daretur medicīa: ꝛ nō in alia:vel si daretur [Solutō argumētū.]
in alia nō ꝓdesset:sicut baptism⁹ si fieret in alio liquo
re q̄ in aqua nō ꝓdesset: habet enī aqua vim regene-
ratiuā vt dicit auctoritas ꝙ tanta est vis aque vt cor-
pus tangat et mentem abluat.

❡De baptismo iohannis et primo
vtrum sit baptismus.

POstq̄ dictum est de sacramentis noue legis ī cō-
muni cōsequēter dicendum est de vnoquoq̄ per
se. Et p̄mo de baptismo q̄ est sacramētum intrantiuꝫ.
Est autē duplex baptism⁹/scꝫ baptismus Johānis:et [Duplex est baptism⁹.s. iohis ꝛ xp̄i]
baptism⁹ Christi. Primo dicēdū est de baptismo Jo
hānis. Circa quē p̄mo querēdum est vtrū sit sacramē
tum.secundo vtrum ꝯferat gratiā. tertio vtrū baptis
mus Johānis in impositione manuū equipollet bap
tismo christi. Circa p̄mū ꝓbatur ꝙ baptism⁹ iohānis [Ar ꝙ baptism⁹ io. sit sacramētū.]
est sacramentum. Est enī sacre rei signum : ḡ sacramē
tum ve.legis vel noue: nō veteris hoc cōstat:si noue:
ergo efficit quod figurat: ḡ cōfert gratiaꝫ:ꝛ hoc falsuꝫ
est vt ostendetur postea . ❡Ad hoc dicūt magistri ꝙ [Solutio prima.]
baptismus iohannis est sacramentū non tamen ve.le.
vel no.sed mediū:inquantū eniꝫ non efficit quod figu
rat habet similitudinē cū sacramētis ve.le.inquantuꝫ
autē cū impositione manuū fiebat equipollet baptis-
mo christi:ꝛ secundū illā impositionē/habet similitu-
dinem cū sacramētis noue legis. ❡Uel potest dicit ꝙ [Solutio secūda.]

mediū est inquātū p̄cessit baptismū christi ꝛ p̄parabat
hoīes ad baptismū christi. ❡Queritur ḡ vtrū bap-
[Ar p̄mo ꝙ baptismus io.conferebat grām.] tismus iohānis conferret gratiā:videꝛ ꝙ sic: Qr ī p̄n
cipio marci dr̄:Erat iohānes baptisans in deserto:et
p̄dicans baptismū penitētie in remissionē pctoꝝ. ḡ cō
ferebat gratiā. ❡Itē videꝛ iero.dicere ꝙ illi q̄ bap-
[Secundo.] tisati erāt baptismo iohannis et fidē habebāt de pa-
tre et filio ꝛ spiritusancto nō rebaptisabāꝛ ab aposto
lis:ergo non indigebant baptismo christi:ergo habe
bant remissionē peccatoꝝ:non nisi p baptismū iohan
nis.ergo baptism⁹ iohannis faciebat remissionē pecca
[Tertiō.] toꝝ.ergo conferebat gratiā. Itē.si nō cōferebat gra-
tiā nec aliquo mō mundabat: pro nichilo ḡ fiebat.si
[In oppom] ꝓpter hoc dicaꝛ ꝙ conferebat gratiā. Contra.ip̄e io.
dr̄ in principio marci Ego baptiso vos in aqua ille ve
ro baptisabit vos in spiritu sancto.ergo baptism⁹ io-
hānis nō cōferebat spiritūsctm̄:et ita nō ꝯferebat gra
[Secundo.] tiā. Item.in principio actuū/iohānes q̄dā baptisauit
[Tertio.] aqua:vos aūt baptisabimini spūsctō. ❡Itē dr̄ augu.
baptisauit iohānes et baptisatū non ē:baptisauit iu-
das et baptisatū ē:qr iudas cōferebat baptismū chri-
sti missus a christo ad hoc:iohānes vero non confere-
bat baptismū christi/sꝫ tm̄ baptismū suū:qr in baptis-
mo iohānis tm̄ fuit opus iohānis:sꝫ ablutio exterior
ī baptismo iude nō fuit solū op⁹ iude/sꝫ etiā op⁹ dei:
scꝫ ablutio interior.ergo baptism⁹ iohānis nō ablue
[Solutō sꝫ magistrū.] bat interius:et ita non conferebat gratiā. ❡Ad hoc
distinguit magister in sētētijs ꝙ illi q̄ baptisati erant
baptismo io.si non habebāt fidē de spūsctō rebaptisa
banꝛ baptismo christi:si vero hēbant fidē de tota tri-
nitate et baptisati erāt baptismo iohannis nō oporte
bat eos baptisari baptismo christi:sed tm̄ iponebant
manus super illos ꝛ accipiebant spm̄sctm̄ : ꝛ ipositio
manus et baptism⁹ io.equipollebāt baptismo chri-
[Confirmaꝛ dictū magistri.] sti. Et videꝛ magister hāc distinctionē habuisse ab au
ctoritate iero. ꝛ etiā ab ip̄o textu actuū:habeꝛ enī in
xix.actuū ꝙ cū paulus ventret ephesum et inuentret
quosdā de discipulis:dixit ad eos:si spm̄sactū accepi-
stis credentes:at illi dixerūt ad eū: sed neq̄ si spūsā-
ct⁹ ē audiuim⁹:ille vero ait:ī quo ḡ baptisati estis. q̄
dixerūt:in iohānis baptismate:dixit autē paul⁹/iohā
nes baptisauit baptismo pn̄ie dicēs in eū qui ventur⁹
eēt post ip̄m/vt crederēt: hoc ē in iesū:his auditis ba
ptisati sūt ī nomine dn̄i iesu.pꝫ ergo ex hoc textu ꝙ il
li q̄ baptisati erāt baptismo iohānis ꝛ nō credebant ī
spm̄sanctū baptisati sūt baptismo christi . in octauo
aūt actuū habeꝛ ꝙ cū audissent apl̄i q̄ erant hieroso-
lymis qr recepisset samaria verbū dei miserūt ad eos
petrū ꝛ iohānē/q̄ cū venissent orauerūt ꝓ ip̄is vt acci
perēt spm̄sāctū.nōdū eī in queq̄ illoꝝ venerat: sꝫ bap
tisati tm̄ erāt in nomine dn̄i iesu sup hunc locū dicit
glo.tincti aqua:non inūcti spūsancto/ et ita baptisati
erant baptismo io.qui corp⁹ abluebat/et spiritū non
conferebat. ꝛ post sequiꝛ:tunc imponebant man⁹ su-
per illos et accipiebant spiritūsanctum.

❡Utrum baptismus iohannis/et manuum
impositio apostolorum equipollet
baptismo christi.

SEcundum hunc textum baptismus iohannis
et impositio manuum apostolorum equipolle
bant baptismo christi ex quo illi non sunt baptisati.
❡Secundum istos qui ita distinguūt oportet distin
guere duplicem manus impositionē. Unam que in- [duplex ipositio manuū]
uenta fuit ad hoc vt suppleret defectum baptismi io-
hannis ad habendū baptismum christi.et aliā ad dan
dum spiritūsanctum ad robur.prima modo cessat si-
cut baptismus iohannis.secunda manet quaꝫ faciunt
episcopi in confirmatione qui sunt in loco apostoloꝝ
Sed probatur ꝙ precedens distinctio non debeat fie [ꝯ illā distinctionē ar.]
ri.primo per auctoritatē iohannis:qui dicit.ego ba-
ptiso in aqua: ille vos baptisabit ī spiritusancto. ip̄e
iohannes nullā facit distinctionē in baptismo suo /im
mo vniuersaliter diuidit baptismū suum a baptismo
christi:ponens illum eē in spūsancto:suū tm̄ ī aqua.in
nuit etiā oēs baptisatos baptismo christi dicens:ego
vos baptiso ille vos baptisabit: eosdem enī demon-
strat p hoc pronomen vos:hinc et inde.ergo ex quo
ip̄e nō distiguit q̄sdā baptisādos baptismo suo reba
ptisādos baptismo christi:q̄sdā nō: nec nos debem⁹
[Secundo.] distiguere Itē.illa man⁹ ipositio q̄ fiebat post baptis
mū iohannis aut imprimebat caracterē in anima:aut
non.si imprimebat. Contra.non habebat similitudi-
nem cū caractere. ḡ nō imprimebat:nec baptism⁹ io.
imprimebat quia nichil apparuit in anima.ergo non
equipollebant illa duo baptismo christi: quia verus
[Tertio.] baptismus caracter est vel caracterem īponit. ❡Itē
in baptismo christi non fuit consimilis distinctio. ve-
rum enim baptismum recipit qui nō ficte accedit ad
baptismum.fictus autem diciꝛ qui habet propositūꝫ
non credendi/vel propositum non penitendi.quilibꝫ
alius verum baptismū hꝫ sine distinctione. ergo ī ba
ptismo io.nulla debet esse distinctio quantum ad nō
ficte accedentes.ergo nulli vel omnes rebaptisandi
[Quarto.] sunt. ❡Item.super illum locum: Tunc iponebant
manus super illos:dicit glosa.iniciū habuit manuum
impositio:ergo illa manuū impositio erat qua dabaꝛ
spiritussanctus ad robur:sed illa non fuit nisi post ba-
[Baptisati baptismo io.erāt baptisādi baptismo xp̄i ꝯ magistrū sententiarū.] tismū christi. ❡Propter hoc dicunt generaliter ma
gistri ꝙ oēs baptisati baptismo Jo. baptisandi erant
baptismo christi. vnde in hoc nō cōsentiunt magistro
sentētiaꝝ:sed omnes expositores ꝛ omēs magistri in
hoc cōueniunt ꝙ baptismus Jo.nō cōferebat gratiā.
[Ad primū.] ❡Ad primā ergo auctoritatem dicim⁹ ꝙ sic itelligē
da est. Erat Johannes in deserto baptisans baptismo
suo/ ꝛ predicans baptismum penitentie in remissionē
peccatoꝝ.i.predicās baptismū christi. baptismus enī
Johānis erat baptismus penitētie tantum.i.Jo.do-
cebat penitere cum baptisabat:sed baptismus christi
erat baptismus penitentie in remissionem peccatorū.
[Ad aliud.] ❡Ad auctoritatem Hieronymi dicim⁹ ꝙ baptisati a
Johāne non indigebāt baptismo christi.i. nō adeo in
digebant sicut non baptisati:quia fides ī articulo ne-
[Ad aliud.] cessitatis supplet vicem baptismi. ❡Ad aliud quod
queriꝛ ad quid fiebat baptism⁹ Jo. si non conferebat
[Prima cā.] gratiaꝫ:dicim⁹ ꝙ duabus de causis fiebat. Prima est
[Scd̄a cā.] propter deuotionē suscipientiū. Secunda est:qr sicut
Jo.predicando preparabat viā christo: et ita baptis-
m⁹ p̄parabat hoīes ad baptismū christi:sicut dr̄ in ma
lachia. Ecce mitto angelū meū q̄ p̄parabit viā tuā an
te. per baptismū autē suum preparabit Jo.viā chri-
sto/ꝛ ī hoc ꝙ assuebat hoīes ad baptismū suscipiēdū
vt sic facilius inducerenꝛ hoīes ad suscipiendū baptis
mū christi/ ꝛ in hoc ꝙ p baptismū Jo.reuelat⁹ est xp̄s
in isrl̄:ꝛ ita p baptismū Jo.icepit manifestari via q̄ est
[Augustin⁹] xp̄s:sicut ei dicit btūs Aug.sup Jo.io p̄ncipalīꝛ digni
tas baptisandi data ē io. vt baptisaret xp̄ꝫ:baptisauit

Prima cā asit christū tribus de causis. Prima est vt appareret
in hoc humilitas christi que est pma manifestatio vie
sicut ipe dn̄s dr in matheo. sic docet nos iplere oēm
iusticiā. i. plenā hūilitatē q̄ consistit in hoc q maior
subijcit se minori. et hec hūilitas primo apparuit in
Secunda. christo: qn̄ baptisatus ē a iohanne. Secunda cā ē vt i
baptismo quo baptisatus ē christus a iohāne appare
ret dignitas christi τ potestas eius: dignitas eo q pa
ter de nube dixit de ipo. Hic ē filius meus dilect⁹ τc.
potestas in eo q deus pr̄ dixit: io. certificans ipsum.
hic ē q̄ baptisat. christus enī potestatē baptisādi ite=
Tertia cā. rius nulli alij homini dedit vt postea dicet. Tertia cā
quare baptisatus ē christus a ioh. est: vt exēplo suo
instrueret hoīes vt null⁹ quātūcūq bon⁹ quātūcūq
dign⁹: dedignet suscipere baptismū dn̄i: a quocūq de
tur cū dn̄s susceperit baptismū serui. lz aūt ideo prin
cipaliter data sit ptās baptisandi iohāni: vt baptisa=
ret christū: nō tn̄ solus christus baptisat⁹ fuit baptis=
mo ioh. sed multi alij: ideo ne si solus christus bapti=
satur baptismo io. baptismus/ ideo videret dignior
Ad aliud. et melior baptismo christi. Ad aliud qd obiectū ē q
illi de samaria q̄ fuerūt baptisati baptismo io. nō fue
runt baptisati baptismo christi: sed tm̄ iposite fuerūt
eis manus: dr q falsū est/ imo fuerūt baptisati baptis
mo christi. lz non sit dictū: multa enī sūt facta q̄ dicta
nō sūt vel scripta: illa enī ipositio manuū nō fuit alia
q̄ illa quā faciūt epi in confirmatōe q̄ sine dubio non
habet fieri nisi post baptismū christi.

¶ De baptismo christi: pmo qd sit baptism⁹
¶ Aliud capitulum.

Dicturi de baptismo christi. pmo vidēdū ē qua
re baptism⁹ successit circuncisioni: τ qd sit ipse
baptism⁹. secūdo de potestate baptismi. tertio de for
ma baptismi. quarto de baptismo paruulor q̄ bapti=
sant in articulo necessitatis sine solēnitate aliqua: vtr
post baptismū sint exorcisandi τ cathezizādi: τ qd va
leat cathecism⁹ τ exorcism⁹ post baptismū. quito vtr
sit baptism⁹ extra ecclesiā: qd ē vtr iudei vel heretici
vel pagani baptisent. sexto et vltimo de vnico baptis=
mo: vnica fides/ vnū baptisma: successit igit baptism⁹
Prima cā christi circuncisioni duab⁹ de causis. Prima ē qr ma=
ior cumul⁹ gratie significat τ dat p baptismū q̄ p cir
cuncisionē. circuncisio ei inquātū circūcisio nō signifi=
cat nisi remissionē pctī: sz baptism⁹ significat remissio
nē pctī τ infusionē gr̄e et extinctionē mūdane τ hūa=
ne cupiditatis: τ saltū spūale in vitam eternam. qd pz
pprietates aque. p pprietates aque. Aqua enī abluit τ reficit τ extin=
guit et salit tā alte quātū ab alto loco descēdit τ mlt
Secūda cā ta alta facit. Secūda cā ē quare baptism⁹ successit cir
cūcisioni: qr cōmunior ē: baptisant tā mares q̄ femie
τ non circūcidebāt nisi mares. de essentia ei baptismi
Diuse opiniones. diuersi diuersa sentiūt. Quidā ei dicūt q aqua inquā
tū abluens siue ablutio aque ē baptismus. sed hoc vi
ɔ hāc ar. detur falsū qr q̄diu iste viuit baptismū habet: sed nō
habet aquā abluentē vel ablutionē aque: ista ei tran=
seunt. ḡ aqua abluens vel ablutio aque nō est baptis
Alia opio. mus. Propter hoc dicūt alij q baptismus ē quoddā
pmanens: scz caracter impressus anime ad distinguen
dum hominem baptisatū a non baptisato: sicut circū
ɔ hāc ar. cisio distinguebat iudeū a gentili. Sed contra. sacra=
mentū est inuisibilis gratie visibilis forma: sed cara=
cter ille non est inuisibilis gratie nec visibilis forma:
qr non ē visibilis cum sit tantū in anima: et ita non est
Secundo. sacramentū/ et ita non est baptismus. Item. signū est
quod per speciem quā ingerit sensibus aliud facit et
i animo venire: hec descriptio non cōuenit caracteri:
qr ille caracter nullam speciem ingerit sensibus. er=
go ille caracter non est signū: ergo non est sacramen=
tum. ergo non est baptismus. Itē. si ille caracter ē si= Tertio.
gnum: ergo alicui signum: ergo homini aut angelo:
et non homini qr non videt ipm homo. si aūt angelo.
Contra. āgelus non indiget illo signo: videt enī oīa i
speculo eternitatis. videt ergo ibi qualiter fideles ab
infidelibus distinguūtur: ergo non indiget caractere
aliquo ad huiusmodi distinctionem faciēdā. ergo su
perfluit caracter ille. Item. caracter ille de aliquo p̄= Quarto.
dicamento est: nō nisi de predicamento qualitatis. er
go cum sit in anima aut erit hitus aut dispositio aut
potentia/ aut passio aut passibilis qualitas. quartū ei
genus qualitatis non est in anima: sed non est passio
vel passibilis qualitas vt videtur: passiones enim aie
sunt isti: ira/ gaudiū/ dolor/ et huiusmodi. et cōstat q
caracter ille non est tale quid. Item. non est natura= Quinto.
lis potentia: hoc constat. Si dicatur q est habitus: er Euasio.
go abilitat animā vel ad bonum vel ad malum. si er ɔ hanc ar.
go ad bonum est igitur veritas vel sciētia: et hoc fal
sum. in paruulo enim est ille caracter i quo nulla sciē
tia et in existente in mortali peccato in quo nulla ē vir
tus. si disponit ad malū: est ergo viciū: et hoc falsum
videtur. ergo nichil esse. Item. sacramentum est for= Secundo.
ma significatiua inuisibilis gratie et effectiua: et hec
ratio pprijssime conuenit aq̄ inquantū abluēs siue
ablutioni aque. est enī aqua abluens visibilis forma
hoc per se pz: τ est significatiua inuisibilis gratie. sicut
enī aq̄ abluit τ mūdat τ sic gr̄a: τ sicut aqua reficit/ sic
τ gr̄a: τ sic de alijs silitudib⁹ Itē aq̄ abluēs ē effectiua Tertio.
inuisibilis gr̄e: dicūt enī scti q dn̄s tactu mundissime
carnis sue vi regn̄atiuā cōtulit aqs. Et Augu. dicit q Augustin⁹
tāta est vis aq̄ vt corp⁹ tāgat τ mentē abluat: ḡ aque
abluēti pprijssime cōuenit rō sacramēti: ḡ aq̄ abluens
vel aq̄ ablutio pprijssime est sacramētū baptismi τ ita
est baptism⁹: hoc ē vt videt p Augu. q̄ dicit q baptism⁹
est tinctio i aq̄: verbo vite sigta: ḡ baptism⁹ est ablutō
que fit p aquā. Sz ɔ. dicit Jo. damascen⁹ q p baptis In oppo^m
mū dant nobis pmitie spūs/ pncipiū alteri⁹ vite scz spi
ritualis est regeneratio τ baptism⁹ est sigillū τ custo=
dia τ illuīatio: ḡ baptism⁹ est sigillū: ḡ ē caracter. Ad Solutio.
hoc nobis videt dicēdū q nec sola aq̄ abluēs vel ablu
tio aq̄ est baptism⁹/ nec sol⁹ caracter: sz illa duo ita q
vtraq sunt vn⁹ baptism⁹ τ sunt vnū sacramētū ab vni
tate gr̄e signate/ licz diuersa sint scdz essentiā sicut ille
tres voces alb⁹ alba albū sunt vnū nomen ab vnitate
rei sigte/ τ vnitate significationis. Et p hoc pz solutio Ad vltimū
ad vltio obiec. Cōcedim⁹ ei q vnctio i aq̄ est baptism⁹
τ etiā ipse caracter est baptism⁹ ne ɔdicāt sibi Augu.
et Jo. damas. sicut i sacramēto eucharistie forma pa=
nis τ vini sacramētū est τ ipm vnū corp⁹ xpi: qd traxit
de virgine sacrametū est: oīa tn̄ q̄ ibi sunt demōstrant
vnū sacramētū eucharistie. Ad pmū ḡ dicim⁹ q nō va Ad primū
let hec argu⁹ aq̄ abluēs vl ablutio aq̄ trāsit τ baptis=
m⁹ manet: ḡ aq̄ ē baptism⁹ lz ei trāseat iquātū aq̄ ab=
luēs: tn̄ manet iquātū caract. istantia. hec vox alba nō
manet: ḡ et hoc nomē non manet: ḡ hec vox alba non
est hoc nomē. licet enī hoc nomē non maneat sub hac
voce: tamen manet sub alia. Ad illud quod obiectū Ad aliud.
est q caracter non est baptismus cum non sit visibilis
forma. dicimus q nō oportet qdquid est in sacramē=
to esse visibilē formā: sed sufficit q secūdū aliqd sui sit

visibilis forma: in sacramento enī eucharistie corpus
christi vnū quod traxit de ⱴgine: nō ē visibilis forma
ad minus q̄tū ad nos: sed forma panis: forma vini visi=
bilis est. sic nec quidqd ē in baptismo visibilis for=
ma ē: sz secūdū aquā abluētē dr baptism⁹ visibilis for
Ad aliud. ma: et sic pz solutio ad primo τ scdo obiectū. Ad illd
qd q̄rit cui est signū caracter. dicim⁹ q τ hoīb⁹ τ āge
lis ē signū: nō enim vident oīa in speculo eternitatis:
sed vident ibi oīa sibi subiecta: scz celū τ terrā τ sīlia.
de alijs vident inquātū sibi ostendit que vero in liber
tate liberij arbitri non sunt equaliter nota anglo sed
Ad aliud. equaliter: τ quasi īmediate se hn̄t ad deū. Ad illd qd
quesitū est cuiusmōi qualitatis sit caracter: dicim⁹ q
sicut claritas vl illuīatio aeris ē passio vl passibil qua
litas ipi⁹ aeris/ ita caracter ille cū sit illumiatio: sicut
dr iohānes dama. passibilis qualitas est aie τ ē illu=
minās sinderesim. facili⁹ enī videret sinderesis p cara
cterē illū qd faciendū/ τ qd non: q̄ si nō haberet cara=
Caracter ē causa gr̄e. cterē illū. Et est ille caracter cā materialis gr̄e: pp̄a=
rat enim τ abilitat animā ad susceptionē gr̄e. τ p hoc
q sigillum ē certitudo aīa habebit gratiā nisi p ipsaz
steterit/ sicut sigillū epi est certitudo clerico cui datū ē
illd sigillū q habebit prebendā. Sciendū aūt q tri=
triplex baptismus. plex ē baptism⁹. Est enī baptism⁹ fluminis q̄ scz fit in
aqua: et ē baptismus flaminis q̄ scz fit p fidē purificā=
tē cor/ qn̄ aliqs adultus conterit de peccatis suis τ p
ponit suscipere baptismū: tūc infundit ei gr̄a τ dimit=
tunt et peccata quātū ad culpā/ τ talis baptism⁹ dicit
baptismus flaminis scz spūssanctus. vn̄ qd dr in euā=
gelio. Nisi q̄ renatus fuerit ex aqua τ spūscō nō pt in=
trare in reg. ce. τc. intelligendū ē sic: nisi q̄ renat⁹ fue=
rit ex aqua et spūscō vel simili regeneratione τc. bap
tismus sanguinis ē: q̄ fit in sanguine per martiriū de q̄
dicit dn̄s baptismo habeo baptisari τ quomodo co=
ɔ hāc diuisionē ar. artor vsq dū pficiatur. cū ergo triplex sit baptism⁹ et
in baptismo fluminis ipmat caracter. ḡ eadē ratiōe
alij duo baptismi ipmūt caracterē. τ hoc falsū: qr ca
racter ipmitur ad discretionē: τ vnus solus caracter
sufficit discernere. ergo supfluunt alij duo si ibi sint.
Secundo. Preterea illi tres caracteres sūt eiusdē speciei spēa=
lissime: sed ipossibile est plures pprietates eiusdē spe
ciei specialissime eē i eodē subiecto fm idē. ḡ ipossibi
Solutio. le est plures caracteres esse in vna sola anima. Solu=
tio. dicimus q solū baptism⁹ fluminis est simpliciter
τ pprie baptism⁹ τ alij duo non sunt baptismi nisi p
similitudinē. baptism⁹ ei est tictio i aqua: verbo vite
sctificata: sicut ei pānus tinctus i aliq̄ p̄cioso colore p̄
ciosior reddit q̄ p̄us esset: sic aīa in baptismo fluminis
tincta per caracterē vl gratiā p̄ciosior fit q̄ prius eēt
hac similitudine vocauit dn̄s passionem suā baptis=
mū: ticta ei fuit caro ei⁹ i sanguine suo τ hic p̄ciosior
facta sic ei fuit preciū nr̄e redēptiōis et p hoc puenit
ad gloriā resurrectionis: baptism⁹ flamīs hz simili=
tudinem cū baptismo fluminis: q̄tum ad hoc q delet
pctā q̄tū ad culpā lz nō q̄tū ad penā. vn̄ nō est pfect⁹
baptism⁹. cū ḡ baptism⁹ flaminis τ sāguinis non sint
baptismi nisi p similitudinē: nō ipmūt caracterem. vn̄
q̄o incidēs solus baptismus fluminis ipmit caracterem. Sz q̄=
rit de illo caractere quō sit cā gratie: q enim sit causa
Ar primo. probatur: dicit enī augustinus super io. q qualis est
io. talis est baptismus iohānis: et qualis est christus
talis est baptismus christi. ergo cuz christus siue de⁹
baptismus christi est diuinus. ergo baptismus christi
facit nos deos. eodēmō q dicitur dij estis τc. ḡ est cau
sa gratie. Item dicit ioh. dama. q baptismus est pnci Secundo.
piū vite spiritualis et signū et custodia et illumina=
tio mentis. ergo baptismus est principiū vite spūalis
et ita baptismus qui est caracter est cā gratie. Item. Tertio.
beatus dyonisius in hierarchia humana in capitulo
de baptismo: pricipiū quoddā est oīm sctar opatio
nū diuinorum mandatorum qd ad diuinorum eloq̄o
rum et sanctarum actionum susceptā oportunitatem
format animos nostros habitus: et ad supercelestis
quietis anagogem. Item. ag. sancte et diuinissime no Quarto.
stre redemptiōis traditio. i. baptismus q̄ traditus est
nobis propter regenerationem spiritualem: ḡ baptis
mus est principium sanctarum operationum τc. τ ita
est principium gratie. ergo est causa gratie. Sz si hoc In oppo^m
ergo est causa mediata vel immediata: sed non ime=
diata: non enim dat gratiā dei immediate imo deus
potius vtitur baptismo tāq̄ medio: ḡ baptismus nō
est imediata causa gratie. si mediata vel naturalis vl
voluntaria: non volūtaria vt patet in paruulo q̄ bap=
tisatur qui non vtitur voluntate et tamen per baptis
mum datur ei gratia. est igitur baptismus causa im=
mediata et naturalis gratie: est ergo causa necessaria
gr̄e. ergo quicunq habet baptismū habet gratiā qd
nō est verum. Solutio. dicimus q caracter baptisma Solutio.
lis est causa integre anime materialis: quod patet
per predictam auctoritatem beati dyonisij in qua di=
citur: q baptism⁹ ad dīnorū eloq̄or τ scār opationū
susceptā oportunitatē format nostros aīales habitus
qr an̄ gratiā oēs habit⁹ nr̄i aīales sunt: qr nos nō pos=
sumus erigere nos supra nos: sicut nec bruta aīalia.
vn̄ non possumus diligere deū plus q̄ nos: sed baptis=
mus informat nos et preparat ad susceptā oportuni=
tatē. i. ad susceptionē oportunaz diuinor eloquior et
sanctar operationū. i. caritatis per quā implētur mā
data dei: qr ergo format ad susceptionē oportunaz fi=
dei necessariū est ipsum esse cām materialē gratie: su=
sciptēs enim materiale est. dicim⁹ ḡ q caracter baptis
malis est summa τ cōsumptissima pparatio materia=
lis ad infusionē gr̄e: sicut i embrione summa organiza
tio/ vel aliqd vtile eius est summatiua pparatio q̄ ha
bita necesse est animā īfundi. vn̄ Jo. in apo. vocat ba=
ptismū mare vitreū: qr sicut Pharao τ oīs exercitus Figura.
ei⁹ submersi sunt i mari rubro: ita i baptismo submer
git diabol⁹/ τ oīa opa ei⁹: vitreū dicit: qr sicut vitrum
opposito soli ex diaphanitate sua tāq̄ ex cā matiali p
xima recipit illuminationē suā a sole: sic aīa ex caracte
re baptismali tāq̄ ex cā materiali pxia recipit illumi
nationē a ⱴo sole: sz sicut vitrū impedit pp̄ter infectio
nē aliquā ne illuminet: sz recedēte īfectiōe stati illuīat
sic si īfectio pctī sit i aīa baptisati nō illuīat: sz recedē=
te īfectiōe illa stati recipit gr̄az. quō dici⁹ ḡ q caracter carac̄ quō est cā gr̄e.
est cā materialis īmediata gratie τ naturalis: nō scdz
q natura dicit per se pricipiū mot⁹ τ q̄etis: sz scdm q
natura dr vniuscuiusq rei specifica dr̄a: fides ei q̄sdā
effect⁹ hz naturales/ scz q facit dignū vita eīna/ q̄sdā fa
cit filios dei/ τ quosdā volūtarios. s. quātū ad opa me
ritoria. Dicim⁹ ḡ q nō valz hec argu⁹. caracter baptis
malis est cā īmediata naturalis gr̄e: ḡ ē necessaria: de Ad primū.
beret addi τ est effectīa nec est īpedimētū i susceptio.
vn̄ fit ab insufficiēti diuisiōe: et est fallatia cōsequētis.

Dictū est q caracter baptismalis format nos ad Expōitur
susceptiuā oportunitatē diuinor eloquiorū τ
sanctarū operationū. i. ad suscipiendū fidē q̄ ē cogni=
tio diuinor eloquiorū que necesse est credere: et susci

tandū que est principiū sanctarū operationū:et ꝙ ita
debeat intelligi:patet per sequentia.dicit enī beatus
dionisius:postea ait cois magister.cōmunem magi=
strū vocat ierocħ . qui fuit mgr̄ dictoꝝ apostoli:vel
ipsū paulū secundū intellectū:in diuina primordialis
est motus deo diuinaqꝫ dilectione in diuersas opera=
tiones diuinoꝝ mandatoꝝ principalis processio essē
di nos diuinitus ineffabilissima creatio intelligenduꝫ
est ineffabilissima creatio.i. regeneratio siue baptis=
mus essendi nos diuinitus.i.ꝑ quē sum⁹ diuinit⁹ siue
similes deo:qꝛ ante baptismū non habebam⁹ eē diui
nū illa inqꝫ renatio primordialis motus secundū in=
tellectū et diuina.i.dat nobis fidē secundū quā ꝑmo
mouemur in diuina:secundū intellectū accedentem
enī ad dn̄m primū et est illa regeneratio principalissi
ma ꝓcessio in diuinas operationes diuinoꝝ mādato=
rū et hoc ꝑ dilectionē dei.i.dat nobis caritatē que est
dilectio dei ꝑ quā principaliter mouemur ad sanctas
operationes:martiriū dei.vn̄ dicit apo.fides operat̄
per dilectionē.et hoc ē qꝛ dicit alia translatio: ꝙ pri=
mordialis motus aīe est dilectio dei. qđ secundū tras
lationē nostrā intelligēdū est quo ad opera prima su
[Alr̄ pt̄ dici] pra:vel possemus dicere ꝙ cognoscere nō est motus
et primordialis mot⁹ ē dilectio.illud verbū formās
nostros aīales habitus:dt̄ glo.figuratur ꝛ formatur
hō interior ad maiorē ꝛ meliorē habitudinē.sic ḡ ptꝫ
ꝙ caracter baptismalis format et figurat animaꝫ ad
susceptionē fidei et caritatis.vn̄ ab eo q̄ baptisat̄ q̄ri
tur:credis in deum/credis in filiū ꝛc. et hoc pertinet
ad fidē:et postea q̄ritur abrenuncias sathane:et oīb⁹
pōpis eius:et hoc ꝑtinet ad caritatē q̄ est ꝑncipiū opa
[Figura.] tionū:et in signū huius aspsionis:qua in ve.le.asper=
gebantur īmundi:aqua lustrationis fiebat de ysopo:
et ysopus q̄ est humilis herba purgans timoreꝫ pul=
monis significat fidem q̄ purgat superbiā: aq̄ lustra=
tionis q̄ mundat īmundos significat aquā baptismi:
et aqua baptismi ꝑ fidē quasi ꝑ aspsoriū mundat bap
[ꝯ ista ar.] tisatos.Sed secundū hoc obicit̄.Sint hic duo qui in
omnib⁹ sint pares:hn̄t enī equalia peccata et secūdū
numerū et secundum intentionē ꝛ equaliter conterū
tur:sed in hoc differunt:ꝙ vnus est cristian⁹/alter non
sed de nouo recipit baptismū:inde sic.baptism⁹ mun
dat istum per fidē:penitētia mūdat illū ꝑ fidē:sicut di
citur fide purificans corda eorum.ergo baptismus ꝛ
penitentia ex eadē virtute mundāt illos ex equali. ḡ
equaliter mundāt illos:sed baptism⁹ mundat istū ab
oī culpa et pena.ḡ pnīa mūdat illū ab oī pēa ꝛ culpa:
[Ad idem.] et hoc maīfeste falsū ē.Itē.q̄cūqꝫ bōa sūt in eo q̄ nō ē
baptisat⁹ sunt in eo qui ē baptisat⁹ et nō ecōuerso. er
go si nō baptisatus mundat̄ totaliter:multofort⁹ cri
[Ad idem.] stianus mundat̄ totaliter.Itē.aliquis ficte accedit ad
baptismū et ficte suscepit et post baptismum multa
peccata mortalia facit:postea recedit fictio.dt̄ ꝙ rece
dēte fictione redit effectus baptismi:aut igitur bap=
tismus delet in isto oīa peccata que inuenit:et q̄tum
[bon⁹casus.] ad culpā:ꝛ q̄tū ad penam/aut non.Si sic. Contra. si
nō ficte suscepisset baptismū penitētia ista nō deleret
in ipo totaliter mortalia peccata facta post baptismū
sed ꝙ fictio ꝑmansit nō debet ei patrocinari.ḡ mō nō
delēt̄ i ipo totaliter oīa peccata mortalia.si nō delent̄
Contra.nunc ꝑmo hꝫ effectū suū baptism⁹ in ipo.sed
ipe effectus baptismi ē vt deleat totaliter oīa peccata
mortalia que inuenit.ergo in isto delentur totaliter
[Ad idem.] oīa peccata sua.Item.si non delentur totaliter omia
peccata sua:ergo sicut in christiano q̄ penitet.sed non
conteritur sufficienter iniungitur penitētia exterior
de oībus peccatis suis.ꝛ hoc falsum.Solutio.ad pri [Solutō ad]
mū dicim⁹ ꝙ baptismus ꝑ fidē mundat illū/sꝫ non ꝑ [primū.]
solā fidē:sed qꝛ baptismus fit in similitudine mortis
christi:sicut dt̄ apo.christus enī moriendo exsoluit q̄
nō rapuit:vn̄ ē:ꝙ aut hō punit aut deus.baptism⁹ ḡ
ꝑ fidē delet culpā/ꝛ ꝑ mortē christi ad cuius simili=
tudinē fit:delet omnē penā:et ꝓpter hoc nō est simi=
le de pnīa:qꝛ pnīa nō fit i similitudinē mortis christi
sicut baptism⁹ Ad illđ qđ obiectū ē de ficto:dicim⁹ ꝙ [Ad aliud.]
aug.aliq̄n fuit i ista opinīoe ꝙ i ipo mométo q̄ bapti [Augustin⁹]
sat̄ fict⁹ dimittunt̄ ei oīa pctā sua:sed stati post baptis [retractauit]
mū redeūt:sꝫ hāc opinionē retractauit.ꝓpterea dubi
tādū ē ꝙ ficte accedēs ad baptismū suscipit baptismū
sꝫ nō effectū baptismi q̄diu durat fictio/sed recedēte
fictiōe hꝫ baptism⁹ effectū suū.i. facit qđ fecisset ꝑus
si nō ipediuisset fictō.vn̄ totaliter oīa pctā q̄ habebat
iste an̄ baptismum delet.sed nō delet illa q̄ fecit post
baptismū nisi q̄tū ad culpā.baptism⁹ ei non ē istitut⁹
ad delendū oīa pctā futura:sꝫ tm̄ p̄terita ꝛ p̄sētia. vn̄
de illis q̄ fecit an̄ baptismū:nō ē iniūgenda pnīa exte
rior.baptismus nō exigit gemitū neqꝫ planctū exte=
riorē intellige enī adult⁹ nō saluat̄ etiā baptisat⁹ nisi
habeat penitentiā exteriorem:sꝫ contritionē.sed de
alijs q̄ fecit post baptismū iniūgenda ē pnīa exterior
ꝛ de ipa fictione ꝭm vnū modū ē duplex fictio.Una se [Duplex fi=]
cundū ꝙ nō aliqs credit baptismū ꝓdesse q̄ est fictio [ctio.]
incredulitatis:ꝛ istā nō delet baptism⁹ cū sit ꝯria bap
tismo.vn̄ de ista iniūgéda ē pnīa.est ꝛ alia fictio ꝭꝫ quā
aliqs nō ꝯterit̄ de pctis ꝛ sic nō ꝯtrit⁹ suscipit baptis=
mū ꝛ hec fictio est peccatū omissiōis vl̄ negligētie:ista
delet̄ totaliter per baptismū: baptism⁹ enī nō solū cō
fert gratiā:sꝫ etiā cumulū gr̄e.Est enī caracter illumi
nans animam ad suscipiendū quid faciendum: ꝛ quid
non magis q̄ per sola naturalia.

¶De potestate baptismi/ꝛ ꝑmo que fuit po=
testas quam potuit dare seruis ꝛ non dedit.
¶Alia questio huius capituli.

QUeritur de potestate baptismi/ ꝑmo ergo vidē
duꝫ est q̄ fuit illa potestas quā dn̄s potuit dare
seruis/ꝛ non dedit.secūdo qđ inconueniens accidisset
si illam dedisset.Sciendū ergo ꝙ multiplex est ptās [Notandū.]
baptismi/sꝫ potestas ministerij/ptās excellētie/ptās [Multiplex]
inuocationis/ptās auctoritatis/potestas coopatiōis/ [potestas ba]
potestatē ministerij dedit deus sacerdotibus/ ꝛ etiaꝫ [ptismi]
omnibus hominibus in articulo necessitatis:qꝛ baptis=
mus est sacramentū necessitatis. potestas excellentie
intelligitur ptās quedā quā secundū meliorem bap=
tistā melius dare baptisma vt.s.ex vi baptismi daret̄
gratia: sed ex maiori sanctitate datur maior gratia et
ex minori minor/ ꝛ de hac ptāte itelligunt quidam ꝙ
domin⁹ potuit eā dare seruis: sed nō dedit ne spes po
neretur i hoīe: ꝛ ne tot essent baptismi quot homies
vel serui.Alij vero hoc intelligūt de potestate aduo [Alr̄ ꝭm ali]
cationis:potuit enī dn̄s dare petro vt ad inuocationē [quos.]
nois petri fieret baptismus: sicut in ꝑmitiua ecclesia
ad inuocationē nois christi fiebat baptismus/ vt sicut
baptisatum erat cū dicebat̄.Ego baptiso te in nomie
christi:ita baptisatuꝫ esset: si diceret̄ ego baptiso te in
noie petri: sed hāc potestatē inuocationis nulli seruo
dedit.potestas prime auctoritatis in solo deo est: ꝛ il
lam nulli seruo potuit dare:sicut non pōt deus facere
ꝙ purus hō sit de⁹:hec ptās nō pōt eē in hoīe/excepto

christo.hoc eī eēt cōtra maiestatē diuinā:potestas co=
operationis ē ptās qua hō cooperat̄ in baptismo ad
īfusionē gr̄e ꝛ remissionē pcti.de hac ptāte dr̄ a mgr̄o
sup illū locū ꝑme ad corinthios.Ego sū pauli/ego sū
cephe ꝛc.qꝛ de⁹ potuit dare illā seruis:sed nō dedit.
potuit enī dare quādā ptātē creatā homini:vt sicut i
baptismo iohannis totū erat dei:totū erat hominis:
ita in baptismo christi totū eēt dei/totū hoīs.ꝛ sic hō
cooperaretur deo in effusione gr̄e ꝛ remissione pcti.
siue ḡ intelligant mgr̄i auctoritatē augu.q̄ dt̄ ꝙ dn̄s
potestatē baptismi potuit dare seruis et nō dedit: de
potestate intelligentie siue de ptāte inuocationis: tn̄
non euadunt istā q̄stionē:vtrū dn̄s potuit dare hmōi
potestatē cooperationis seruis suis sicut vult magi=
[ꝯ hoc ar.] ster.Sed ꝓbatur ꝙ nō potuit dare:qꝛ dt̄ auctoritas
ꝙ maius ē facere de impio piū:q̄ creare celū ꝛ terrā,
ergo potuit ei dare ꝙ crearet celū ꝛ terrā:ꝛ ita ꝙ eēt
creator.ḡ ꝙ esset de⁹ ꝛ hoc falsū:ḡ ꝛ primū:nō potuit
ergo de⁹ dare potestatem creatā puro hōi mūdandi
[Secundo.] animas.Itē.si dn̄s dedisset puro homini seq̄ret̄ incō=
ueniens:sꝫ ꝙ hoīes ponerent spem in puro hoīe:sed
deus nō pt̄ facere aliqd ex quo sequat̄ inconueniens.
[Tertio.] ḡ nō potuit illā dare.Item.dt̄ aug.qualis ē iohānes
talis est eius baptism⁹/ꝛ qualis christ⁹ talis baptism⁹
christi.vn̄ qꝛ baptism⁹ christi est q̄d diuinū: null⁹ nisi
deus pt̄ dare baptisma diuinū: ergo cū de⁹ nō potue
rit dare puro hōi vt esset deus/non potuit dare ei po
tentiā dandi baptisma diuinū/ꝛ ita nō potuit dare po
[In oppo^m] tentiā cooperationis.Sed ꝓbatur ꝙ potuit:qꝛ chri
stus potuit dare homini potestatē mundādi aīas:qđ
ꝓbat̄:quia dedit ei scientiā creatā oīm:ḡ ꝛ potentiā:
sicut enī oīpotentia propriū ē dei:sic ꝛ oī scientia. vn̄
deus dr̄ a theos qđ est cōtemplator quasi q̄ contépla
tur oīa.si ḡ deus potuit dare christo hōi potētiā crea
tā mundādi aīas.sic et alijs hoībus.ꝛ ita potuit da=
[Secundo.] re seruis potētiā cooperationis.Itē.de⁹ dedit poten
tiā lapidibus preciosis curādi morbos corporales.ḡ
potuit dare aīabus sctīs potentiā curādi morbos spi
[opīo aliq̄ꝝ] rituales.qđ concedūt q̄dā cū mgr̄o.Ad primā aucto
[Ad primū] ritatē dicūt ꝙ maius est facere de impio piū:q̄ creare
celū ꝛ terrā.i. maior effectus mīe:sed equalis poten
tie:in creatione enī celi nichil inuenit deus repugnā=
tie:sꝫ in iustificatione impij aliquid inuenit repugnās
sꝫ peccatū impij.in creatione celi et ꝛ terre apparuit
benignitas dei: sꝫ in iustificatione ipij apparet super=
abūdās bonitas dei:maius ei ē facere de impio pium
q̄tū ad illud qđ fit.anima enī sācta ē melior in infini=
tū/q̄ infiniti celi ꝛ infinite terre:sicut dr̄ in euāgelio:
q̄d ꝓdest hōi si vniuersū mūdū lucret̄/aīe sue ꝟo detri
[opīo aliq̄ꝝ] mentū patiat̄.cōcedūt ḡ ꝙ de⁹ dare pt̄ hōi puro potē
tiā creādi.i. de nichilo aliqd faciendi:sꝫ secūdū quos
dā nō sequit̄:ḡ pt̄ facere ꝙ pur⁹ hō creet:qꝛ hoc verbū
[Alia opīo.] creare iportat ꝑmā auctoritatē.Alij cōcedūt istā:de⁹
pt̄ facere ꝙ pur⁹ hō creet:sed nō pt̄ facere ꝙ purus hō
sit creator:qꝛ hoc nomē creator iportat ꝑmā auctori
[Ad secūdū] tatē:sꝫ hoc ꝟbū creare nō importat.Ad scđo obiectū
dicūt ꝙ de⁹ bn̄ pt̄ facere aliqd ex quo sequit̄ incōueni
ens occasionalit̄:sicut ex p̄dicatiōe sua multi iudei oc
[Ad tertiū.] casionaliter peiores facti sūt.Ad t'tio ob.dicunt ꝙ pu
rus hō pt̄ dare baptisma diuinū:sꝫ nō diuinū ꝑma au=
[ꝯ hanc ar.] ctoritate/sꝫ scđa.sed hec solutio nulla videt̄ eē.Bap=
tism⁹ enī iohānis tm̄ tpalis ꝛ transitori⁹ ē:qꝛ iohānes
tm̄ tpalis fuit:ꝛ baptism⁹ christi diuin⁹/qꝛ christ⁹ de⁹.
ḡ ꝭm hoc null⁹ pt̄ dare diuinū baptisma:nisi sit deus.
aliter ei nichil dixisset aug.Itē in euāgelio: opa que [Secundo.]
ego facio ipa testimoniū ꝑhibent de me: sꝫ qꝛ ego sū
deus:sꝫ si pur⁹ hō posset mūdare aīas ꝛ facere mira=
cula:opera illa nō ꝑhiberent testimoniū ꝙ christ⁹ eēt
de⁹.ergo ꝭm hoc pur⁹ hō nō pt̄ mūdare aīas Itē.esto [Tertio.]
ꝙ de⁹ dedit alicui illā potentiā ꝛ ille ꝑ aliqđ op⁹ mū=
dat aliquā animā:opus illud siue mot⁹ aīe aut ē vo=
luntarius aut naturalis aut violent⁹:constat ꝙ nō vio
lentus/sed naturalis:aut exigit̄ contact⁹ aut nō.si sic.
Cōtra.aīa baptisantis non pt̄ tangere animā baptisa=
ti:ergo nō exigit̄ cōtact⁹ ꝛ si nō exigit̄: ergo naturalī
ter mundat:ergo séper mūdat.ꝛ hoc manifeste falsū
si ē volūtari⁹ ille motus:ergo ꝭm hoc iste voluntarie
mūdat:ergo q̄n vult mūdat:ꝛ q̄n nō vult nō mūdat ꝛ
hoc iteꝝ falsū.relinq̄t̄ ergo ꝙ de⁹ nō possit dare hmōi
ptātē hōi.Itē.dt̄ beat⁹ dyonisi⁹:optimi ē optia addu [Quarto.]
cere:mali vero corrūpere:sꝫ optim⁹ ē ordo iste q̄ mō
est in reb⁹ vt sꝫ de⁹ īmediate faciat sūmas creaturas
sꝫ aīas ꝛ angelos ꝛ eas in mente ꝑficiat. per eas ꝟo
facit inferiores creaturas:vt ꝛ oīa ad ipm reducāt̄:si=
cut dr̄ in eccle.ad locū vn̄ exeūt flumina reuertūt̄ ꝛc.
cū ergo ordo iste optimus sit et de natura optimi est
optima adducere:ergo cum deus nō possit facere cō
tra naturam suam:non potest ordinem istū mutare.
ergo non potest facere quin immediate ipe perficiat
anima.ergo non potest dare homini illam potestatē
cooperationis.Item.dicit augustinus ꝙ cū hō adhe [Quinto ꝑ]
ret deo:et sequitur leges diuinas eternas et incōmu= [augustinū.]
tabiles/efficitur diuinus eternus et incōmutabilis.er
go lex diuina eterna et incōmutabilis est.quod patet
per hoc qđ super hunc locū euangelij Celum et terra
transibunt:verba autem mea nō transi. dicit glosa.
licet sonus exterior transeat:snīe tamē ineternū ꝑma
nent:ergo hec sententia:Maledict⁹ homo qui confi=
dit in homine incommutabilis est: ḡ hoc nō potest eē
verum/benedictus homo qui confidit in homine:sed
posset esse verum:si deus posset dare homini potētiaꝫ
iustificandi et remittendi peccata:ergo deus non pōt
dare hmōi potentiam creature.Item dicit pater ad fi [Sexto.]
lium per Aggeū prophetam.Ponam te quasi signa
culum:quia te elegi. Super quem locum dicit Hie= [Jeronim⁹.]
ronymus ꝙ qui in deum crediderit hic quasi anulo si=
gnatur:ergo secundum hoc filius dei:sigillū est sigil=
lans animas imprimēs eis suam similitudinem:ergo
anima sigillata est similitudine dei:sed in naturis sigil
lum nō potest sigillare:ergo cū homo sigillat⁹ sit spi=
ritualiter nō potest sigillare spiritualiter:ergo nō po=
test habere potētiam iustificandi: ḡ non potest dare ei
illam potentiā.Item dicit dn̄s per ysa.gloriā meam [Septimo.]
alteri non dabo:sed gloria dei est quod ipse fons om=
nium bonoꝝ ꝛ ꝙ ipse est īmediata causa glorie et gra
tie:propter hoc enī dicimus:Glorificam⁹ te. ꝛ fonteꝫ
omniū bonoꝝ ꝯfitemur te. aut ergo est homo capax
hmōi potentie iustificādi/aut nō:si est capax:ergo de⁹
dedit illā homini:dat enim vnicuiqꝫ secundū propriā
virtutē vt habetur in euāgelio:ḡ falsum dicit Augu= [Augustin⁹]
stinus ꝙ non dedit deus homini talem potentiam: si
ergo non est capax: ergo deus non potest dare illā ho
mini.Item vanitati est subiecta omnis creatura: ani=
ma ergo etiam sanctissima vanū quid est in se:nec pōt [Octauo.]
conseruare in se sanctitatē suam: immo euanescit/nisi
cōseruet̄ a ꝑma ꝟitate ꝛ ꝓpter hoc ait psalmista dicēs
Cōserua me dn̄e.ꝛc.si ḡ nō pōt i se cōseruare gr̄aꝫ suā
multominus potest conseruare in alio: ḡ nec dare alij

eiusdē enī est dare et conseruare.si dicatur ꝙ p̄t illaʒ
Solutio. dare per primā veritatē.et hoc iterū concedim⁹.So
lutio.p̄dicatores dant gratiam per verba p̄dicatio=
Augustin⁹ nis:tñ ipsi non docent ꝓprie loquendo:vt dr augu.i
libro de magisterio:imo proprie solus de⁹ docet qđ
patet cum aliquis dicit aliquod verbū/nec concedi=
mus/nec negam⁹:donec pri⁹ cōsuluerim⁹ mgr̄m īte
riorem:sed si homo dat gratiā tñ per primā verita=
tem:hoc est dicere ꝙ prima veritas tñ ꝓprie dat.er=
go solus deus potest dare gratiā:non igit̄ potest hō
Solutio. habere illā potentiam cooperationis. Qđ cōcedim⁹
predictis rōnibus:maxime qr deus non iustificat nisi
secūdū ꝙ illabitur essentialiter aīe qđ est templū dei
sicut dr in apocalipsi:Ego sto ad hostium et pulso:si
aliqs michi aperuerit ītrabo et cenabo cū eo: ⁊ ipse
mecum:et in libro sapiētie dr ꝙ sapientia in animas
sāctas se transfert/et amicos dei/et prophetas cōsti=
tuit/et nec anima nec angelus illabi potest eē essen=
tialiter anime.vñ solus deus potest iustificare. Iteʒ
solus deus sigillū est.itē omnis creatura vanū q̄d est
in se nec sustentat nisi a prima veritate:veritas enim
vt ait ambrosius a deo est ꝙ si ipsa nō ē:ipa ē ⁊ hoc ꝓ
bat hoc modo.si veritas non ē verū est veritatē non
esse:nō ita aliqđ est verū et ita veritas/et ita si veri=
Ad primū. tas nō est veritas est.Ad primū ḡ dicim⁹ ꝙ de⁹ dedit
christo hoīni omniū scientiā:nō tñ potuit ei dare oī=
potentiā creatā:et hoc est:qr omnipotētia ꝓprie est
dei.vñ qđ est increatū Exo.omnipotēs nomē ei⁹:sed
oīm scientia nō ē ꝓpriū dei.anima enī apta nata ē sci
re oīa et etiā ipsū deū:et ꝓpter hoc non est sile. pro=
pterea sciētia ē ps beatitudinis:vñ in euāgelio.hec
est vita eterna vt cognoscā te ⁊c.ʒ potētia nō ē pars
Ad secūdū beatitudinis.vñ nō ē sile.Ad sm dicim⁹ ꝙ nō est sile
Nota. de sanitate corporali et sanitate spūali.Sanitas enim
corpalis nō ē a deo imediate imo ab elemētis ⁊ q̄li=
tatib⁹ elemētatis ⁊ ꝓpt̄ hoc dñs potuit dare ⁊ dedit
oībus ptātē curandi morbos corpales:ʒ aīa imme=
diate ē a deo:⁊ ꝓpter hoc ei⁹ opatio īmediate ē a deo
Iterū ar. sed videtur ꝙ deus potuerit dare hōi potestatem iu=
stificādi:qr dr in actib⁹.fide purificās corda eorū.er=
go fides purificat cor:ḡ fides iustificat cor:ḡ hʒ potē
tiā:et fides est creatura:ergo de⁹ dedit alicui creatu=
re potētiā iustificandi.eadē rōe potuit dare aīe potē=
Secundo. tiā iustificādi.Itē. qđ forma facit subiectū facit:sicut
si calor calefacit calidū facit.ḡ cum fides iustificet/fi=
des iustificat.ergo fides hʒ ptātē iustificandi. Solu=
Solutō ad tio.Ad p̄mū dicim⁹ ꝙ fides nō dr purificās corda:ʒ
primū. de⁹ ꝑ fidē.vñ ꝓprie loquendo fides nō iustificat effe=
ctiue:⁊ si dicat̄ fidē iustificare tropice intellecta:de⁹ ꝑ
Ad aliud. fidē.Ad vltimo dicim⁹ ꝙ fides hʒ quosdā effect⁹ essē
tiales ⁊ naturales et quosdā voluntarios.voluntarij
sūt sicut mot⁹ q̄ eliciunt̄ a fide et illos cōicat subiecto
suo.vñ hec ē vera.ꝓprie habens fidē credit:effect⁹ aūt
naturales sūt:sicut ꝙ purificat ꝙ faciat filios dei ꝙ as
similat deo et hmōi.et tales effectus nō dicunt̄ nisi de
deo qui est causa immediata essentie fidei.sic solut̄ se
Iterū ar. cundo obiectū ꝑ distinctionem.Sed iterum ꝓbatur
ꝙ potestatē cooperationis potuit de⁹ dare hōi:qr su=
per illum locū euangelij. vidi spiritū sanctum descen
dentem:quasi columbam de celo et manentem super
eum et ego nesciebam.querit augustinus:quid ē ꝙ
nesciebat iohannes baptista qui primo dixerat:Ecce
agnus dei qui tollit peccata mundi:qui post me venit
ante me factus est:qui etiam dixerat /tu venis ad me
baptisari et ego a te debeo baptisari.et postea soluit
augustinus dicens:ꝙ iohannes baptista nesciebat ꝙ Augustin⁹
potestatem baptisandi sibi esset retenta.quod nō po
test itelligi de potestate auctoritatis prime bñ ei scie
bat iohannes ꝙ illā nulli esset daturus nec de pote=
state ministerij:illā enim dedit apostolis et sacerdoti
bus et omnibus in articulo necessitatis:nec de pote=
state excellentie vel inuocatiōis.quod ꝓbatur qr cer
tificatus est iohannes de hoc quod dubitabat:certifi
catus autem est sicut ipse dixit.sed qui misit me bap=
tisare in aqua:ille michi dixit.super quem videris spi
ritum descendentem et manentem super eum:hic est
qui baptisat in spiritu sancto:et augustinus exponit:
et a peccatis mundat:ergo iohannes baptista nescie
bat ꝙ christus esset retenturus potestatem mundan=
di a peccatis:sed illam potuit dare apostolis:vt dicit
augustinus.ergo potestatem cooperatiōis potuit da
re homini:quod est contra predicta. Ad hoc dicim⁹ Solutio.
ꝙ dñs potuit dare de sua potentia huiusmodi poten
tiam:sed non potuit potētia ordinata:sicut posset de
potentia saluare iudā:sed nō potest de iusta potentia
et posset aliquē punire quantūcunq̧ meruerit:posset Nota.
inq̄ de potentia:ʒ non posset de misericordi potētia.
similiter potuit dare de potentia hmōi potentiā:sed
non potuit potentia ordinata. Sed videtur ꝙ hec ꝯ hoc ar.
solutio nulla sit:quia quidquid potest homo de po=
tentia potest simpliciter/et econuerso.ergo q̄dquid
potest deus de potentia potest simpliciter et ecōuer=
so.similiter ergo verum est ꝙ deus potest dare homi
ni potentiam cooperationis mundandi animas. So Solutio.
lutio.dicimus ꝙ non est simile de potestate dei ⁊ po=
testate hominis:qr potentie hominis nichil est essen
tialiter annexū per q̄d impediat̄ exire ī quēlibet actū
suum:sed potētie dei aliquid est annexuʒ essentialiter
per quod impediatur ne exeat in aliquē actū suū. vñ
nec valet hec argumentatio:Deus pōt de potētia pu
nire aliquē q̄tlicūq̧ meruerit:ergo potest:misericor
dia enī annexa est ⁊ impedit. vñ hic est fallatia scdm Fallatia.
quid ⁊ simpliciter:qr hoc verbū potest per se sumptū
potentiā liberā significat: sicut nō valet: angelus pōt
peccare de potētia:ergo potest peccare:caritas enim
cōfirmata ipedit.Solum⁹ ḡ qđ dicit Augustinus ꝑ Ad augu-
hāc additionē potuit dare de potētia/vl̄ p̄t dici ꝙ po stinum.
tuit dare.i.ꝙ nō dedit nō fuit ex impotētia sua:ʒ ite= Iterū ar.
rū ꝓbat̄ ꝙ de⁹ potuit dare hoī illam potētiā:qr super
illū locū euangelij.Sicut pater hʒ vitā in semetipso:
sic dedit ⁊ fi.vitā habere in semetipo: ⁊ ptātē dedit ei
iudiciū facere.dicit Augustin⁹ ꝙ pater christo inquā= Augustin⁹
tū est v̄bū dedit vitā habere in semetipso.i.ptātē vi=
uificādi aīas:sed inquātū est hō dedit ei ptātē iudiciū
facere.i.potestatē suscitādi corpora: ibidē enī dicit au
gustin⁹ ꝙ pater quedā facit ꝑ filiū nō ex sua substātia
vt pati crucifigi/ ⁊ resurrectionē corporū/ nā resurre=
ctionē facit ex sua substātia.Querit̄ ḡ de qua ptāte i=
telligit̄ cū dicit̄:dedit ei ptāteʒ iudiciū facere aut.s.de
ptāte auctoritatis/aut de potestate misterij:si de ptā=
te auctoritatis:ḡ christ⁹ scdm ꝙ hō ptātē hʒ suscitādi
corpora: ergo scdm ꝙ homo potest miracula facere:
ergo pater dedit christo scdm ꝙ hō ptātē creatā faciē
di miracula: ergo eadē rōne potuit ei dare potētiam
creatā mundandi aīas: sicut enī mundare aīas est su=
pra naturā.sic facere miracula ē supra naturā.Itē ta=
lia q̄ sūt supra naturā fiūt ex subā dei:ex subā ei v̄e nō
fiūt: ḡ sicut dedit xp̄s potestatē hoī faciēdi miracl̄a sic

et potuit ei dare ptātē mundādi aīas:si vero intelli=
gatur de potestate ministerij nulla eēt distinctio quaʒ
augustin⁹ facit .ptātē enim ministerij iustificandi ani=
mas habet christus:scdʒ ꝙ homo et sacerdotes ⁊ pre
Solutio. dicatores.Solutio.ad hoc dicendū est ꝙ illa deus p̄t
facere ex sua substātia q̄ per se et immediate facit: et
que ipe solus ꝓprie dicit̄ facere. sicut soli anglo dicit̄
inesse anglos ⁊c.quia ei primo ⁊ per se inest.alia vero
que facit de⁹ mediāte natura nō dr facere de sua sub
stantia.vñ dicit̄ creare aīas et suscitare de sua substan
tia:isti enī sunt ꝓprij et immediati effectus ei⁹:ʒ non
dicit̄ ex sua substantia creare corpora humana et susci
tare.creat enim ex limo et resuscitat ex puluerib⁹.vñ
mediate et talē potestatē ⁊ etiā auctoritateʒ vt sit au
ctoritas sub auctoritate:dedit deus pater christo ho=
mini: sicut dr in psal.dabit deus vocē virtutis ⁊c.vox
enī christi hēbat ptātē suscitandi corporaʒ:ʒ potestatē
suscitandi aīas non potuit dare christo homini: scdm
ꝙ hō:sed qr facit ex sua substantia.et per hāc distictio
Notandū. nem pʒ solutio ad oīa obiecta.Post hoc sciendū ꝙ
hmōi locutiones frequenter inueniūtur in sacra scri=
ptura.christus secundū ꝙ hō dedit hominibus dona
et intelligitur de donis gratiarū:christ⁹ secundū ꝙ hō
saluat:christ⁹ secundū ꝙ hō introducit in paradisū et
consimiles. sed sciendū ꝙ cū dr scdm ꝙ homo dedit
dona hoībus:in talib⁹ hec dictio scdm notat vniōnē:
et ē sensus.verbum vnitum hōi dedit dona in hoib⁹:
in alijs aūt locutionib⁹ hec dictio scdm notat causam
meritoriā vel satisfactoriā:christus ei scdm ꝙ hō me
ruit nobis vitam eternā et liberationē a pena ꝑ hoc
ꝙ satisfecit pro nobis.dictū est superius ꝙ deus facit
quedā de substantia/sicut resuscitationē aīaʒ:quedaʒ
ꝯ dicta ar. non de substantia:sicut resuscitationē corporū. Sed
cōtrariū dicim⁹.dicit ei aug. in libro confessionū diri=
gens sermonem ad deū patrem sic/dñe de nichilo fe=
cisti oīa non de tua substantia:qr si essēt de tua substā
tia essēt id qđ tu es: nihil ḡ facit de sua substantia nec
Solutio. resuscitationē aīaʒ nec aliud.Et solutio ad hoc est
per distinctionē equiuocationis huius prepositionis
de:ꝙ cū dicit̄ dñe nō de tua substātia ⁊c.notat ibi hec
prepositio de: causā materialē: ex qua sicut ei aliqua
portio materie hoīs generātis transit in hoīeʒ gene
ratū sic quodā mō substantia dei patris transit ī filiū
i.pater dat substantiā filio suo intātū ꝙ remanet apđ
eū.hoc mō nulla creatura est de dei substātia:sed cuʒ
dr deus resuscitat animas de sua substantia:hec p̄po=
sitio de: notat quasi causam materialē in qua ⁊ effica
Augustin⁹ tiā ꝓpriā.dt enim aug.sup illū locū iohānis.hic qui
baptisat ⁊c.qr aīa rōnalis nō viuit de petro vl̄ de pau
lo:ʒ de solo deo.vñ i psalmo:michi adherere deo bo
nū ē:viuendo enī spūaliter delectat̄ aīa: ⁊ quiescit in
deo tāq̄ i causa materiali:materiali dico in qua nō ex
qua:idē aūt ē aīaʒ resuscitari:qđ viuere spūaliter.vñ
cū dr deus resuscitat aīaʒ de substantia sua:idē est qđ
hec/deus est causa efficiēs ꝓpria et īmediata vite spi
ritualis huius anime ⁊ ē causa materialis in qua vel
causa materialis in qua quiescit ⁊ viuit aīa: in ipo ei
viuimus mouemur et sumus/dt apo.et sic hec p̄po=
sitio de : notat causam materialem in qua et effica=
tiam ꝓpriam:ipse ei de⁹ ꝓprie ⁊ immediate illumi=
nat animam per fidem nō aliquo mediate : sicut mi=
nus lumen q̄ sol non reddit nobis solem visibilem :
ita minus lumen q̄ deus non reddit deū visibileʒ aīe

¶ Qđ inconueniēs accidisset si deus dedisset
potestatem cooperatōis baptisandi alicui.

QUerit̄ qđ inconueniens accidisset si de⁹ dedisset
potestatē cooperationis baptisandi alicui. Et
dicit aug.ꝙ illā ptātē potuit dñs dare hoīni:ʒ nolu= Alia q̄stio.
it ne spes poneretur in homīe/⁊ ne tot eēnt baptismi Augustin⁹
quot baptiste.Sed obicit̄.si de⁹ noluit dare illā ptā= ꝯ augusti=
tem hōi.s.vt vnus hō daret meliorē baptismū q̄ ali⁹ num ar.
ne spes poneretur in hoīe:ḡ nō debuit illā dare. ḡ ea
dē rōe nō debuit illā dare hōi ꝙ vnus hō meli⁹ p̄dica
ret q̄ ali⁹ vl̄ cantaret missā q̄ ali⁹:ne spes poneretur
in hoīe.¶ Itē.hoc est incōueniēs ponere spem ī ho=
mine.dr ei in psalmo:leuaui oculos meos ad mōtes
i.ad sctōs:vñ veniat auxiliū michi.¶ Itē de btā vir=
gine dr.dulcedo ⁊ spes nr̄a salue.ḡ spes ponēda ē in
hoīe.¶ Itē obicit̄ de hoc qđ dr:ne tot essent baptis=
mi quot baptiste:aut ei intelligit tot in nūero aut in
specie.si tot in numero:illđ nō ē incōueniēs:imo plu=
res lōge sūt in nūero baptismi q̄ baptiste et q̄t sūt ba
ptizati/tot baptismi:⁊ p̄les sūt baptizati q̄ baptiste:si
intelligit̄ tot in specie illđ nō accideret: qr si hoīes co
operarent̄ deo ī baptismo ꝙ tot essent baptismi ī spe
cie/quot baptiste ī numero.ḡ illa rō nulla ē.¶ Itē.⁊
si hoīes cooperarent̄ deo tñ/ nō essent nisi mīstri dei/
sed modo baptiste sunt tantum ministri dei:et tamē
baptismi nō diuersificant̄ sm speciem/ ʒ sm diuersi=
tatē mīstroʒ.ḡ nec tūc diuersificarent̄.¶ Si dicat̄ ꝙ
intelligit̄ tot in nūero:sed sm maiorē ⁊ minorē boni
tatē:qr melior baptismus dat̄ a meliore baptista:et
minus bonus a minus bono:adhuc tñ remanet vnus
baptismus/sicut et vna fides:licet vna sit melior alte
ra similiter vnū baptisma esset:licet vnū baptisma me
Solutio. lius esset alio.¶ Solutio.Multiplex est spes. est enī
Spes est spes venie/spes gr̄e/spes glīe: q̄libet istaʒ in solo deo
multiplex. hñda est.vñ de q̄libet tali dictū est:maledict⁹ q̄ confi=
dit in hoīe.est etiā spes auctoritatis p̄me/ ⁊ spes auxi
lij/spes autē p̄me auctoritatis duplex/vna q̄ boni ex=
illa. Itē est enim reipublice/vt nemo sua re male vta Secundo.
tur:debet igitur dare pauperib⁹: nec est simile de for
nicatore : qz nō per simulationē acquisiuit prebendā.
Ad vltimo quesitum dicimus ꝙ ypocrita ⁊ adulator Ad aliud.
tenentur restituere que per fraudem acquisierunt:qz
dolus nemini debet patrocinari:sed nō semꝑ tenētur
restituere ei q̄ dedit:si enim adulator per adulationē
suam decipit aliquem simplicē/ tenetur ei restituere:
sed si ille qui dat adulatori nō sit simplex:immo bene
intelligit quid sit adulatio:⁊ quid nō:tamen dat ei ꝓ
pter adulationem/nō tenetur ei restituere adulator:
qz ille nō est deceptus: vētum enim inanis glorie que
rebat/⁊ vētum habuit: sed tenetur ei restituere cui il
le debuit dare scilz pauperi : non est autem simile de
meretrice:qz nō omne male acquisitū tenetur restitu
ere:sz illud vbi est fraus.Unde nō valet hec argumē= Ad rōnem
tatio:iste tenetur restituere male acquisitū ꝓ fraude:
qz est male acquisitum per fraudem:ergo tenet̃ male
acquisitum restituere:qz est male acquisitum:nō enīz
valet hec argumentatio ab inferiori ad superius etiā
affirmādo:cū dictione notāte causaz.Instātia.fortes Instantia.
qz homo ē risibile:ergo fortes qz animal risibile.vn̄:
quia meretrix nō decipit: sed est mulier recipiens pre
cium corporis sui locati:nō tenetur ad restitutionem:
sed si deciperet:sicut si pingeret oculos suos aut simi
liter ornaret faciem suam ⁊ simularet se esse nobilem
et sic deciperet iuuenem/tunc tenetur restituere.

¶Utrum peccata redeant.
¶Aliud capitulum.

DIcto de partibus penitētie dicēdnm est vtrum
ille qui patitur recidiuum teneatur iterū agere
penitētiam de illis peccatis de quibus egit penitētiā
in caritate.Circa istam questionē:primo vidēdum est
vtrum peccata redeant:secundo que sit illa ingratitu
do secundū quam dicuntur peccata redire.Circa pri=
mā questionē due sunt opiniones.Quidā enim dicūt duplex opi
ꝙ peccata redeunt secundum essentiam. Alij dicūt ꝙ nio.
nō:sed dicuntur redire propter ingratitudinem.Cō= ꝯ p̄mā ar.
tra primam opinionem sic obicitur: ponatur ꝙ aliq̄s
multa peccata mortalia fecerit/ ⁊ penitentiā de omnī
bus illis sufficiēter egerit:ita ꝙ si decederet statī euo
laret:postea patitur recidiuum per vnicam simplicez
fornicationem:ꝓbatur ꝙ peccata dimissa nō redeant:
qz peccatum est corruptio anime : sed impossibile est
corpus corrumpi sine aliqua actione corporali : null⁹
enim exequatur vel mutilatur aliquo membro / nisi
per actionem aliquam corporalē:ergo anima nō cor=
rumpitur spiritualiter nisi per aliquā actionē spiritu
alem:sed in isto nō est nisi vnica actio: ḡ nō est nisi vnī
ca corruptio:sed peccatum est corruptio: ergo in isto
nō est nisi vnicum peccatum:ergo nō redeunt peccata
dimissa.Item ponatur ꝙ iste nō fecerit nisi peccatum Secundo.

auaricie ⁊ de illo sufficientem egerit penitentiā in ca=
ritate/postea cadit tātum per peccatū prodigalitatis
a iusticia diuina:si act⁹ ꝓdigalitatis:ḡ ꝯtrariū est causa
sui ꝯrij:q̄d est ꝯ beatū Dyonisiū q̄ dicit ꝙ ignis nō est
figere: nec optimi mala adducē: sz ꝓpt̃ iusticiā diuā:
ḡ iusticia diuina ē causa q̄re auaricia sit in illo : ḡ est
causa quare sit iste auarus:ergo quare sit mal⁹: ⁊ ita
deus ē causa mali.quod ē impossibile.qz dicit beat⁹
dionisi⁹: ꝙ optimi non ē mala adducere. ⁊ augustin⁹
deo auctore nemo fit deterior:sic igit̃ nec ꝑ recidiuū
nec per iusticiā diuinā pctā dimissa redeant.ergo sim
pliciter non redeūt.Propter hoc dicunt quidā ꝙ nō
redeunt secundū essentiā suā:sed redeunt q̄tū ad rea
tum scz q̄tum ad obligationē ad penā eternā ꝓ alijs
peccatis.sunt enī in pctō tria.primū ē malus act⁹.se=
cunduz ē malus habitus.tertium priuatio modi vel
speciei vel ordinis in anima:⁊ illa priuatio reddit anī
mā deformē:sicut priuatio nasi/ vel oculi corporalis
reddit hominē difformē corporaliter:⁊ duo prima di
cuntur pctm̄ ꝓpter tertiū.quartum enim est ꝙ nō est
pctm̄/sed sequelā scz peccati reatus:qui est obligatio
ad penā eternā.et q̄tum ad reatū dicūtur redire pec
ꝯ hoc ar. cata dimissa non q̄tum ad tria precedentia Sz obicit̃
contra hoc.peccatū est per se ⁊ imediate causa obli=
gationis ad penā:deus enī ꝓprie non obligat aliquē
ad penā:immo dolet cū aliquis obligatur ad penam
sed cessante causa immediata ⁊ necessaria cessat effec=
tus:ergo cessante pctō cessat obligatio ad penā eter=
nā pro illo pctō:sed in illo qui patitur recidiuū tantū
propter actum ꝓdigalitatis:nō est pctm̄ auaricie: qd̄
prius fuit ei dimissū:ergo nec obligatio ad penā eter
nā ꝓ illo:ergo nec reatus:ergo non redeunt q̄tū ad
reatum peccata dimissa:nec q̄tuz ad essentiam. ḡ sim
Secundo. pliciter non redeunt. Itē.ponatur ꝙ aliquis multa
mortalia fecerit:et de omnibus illis egerit in carita=
te penitentiā sufficientē:postea cadat per simplicem
fornicationē/⁊ alius qui nullū pctm̄ fecit cadat ꝑ eq̄lē
fornicationē:isti duo sunt equaliter mali.quod ꝓbat̃
quia p̄mus non habet maliciam nisi fornicationis:qz
reatus quem habet ꝓ pctīs dimissis non est malicia:
ille alius similiter non habet nisi maliciā fornicatiōis
et equales sunt fornicationes vt positum est:ḡ equa
les habent malicias:ergo eque sunt mali:ergo equa
li pena gehennali sūt digni.quod ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ eq̄
boni equali sunt p̄mio digni.ergo mali equali pena
sunt digni:ergo si isti duo modo decedant: equali pe
na punientur in inferno:sed ille non punietur nisi pro
fornicatione:ergo nec iste:ergo non punietur ꝓ pctīs
dimissis:ergo non redit reatus vel obligatio ad pe=
nam ꝓ illis pctīs:si enī rediret magis puniretur q̄ il
le alius.sunt aūt quidaz qui quasi media via incedūt
dicentes:ꝙ ꝓ peccatis quibusdā redeunt pctā dimis
sa:ꝓ quibusdā non.In quatuor enim casibus redeūt
sicut ꝓ fraterno odio.vnde habetur in euangelio . ꝙ
dn̄s dimissum debitum recipit a seruo qui noluit mi
sereri conseruū sui.et ita ꝓ fraterno odio redeūt pctā
dimissa.Similiter ꝓ pctō apostasie.vnde in psalmo
de iuda.In memoriā redeat iniquitas patrum eius.
similiter ꝓ contentu confitendi ⁊ satisfaciendi rede=
unt pctā que dimissa fuerant in cōtritione.dimissa enī
fuerant peccata sub conditione repetendi:sed nō sub
conditione essendi:vt dicebat prepositinus. Simili=
ter quando aliquis penitet de eo ꝙ penituit et egit
penitentiam:tunc redeunt pctā dimissa.penitentia ei

quam fecit nichil valet ei.in quatuor istis casib⁹ rede
unt pctā dimissa:in alijs non.Sed contra istā opinio
nem sunt oīa que obiciuntur contra vtranq̄ opinio=
nē:qz hec opinio aliquid habet de p̄ma opinione que
dicit generaliter p̄dicta dimissa redire ꝓpter recidiuū
et aliquid ad illa que dicit non redire nisi reatum .
Preterea.contra ipsam ꝓprie queritur cum multa
alia peccata maiora sint q̄ fraternum odium:sicut ho
micidium.Quare ꝓpter homicidium non redeunt
peccata dimissa.sicut ꝓpter fraternum odiū.similiter
et ꝓpter peccatum in spiritum sanctū quod mai⁹ est
omnibus:ergo ex p̄dictis videtur ꝙ pctā dimissa non
redeant:nec q̄tum ad essentiam nec q̄tum ad reatū.
sed ꝓpter ingratitudinem.quod concedimus. Et ad
ꝓpositum sunt multe auctoritates:sicut illa de seruo
nequam:a quo domin⁹ vniuersum debitum repetijt
quod tamen dimissum fuerat: et ita peccata dimissa
redeūt.et multe alie auctoritates sanctorum dicunt
peccata dimissa redire ꝓpter recidiuum.Item.seru⁹
corporalis manumissus a domino corporali redigit̃ i
seruitutem corporalem ꝓpter solam ingratitudinez
et hoc secundum legem humanam que inquantū po
test vbi est certa veritas imitatur legem diuinam:er=
go secundum legem diuinam qui prius fuerat seru⁹
peccati et postea factus est liber: ꝓpter ingratitudi=
nem redigendus est in pristinā seruitutem: ⁊ sic per ī
gratitudinem redeunt omnia peccata dimissa.Solu Solutio.
tio.Ad hoc notandum est ꝙ homo tenetur deo ex cō Notandū.
misso:quia cui plus cōmittitur plus ab eo exigitur:
tenetur etiam ex dimisso.vnde cui plus dimittit̃ alijs
paribus magis tenetur:⁊ qui post multorum dimis=
sionē patit̃ recidiuū:⁊ ita offendit deum:magis ingra
tus est:⁊ magis peccat q̄ si nulla essent ei dimissa.vn=
de ꝙ peccata dimissa aggrauāt peccatum illud ꝑ qd̄
recidiuat.dicuntur enim redire quātum ad ingrati=
tudinem tantū:aliter non.et sic intelligimus oēs au=
ctoritates que dicūt pctā dimissa redire.Ad scd̄o ob=
iectū dicim⁹ ꝙ nō est simile de seruitute corꝑali ⁊ ser=
uitute pctī:qz tpalis dn̄s iuste pt̄ facere aliquē seruuz
corporalē: sed etern⁹ nō potest facere aliquē seruum
peccati:quia tale posse potius est nō posse:sed ille qui
peccat proprie facit se seruum peccati . vnde in euan=
gelio Jo.qui facit peccatū/seru⁹ est peccati. preterea
seruitus peccati mala est malicia culpe:sed seruit⁹ cor
poralis nō/ immo bona:valet enim ad conseruationē
humilitatis.vnde dicit apostolus:seruus vocatus es
nō sit tibi cure:sed si potes fieri liber/magis vtere scz
seruitute:patet ḡ ꝙ nō ē simile de seruitute corꝑali ⁊
seruitute peccati. Sz adhuc ꝓbat̃ ꝙ peccata dimissa
redeant:vel quantum ad essentiam/ vel q̄tum ad rea
tum:qz ponat̃ ꝙ aliquis primo fuerit in caritate post
ea in peccato mortali/tertio in caritate:alius ecōuer=
so:primo scz in peccato mortali:scd̄o ī caritate:tertio
in pctō mortali: in p̄o casu caritas vltīa facit reuiui=
scere/vel redire omnia bona precedentia q̄ mortifica
ta fuerant per peccatum mortale mediū: ergo ī scd̄o
casu peccatum mortale vltimum facit reuiuiscere vel
redire omnia peccata precedētia que mortificata fue
rant per caritatem mediā ⁊ penitētiam factam in ipsa
esto ꝙ penitētia sufficiens facta sit de peccatis preteri
tis:ḡ sicut bona precedētia redeunt q̄tum ad meritū
per caritatem sequentez:ita peccata precedētia rede=
unt q̄tū ad demeritum/ per peccatū mortale sequēs:
ergo redeūt peccata/vel q̄tum ad essentiam/vel q̄tū

ad reatum:ad minus q̄tum ad demeritum. Item ſicut dicitur in Ezechiele: quacūq̃ hora igemuerit peccator omniū inquitatū eius quas operatus eſt nō recordabor. Itē dicitur:ſi auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua omnes iuſticie eius quas fecerit nō recordabunt ergo in ſecundo caſu idē eſt ac ſi nō feciſſet illā penitētiam mediā:et ſi nō feciſſet puniretur pro peccatis p̄cedentibus:ergo et modo cū peccat mortaliter. Itē dignus eſt puniri pro peccatis precedētibus:et ita redeunt vel quantū ad eſſentiā vel quantū ad reatum. Itē vltimū peccatū mortale mortificat penitentiam mediā:ergo idē eſt ac ſi nō fuiſſet facta:et inde vt priꝰ.

Euaſio. Forte dicet q nō eſt ſimile de reditu malorū et de reditu bonorū:quia dn̄s pronior eſt ad miſerandū: q̄ ad puniēdū.

In oppoᵐ Sed contra. dicit apoſtolus q deus nō pōt negare ſeipſū:ꝛ dicit ambroſius q ſi deus nō puniret malos negaret iuſticiā ſuā que ipſe eſt:et ita negaret ſeipſū:ergo ſicut remunerat bonos ex iuſticia que ipſe eſt:ita ex iuſticia ſua punit malos : ergo cū iuſticia ſua vna ſit penitus vtrobiq̄ tantū q̄tū ſe habet ad remunerandum vel miſerandum tantum ſe habet ad puniendum . Item ponatur q ille qui primo peccauit mortaliter:et ſecundo fuit in caritate ꝛ tertio peccat mortaliter decedat in illo peccato mortali nō peracta penitentia de peccatis mortalibus precedentibꝰ niſi in parte : cōſtat q in inferno punietur eternaliter nō ſolū pro vltimo peccato:ſed etiā pro p̄cedentibus peccatis:aut illa peccata erūt in ipſo/aut nō erunt : ſi non erūt:ergo nō punietur pro ipſis: quia vt dicūt ſancti:peccata ſunt materia ignis eterni . vnde ignis qui ante ipſū precedet nō nocebit in bonis in quibꝰ nichil inuenitur purgandū: ſi vero illa peccata precedentia erūt in ipſo:ergo per recidiuū redeūt precedenti. Sꝫ ɔtra. dicit Naū. nō iudicabit deꝰ bis ĩ idipſū:ꝛ nr̄a trāſlatio habꝫ nō cōſurgere triplex tribulatio:ergo deus neminē punit bis pro eodē peccato : ergo ſi aliquis inſufficientē penitentiā egit in caritate de peccatis p̄teritis:ſi tunc nō peccat nō punietur pro illis:ergo nō redeunt pctā per recidiuū.

Euaſio. Forte dicetur q deus non punit bis pro eodē peccato in eodē foro:ſed in diuerſis ſicut in p̄ſenti et in futuro.

ɔ̄ hoc arḡ. Sꝫ cōtra vtrūq̄ forū eſt ergo ſi punit dn̄s aliquē ſufficienter in ſuo foro penitentiali nō puniet ipm̄ pro eodē peccato in alio foro. Itē pietas hūana nō ſuſtinet: q aliquis punitꝰ ꝓ alio peccato puniret iterū pro eodem peccato: ergo neq̄ pietas diuina debet hoc ſuſtinere: et ita peccata penitus dimiſſa nō redeūt nec q̄tū ad eſſentiā: nec q̄tū ad reatum:quod cōcedimus.

Solutio. Et ad primo obiectū dicimus q nō eſt verū qđ inducitur duabꝰ de cauſis.

Ad primū. Prima cā. Prima eſt : quia deus pronior eſt ad miſerandū et ad remunerandū q̄ ad cōdēnandū.

Scđa cā. Secunda eſt : quia ĩ eo reſtituitur caritas amiſſa: aliqđ eſt per qđ reuiuiſcūt bona opera p̄cedētia: quia fuerūt remunerabilia: ſcꝫ reconſiliatio ad deū: penitentia enī pfecta ablata reſtituit:de natura enī recōſiliationis eſt vt reſtituantur ei qui cōſiliatur quecūq̄ ablata fuerant ei:ſed in eo q̄ poſt peractā penitentiā de peccatis preteritis cadit ꝑ mortale nō inuenit aliquid tale: quia nec deus iterat peccata precedentia:nec ipſe peccans iterat illa:vnde nō redeunt .

Ad ſecūdū Ad ſecundo obiectū dicimus q oēs iuſticie quas fecit nō recordabūtur q̄tū ad remunerandum:quia no dabitur illis vita eterna : ſed recordant q̄tum ad ſatiſfactionē:neceſſariū ei eſt ſatiſfeciſſe nec iſtud aufert deus:immo approbat.

Ad tertiū. Eodē mō reſpondendum eſt ad tertio obiectum.

Ad quartū Ad quarto obiectū dicimus q hec eſt duplex:q̄tū ſe habet deus ad remunerandum tantum ſe habet ad puniendum:q: poteſt is eſſe ſenſus:deus ex quanta iuſticia remunerat ex tāta punit:ꝛ ſic vera/vel poteſt eſſe ſenſus: q̄ facile vꝉ q̄ libenter remunerat tam facile vel tā libenter puniat: et ſic falſa:q: libentiſſime remunerat:nō punit autem niſi prouocatus:quia non ex corde humiliauit ꝛ abiecit filios hominum vt habetur in trenis:ꝛ in yſa. Alienū eſt opus ſcꝫ punire peregrinū eſt opꝰ eiꝰ ab eo.

Ad vltimū Ad vltimo obiectum poteſt dici q ille q̄ decedit in peccato mortali non peracta penitētia de peccatis precedētibus/punitur pro illis in inferno/nō in ſe: ſed ĩ peccato fornicationis/propter ingratitudinem:ſic ita q vltimo deceſſerit in fornicatiōe.

Hec argumētatio nō valet. Sed videtur q hec ſolutio nulla ſit:q: dicunt ſancti q cuilibet peccato debet ꝓpria pena. vnde in euangelio Mathei: nō exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantē:ergo peccatis iſtius precedētibus debetur propria pena: ergo punitur in iferno ꝓ illis pctīs in ſe:nō in alio pctō. Itē iſte decedit in pctō fornicationis nō cōpleta penitētia de pctō auaricie: ponatur q alius ſit equalis illi ĩ oībus cōmiſſis ꝛ in omnibus pctīs:verbi gratia:vterq̄ peccauit prius pctō auaricie ꝛ equaliter/ equaliter cōtēti ſunt:poſtea equaliter vtriq̄ data ē caritas:poſtea vterq̄ cadit per pctm̄ fornicatiōis ꝛ equaliter peccāt et ſic decedūt:ſed tantum in hoc differūt q primus decedit nō peracta penitentia de peccato fornicationis: alius autē decedit cōpleta penitētia de pctō auaricie: conſtat autē q ſecūdus punietur tantum pro pctō fornicationis ꝛ ꝓpter igratitudinem/ aut primus punietur tantum pro peccato fornicationis ꝛ ꝓpter ingratitudinem:aut etiam propter aliud:ſi tātum propter peccatum fornicationis ꝛ ꝓpter ingratitudinem: ſed equales illi duo in peccato fornicationis:ergo quantum ad illud equaliter punientur/ ꝛ quantum ad ingratitudinem magis punietur ſecundus q̄ primus: q: magis eſt ingratꝰ:quod ꝓbatur:q: equalia ſunt cōmiſſa vtriq̄:ſicut poſitum eſt:et ſcđo magis eſt dimiſſum:ǵ ſecundus magis ingratus eſt ad beneficia dei: ergo magis punietur ꝓpter ingratitudinē q̄ primus et equaliter ꝓpter fornicationē/ ꝛ neuter punietur niſi propter fornicationem ꝛ ingratitudinē:ergo ſimpliciter magis punietur ſecūdus q̄ primus: quod manifeſte falſum eſt : q: ſi nō cōpleuiſſet penitētiaꝫ de pctō auaricie magis puniret q̄ modo puniat : reliquitur ergo q primus punietur nō tm̄ propter fornicationē et ingratitudinem:ſed etiaꝫ propter aliud:ǵ propter peccatum auaricie punietur in ſe: ergo ĩ ipſo erit peccatū:ꝛ ita peccata redeunt.

Solutio. Ad hoc dicimus q p̄dicta ſolutio non valet:ꝛ primus punitur in inferno proprie pro peccato auaricie: nō tamen in ipſo erit pctm̄ auaricie:q: cum deus dimiſit ei peccatum auaricie/cōmutauit ei penā eternam ĩ tēporalē . vnde factū eſt illud peccatum quaſi veniale cui tantum debetur pena tēporalis ꝛ partem illam penitentie quā fecit in caritate gratam habet deus ꝛ acceptā . vnde non retractat ſed pro reſiduo punietur iſte in iferno:ſicut punietur pro peccato veniali:peccatum enim veniale punitur eſſentialiter in inferno: ſed in ĩfinitum minori pena q̄ ſit illa que debetur pro peccato mortali.

¶ De ingratitudine.

Secundo querit de ingratitudine an ſit peccatū ꝑ ſe aliud ab alio peccato per qđ iſte patitur recidiuū. videt q ſit aliud: quia iſte eſt vituperabilis propter peccatū fornicationis:et eſt vituperabilis propt ingratitudinē:ergo duplici de cauſa vituperabilis: ſꝫ nō eſt vituperabilis niſi ꝓpter peccatū:ergo ſunt duo peccata in iſto:fornicatio et ingratitudo. Itē in indifferentibus vel bonis que nō cadūt ſub motibꝰ aliarū virtutū: ita eſt q ſi fiāt in hoc intuitu:q: precepta ſūt fiunt ex obediētia que eſt ſpecialis virtus. Similiter indifferentia vel bona que nō cadūt ſub precepto vel ſub motu alterius virtutis: ſi fiāt tantū vt reſpōdeat beneficijs:fiunt ex ſpeciali virtute que poteſt appellari gratitudo:quilibet enī tenet reſpondere beneficijs: ergo ſecundū hoc gratitudo eſt ſpecialis virtus differens ab alijs virtutibus:ergo ingratitudo eſt ſpeciale viciū differēs ab alijs vicijs:ſed ſi hoc:ergo quicunq̄ fornicatur vel aliud peccatū mortale facit duobus peccatis mortalibus peccat:de neceſſitate enī eſt ibi ingratitudo:quia non reſpōdet beneficijs dei/qui infinita beneficia nobis facit. Et preterea eſt ibi fornicatio vel aliud peccatū:nō videt autē eſſe verū q quicunq̄ peccat mortaliter/ peccat de neceſſitate duobꝰ mortalibus peccatis: ergo non videtur ingratitudo ſpeciale peccatū. Itē circūſtantia cauſe eſt quedā circunſtantia:ſicut dicitur. Quis quid vbi quibus auxilijs/cur/quomodo quando:ſed quilibet dicit ingratꝰ propter beneficia:ergo propter circūſtantiā cauſe : ſꝫ circūſtantia nō facit genus peccati: ergo ingratitudo non facit genus peccati:ǵ non eſt vnū genꝰ pctī per ſe differens ab alijs.

Solutio Solutio. ingratitudo tribꝰ modis ſuſcipitur. Quādoq̄ dicit ingratitudo obmiſſio. quādo aliquis obmittit gratias agere deo : ſicut cū poſt prandiū nō reddit gratias deo. Secundo modo dicitur ingratitudo cōtēptus reſpōdendi beneficijs:ꝛ ſic eſt ſpeciale peccatum. cū contēpnit aliquis reſpōdere beneficijs:quādo debet et vbi debet in illis indifferētibus que nō cadūt ſub motu alterius virtutis: ſicut inobedientia eſt ſpeciale viciū:cū aliquis contempnit preceptū dei in eis que nō cadūt ſub motu alicuiꝰ virtutis. Tertio modo dicit ingratitudo reddere malū pro bono:et ſic generale viciū:ſicut ĩobediētia eſt generale viciū: ſecundū q eſt trangreſſio cuiuſlibet precepti.

Ad primū. Ad primo obiectū dicimus q ille qui patit recidiuum:per fornicationē nō facit duo peccata immo ingratitudo in illo idē eſt q fornicatio:ſed dicit ingratitudo in cōparatione ad circūſtantiā cauſe: nec valet hec argumentatio: iſte eſt vituperabilis: et quia fornicat et quia eſt ingratus: ſicut nō ſequit iſte eſt vituperabilis et quia fornicat et quia tranſgredit:ergo ꝓpter duo pctā: ſpecies enī cū genere nō facit minimū.

Ad ſecūdū Ad ſecundum patet ſolutio per predictā diſtinctionē quia ingratitudo:quodāmodo eſt ſpeciale viciū:quodammodo generale.

¶ De penitentia venialium.

Dicto de penitentia peccatorū mortaliū dicēdū eſt de penitentia venialiū de quibus dicit apl's ſuper fundamentū chriſti quidā ſupedificāt:lignū: fenum:ſtipulā:fundamentū autē eſt fides operans per diſcretionē: ꝛ ſuper hoc fundamētū q̄dā edificāt aurū et argentū/et lapides precioſos:ſicut viri ſancti cōtēplatiui. Alij edificant venialia:ſcꝫ lignū. fe. ſti. que nō deſtruūt fūdamentū:quia fides operās per dilectionem cōpatit ſecū venialia . Circa iſtā queſtionē p̄mo querendum eſt vtrum aliquis decedens cū fundamēto portet ſecum lignum fenū ſtipulā . Secūdo de illa duplici ſuperedificatione/qualiter intelligitur ſecundum Auguſtinū. Tertio. qualiter intelligatur ſecūdum Ambroſium. Quarto de igne purgatorij:qualiter per ipſum purgantur venialia.

Ar̄ p̄rio ſic Circa primū probatur q nullus decedēs in caritate portet ſecū lignū fenuꝫ ſtipulam:q: quilibet talis decedit ɔtritus ꝛ cōtritio ſufficit ad delendum mortale peccatum/ quātū ad partem pene/ꝛ aliquando q̄tum ad totam penam ſed veniale in ĩfinitū minus eſt q̄ mortale:ergo cōtritio ſufficit ad delēdum omnia venialia : quia ſi poteſt facere maius: poteſt facere minus:ergo nullus decedens cum fundamento chriſti: portat ſecū lignum fenum ſtipulam:ꝛ hoc eſt contra apoſtolū q̄ dicit:vniuſcuiuſq̄ opus quale ſit ignis ꝓbabit: ſi cuius opꝰ arſerit detrimentum patietur:ipſe autē ſaluus erit:ſit tm̄ quaſi per ignem: ergo decedens in caritate portat ſecum cremabilia.

Secundo. Item nullus poteſt mereri remiſſionē peccati mortalis quātum ad culpam:quia anteq̄ ſit culpa remiſſa nō eſt in ſtatu merēdi:nō enim habet gratiam que eſt principium merendi:ſed poteſt aliq̄s mereri remiſſionem pctī mortalis quantum ad penā: quando dimiſſa eſt ei culpa: tūc enī habet gratiā que eſt principiū meriti:ꝛ ita in ſtatu merendi/ꝛ ſic poteſt mereri remiſſionē peccati mortalis q̄tum ad penam: ita etiam poteſt mereri remiſſionē venialium: cū habet gratiam. Eſt enim in ſtatu merēdi/ ꝛ cōſtat q qui eſt in caritate cōteritur de oībus peccatis ſuis/ꝛ ꝑ illā contritionem meret remiſſionē pene pctī mortalis:ǵ per eandem multofortius meretur remiſſionem venialium:et ita cum decedit non defert ſecū cremabilia.

Tertio. Iteꝫ. deus precepit:ſi penitet indulge:ergo humana pietas hoc habet vt penitēti ĩdulgeat: multofortius diuina pietas: hoc habet vt penitenti ĩdulgeat: ergo cū ille q̄ eſt in caritate peniteat de oībꝰ pctīs ſuis:deꝰ dimittit ei venialia:ſicut ꝛ mortalia:ꝛ ita q̄ decedit cū fundamento chriſti : non defert ſecum lignum/fenuꝫ/ ſtipulam.

Euaſio. Forte dicetur q q̄uis cōteritur de omnibꝰ peccatis ſuis:tamen deus nō remittit ei venialia:quia ipſe nō dimittit ea:imo tācito redit ad ea.

In oppoᵐ Sed ɔtra. aut intelligitur:non dimittere venialia quantū ad habituꝫ/aut q̄tum ad actū: Si q̄tum ad habitū:hoc nō eſt in ipſo:q: homo eſt ſpiritus vadens ꝛ non rediēs. vnde ſicut in homine nō eſt relinquere maculam mortalis peccati: tamē quia quādo penitet deus dimittit ita q̄uis in hoīe nō ſit dimittere habitum peccādi venialiter:tn̄ quando penitet deus dimittit:ſi vero intelligitur q ipſe nō dimittit actū peccādi/hoc eſt falſuꝫ: quia quando ɔteritur de omnibꝰ peccatis ſuis ꝛ orat q dimittātur ei/tūc nō peccat venialiter: ſi dicatur q deus expectat an pſeueret per vnū diem vel per duos hoc falſum eſt:quia neſcit tarda molimina ſpiritusſancti gratia:ſed quacūq̄ hora ingemuerit peccator/deꝰ dimittit.

Solutio. Solutio. Dicimus q aliquis habens fundamentū chriſti ſiue fidem operantem per dilectionē decedit ferens ſecum lig. fe. ſti. licet contritus ſit: nō valet hec argumentatio. Cōtritio delet penaꝫ mortalis pctī:ergo delet veniale. Et ponūt magiſtri exemplū in ſole:qui expellit tenebras noctis/ ꝛ nō poteſt expellere obſcuritatē nubecule parue: ſed expreſſior eſt ſimilitudo in medicina que expellit febrē/ꝛ non expellit quod minus eſt ſcꝫ ſinthomata febris:vt calefactionem epatis:vel debilitatē membri alicuius/ ꝛ hoc eſt q: nō habet contrarietatē cū illis:ſicut cū febre habet

sic gratia cõtritionis cũ mortali habet oppositionem
Ad secũdũ cũ veniali nõ. Ad secundo obiectũ dicimus ꝙ licʒ ali=
quis gratiã habeat: nõ tamẽ est in statu merendi re=
missionẽ venialiũ nisi faciat quicquid in se est ad de=
struendũ habitũ peccandi venialiter : sed si quicquid
in se est facit tunc de⁹ dimittit ei:sicut ẽ in illo qui ha=
bet pctm̃ mortale:quia cũ facit quicqd in se est.i.cum
dimittit actũ peccandi et firmũ propositũ habet nũꝙ
de cetero peccandi tũc de⁹ dimittit ei peccatũ. Egres
sus enĩ vicij/virtutis operaꝛ ingressũ nõ effectiue:vel
per modum meriti:quia nõ habet preciũ merẽdi:sed
materiali preparatione: similiter si ille qui habet fun
damentũ christi facit quicquid in se est : ad destruẽdũ
venialia in se.i.si dimittat actũ peccandi venialiter: ⁊
proponat se firmiter vitaturũ venialia pro posse suo:
tunc deus dimittit ei:sed nõ quilibet cõtritus:ita pro
ponit/multi enĩ habẽtes caritatẽ diligũt vxores aut fi
lios : aut temporalia plus debito : et si sic decedant
Ad tertiũ. isti/portãt secũ lignũ.fe.sti. Ad tertio obiectũ dicim⁹
ꝙ penitenti debet homo indulgere qui non videt nisi
exteriora:sed deus qui videt interius nõ causã indul
get semꝑ:qꝛ nõ est homo vere penitẽs interius : licet
Ad quartũ videatur exterius. Ad quarto quesitũ dicim⁹ ꝙ deus
non semper dimittit veniale:quia homo nõ semꝑ di=
mitit actũ peccandi venialiter:est enĩ in homine relin
quere habitũ illũ:⁊ etiã qd plus est in homine ẽ relin
quere mortaliter peccandi:fit enĩ aliquis de auro ꝓ=
digus:sine gratia media et destruiꝛ auaricie habitus
sed remanet reatus ⁊ difformitas: similiter potest hõ
destruere in se habitũ venialiũ : si firmiter ꝓponat se
vitaturũ pro posse suo venialia ⁊ rugiat a gemitu cor
dis sui:sicut leo.natura enĩ leonis est vt quãdo rugit
animalia que audiũt vocẽ eius figũt gressum:sic etiã
si rugiat homo sicut leo omẽs animales mot⁹ anime
figunt gressum: et nõ procedũt vltra et in tali rugitu
deus dimittit venialia:sed si non sic rugiat homo de⁹
nõ dimittit venialia:ꝙuis homo nominatim orat pro
aliquibus venialib⁹:ꝙ sibi dimittanꝛ.nõ enĩ habet fir
mum propositũ dimittendi illa venialia : sed ꝙtũ ad
hoc similis est iudeis qui genua flectebãt corã dño ⁊
tamẽ illudebant ei:demõstrato ergo illo peccato ve=
niali qd homo nõ destruit:non valet hec argumenta=
tio:iste cõteritur de hoc peccato : ergo dimittiꝛ ei vel
dimissum est:secũdũ ꝙ conteri dolere est de peccatis ex
gratia:sed si contritio ĩportet attritionẽ et adnichila=
tionẽ peccatorũ tunc bene sequiꝛ:sed prima falsa est:
nõ enĩ adnichilaꝛ peccatũ qd nõ deseriꝛ: sed prio mo=
do accepta cõtritione vera est prima: et non valet hec
In oppoᵐ argumentatio. Et secundũ hoc obijcitur de duobus
qui sunt pares in omnibus ꝙtũ in se est:habẽt enĩ pa
res caritates et paria venialia ꝙtũ enim vnus diligit
vxorẽ plus debito tantũ ali⁹:ergo pares sunt ĩ oĩbus
hoc excepto ꝙ vxor vnius moritur alterius nõ : et ex
morte vxoris nõ dimittitur isti peccatũ aliqd. Conte
rantur ergo isti duo paribus contritionibus de pctõ
suo veniali/scʒ de dilectione vxorũ/isti duo pares sũt
in omnibus quantũ in se: et pariter cõterunꝛ de equa
libus peccatis:ergo si alteri dimittatur peccatũ et re
liquo. Si nõ:sed ei cui⁹ vxor viuit nõ dimittiꝛ se pec=
Ꝯ hoc ar. catũ cũ nõ deserat ipsũ:ergo nec alij. Sed cõtra.conteri
tur de illo peccato et deserit ipsũ:et quia vltra nõ di=
ligit vxorẽ plus debito sicut dilexit: ergo dimittitur
quod concedimus:nec sunt isti duo pares in omnib⁹:
quia nõ sunt pares in omnibus extrinsecis:quia vnus
habet materiam ignis sui scʒ vxorẽ que tenet peccatũ
in ipso:alius nõ. Sed cõtra hoc videtur esse quod di= Ꝯ hoc ar.
cit Aristoteles in ethica. Ridiculuʒ est causari ea que
exterius sunt:ergo ridiculũ est ꝙ extrinseca faciũt ho
minẽ peccare/⁊ verũ est ꝙ ridiculum est homini:ꝙ de
creaturis dei que bone sunt faciat sibi laqueũ peccati
sicut dicitur in libro sapiẽtie:ꝙ creature dei facte sunt
in temptatiõe anime hoĩm ⁊ in muscipulã:⁊ sic faciũt
illi q̃ peccãt.vnde ꝙtum ad illos ridiculũ est cum po=
tus creature debent eis esse via ad deum: in illo ergo
cuius vxor moritur destruitur peccatum ex dolore:q̃
est ex caritate:sed si extra caritateʒ:nõ destruitur:imo
dolor malus est:sicut enim ex bona dilectione:proce=
dit bonus dolor:ita ex mala/malus.

¶ Quomodo intelligit Augustinus.

SEcundo queritur de illa edificatiõe qualiter in=
telligatur secũdũ Augustinũ:dicit ergo Augu=
stinus ꝙ super fundamẽtum christi quidã edificant li
gnum/fenũ/stipulam:sicut imperfecti qui diligũt vxo
res/filios/⁊ temporalia plus debito: tamẽ deũ prepo
nũt omnibus istis:isti diuisi sunt vt dicit apostolus:qꝛ
partim cogitant que mundi sunt/partim que dei sunt
isti securi sunt ab igne gehẽne:sed nõ ab igne purga=
torio. Alij sunt q̃ super fundamẽtũ christi edificãt au
rum ⁊ argentum/ lapides preciosos.i.viri perfecti cõ
templatiui qui tãtum cogitant q̃ dei sunt:isti edificãt
aurum.i.dilectionẽ dei:argentum.i.dilectionem pro
ximi:lapides preciosos.i.bona opera/quibus emitur
vita eterna:isti securi sũt ab igne vtroꝗ: quia vt dicit Augustin⁹
Augustinus. Quod facit gutta aq̃ camino ignis:hoc
facit veniale viro perfecto:statim enĩ destruitur veni=
ale ex feruore caritatis. Sed obijciꝛ. Oĩs edificãs su= In oppoᵐ
per fundamẽtum christi/edificat aurum/argẽtũ/lapi=
des preciosos/vel lignũ/fenũ/stipulaʒ: sed imꝑfectus
edificãs bona opera edificat super fundamẽtũ christi:
ergo imperfectus inquãtum edificat bona opera:edi
ficat aurũ/argentum/lapi.preci.vel lig.fe.stipu.et nõ
edificat lig.fe.sti. quia inquantum edificat bona opa
nõ edificat venialia:ergo imperfectus inquãtum edi
ficat bona opera/edificat auꝝ/argentum/ lapides pre
ciosos:ergo imperfectus est contemplatiuus ⁊ perfe
ctus:quod falsum est. Item aliquis imperfectus est Secundo.
q̃ non habet peccatum aliquod nisi ꝙ diligit vxorem
plus debito: omnia alia pctã dimissa sunt et penit⁹:et
ꝙtum ad culpam/⁊ ꝙtum ad penã:sed de hoc veniali
potest conteri ⁊ ipsum relinquere/⁊ dimittetur ei to=
taliter/⁊ põt ĩ hoc statu decedere/⁊ sic si decedat:statĩ
euolabit:ergo imperfectus iste securus est ab vtroꝗ
igne:ergo imperfectus edificat super fundamentum
christi aurũ/argentũ/lapides preciosos: quod est con
tra Augustinum. Itẽ cum contemplatiuus peccat ve Tertio.
nialiter ex motu contemplationis vel dilectionis dei
non dimittitur ei illud veniale: qꝛ motus dilectionis
non est motus cõtritionis:ergo cũ in illo veniali pos=
sit descendere non est securus ab igne purgatorio: si=
cut nec ĩperfectus. Itẽ dicit Aug. qꝛ homo noluit vi Quarto.
tare peccatũ cum potuit:inflictum est ei nõ posse cum
velit:ꝙ ⁊ vir perfectus contemplatiuus peccat venia=
liter velit/nolit/⁊ sic potest decedere:ergo ⁊ sic nõ est
securus ab vtroꝗ igne. Solutio. Ad primum dicim⁹ Solutio.
ꝙ hec est vera:omnis edificãs super fundamẽtũ chri= Ad primũ
sti edificat aurũ argentũ.la.pre. vel lig.fe.sti.sed non
sequitur:ergo imperfectus inquantum edificat bona

opera:edificat auruʒ.⁊c.⁊ hoc est: quia maior propo
sitio nõ intelligitur cũ reduplicatione. vnde in illa ar
Instantia. gumẽtatione est fallatia accidentis. Instantia. omnis
sciens est grãmaticus:dyaleticus est sciens:ergo dya=
leticus inquantũ dyaleticus est grãmatic⁹:et si maior
propositio intelligatur cũ reduplicatione falsa est:qꝛ
nõ omnis edificans super fundamentũ christi edificat
aurũ.⁊c. nec omis edificatio super fundamẽtũ christi
est talis/aut talis : quia edificatio bonorũ operũ quã
facit imperfectus/nec talis nec talis est.vnde nõ valet
hec argumentatio : omnis edificãs sup fundamentũ
christi:aurũ/argentũ/vel lapides preciosos/vel lignũ
fenũ:stipulã edificat:ergo oĩs edificatio super funda
mentũ christi est aurũ:argentũ : vel lapides preciosi:
vel lignũ : fenũ: stipula:sicut nõ sequiꝛ omis sciẽs est
grãmaticus:ergo oĩs sciẽtia est grãmatica: potest ei
predicari sumptũ de sumpto:nõ enĩ pricipale de prin
Ad secũdũ cipali. Ad secundo obiectũ dicimus ꝙ bene potest cõ
tingere:ꝙ imperfectus nõ transeat per purgatoriũ:⁊
Augustin⁹ perfectus et cõtemplatiu⁹ transeat. Et qd dicit augu
stinus ꝙ iste securus est ab vtroꝗ igne : et ille nõ:in=
telligendũ est:vt frequenter et in pluribus:rarissime
enĩ cõtingit ꝙ vir imperfectus decedens nõ trãseat ꝑ
purgatoriũ: et rarissime cõtingit ꝙ perfectus trãseat
Ad tertiũ. per purgatoriũ. per hoc pʒ solutio ad tertio obiectũ
ex deuotione enĩ quã habet vir cõtemplatiuus in di=
Ad vltimũ cẽdo oratione dñicã statim dimittitur ei veniale. Ad
vltimo obiectũ dicimus ꝙ ꝙuis vir cõtemplatiu⁹ nõ
possit vitare peccatũ qd de primis motibus intelligi
tur:tamen per actũ cõtemplationis statim deserit vir
cõtemplatiuus peccatũ illd et expellit a se:sed imper
fectus qui videt vxorem suã nõ potest relinquere vel
vix potest peccatũ suũ veniale. vnde nõ est simile: sed
cũ in statu perfectionis edificetur aurũ ar.la. pre. Et
in statu imperfectionis lignũ.fe.sti.videtur si aliquis
imperfectus nõ baptisat⁹ habens lig.fe.sti.veniat ad
baptismũ dimittenꝛ ei omnia peccata venialia:qꝛ ba=
ptismũ nõ dat statum perfectionis: ergo post baptis=
mum remanet iste in statu imperfectionis:ergo habʒ
lignũ fenũ stipulã:ergo non dimittunꝛ ei omnia pctã
Secundo. in baptismo. Itẽ quod baptismus facit simul penitẽ
tia facit successiue:sed perfectissima penitentia nõ au=
Tertio. fert lig.fe.sti.ergo nec baptismus. Itẽ si aliquis exi=
stens in peccato mortali nõ dimittit peccatũ suũ: ⁊ sic
accedat ad baptismũ : fictus accedit et nõ dimittũtur
ei peccata : ergo cũ aliquis imperfect⁹ multa habeat
venialia ⁊ nõ dimittat ea: quia nõ potest ea dimittere
vel vix potest:sed si sic accedat ad baptismũ ꝙtũ ad il
la venialia fictus accedit:ergo nõ dimittunꝛ ei in bap
In oppoᵐ tismo. Sed contra. diciꝛ in exodo Currus pharaonis
et exercitus eius proiecit in mare rubrũ:per mare ru
brum significatur mare baptism⁹ : ergo in baptismo
subiungitur pharao ⁊ totus exercitus eius:scʒ diabo
Secundo. lus et omnia peccata. Itẽ in baptismo dicitur vestis
Tertio. candida que significat vestẽ innocentie. Item quãdo
christus fuit baptisatus aperti sunt celi ad significan=
dum ꝙ baptisatis aperitur celũ : ergo vel significatũ
nõ respondet signo vel statim baptisatus statim si de=
cedat euolat: ergo in baptismo dimittunꝛ omnia pec
Quarto. cata. Itẽ dicit apostolus. Sine penitentia sunt dona
et notio sup locũ dꝛ glosa. baptism⁹ nõ exigit gemitũ
neꝗ planctũ: ⁊ ita totaliter dimittunꝛ peccata in bap
Quinto. tismo. Itẽ efficatior est baptism⁹ ꝙ penitẽtia:qd ꝓba
tur:qꝛ antiq̃ pr̃es nõ potuerũt tm̃ penitere ꝙ delerẽt
in se totaliter originale pctm̃: sʒ baptism⁹ tollit origi
nale:ꝙ efficatior ẽ ꝙ penitẽtia:sʒ aliqua penitẽtia tol=
lit lignũ fe.sti. ergo multo fortius baptismus:quod
cõcedimus/licet multi dicant oppositum. Et ad p̃mo Ad primũ.
obiectum dicimus ꝙ bene potest ꝯtingere ꝙ aliquis
imperfectus sit sine omni peccato/⁊ securus ab vtro=
ꝗ igne ⁊ ꝙtum ad omnimodã remissionẽ peccatoruʒ
baptismus ponit eũ in statu perfectionis. Et quod di
cit apostolus ⁊ Augustinus intelligẽdũ est vt frequẽ
tius et in pluribus quia rarissime contingit ꝙ imper=
fectus sit sine lig.fe.sti.nõ potest dici diu esse sine illis.
Ad secundo obiectũ dicimus ꝙ non est simile de peni Ad scdm.
tẽtia ⁊ baptismo:qꝛ baptismus efficatior est. Ad ter= Ad tertiũ.
tio obiectũ dicimus ꝙ imperfectus nõ accedit fictus
ad baptismum ꝙtum ad venialia:quia ꝙtum in se est
dimittit illa et dolet ꝙ nõ põt ea dimittere totaliter.

¶ Qualiter illam edificationem intelli=
git Ambrosius.

CIrca tertium capitulum dicendũ est qualiter in
telligatur illa edificatio secundũ Ambrosiũ:di= Ambros⁹.
cit ergo Ambrosius ꝙ fundamẽtum: est doctrina apo
stolica per quã seminatur fides in cordibus fidelium
et super hoc fundamentum quidam de magistris qui
successerũt apostolis edificant aurũ/argentũ/ lapides
preciosos scʒ veram et sanctã doctrinã que non ẽ esca
ignis:nõ enim est cremabilis:sicut nec aurũ nec argẽ=
tum nec lapides preciosi. Quidã autem edificant su=
per doctrinam ap̃licã lignũ/ fenum/ stipulã/vanam et
friuolã doctrinam que nõ ẽ contra fidem:si enim esset
destrueretur fundamẽtũ/⁊ huiusmodi doctrina ignis
est. vnde qui sic docent nõ securi sunt ab igne purga.
habent enim secum lig.fe.sti. Sed obijcitur.illi q̃ do In oppoᵐ
cent/aut docent verũ/aut docent falsum: si verũ:ergo
nõ est friuola ⁊ vana doctrina : si falsuʒ/aut ĩ articulis
fidei:aut extra:si in articulis fidei:ꝙ destruunt funda=
mentum/et ita peccãt mortaliter: ergo nõ edificant li
gnũ/fe.sti.si extra articulos:ergo nõ peccant:qꝛ doce=
re vel dicere falsum nõ est malum secũdum se : immo
potest esse meritorium. Item ap̃lus dixit falsum cum Secundo.
dixit se iturum ad hispanos/tamẽ meritorie dixit hoc
qui ergo docent falsum non peccant ex hoc ergo non
edificant lig.fe.sti. sed videꝛ ꝙ null⁹ põt dicere falsuʒ
meritorie vel docere: qꝛ si docet falsuʒ meritorie: ꝙ a
spiritusancto: qꝛ omne opus meritorium a spũsancto
monẽte: sed spiritussanctus monet ad docendum fal=
sum:spiritussanctus docet falsum:dicitur enĩ postula=
re pro nobis:qꝛ facit nos postulare:eadem ratione de
bet dici docere falsum:qꝛ facit nos docere falsum:er=
go secũdum hoc spiritussanctus ẽ doctor falsitatis q̃d
est impossibile. Solutio.illi dicuntur edificare super Solutio.
fundamentum xp̃i lig.fe.sti. qui super doctrinã ap̃li=
cam edificãt vanam et friuolam doctrinam: ⁊ friuola
doctrina dicitur doctrina falsi cui admiscetur aliquod
peccatum: docere enim falsum nõ ẽ peccatum secũdũ
se:qꝛ ⁊ illi qui dicunt tm̃ quinꝗ esse notiones merito=
rie possunt hoc dicere: et illi qui dicunt nõ tãtum esse
quinꝗ notiones meritorie possunt hoc dicere: ⁊ tamẽ
alteri dicunt falsum. vnde doctrina falsi secundum se
nõ ẽ vana ⁊ friuola:sed cum admiscetur peccatuʒ:põt
aũt misceri q̃druplex pctm̃:aliqs autẽ magister appe
tit excellere alios:⁊ postea credit se excellere alios: ⁊
postmodũ vult apparere excellens:et propter hoc ha
bet curiositatẽ que ẽ libido sciẽdi maxime ea que nõ

est necesse scire:⁊ cũ ex his q̃ttuor vel ex aliquib⁹ isto=
rum que sunt peccata venialia:docet falsũ:tũc saluo
fundamento edificat lignum/fenum stipulam: peccat
enĩ tunc venialiter:libido enĩ docendi falsũ p̃t esse ve=
nialis:quia docere falsũ est indifferẽs/sicut libido co=
medẽdi potest esse venialis:quia comedere est indif=
ferens:sed libido fornicãdi nõ potest esse venialis: q̃
Ad aliud. fornicari mortale est. Ad illud qd̃ obiectũ est ꝙ spiri
tussanctus dicat falsũ vel doceat. Forte dicet aliquis
ꝙ spiritussanct⁹ docet falsũ:sed nõ inquantũ falsũ:vel
forte distinguet hanc propositionẽ. spũssanctus docet
falsũ:quia si actus transeat supra subiectũ cũ accidente
Ↄ hanc ar. falsa est :si sine accidẽte vera est. Sed hec solutio nul
la videtur esse:quia secundũ hoc spũssanctus penitus
eodẽ modo nõ docet falsũ quo iste magister nõ docet
Secundo. falsum inquantũ falsũ:sed qd̃ credit esse verũ. Item
si hec est vera:aliquo modo spũssanctus docet falsum
ergo aut scienter aut ignoranter. si ignoranter : ergo
spiritussanctus aliquid ignorat qd̃ est impossibile : si
scienter docet falsũ:ḡ docet id quod scit esse falsũ:ipse
enĩ nichil ignorat:ergo mẽtitur: si enĩ aliquis homo
Euasio. doceret id quod sciret esse falsũ:mẽtiret̃. Forte dicet
ꝙ hec locutio tropica est: spiritussanct⁹ docet falsum
sicut et hec:postulat pro nobis:dicit̃ enĩ postulare:q̃
facit nos postulare:figure autẽ nõ sunt extendẽde:sed
hoc nõ est euadere predictã obiectionẽ:quia determi
natũ est in quibus actionibus recipiendus sit huius=
modi tropus in quibus nõ:in illis enĩ actionibus que
determinãt subiectũ corporale nõ recipitur huiusmo
di tropus : sicut nõ cõceditur ꝙ spũssanctus comedat
in isto vel eat ad ecclesiam: quia spũssanctus nõ est os
neq̃ pes:que determinãtur per illas actiones:sed cũ
quoddã postulare sit corpale:quoddã spũale:postu=
lare secundũ se nõ determinat corpus. vnde concedit̃
ꝙ spũssanct⁹ postulat in isto:similiter cũ loqui quod=
dam sit spirituale:quoddã corporale:secundũ se loq̃
nõ determinat corp⁹.vnde spũssanctus loquit̃ in isto.
vnde apl̃s. Olim deus loquens patribus in prophe=
tis:similiter dicere vel docere secundũ se nõ determi
nat corpus: ergo sub eodẽ tropo sub quo dicit̃ spiri=
tussanctus loqui in prophetis et apl̃is:debet concedi
spiritũsanctũ dicere vel docere in isto: ergo iuste do=
Solutio. cet falsũ:meritorie spũssanctus docet falsũ in isto. So
lutio.hec propositio spũssanctus docet falsũ vel dicit
falsũ nullo tropo cõcedẽda est:quia dicere vel docere
duo importat/scȝ manifestationẽ exterius et precõce=
ptionẽ interius:qui enĩ dicit vel loquit̃ manifestat ex
terius:quod cõcepit interius.vnde cũ aliquis loquit̃
a spũsancto manifestat exterius precõceptũ inspiratũ
a spũsancto:sed quia spiritussanctus nunq̃ inspirat fal
sum preconceptio falsi nunq̃ est a spũsancto. Et ꝙ di
cere vel docere falsũ importat precõceptionẽ falsi nõ
est concedendũ:ꝙ spiritussanctus doceat falsũ in isto:
sicut nõ cõcedit̃ ꝙ in isto peniteat: q̃ penitere impor=
tat gemitũ de peccatis:et perpetrationẽ peccatorum
que nunq̃ est a spũsancto:sed bene cõceditur ꝙ spiri=
tussanct⁹ flet in isto:gemit ĩ isto.

¶De igne purgatorio q̃liter purget animas

Ultimo capitulo queritur de igne purgatorio
Arḡ non. qualiter purget animas:et videtur ꝙ nõ possit
purgare:quia dicit boecius in libro de duabus natu=
ris et vna persona christi : ꝙ omne agẽs in aliud agit̃ in
illud secundũ aliam cõmutationẽ seu secũdũ simbolũ
cũ enĩ agens intendat dare qualitatẽ suã et in qd̃ agit
necesse est ꝙ istud habeat similẽ naturã:scȝ ĩ qua susci
piat illã qualitatẽ: sed aĩa et ignis purgatorius nõ ha
bẽt cõicatiã:ergo ignis purgatorius nõ agit in animã
ergo nõ purgat eam. Item:oĩs purgatio habet fieri Secundo.
per cõtrarium vt patet in contritione que contraria
est peccato quod expellit: sed ignis purgatorius non
est ꝯtrarius anime:ergo nõ purgat eaȝ: ꝓpter hoc di opĩo aliq̃ȝ
cunt quidam: ꝙ anima exuta a corpore purgatur per
contritionem:conteritur enim extra corpus ⁊ per illã
cõtritionem meretur sibi remissionẽ peccati:et quod
dicitur ꝙ in alia vita non ẽ locus merendi:intelligunt
q̃tum ad vitam eternaȝ: sancti enĩ non merentur sibi
vitam eternam: q̃ nõ indigent:sed merentur alijs:si=
militer illi q̃ sunt in purgatorio ĩdigẽt remissione pe.
et illã merentur per contritionem:sed secundum hoc
ignis purgatorius superflueret/ ⁊ pro nichilo dixisset
apl̃s. Saluus erit quasi per ignem:propter hoc dici
mus ꝙ ignis purgatorius purgat animas agendo in
eas:tamen nõ intendit ei imprimere qualitatem suã:
et illa propositio Boetij intelligitur de actione ꝯpo
sitorũ in composita:sicut enĩ dicit Ysaac. Nõ agunt cõ
posita in simplicibus vt simplicia in cõpositis agit ei⁹
corpus in animam non imprimẽs qualitatẽ suã:secun
dum quãdam colligantiaȝ agit in ipsam ⁊ ipsa in cor
p⁹. vñ colerici demẽtiores in estate sũt q̃ in hyeme:si=
militer ignis purga. habet quandaȝ colligantiam ad
animam quam non habet ignis elementum secundũ
quam colligãtiam potest agere in animã/⁊ anima po
test pati ab ipso: sed colligantur sicut corpus ⁊ anima
corpus aũt dico humanũ que sic colligũtur vt sit vnũ
ex eis ⁊ vna actio ipsoꝝ:sed anime ⁊ ignis purgatorij
nõ est vna actio:sed ad hoc tãtum colligantur vt ignis
tantum agat/et anima tantum patiatur. Ad secundo Ad secũdũ
obiectum dicimus ꝙ aliqua ꝯtrarietas vel oppositio
est inter animam ⁊ ignem purgatorium in qua inue=
nit peccatum:omnes enĩ creature dei quadã mirabili
cõnexione sibi inuicem ꝯnexe sunt vt dicit beatus Dio Dionysius
nisius. vnde omnis creatura habet oppositionẽ quan
dam cum peccato cuius oppositionis nõ est reperire
simile in naturis: sed nota ẽ illa oppositio per fidem.

¶De adiumentis penitentie.

Dicto de penitentia ⁊ de quibus agenda est peni
tẽtia:dicẽdum est de adiumẽtis penitẽtie scȝ de
clauibus/⁊ de relaxationibus:⁊ p̃io de clauib⁹. Cir=
ca quam questionem videndum est quid sit clauis/et
quot sunt claues. Secundo de generali vsu clauium:
scȝ qualiter intelligẽdum sit qd̃ dixit dominus petro:
quecũq̃ ligaueris.⁊c. quecũq̃ solueris.⁊c. Tertio q̃
persone habeãt claues. Quarto pauca theologice di
cemus de illo speciali vsu clauiũ excõmunicatio scȝ et
absolutio. ¶Circa p̃mũ capitulũ sic ꝓceditur super
illum locum Mathei: Tibi dabo claues regni celoꝝ
dicit auctoritas ꝙ due sunt claues/ scȝ sciẽtia discernẽ
di lepram a lepra/⁊ potestas ligandi ⁊ soluendi. Sed Ↄ hoc ar.
videtur ꝙ scientia discernẽdi non sit clauis: q̃ scientia
discernendi non est nisi discernere:sed per hm̃õi discer
nere non claudit aliq̃s nec aperit alicui regnũ celorũ:
talem enim discretionem habent multi laici ⁊ clerici:
tamen per illam non claudunt nec aperiunt:ergo sciẽ
tia discernẽdi nõ est clauis. Itẽ deus nõ soluit dimit= Secundo.
tendo culpam ⁊ penã eternã:ligat enim non dimittẽ=
do. vnde in psalmo. Dirupisti vincula mea. i. vincula
peccati: sacerdos ligat ⁊ soluit tripliciter. Primo q̃

solutum vel ligatum ostẽdit : sicut sacerdos in veteri
lege:nõ mundabat:sed mundatum leprosum ostẽde=
bat:ostẽdit autẽ solutũ vel ligatũ verbo ⁊ facto/v̾bo
cũ dicit dimissa esse peccata vel nõ dimissa facto cũ re=
cipit ad sacramenta vel nõ recipit. Secundo modo li
gat cũ penitẽtiã soluit cũ aliquid de penitentia dimit
tit. Tertio modo ligat et soluit cũ excõicat et soluit
et alios vsus nõ habet sacerdos contra penitentẽ nisi
istos:ergo nec claudit nec aperit nisi istis tribus mo=
dis:sed hoc totũ fit per potestatẽ ligandi et soluendi
Secundo. ergo sciẽtia discernendi nõ est clauis. Itẽ tria ad hoc
exigunt̃ vt aliquid bene fiat :scȝ potestas et scientia ⁊
voluntas:sed duo prima sunt claues: ergo ⁊ tertium
et videt̃ magis de tertio: quia per potestatẽ et scien=
tiam assimilatur sacerdos patri et filio et spiritui san=
cto per volũtatẽ: cui magis attribuitur peccatorũ re
missio:ergo volũtas potius dicenda est clauis q̃ po=
Tertio. testas et scientia. Itẽ cũ per bonã vitã apiat sibi reg.
ce. vnde in canticis. si hostiũ ẽ ꝯpingamus illud tabu
lis cedrinis:ergo debet esse bona vita clauis : similis
est obiectio de doctrina clauis predicationis et dispẽ
Ad primũ. satione sacramentorũ. Ad primũ dicũt quidã ꝙ vnica
est clauis in essentia:sed due dicũtur propter duo offi
cia:scȝ propter discernere et propter ligare et solue=
re:sicut differẽtia eadẽ ꝯstitutiua est diuisiua:sed alte
rius constitutiua: et alterius diuisiua : sicut dicit au=
gustinus. ꝙ eadẽ est ratio in essentia superior et infe=
rior:sed ꝓpter diuersos vsus diuersis vocabulis nũ=
Ↄ hãc ar. cupatur. Sed hec solutio nulla videt̃ esse:quia scien=
tia cui⁹ est discernere: aliud est in essentia q̃ potestas
ligandi et soluendi:sed scientia dicitur clauis: q̃ exi=
gitur ad bonũ vsũ clauis. vndẽ dicũt ꝙ sciẽtia discer=
nendi est quasi corrigia clauis:et bona vita sicut ma=
nubriũ : sed secundũ hoc methaphorice et improprie
locuti essent sancti qui dixerũt ꝙ scientia discernendi
Secundo. est clauis. Itẽ probatur ꝙ per scientiã discernẽdi sol=
uitur aliquis/ et ligatur:peccatis enĩ ligatus est sicut
dicitur in Iosue. ligauit eũ spiritus malis suis: est aũt
ligatus q̃tũ ad intellectũ et affectũ: si enĩ nõ haberet
illos ligatos volare posset spiritualiter: soluitur aũt
intellectus cũ in cõfessione ostendit sacerdos penitẽti
quãtitatẽ pcĩ sui: et quãta penitentia debeatur huic
peccato: quãta illi:⁊ sic per huiusmodi discretionem
quodãmodo aperitur et regnũ celorũ si velit penite=
re:et clauditur si nolit:ergo scientia discernendi clau
dit et aperit:ergo est clauis:quod ꝯcedimus. claudit
enĩ quodã modo sicut dictũ est : sed potestas ligandi
et soluendi perfectẽ aperit:sicut in vna archa quãdoq̃
sunt due claues/vna que dicitur anticlauis que semi=
Ad primũ plene aperit:alia que plene aperit. Et ad primũ solui
mus per interemptionẽ hui⁹:per discernere nec clau=
Ad scd̃m. dit aliquis nec aperit. Similiter ad secundũ soluim⁹
per interemptionẽ huius:alios vsus nõ habet sacer=
dos contra penitentẽ nisi illos tres modos ligare et
Ad tertiũ. soluere. Ad tertio obiectũ dicimus ꝙ duplex est cau
sa quare voluntas ligandi et soluendi nõ dicitur cla=
Prima cã uis. Prima est vt sacerdos in soluendo et ligando nõ
Scd̃a cã. querat voluntatẽ suã:sed voluntatẽ dei. Secũda est:
quia clauis habet duos vsus:scȝ claudere et aperire:
voluntas dei nõ est claudere:sed aperire: sicut dicitur
in trenis. non humiliauit in corde suo:et abiecit filios
hominũ. Eadẽ est solutio de bona vita et predicatio=
ne et dispensatione sacramẽtorũ:ista enim solum ape=
riunt ⁊ nõ claudũt. vnde nõ dicuntur claues:sed scien
tia ⁊ potestas adinuicem pertinẽt cuius est soluere et
ligare. vnde sciẽtia ⁊ potestas dicũtur cla. sed cum sci=
entia discernendi non sit clauis:nec claudit nec aperit
nisi per viam doctrine videtur ꝙ predicatio sit clauis:
predicator enĩȝ docet quãtitates peccatoꝝ:docet etiã
ꝙ non penitẽti nõ est iniũgenda penitentia et penitẽti
iniungenda est:sed non aliter claudit ⁊ aperit scientia
discernendi: ergo predicatio debet esse clauis:⁊ sic nõ
sunt tantũ due claues. Solutio. licet p̃dicatio aliquã Solutio.
do hoc modo claudat ⁊ aperiat/tamẽ non dicitur cla=
uis: q̃ predicator inquantũ predicator nõ intẽdit sol=
uere et ligare. vnde scientia discernẽdi in eo cuius est
officiũ ligare ⁊ soluere clauis est ⁊ nõ in alio:solet aũt
obijci de sacerdotibus ydiotis q̃ nesciũt inter lepram
et leprã discernere isti non habent nisi vnã clauem scȝ
potestatem ligandi ⁊ soluendi. Sed contra. dicitur ꝙ Ↄ hoc ar.
in susceptione ordinum dantur claues: ḡ quilibet sa=
cerdos habet duas claues. Ad hoc dicit magister ĩ sẽ
tentijs secundum quosdaȝ ꝙ quidã sacerdotes nõ ha
bent illam clauem que dicit̃ scientia discernẽdi. vnde
dicendum est heu. Alij dicũt ꝙ ipsa scientia discernen opĩo aliq̃ȝ
di non est clauis:sed officium discernendi ⁊ officiũ ta=
le habet sacerdos ydiota : licet scientiam non habeat
sed hoc nõ potest dici:q̃ officiũ ipsum nec claudit nec
aperit:sed ipsa sciẽtia. Sed ꝓpter hoc dicim⁹ sicut di=
cit Prepositin⁹:ꝙ nõ est aliquis sacerdos adeo ydio= prepositin⁹
ta quin habeat scientiam discernendi inter peccata na
turaliter enim habet quilibet aliquam cognitionem
de peccatis. vñ ĩ quibusdã sacerdotibus sciẽtia discer
nendi est clauis maxima:sicut in illis qui multa sciunt
de theologia/in alijs autẽ minor est/ ⁊ sic ĩ valde ydio
tis est:sicut clauicula. vnde dicendum est heu.

¶De generali vsu clauium.

Secundo capitulo queritur de generali vsu cla=
uium qualiter intelligẽdum sit quod dicit dñs:
Quodcũq̃ ligaueris super terrã.⁊c. videtur hoc esse
falsum. Ponat̃ enĩ ꝙ sacerdos iniũgat alicui penitẽ= Arḡ p̃io sic
ti penã minorẽ cõdigna: arbitrarie enĩ sunt pene. vñ
potest iniũgi ⁊ maior ꝯdigna ⁊ minor:decedat ille pe
nitẽs completa illa penitẽtia minore ꝯdigna:aut euo
labit aut nõ:si euolabit hoc est ꝯtra predicta. Dictuȝ
est enim superius ꝙ residuum ꝯplebit ĩ purgatorio:
si non euolabit ⁊ cõcedit ꝙ absolutus est q̃tum ad sa
cerdotẽ:ergo non quicquid soluitur super terram est
solutum ⁊ ĩ celis. Item aliquis accedat fictus ad pe= Secundo.
nitentiam/⁊ sacerdos videns signa contritionis iniun
idē sacramentū quod matrimoniū:aut aliud:si aliud
ergo in matrimonio sūt duo sacramenta:si idē: ergo
Solutio. idē est bonū suū quod est impossibile. Solutio. hec
argumentatio nō valȝ: tertiū bonū matrimonij est sa
cramentū:ergo vel idē qđ matrimoniū vel aliud sacra
mentū:quia ꝙ matrimoniū est sacramentū: hoc est ꝓ
pter istud tertiū bonū:et vbi bonū propter alterū nō
recipit ī istis diuersitas. instātia:homo est ymago dei
ratio est ymago dei: ergo vel eadē que est homo vel
alia et vtrūqȝ falsum:quia homo est ymago dei pro-
pter rationem.

¶ Utrum bona matrimonij excusent coitum
coniugalem.

¶ Alia questio.

Secundo queritur vtrum ista bona matrimonij
excusent coitū ꝯiugalē ab omni peccato. Pro
batur ꝙ nō:quia dicit beatus Gregorius. Nullus dor Ar ꝙ non.
miēs de nocte cum vxore sua/ nisi lotus aqua intret ec
clesiam:sed intrare ecclesiam non prohibetur nisi pro
peccō:ergo dormire cum vxore sua est peccatum. Ipse Confirmat
etiam dicit alias ꝙ coitus ꝯiugalis non potest fieri si-
ne peccato. Itē dicit apostolus de matrimonio:hoc Secundo.
autem dico secundum īdulgentiam nō secūdum īpe-
rium : sed vbi nō est peccatum/ nō est opus īdulgētia:
ergo in coitu ꝯiugali est pctm̄ cū ibi sit īdulgētia. Itē
sancti dicunt ꝙ ī coitu carnali fit totus homo caro: ꝗ Tertio.
absorbetur ratio:sed nō absorbetur nisi per peccatū:
ergo ī omni carnali coitu est peccatū:dicit enim Ori-
genes ꝙ in coitu carnali nō est spiritussanctus etiam ī
prophetis: sed nō recedit spūssanctus nisi per peccatū
ergo ī coitu ꝯiugali est peccatum. Item in omni ꝯiu- Quarto.
gali coitu est erubescentia: sanctus enī Zacharias nō
cognouisset sanctam Elizabeth in ꝯspectu hominum
ad generandum precursorem dn̄i:ergo cum erubescē
tia non sit nisi de peccato in omni coitu est peccatum.
Sed ꝯtra. dicit Augustinus ꝙ coitus cū propria vxo In oppo™
re qui fit tantum causa prolis nō habet culpam: et coi
tus qui fit cum propria vxore causa libidinis culpam
habet. Item dicit alibi īfirmitas carnis excipitur per Secundo.
bonum matrimonij ne cadat in foueam peccati. Itē Tertio.
aliquis cognoscēs vxorem reddit ei debitum:sed red
dere debitum est opus iusticie:ergo aliquam cogno-
scere est opus iusticie:ergo nō est aliquod peccatum.
Solutio. quattuor de causis finalib⁹ cognoscere po- Solutio.
test aliquis propriam vxorem:potest enim cognosce-
re causa prolis:potest cognoscere vt reddat debitum
potest cognoscere causa vitande incontinentie:potest
cognoscere causa libidinis vt delectetur: trib⁹ de cau
sis primis cognoscere vxorē nullum peccatum est nec
mortale nec veniale/ nisi aliud addatur:immo cogno
scere vxorem illis tribus de causis potest esse merito
rium si fiat in caritate:caritas enī odit omne malum.
vnde si habens caritatem ex caritate fugiat incōtinē-
tiam vel ex ꝯtinentia que proprie odit incōtinētiam:
et propter hoc coeat cum vxore sua vt vitet incōtinē-
tiam/ talis coitus meritorius est/ et nō est peccatū ali-
quo modo:si vero nō sit ex caritate indifferēs est:po-
test esse mortale peccatum respiciēdo alium finem vl
teriorem vt scȝ nutriatur proles ad pompā seculi vel
ad peccata:ꝯcubitus autē qui fit propter delectatio-
nem aliquando est veniale/ aliquando mortale: pctm̄
veniale quādo fit matrimonialiter scȝ quādo vir vult
delectari in propria muliere:sed nullo modo delecta
retur nisi esset sua: talis ꝯcubitus est veniale peccatū:
quia nō preponitur deo: et hic habet locū auctoritas
Augustini:infirmitas carnis excipitur per bonū ma- Augustin⁹
trimonij:ne cadat in foueā peccati scȝ mortalis:si vo
cōcubitus ille sit brutalis.i. si adeo impetuose moue
atur in vxorem ꝙ si etiam nō esset sua illam cognosce
ret/ peccatum mortale est:et hic habet locum hec au-

ctoritas : vehemēs amator vxoris ꝓprie adulter est.
Notandū. Item. Notādum ꝙ ꝯcubitus ꝯiugalis qui est in cari
tate/ aliquādo est cū peccato veniali/ aliquādo sine oī
peccato : tūc veniale est quādo aliquis vir sanctus ex
caritate cognoscit vxorem suam et aliquantum placet
Exemplū ei delectatio que ibi est: sicut predicatio apostolorū
que erat ex caritate/ aliquādo fuit cū peccato veniali
Ad idem. scȝ cū puluere inanis glorie:si vo aliquis vir sanctus
cognoscit ex caritate vxorē suā: et nullo modo placȝ
et delectatio que ibi est:imo odiosa sit ei:tunc ille cō-
cubitus est sine omni peccato:sed hoc raro contingit
Cōcedimus ergo ꝙ nō oīs cōcubitus ꝯiugalis est pec
Ad auctoritatem. catū vel cū pctō. Et ad auctoritatē gregorij dicimus
ꝙ gregorius dixit hoc propt decentiā:decēs enī est et
honestū vt vir lauet se post coitū:et quia bonarū men-
tiū est ibi culpā agnoscere vbi culpa nō est: et qr cōcu
Ad secūdā bitus cōiugalis raro fit sine peccato. Secūdā auctori
tatē sic exponimus. Cōcubitus cōiugalis non potest
Ad tertiū. fieri sine culpa.i.vix potest. Ad tertiū dicimus ꝙ du
plex est indulgentia:scȝ cōcessionis et permissionis:in
dulgentia cōcessionis nō est de malis:sed de minorib⁹
bonis:et sic sumit apostolus indulgentiā: quia min⁹
bonū est castitas cōiugalis:ꝗ virginalis:indulgētia ꝑ
missionis est de malis:sicut pȝ in libello repudij. Ad
Ad quartū quartū dicimus ꝙ in opere illo dicit totus homo fie
ri caro:quia propter nimiā delectationem que ibi est
trahit sensualitas rationē: ita vt ratio ibi vsū vel sin-
deresis nō habeat:sed propter hoc nō est ibi peccatū
sepius enī ratio nō cogitat de diuinis nō tn̄ peccat:si-
militer prophete in opere illo nō habent vsū prophe
Ad vltimū tie:nō tamē peccatū. Ad vltimū dicim⁹ ꝙ hec est fal-
sa:erubescētia non est nisi de peccato:imo sicut timor
est fuga rei nociue: ita erubescētia est fuga rei indecē
tis:res autē indecēs est peccatū: aut sequela peccati:
erubescentia ergo est in coitu cōiugali propter seque
lā pctī: scȝ ꝓpt inordinatū modū mēbrorū genitaliū
quia enī homo nō obediuit suo superiori: factū est vt
ei nō obediat suū infert⁹:est igit ibi erubescētia propt
inordinatū motū qui fit velit nolit ratio:et est seque-
ꝯ dicta ar. la peccati:et incitat ipsū in se ad peccatū. sed cōtra ꝓ-
dicta nituntur quidā probare ꝙ in omni coitu sit pec
catū:quia in omi coitu cōiugali fit libido: et omis li-
Secundo. bido pctm̄ est:ergo.&c. Itē in omi coitu ꝯiugali est de
lectatio carnalis que mouet ad illicitū:qđ probat:qr
dicit apostolus. video in mēbris meis legē repugnā
tem legi mentis mee: sed lex mēbrorū non repugnat
legi mentis:nisi quia delectatio carnis mouet ad illi-
citū : ergo delectatio carnis cū moueat ad illicitum
est illicitum:ergo est malum: et ita peccatum:ergo in
Tertio. omni coitu coniugali est peccatum. Item illa dele-
ctatio que est in coitu cōiugali est inordinata et imo-
derata:ergo ibi est priuatio modi speciei ordinis:sed
malū vt dicit augustinus. nichil aliud est ꝗ priuatio
modi speciei vel ordinis: ergo illa delectatio est ma-
Quarto. la:ergo ē peccatū. Itē illa delectatiōe carnali delecta
tatur iste in vxore sua propter sexū:nō enī propt deū
quia sensualitas nō respicit deū: ergo illa delectatiōe
carnali fruitur iste homo creatura :sed frui creatura
est totū in solo malo hominis vt dicit augustin⁹:ergo
ꝯ hoc ar illa delectatio carnalis est malū et ita pctm̄. Sed di-
citur ꝙ ibi nō est fruitio:quia illa delectatio nō est vo
lūtaria. probatur ꝙ est volūtaria:quia iste tangit vxo
rem suā voluntarie:ergo tangere illā siue cognoscere
est volūtariū:sed illud tangere est delectari vel dele-
ctabile:ergo illud delectari est volūtariū:ponatur ꝙ
nō est volūtaria illa delectatio. Si dicatur ꝙ illud nō Euasio.
est voluntariū : quia delectatur velit nolit iste ex quo
cognoscit vxorē suā. Eadē rōne delectari ī deo nō ē vo
lūtariū:qr ex quo aliqs diligit deū ex caritate delecta
tur in ipo: ꝗ scđm hoc delectari in deo nō ē meritoriū
qđ manifeste falsū est:precipit ei delectare in dn̄o.&c.
gaudete in domino.&c. Item videtur ꝙ si delectatio Ad idē.
carnalis que est in coitu ꝯiugali non sit peccatum/ nō
debet displicere illi sancto viro qui cognoscit vxorē
suā spe prolis/ et tātum propter deū: quia illa delecta
tio meritoria est ꝗcquid est ī illo coitu cōiugali refert
iste vir ad deum: sed illud meritoriū non debet ei di
splicere:imo placere:et hoc est cōtra predicta. Itē illa Ad idem.
delectatio nō displiceret Ade in primo statu qui tātū
propter deū cognosceret vxorem suā: ergo nec huic
sctō viro : sed displicere eo ꝙ illa delectatio sit pctm̄ :
quod si cōcedatur aut igitur est peccatum secundum
se/ aut propter aliud: si secundum se aut igitur inꝙtū In oppo™.
carnalis aut inꝙtum delectatio:si inꝙtum delectatio
ergo quelibet delectatio est peccatū/ et hoc falsum: qr
delectatio que est in deum nō est peccatum: si inꝙtū
carnalis: ergo ꝗlibet delectatio carnalis est peccatū:
et hoc iterū falsum : qr dicit magister in sententijs ꝙ
sancti post laborem delectant corporaliter/ et quiescē-
do nō peccant:similiter post esuriē delectantur/ come
dendo et non peccant:si vero propter aliud est illa de
lectatio peccatū/ nō potest dici nisi propter rationem et
iterum falsum:quia rationi displicet illa carnalis dele
ctatio in hoc sancto viro:sȝ nō est pctm̄ scđȝ se/ nec secū
dum aliud. Solutio. Ad primum dicimus ꝙ hec est Solutio.
falsa: in omni coitu cōiugali est libido:quia libido nō Ad primū.
est quilibet appetitus quo mouemur ad delectandū:
sed tantum appetitus volūtarius vt patet ī leccatore
qui quādo plenus est et natura nō appetit cibū/ imo
refutat adhuc comedit:ex libidīe enim ibi est appeti-
tus humanus. Ad secundum dicimus ꝙ illa delecta- Ad secūdū
tio carnalis que est ī coitu cōiugali mouet ad illicitū:
sed nō ad illicitum sensualitatis:sed ad illicitū ratio-
nis. vnde cum secundum volūtatem rationis nō velit
iste vir.s.illam delectationē carnalē esse/ nō est ei pec-
catum sicut est in illo qui in quadragesima ante horā
appetit comedere:appetit⁹ ille mouet ad illicitū:sed
nō ad illicitum sensualitati:sed ad illicitū rationi. vn̄
si nō consentiat ratio nō est ei peccatum. Ad tertium Ad tertiū.
dicimus ꝙ sine dubio illa delectatio est inordinata et
immoderata. vnde cōcedimus ꝙ est malum: sed nō se
quitur:ergo est peccatum/ nec Augustinus dicit tātū
malum culpe esse priuationem speciei/ modi/ vel ordi
nis:sed etiam malū pene:in illa vero delectatione car
nali est malum pene:qr enī homo nō obediuit suo su-
periori/ factū est vt ei nō obediat suum inferius: ille ꝗ
pruritus carnis et fetor qui est in semine penales sunt
et a peccato sunt. vnde delectatio illa carnalis que est
a peccato mouet ad illicitum: anima enī corrupta cor
rumpit carnem/ et caro corrupta viceuersa corrumpit
animam. Ad quartū dicimus ꝙ ibi nō est fruitio: qr Ad quartū
sine dubio fruitio debet esse voluntaria/ et non valet
hec argumentatio:hoc tangere est voluntariū: et hoc
tangere est delectari: ergo delectari est volūtarium:
tu cognoscis coriscum/ coriscus est veniēs: ergo tu co
gnoscis venientē:vel potest hoc distingui/ delectari ē Alr̄ pt dici
voluntariū:quia delectari potest tantum respici pro
illo actu cui annexa est delectatio/ vel pro toto/ primo

vera/secundo falsa: per hoc patet ꝙ nõ ẽ simile de de-
lectatione carnali et de delectatione que est in deo:q2
in delectatiõe carnali actus ille cui annexa est delecta-
tio tantum est voluntarius et nõ delectatio: sed in de
lectatione que est ĩ deo ⁊ ipsum diligere ẽ voluntariũ:
Notandũ. et ipsa delectatio. Sciendum tamẽ ꝙ delectatio nõ ẽ
proprie a voluntate:sed passio ẽ que ẽ a motu: sicut de
lectatio que est in gustu a dulcedine mellis est. Ad il
Ad aliud. lud quod obijcit̃ ꝙ cũ delectari sit meritoriũ:quare
displiceat isti sancto viro:dicimus ꝙ delectari non est
meritoriũ nisi gratia actus cui annexa est delectatio:
Ad vltimũ vnde nõ oportet ꝙ delectatio placeat. Ad vltimũ di-
cimus ꝙ in adã ante peccatũ nõ esset carnalis delecta
tio inordinata. vnde nõ displiceret ei: sed in isto sancto
viro est inordinata et mouet ad illicitũ:vnde recte di
splicet ei:tamẽ debet ei placere: quia huiusmodi sti-
muli sicut fomes ⁊ primi motus et pruritꝰ carnis re
manserũt in homine ad cõseruationẽ humilitatis: et
huiusmodi significata sunt per iebuseos quos nõ po
Figura. terant eijcere filij israel de terra sua: sed fecerunt eos
tributarios: similiter et nos huiusmodi stimulos de
bemus facere tributarios vt ab eis accipiamꝰ tributũ
accipiamꝰ hũilitatẽ ⁊ merita q̃bꝰ meremur resistẽdo
eis:dt autẽ magister in sentẽtijs ꝙ delectatio q̃ est in
coitu quo cognoscit aliq̃s vir sanctꝰ vxorẽ:sicut dele-
ctatio in comedendo post esuriẽ nõ est peccatũ nisi sit
Ↄ hocar. immoderata:sed hoc nichil videt̃ esse:quia delectatõ
illa scd᷒z se bonũ quoddã est:q̃ intẽtio illiꝰ bona est:q2
intẽtio boni bona ẽ: q̃ siue moderate siue ĩmoderate
intẽdatur semꝑ bona est:ergo si sit ĩmoderata tñ bo-
Secundo. na est:et ita non est peccatuz. Itẽ illa delectatio est in
parte brutali anime in qua nõ est peccatũ:ergo seu sit
moderata siue ĩmoderata: dũmodo maneat in bruta
Solutio. liui nõ est peccatũ. Ad hoc dicimus ꝙ tũc dicit̃ illa de
lectatio ĩmoderata quãdo vis ↄcupiscibilis brutalis
trahit humanã voluntatẽ ad appetendũ in quo dele
ctatur ipsa:et tunc est illa delectatio peccatũ:tunc enĩ
homo fit brutalis cũ sic vtitur vis supior brutali:vis
enĩ superior nõ delectat nisi in deo et diuinis: q̃diu q̃
illa delectatio ĩmnet in suis finibus: scz in brutali nõ
permixta volũtati humane nõ ẽ pctm̃:quãtũcũq3 intẽ
Figura. sa sit: tunc enĩ aque inferiores diuise sũt ab aquis su-
perioribus per firmamentum virtutũ positũ quasi in
medio:sed si cõiungant̃ tunc est peccatũ:qđ fit quãdo
q̃o incidẽs. vis inferior trahit ad se vim superiorem. Sed queri
potest cũ homo per vim superiorẽ cõmunicet cũ ange
lis et per vim inferiorẽ cũ brutis:et bruta et angeli in
finitã videant̃ habere distantiã:qualiter est hoc ꝙ vis
Solutio. inferior trahit superiorẽ. Ad hoc dicimus ꝙ totꝰ san
ctus homo est sicut quedã ciuitas ordinata: superio-
res enĩ vires dicuntur regere inferiores et debẽt eis
prouidere. vnde cũ inferior vis appetit sibi necessariũ
trahit naturaliter superiorẽ ad sui prouisionem:sicut
cũ visus accepta magnitudine celi trahit intellectum
ad cõtemplandũ inuisibilia dei:intellectus enĩ mouet̃
mediante sensu:superior autẽ vis tracta ad prouisio-
nem vi sepe inferioris delectat̃ ĩ eo ĩ quo vis inferior
delectatur:et hoc est quod dicit beatꝰ iacobꝰ: vnusq̃s-
q3 tẽtat̃ ↄcupiscẽtia sua attractꝰ ⁊ illectꝰ: vñ ista ↄcu-
piscẽtia fere totũ mundũ inuoluit: vñ maxime de hac
Iob. ↄquerunt̃ scti. vñ iob: pereat dies in qua natꝰ sũ: ⁊ iere.
Ieremias. Maledicta dies ĩ qua natus sum/⁊ apostolus: infelix
homo q̃s me liberabit de corpore mortis huiꝰ? vnde
primi motus surgentes ex hac cõcupiscentia reprimẽ
di sunt valde:quia beatus q̃ tenebit et allidet paruu-
los suos ad petram. remanet tantum primus motus
post baptismum in quo totaliter sanctificatur anima
propter tria: videlicet propter exercitiũ vt habeamꝰ
cum quo pugnemus:etiam propter victoriam et tri-
butũ/ad conculcãdos iebuseos mereamur ⁊ propter
humilitationẽ. vnde ad conseruandum humilitatẽ ha
buit Paulus stimulũ carnis. Obijcitur de hoc quod Ↄ aliud ar.
dicit Beda super illum locum euangelij. Nuptie fa-
cte sunt ĩ chana galilee: dicit enim ꝙ si nuptijs aliqua
inesset macula/ nũq̃ dominus presentia sua et signo2
suorum inicijs eas cõsecrasset nichil videtur dixisse:q2
dominus semper interfuit ad loca illa vbi erant pecca
tores. vñ dicit. Nõ veni vocare iustos:sed peccatores: Confirmat̃
propter etiã peccatores faciebat signa vt ipsi conuer-
terentur ad fidem:sicut ait apostolus:lingue in signũ
sunt non fidelibus:sed infidelibus. Intrauit etiã do-
mum symonis qui peccator erat ibiq3 excellentissimũ
miraculũ fecit quando beate magdalene pro fluxu la
crimarum dedit ꝙ lacrimis lauit pedes domini ⁊ ca-
pillis extersit. Si dicatur sicut quidam dicũt ꝙ illa cõ Euasio.
ditionalis probabilis est nõ necessaria. Eadem ratiõe Ↄ hocar.
probabilis debet esse hec:si symon peccator fuisset do
minus non intrasset ad eum. Ad hoc dicimus ꝙ Be- Solutio.
da necessariũ dixit: loquitur enĩ cõtra casthafrigas q̃
detestabantur nuptias: quidam enĩ heretici dicebant
omnem luxuriam licitam esse:quidam nullã. Domi-
nus autem inuitatus fuit ad nuptias/ ⁊ illi q̃ inuitan-
tur ad nuptias ad confirmationez et approbationem
nuptiarum inuitantur. vnde dominꝰ nullo modo in-
terfuisset si nuptie essent peccatuz: quia cõfirmauit so
lẽnisando cum alijs. vnde non est simile de symone:⁊
si enim peccator esset dominus tantum intrãdo ad ip
sum non approbauit peccatum suũ:sed inuitatus fuit
ad prandẽdum vel ad prandium: quod non est pctm̃.

¶ Vtrum in omni matrimonio sint
illa tria bona.
¶ Alia questio.

DIcto que sunt bona matrimonij/et qualiter ex-
cusent coitum coniugalem a peccato:dicẽdum
est vtrum in omni matrimonio sint illa tria bona/⁊ so Alia q̃stio.
let queri vtruz in matrimonio infidelium sint illa tria
bona:de hoc dicendũ est quando dicetur de matrimo
nio infidelium. Sed nunc queritur quando vxor ali- Alia q̃stio.
cuius vouet ante carnalem copulã ꝙ ĩtrabit claustrũ
vtrum in illo matrimonio sint illa tria bona. Et vide Ar ꝙ non.
tur ꝙ non sit ibi bonũ proles:quia ista tenetur intrare
claustrum ante carnalem copulã: q̃ tenetur non coire
ergo ibi tenetur carere bono prolis: ergo ibi est con-
trariũ bono prolis:ergo ibi nõ est bonũ ꝓlis:sed ma-
trimonium principaliter institutum est ꝑpter bonuz
prolis:ergo est de essentia matrimonij: q̃ nõ potest se
parari a matrimonio : ergo cũ ibi sit matrimoniũ ibi
est bonum prolis. Item videtur ꝙ ibi nõ sit fides: q2 Secundo.
duplex est fides scz desponsationis vt scz nõ transeat ad
alia vota. ⁊ fides thori: sed ibi nõ est fides thori: quia
ista nõ tenetur viro reddere debitum: cũ teneatur nõ
coire propter votum: ergo ibi nõ est secundum bonũ
matrimonij. Item mulier non habet potestatem sui Tertio.
corporis:sed vir: ergo si vir petat debitũ ab ista tene-
tur ei reddere:ergo tenetur coire ⁊ tenetur non coire
ꝑpter votũ:ergo est perplexa cũ teneat̃ ad opposita.
Itẽ. aut hec mulier in aliq̃ est obligata huic viro aut Quarto.

in nullo. si in aliquo in nullo potius q̃ in eo quod exi
git iusticia:ergo in redditione debiti:ergo tenetur ei
reddere debitum. et inde vt prius. si in nullo est obli
gata:ergo ibi est nullum vinculum:ergo nõ est ma-
trimonium. et hoc falsum:immo durat matrimoniũ
quousq3 ipsa assumat habitum et facta sit sãctimonia
Quinto. lis. Item. ponatur ꝙ vir eius corrumpat eaz per vio
Alia q̃o lentiam. Queritur vtrum teneatur remanere. vide-
Ar ꝙ sic tur ꝙ sic:quia matrimonium consũmatum est ꝑ car-
nalem copulationem:ergo non potest intrare clau-
strum nisi de consensu viri. ergo non potest fieri san-
In oppoᵐ ctimonialis. Sed si hoc punitur in eo in quo nõ pec
Secundo. cauit. Item. canon determinat ꝙ si infra duos mẽses
non intrauerit claustrum teneretur remanere cum vi
ro:sed videtur ꝙ male determinet : quia super hunc
locum: prima ad cor. Si dormierit vir mulier libera
Augustinꝰ ta est a lege:sed cui vult nubat. dicit augustinus. Nõ
est licitũ determinare quod apostolus non determi-
nat. dicit enĩ generaliter:cui vult nubat:non dicit se-
cundo vel tertio vel quarto. vnde nec secunde nec ter
ne nec quarte nuptie peccatum fuit. si ergo non licet
determinare quod apostolus non determinat: mul-
to fortius non licet determinare quod deus nõ deter
minat. ergo non licet determinare pape vel alicui cõ
silio tempus reddendi debitum cũ deus non determi
Solutio. net. Solutio. ad hoc dicitur cõmuniter ꝙ vxor que
vouet ꝙ intrare velit claustrum ante carnalẽ copulã
in nullo obligata est viro suo nisi in hoc ꝙ non debet
transire ad vota alia. vnde non tenetur ei reddere de
Ar dicitur bitum. Sed nos dicimus secundum ea que predicta
sunt. ꝙ in illo matrimonio sunt illa tria bona matri-
monij que dicta sunt:sed sunt ibi secundũ exigentiaz
matrimoniũ eius q̃tuz ĩ se est exigit illa tria bona. vn
de dicimus ꝙ hec tenetur reddere debitũ non absolu
te:sed saluo iure superioris. vnde etiã post carnalem
copulam non tenetur reddere debitum: nisi saluo iu
re superioris. vnde si ante altare sit et velit recipere
corpus christi non tenetur ei tunc reddere : sed ante
carnalez copulam facto voto de intrando claustrum
Ad primũ maius est ius superioris. Ad primuz ergo dicimus
ꝙ in illo matrimonio est bonuz prolis secundum exi
gentiam. et concedimus ꝙ ista tenetur coire:sed non
simpliciter et absolute:sed saluo iure superioris. te-
net enĩz vinculuz matrimoniale vsq3 ad illum punctũ
per hoc ad in quo illa suscipiet habituz et sit sãctimonialis. Sol
secũdũ. uimus ergo ad primuz et ad secunduz per interẽptio
Ad tertiũ. nez huius:ista tenetur non reddere debitũ. Ad ter-
tio obiectuz dicimus ꝙ ista non est perplexa:quia ad
illud quod dei est tenetur simpliciter et abolute : q̃a
illa obligatio que ad deum est non recipit suspensio-
nem vel conditionem. vnde ista non sunt contraria :
ista tenetur simpliciter ⁊ absolute intrare claustruz :
ista tenetur reddere debituz saluo iure superioris.
Ad quartũ Ad quartuz patet solutio per predicta. Ad quintum
Ad quintũ dicimus ꝙ hec que corrupta est per violentiam tene
tur remanere cuz viro suo:nec potest intrare claustrũ
viro viuente:nisi mutuo consensu vterq3 intret:vel si
alter remanet ꝙ nulla sit suspicio de fornicatione eiꝰ
Si aliqua virgo corrumpatur per violentiã non po
test consecrari inter virgines:tamen ex hoc non puni
tur proprie loquendo:quia q̃uis deberetur ei aureo-
la et modo non debeatur:tamẽ nichil amisit de sub-
stantia premij:quia aureola non est de substãtiali pre
mio:nec de substantiali augmẽto premij: tñ hec que
corrupta est per violentiam:debet penitere si negli-
gens fuit ꝙ non intrauit claustrum ante carnalez co-
pulam. Ad vltimuz dicimus ꝙ canon bene potest ali Ad vltimũ
quid determinare in iure diuino dũmodo determi-
net secundm exigentiam iuris diuini. vnde cum diui
nuz ius dicat: Quicquid vouisti deo ne moreris red
dere displicet deo infidelis et stulta promissio. ex iu-
re diuino tenetur ista statim reddere debitum viro
suo : nisi aliquid impediat:ergo ex quo ad stati obli
gata est:multo fortius post duos menses:ergo con-
sentaneum est spacium duorũ mensiuz iuri diuino
ne igitur alteruter ↄiugus ex odio vel ex aliqua alia
causa fraudulenter differat reddere debitum: statuit
canon et bene spacium duorum mensium:ita ꝙ si nõ
intret claustrũ tenetur postea et simpliciter et absolu
te reddere debitũ.

¶ De libello repudij.

¶ Aliud capitulũ.

TErtio capitulo: dicto de bonis matrimonij: di
cẽdum est de libello repudij:quia contrarius
erat tertio bono matrimonij:scilicet sacramento qđ
exigit in separationem:libellus autem repudij sepa
rationem. Erat autẽ libellus repudij carta quedam Libellꝰ re-
in qua vir scribebat causas propter quas volebat re- pudij.
pudiare sponsam suam. Circa istam questionẽ primo Prima q̃o
videndum est: vtrum libellum repudij dare/sit pecca
tum:et an ducere secundam viuente prima esset pec-
catũ. Secundo an repudiata possit recõciliari priori
viro? ꝙ dare libellum repudij esset mortale peccatuz Ar ꝙ sic.
probatur per hoc ꝙ erat contra tertium bonum ma-
trimonij/scilicet contra sacramentum. Item commu Secundo.
nis conceptio clamat: quos deus coniunxit/homo nõ
separet/ ⁊ hoc de iure naturali: quia illi qui coniuncti
sunt auctoritate diuina nõ separentur auctoritate hu
mana: ergo dare libellum repudij erat peccatuz mor
tale. Sed contra dicit auctoritas: error cui nõ resisti- In oppoᵐ
tur approbat̃: ergo cum Moyses cuius erat resistere
non resisteret huic errori: approbat illum:ergo parti
ceps erat peccati illoruz:ergo Moyses peccabat mor
taliter:si dare libelluz repudij erat peccatum morta- Secundo.
le. Ad idem facit illa auctoritas. Qui culpam non re
darguit videtur consentire culpe. Sed solutio ꝙ iste Solutõ ad
due auctoritates intelligende sunt quando prelatus ista.
debet ⁊ potest vtilit̃ resistere et redarguere:sz Moy-
ses huic errori nõ poterat vtiliter resistere:quia mul-
titudo erat in causa:sicut ecclesia modo non potest re
sistere vtiliter militibus qui detinẽt decimas:q2 si re-
sisteret maius malum accideret in ecclesia. Sed iter Iterũ ar.
obijcitur in. xxiiij. deuterono. dedit Moyses legez de
libello repudij:et dedit in manu ipsius: ⁊ dimittat eã
de domo sua:hãc legem habuit Moyses a spũsancto:
ergo qui dabat libellum repudij dabat eum secundũ
legẽ datam a spiritusancto:ergo non peccabat. Item Secundo.
in libello repudij rescribebat causas repudians:pro-
pter quas repudiabat vxorem/ et oportuit vt libellũ
illum portaret ad iudicem: quia in. xxij. deuterono.
dicitur ꝙ si vir vxori obijciat crimen pessimum viciũ/
scilicet ꝙ non inueniat eam virginem: si pater et mat̃
puelle corã iudicibꝰ ferãt signa virginitatis/ tenet̃ ad
satisfaciẽdũ de diffamatione ⁊ insuꝑ ↄdẽnabit̃. c. siclis

argenti.et ſi verū eſt quod obiecit lapidabatur mulier.ex hoc patet q̄ in lege crimen peſſimum fuit aliquam deflorari ante matrimonium.de hoc etiam dicit auguſtinus.q̄ cum malus auctor et reus iudicentur ad paria in cauſſis matrimonij non iudicētur ad paria.quod patet in predicto iudicio:quia vir puniebatur tantum pena pecuniaria et verberibus et cogebatur vxorem illam: mulier autez lapidabatur et propter dignitatem viri.mulier enim ſubiecta eſt viro:magis enim peccauit:quia peccauit in deum et proximum:quia fecit peccare virum offendendo ipſum:quia non inuenit eam virginem. videtur ergo ſecundum hoc q̄ ille qui repudiabat vxorem libellū repudij deferebat ad iudicem. et ſi iudex iudicabat illas cauſas eſſe ſufficiētes:dimittebat vxorem:ergo ſecundum ſententiam legis iuſte datam pro ſe vir dimittebat vxorem.ergo non peccauit dando libellum repudij. Tertio.

Item.videtur q̄ non peccauit ducēdo aliaz vxorem:quia dicit auguſtinus de duabus vxoribus: quando mos erat peccatum nō erat:ſed mos erat repudiata prima:ducere ſecundam.ergo non erat peccatum. Quarto.

Item.ducere ſecundam non eſt peccatum ſecundum ſe:et permittebatur ſecundum legem:ergo erat licitum.ergo non erat peccatum. Soluto.

Sz contra.lex punichat eā:quia ducebat aliū maritū:non potuit enī redire ad primū virum:et polluta et abominabilis fiebat ducēdo aliū.ergo non erat licitū ſecundū legē ducere aliū. Secundo.

Item ꝛ obicitur de hoc quod dicitur:nō peccare facias terrā et cetera. videtur enim q̄ non recipiendo matus eēt peccatū:quia ſi non poterāt retinere et coibant peccabant moraliter cū matrimonij eſſet inter ipſos Soluto.Ad primū dicimus q̄ iuſticia matrimonij exigeret q̄ vir reciperet eā niſi prohibitū fuiſſet: ſed quia prohibuerat non poterat eā recipere: ſicut ſi prohibitū eſſet michi non dare elemoſinā huic indigenti iuſticia exigeret q̄ darem ei:niſi prohibitū fuiſſ. Ad ſecūdū

Ad ſecūdū dicimus q̄ virtutes que ſūt ꝯtū ad deū non mutant nec ꝯtū ad eſſentiā:nec ꝯtū ad motus:ſz virtutes que ſūt ꝯtū ad proximū licet nō mutēt ꝯtū ad eſſentiā:tñ mutant ꝯtū ad motus.vnde aliquid ē motus iuſticie in noua lege qđ non erat motus iuſticie i veteri.vnde nō erat motus iuſticie q̄ repudiata que aliū duxerat virū reciperet a proze.lex enī prohibuerat in onus penā vtriuſq; vteroq; enī peccauerat contra matrimoniū:et ille repudiādo et illa aliū ducēdo lex eni vetus duris fuit in flagellū:in ſupbis in frenū rudibus in pedagogū:pfectis in ſignū. Ad ltiū dicimus q̄ licitū fuit ſecundū legem repudiatā aliū ducere.i.lex nō puniebat eā moze adultere:qz non lapidabat:ſed puniebat ſpiritualiter: quia non poterat redire ad primū virū.lex ei aliqñ puniebat corporaliter:vt adulterā lapidādo:aliqñ pena pecuniaria vt illi qui i poſuit vxori crimen peſſimū quod nō poterat probare.ſ.repudiantē. Ad vltimū dicimus q̄ ſic intelligēdū eſt:nec peccare facias.i.vt ſcias nō peccare.i.vt aliq; terream̄ a dandis libelli repudij. Cōtra illd qđ dictū eſt q̄ repudiata que duxerat aliū virū:nō poterat redire ad primū virū:qz polluta ꝛ abominabilis facta fuit:propter hoc q̄ duxerat aliū virū:videtur eē quedā inclinearis que dicit:polluta facta eſt iudicio eius qui pollut.i.repudiauit:ḡ ex repudiatione facta eſt polluta:nō ex eo q̄ duxerit aliū. Sz videt illa inclinearis nichil dicere:multere enī inuita repudiauit eam vir.ḡ ipſa nō peccauit i repudiatione.ḡ vir non pollu it repudiando. Ad hoc dicimus q̄ illa inclinearis moralis eſt:et ſumit de quadā virginali mozalit in q̄ dz q̄ muler quā vir repudiat eſt trena actio:hāc polluit vir ſuo iudicio:eo enī ipſo q̄ eā repudiat polluta iudicat:ꝛ terrena actio nō poteſt nec debz redire ad

Tertio.

Quarto.

Soluto.

Ad primū

Ad ſecūdū

Ad tertiū.

Ad primū maritū.

Alia q̄ſtio.

Secundo ciꝑ queritur de repudiata:vtruz poſſit redire ad primū maritū. Videtur q̄ ſic: quia dicitur in.xxiiij.deutero.de repudiata:cū egreſſa alterū maritum duxerit et ille quoq; dimiſerit eā: dederitq; ei libellū repudij:maritus certe moztuus fuerit nō poteſt primus maritus recipere eā in vxorē qz polluta eſt.i.abominabilis facta eſt cozā deo: nec peccare facias terrā tuam quā dominus deus tu⁹ dederit tibi poſſidendā.ex hoc datur intelligi q̄ ſi non duxiſſet alteruz maritum poſſet redire ad priorē virū. Sed obicitur contra hoc quod dictum eſt:Non poterit prior marit⁹ eā recipere in vxorē quod contra

Ad quartū

Iterū ar.

Secundo.

In oppm

Soluto ad primū.

Ad ſecūdū

In oppm

Ar q̄ ſic.

In oppm

priorē virū:quia nemo mittens manum ad aratrum et aſpiciēs retro apt⁹ eſt regno dei:illa ḡ inclinearis nō eſt literalis ſz moralis.ad litterā ei polluta ꝛ abominabilis fiebat mulier:qz ducebat aliū: et q̄ ita ſit patet p illd qđ dicit dñs: Jere.iij.capt. Si dimiſerit vir vxorē ſuā et recedens ab eo duxerit aliū nūqd reuerteē ad eā vltramunquid nō polluta eſt ꝛ cōtaminata eſt mulier illa:tu aūt fornicata es cuz amatoribus multis:tñ reuertere ad me.p hoc patet q̄ ſicut polluta dr aīa cū fornicata eſt cū amatorib⁹ multis de moribus:ſic mulier repudiata polluta dicebat cum polluta fuit ab alio.patet etiā differētia inter libellū repudij materialē et ſpūalē:qz in libello repudij materiali ſi mulier repudiata duxerit aliū non dr redire ad primū virū:ſed in libello repudij ſpūali ſi oibus demonibus fornicata ſit aīa redire poteſt ad deū i p̄ſenti. Sed obicit de illo qđ dicit in eodē capitulo.Iterū ar.

quit eni dñs in tertio iere.de regno decē tribuū et regno duarū tribuū tanq̄ de duabus meretricibus:dr. ḡ vidit p̄uaricatrix ſoror ei⁹ iuda:qz p eo q̄ mechata eſſet aduerſatrix iſrael:abieciſſem eā et dediſſem et libellū repudij:et nō timuit.ex hoc ḡ videt q̄ dñs dederit libellū repudij. Sed ↄrtū hētur in. l. yſa. vbi dr dñs.quis ē hic liber repudij matris veſtre quo dimiſi eā: quaſi dicat:ego nō dedi et libellū repudij. In oppm

Sz ad hoc dicim⁹ q̄ ſponſus ſpūalis.ſ.de⁹ adeo benignus eſt q̄ nulli aīe dat libellū repudij:ſed cū aīa prior deū repudiat:deus ſecūdo eā repudiat. qđ ḡ dicit in yſa.intelligendū ē q̄ de⁹ nō dat primo libellū repudij:loquit eni cōtra iudeos qui dicebāt q̄ de⁹ p̄or repudiaret eos/ꝛ hoc nō eſt verum/repudiauit tñ eo s ſecūdo propt pctā ſua repudiati ſunt vſq; i finē ſeculi nec vmq̄ repudiauit ↄtum in ipſo fuit. Soluto.

De impedimentis matrimonij.

Quarto capitulo inter queſtiones de matrimonio: dicendum eſt de ipedimentis matrimonij: quorum quedam ſunt ſubſtantialia: quedam accidentalia. Subſtantialia ſunt que omni tēpore impediūt matrimoniū. Accidētalia ↄo in aliq̄ caſu ipediūt i aliquo non. Primo dicendum eſt de ſubſtantialibus q̄ matrimonium contrahendum impediūt ꝛ contractuz dirimunt/ꝛ primo de diſpari cultu/de quo dicit apoſtolus ceteris. Ego dico nō domin⁹ ſi quis frater vxorem habet infidelem ꝛ hec conſentit habitare cum illo non dimittat illam: ꝛ ſi qua mulier habet virum in fidelem et hic conſentit habitare cum illa non dimittat virum:ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem. Sed videtur q̄ apoſtolus p̄cipiendo vel conſulendo fecerit contra dominum:quia p̄cepit dominus per Moyſez in ſeptimo deutero.q̄ iudei non ſociarent comugia cum alienigenis:ſiue infidelibus/ꝛ eſdras veniens de babilone ſeparauit matrimonia que contraxerunt iudei cum alienigenis: et de hoc dicit Auguſtinus q̄ iudei vxores quas deo ꝓhibente duxerant merito dimiſerunt:ergo contra preceptum domini eſt q̄ fidelis ſit cōiunctus cum infideli per matrimonium. Item obiꝯtur de hoc quod dicit apoſtol⁹. Ego dico non dñs dicit eni poſtea puto q̄ ego ſpiritum dei habeam:ꝛ in fine ſecunde ad coz. dicit. An experimentum eius queritis qui in me loquitur dominus chriſtus: ergo cum apoſtolus precipiebat et conſulebat ex dominus: ergo falſum dixit cum

De impedimentis matrimonij.

3 aliud ar.

Augustin⁹

Secundo.

Tertio. dixit.ego dico et non dominus. Item. dicit augustinus q̄ nō fuit faciendum q̄ vir fidelis dimitteret vxorē infidelem propter liberā benuolētiā. ergo cōtra liberā benuolētiā erat dimittere: ꝫ libera benuolentia idem est q̄ caritas: ergo cōtra caritatē fuit dimittere: sed omne quod est contra caritatem prohibet deus: ergo ex precepto domini non erat dimittenda ergo dominꝰ dicit. non dimittendam. ergo falsuꝫ dicit apostolus cum dicit: Ego dico: non dominus. Solutō ad primū. Solutio. Ad primū sciuit augustinus: q̄ dominus phibuit per moysen contrahi matrimonia cum infidelibus. ergo hoc intelligitur de matrimonio contrahēdo. apostolus autem loquitur de matrimonio cōtracto in infidelitate: et postea alter cōiugū venebat ad fidem. non est autem prohibitum q̄ infideles inter se conungantur matrimonialiter: sed prohibitum fuit

Ad secūdū ne fideles conungerētur cum infidelibus. Ad secundum dicim⁹ q̄ sine dubio q̄ apostolus precepit et dominus et q̄ consulebat apostolus/et dominus: sed intelligendū est sic: Ego dico non dominus. i. ego consulo non dominus. precepit eī dominus nusq̄ expresse nec in veteri lege nec in no. lege de matrimonio infidelium: sed in veteri lege expresse prohibetur ne fidelis contrahat cū infideli: et in noua similiter: sicut in. vij. ad cor. Si dormierit vir eius nubat cui vult in

Ad aliud. domino tantuꝫ. i. fideli: vt dicit glosa. Ad vltimo dictum dicimus q̄ licitū fuit fidelē dimittere infidelē secundus iusticiā dei: scilicet propter fornicationē spiritualē que maior est in corde q̄ corporalis in carne: et propter hoc dominus nō prohibuit cohabitationē cū infideli nec precepit diuortiū: tamen propter liberam benuolentiā siue propter caritatem: vt dicit augustinus. Nō debuit fidelis dimittere infidelē. vnde in casu tenebatur cohabitare et nō dimittere: sed dominus hoc nō precepit: quia in genere licitū erat dimittere: nō tamē semper faciendū. tunc ei dicit augustinus. licitum nō est faciendum quando non expedit sicut licitū fuit paulo accipere sumptus a subditis: ꝫ non expediebat propter auarciā auditorum: qui ide scandalisarentur. dicta est contrarietas inter apostolum qui dicit q̄ fidelis dimittat infidelē cui est conīctus matrimonialiter: si infidelis consentit habitare cū fideli. et moysen qui dicit. Nō accipias filiā alienigene filio tuo: quia seducet filiū tuū ne sequatur me. qz moyses intellexit de matrimoniis contrahendis. et

Iterū aī. apostolus de contractis in infidelitate. Sed videt q̄ eadē sit ratio in contractis et in cōtrahendis: quia dicit ciprianus martyr. nō sūt conūgenda fidelia cū infidelibus mēbris: sed in tā cōtractis matrimoniis cum alter conugū venit ad fidē: reliquus manet in infidelitate: est tam vnū mēbrū fidele: reliquū infidele. ergo nō sunt conūgenda matrimonialiter: et ita eadez est

Solutio. ratio in cōtractis et in contrahēdis. Solutio. ad hoc soluit augustinus dicens: q̄ nō est eadem ratio in contrahendis et in contractis adherens rationi que est in lege qua dicitur. Non accipies filiā alienigenam filio tuo: quia seducet filiū tuū ne sequatur me. sicut patuit in salomone in. xi. tertij regum. Erant enī iudei carnales et veneri dediti: et quia nondum erat propalata veritas de facili seducebātur a mulieribus. vnde videtur q̄ nullomodo debet fidelis conūgi cū infideli: modo etiā cū propalata sit veritas dei: et cōfirmata miraculis: nullomodo debet fidelis conūgi matrimonialiter cū infideli: quia infideles modo obstinati sunt et nulla spes est de conuersione infidelitū: sed in tēpore intermedio quando apostoli predicabant fidē et predicationē miraculis cōfirmabāt: de facili cōuertebant homines ad fidē et destruebat ydolatria: que manifeste contra legē nature videbatur esse. vnde cū alter illoꝝ qui conūcti erant matrimonialiter in ifidelitate conuertebātur ad fidez non timebatur q̄ seduceretur ab infideli: sed potius sperabatur q̄ infidelis cōuerteret a fideli. vnde nō erat ibi ratio q̄ erat in lege: et pro illo tēpore loquitur apostol⁹. Ci- Ad auctoꝝ

prianus autem loquitur pro illo tēpore in quo nulla tatem. spes est de infideli q̄ conuertatur. Itē. dicit apostol⁹ q̄ si infidelis discedit non est seruituti subiectus frater aut soror et huiusmodi. et super hunc locuꝫ dicit Ambrosi⁹. ambrosius q̄ contumelia creatoris soluit matrimoniū ex parte eius qui relinquit nō ex pte ei⁹ qui relinquit: sed si hoc est: ergo si aliquis fideliū cōiugū blasphemet eodēmodo soluitur matrimoniū ex parte fidelis: sed hoc falsum: quia illud matrimoniū fuit inciatum ratum et consūmatum inter fideles. vnde il- Ad idem. lud nulla ratione potest dissolui. Item. spōsus ⁊ spōsa relatiue dicuntur et ad conuertētiam. vnde posita se ponunt et perempta se perimunt: ergo sicut iste nō est spōsus illius: sic nec illa spōsa illius: et eōuerso: ergo sicut soluitur matrimoniū ex parte eius qui relinquitur propter duas causas: ita ex parte eius qui relinquit. Soluto. soluitur matrimoniū ex parte eius Solutio. qui relinquitur propter duas causas. Prima est qa Prima. a fideli nō est seruanda fides infideli: quia blasphemat et michi habet de fide. Et per hoc soluitur prima ob Ad primū iectio. cum enī fidelis sit infidelis: licet blasphemet fidez tamen quia aliquid habet de fide nō soluitur matrimoniū habet sacramentū fidei scz baptismi: character enim inseparabilis est/ ⁊ per baptismum conseratū est corpus eius ad hoc vt sit templū spiritussancti. vnde nō vilificatur membrū fidele si conungatur cum infideli quod tamē adhuc retinet consecrationē baptismi. Secunda ratio est quare soluitur matrimo- Secunda. nium ex parte eius qui relinquitur non ex parte eius qui relinquit: qz timēdū est de fideli ne corrūpatur ⁊ de infideli nō est timendū ne corrūpatur: qz iam corruptus est: nō est timendum q̄ cōuertatur: qz hoc bonū Augustin⁹ est: sicut narrat Augustinus in libro de ciuitate dei: q̄ Zeno philosophus ⁊ quidam ystrio erāt in naui quadam et cum immineret periculum timuit Zeno ⁊ nō timuit ystrio: et cum euasissent quesiuit ystrio a zenone/quare timuisti cum ego non timuerim? et respōdit Zeno pro anima zenonis timendum est non pro anima ystrionis: similiter pro anima fidelis timendū est que preciosa est ⁊ nō pro anima infidelis que vilis est. Ad vltimū dicimus q̄ sine dubio nec est sponsus nec Ad vltimū est ista sponsa. vnde soluitur matrimonium ex parte vtriusq̄: sed dicitur non solum ex parte infidelis relinquentis: quia ex merito: ⁊ ex peccato suo remanet quoddam vinculum in eo q̄ non potest transire ad alia vota: sed fidelis libere potest transire. vnde dicit solui matrimonium ex parte fidelis qui relinquitur: sicut dominus tenetur seruo/⁊ seruus domino: sed si seruus peccet contra dominum/ dominus absoluitur seruus autem nō absoluitur. Sed queritur cum solu- Qo incidēs. atur matrimonium ex parte eius qui relinquitur/ an soluatur secundum essentiam/ an tantum secundum cohabitationem. Videtur q̄ secundum cohabitationem: quia cum dicit dominus q̄ licet viro dimittere vxorem suam propter causam fornicationis: hoc intelligitur tantum ꝙtum ad cohabitationē. vnde ipsis viuentibus neuter potest trāsire ad alias nuptias. ergo si ita est in fornicatione corporali: ita de- Aff dicitur uet esse in fornicatione spirituali: et ita ex parte fidelis qui relinquitur non soluitur matrimoniū ꝙtum

Secundo. ad essentiā. Item. si soluitur ꝙtum ad essentiam ⁊ propter peccatum infidelitatis: quare non propter alia

Solutio. peccata. Ad hoc dicendum q̄ soluitur ꝙtum ad essentiam ex parte fidelis qui relinquit propter duas causas que dicte sunt. Quarū prima est: quia a fideli nō

Prima. est seruanda fides infideli qui nec in spe nec in re: nec

Secunda. in sacramento aliquid habet de fide. Secunda est: qz timenduz est fideli ne corrumpat: quia fornicator corporalis habz fidem informē: vel si non habet: habet saltem sacramentum fidei: scilicet baptismum. vnde seruanda est fides. vnde fornicatio corporalis nō soluit matrimonium ꝙtum ad essentiam: sed ꝙtum ad cohabitatio-

Iterū aī. nem tātum. Sed iterum obicitur. ponatur q̄ fidelis qui relinquitur contrahat cum alio. potest enim contrahere ex quo soluta est et postmodum decidat ille secundus cum quo contraxit: et infidelis qui relinqt eam conuertatur ad fidē. queritur an et reddenda sit

Aff q̄ sic hec mulier fidelis tanq̄ vxor sua. Etidetur q̄ sic: quia ex parte viri non fuit ruptum matrimoniū. ergo adhuc coniunctus est huic mulieri vinculo matrimoniali et ipse petit eam et est fidelis. igitur reddenda ē ei

Secundo. tanq̄ vxor sua. Item. cessante causa cessat effectus: ꝫ propter infidelitatem amiserat eā: ergo cessante infi-

Tertio. delitate debet eā recuperare. Itē. dicit apostolus: receperunt mulieres de resurrectione mortuos viros suos: ergo si resuscitatus corpore recipit vxorē quaz prius habuit. ergo eadem ratione resuscitatus mēte

In oppm debet recipere vxorem quam prius habuit. Sed cōtra. mortuo viro dicit apostolus. soluta est mulier a lege viri. ergo mortuo lazaro soluta fuit vxor eius: poterat ergo statim contrahere. esto q̄ contraxerit resuscitato lazaro aut erat vxor lazari: aut non. si erat vna mulier simul habuit duos viros: quod nūq̄ permisit dominus: si non erat vxor eius: ergo non potuit eam repetere vt suam. ergo cuz maior sit mors aie per infidelitatez q̄ mors corporis si resuscitat⁹ corpore non potest repetere suam vxorem quam habuit: nec resuscitatus mente ab infidelitate: potest repe-

Solutio. tere vxorem quā prius habuit. Nō concedimus. vnde si vult eam habere oportet q̄ nouus cōsensus ad-

Ad primū ueniat et nouum matrimonium. Ad primo obiectū patet solutio per predicta ruptū ē matrimoniū etiaz ex parte relinquentis: sed remanet quoddam vincu-

Ad secūdū lum q̄ tenetur non transire ad alias nuptias. Ad secundum dicimus q̄ hec propositio: Cessante cā cessat effectus: nō tenet in causis agentibus per intellectum et voluntatem. Ad illud quod dicit apostolus

Ad aliud. q̄ mulieres acceperūt de resurrectione viros suos. dicimus q̄ de honestate fuit: non de necessitate. honestum enim erat vt mulier viro suo resuscitato cōungeretur: tamen per nouum consensum et nouuz ma-

Iterū aī in trimoniū. Sed ponatur q̄ infidelis discedens cōtraquisitiue. hat de facto cum infideli aut est matrimoniū aut nō si sic. Contra. non est solutum matrimonium primū ex parte relinquentis. ergo non debet contrahere cū

In oppm alio. ergo si contrahit non est matrimonium. Sz contra. iste non est sponsus alicuius: ergo solutus. nec est

alia illegittima persona ad contrahendum. ergo si contrahit matrimonium est. Quod cōcedunt quidā opio aliqz sed tñ peccat mortaliter contrahendo. Sed melius- Aff dicitur detur dicendum q̄ non est matrimonium et q̄ nō est legittima persona ad contrahendum viuente altera persona. dicit apostol⁹. Si infidelis discedat non est enim seruituti subiectus frater aut sozor et huiusmodi. q. d. libere potest contrahere: et per hoc datur intelligi q̄ infidelis discedens seruituti subiectus est et ligatus ꝙticunq̄ potest ligari propter matrimonium ad hoc vt non contrahat.

¶ Utrum ex vnica contumelia dirimatur vel corrumpatur matrimonium.

¶ Alia questio.

Queritur cuz contumelia creatoris dirimat matrimonium. vtrū ex vnica contumelia dirimat vel corrumpatur matrimoniū. Probatur q̄ non: q̄ Aff q̄ non. dicit apostolus. hereticum hominē post primā et secundam correptionē deuita. q̄ ex vna contumelia nō est dimittendus infidelis. q̄ ex prima contumelia nō rumpitur matrimoniū: quia forte ex corruptione est illa contumelia: pari ratione nec ex secunda: nec ex tertia: ergo ex nulla. vel dicatur ibi sistatur. Ad hoc di- Solutio. cimus q̄ non est artis determinare ex quota cōtumelia precise rūpatur matrimoniū: sed virtutis siue caritatis: quia certior omni arte est melior. Dicimus ergo q̄ si vxor fidelis videat virum infidelē pertinacez et defendentem errorez suum et impugnantez fidem: tunc debet ipsum dimittere: quia ruptū est matrimoniū: et si potest habere testes de ifidelitate viri debet ipsum dimittere in facie ecclesie: si nō habeat testes tamen debet ipsum dimittere: quia ibi nō est matrimonium: et si ecclesia compellat eam virum recipe prius debet se permittere excōmunicari q̄ fornicetur: fornicaretur autē si commisceret se illi. ¶ Queritur post- Ala q̄o. ea vtrum p fornicatione spirituali scz p quolibet peccato mortali rumpatur matrimoniuz ꝙtum ad cohabitationez: sicut pro fornicatione corporali. Probat q̄ sic: quia dicit Augustinus q̄ omne peccatum mor- Augustin⁹ tale est fornicatio spiritualis: quia p quolibet peccato mortali recedit anima a deo vero sposo suo/ et adheret creature. vnde fornicatur diligēs creaturaz plꝰ q̄ deum. vnde illud: perdes omnes qui fornicant. ꝛc. Dicit autem Gregorius q̄ spiritualia peccata maio- Gregorius ris culpe sunt q̄ corporalia: sed minoris infamie: ergo fornicatio spiritualis maior est q̄ corporalis: sed pro fornicatione corporali soluitur matrimonium ꝙtum ad cohabitationem: ergo pro fornicatione spirituali. Idem videt velle Augustin⁹ qui dicit q̄ si dicat vxor Confirmat viro suo: non ero tecum nisi de latrocinio ⁊ rapina cōgreges tibi diuitias: debet vir amorem dei prepone- re carnis luxurie/ et debet amputare a se membrum quod scandalisat eum/ et ita debet dimittere vxorem suam ꝙtū ad cohabitationem. Sed contra. dicit Ihe- In oppm ronymus q̄ si vxor peccet in aiam suam nō potest esse polluta viro suo/ ac si dicat non peccat contra matrimonium: sed si fornicatur corporaliter polluta est viro suo/ et peccat contra matrimonium: ita vir debet eam dimittere: quia qui tenet adulteram stultus ⁊ impiꝰ est: ⁊ ita nō dimittenda. p fornicatiōe spūali: ꝫ p corporali: qz sic nō iuuriaꝝ vxor viro suo si peccat in aiaz suā qz nō dicitur q̄ habeat potestatē aīe mulieris

sed corporis.ergo non debet propter hoc dimittere
sed si fornicatur corporaliter iniuriat viro suo : quia
mulier non habet potestatē corporis sui:sȝ vir. ꝙ pro
fornicatione corporali rūpitur matrimoniū q̄tuȝ ad
cohabitationē:quia per que peccat aliquis per ea pu
niri debet:et nō pro fornicatione spirituali cū illa nō
Solutio. sit contra virū. Ad concedim⁹ hac ratione. Et ad au
Ad augustinū. ctoritatē augustini dicunt magistri ꝙ retractauit illā
posset tñ sane itelligi auctoritas illa hoc mō. vir debȝ
amputare a se mēbrū quod eū scandalisat.i.debȝ vxo
rē suā acriter increpare et non dimittere:vel etiā a le
cto suo quandoqȝ separare ad tēpus:et a mensa: licȝ
non a domo causa correptionis:quia vir caput ē mu=
lieris:ꝛ peccatum mulieris iputatur viro nisi corripi
at eā. vnde dicit auctoritas ꝙ adā et eua voluerunt
rapere deitatē:tñ vir ꝑ se non voluit:sed dicitur vo=
luisse:quia volentē mulierē non correxit.

¶Queritur cum gentilis qui
plures habet vxores ꝯuertat ad
fidē:vtrū liceat ei hr̄e oēs illas.

¶Alia questio.

QUerit postea cū gentilis qui plures habet vxo
res conuertat ad fidē:vtrū liceat ei hr̄e omnes
Af ꝙ sic. illas vxores. Uidetur ꝙ sic:quia qua ratione habet
vnā eadē ratione habet et aliā.ergo vel omēs vl' nul
lā.si dr ꝙ tantū primā debet habere. Cōtra.ponatur
ꝙ sub hac forma contraxerit primo cum duab⁹. acci=
pio vos in meas:et ille dixerūt. accipim⁹ te i nostrū :
secūdū hoc vna ē vxor sicut est prima.ꝙ vel vtrāqȝ re=
tinebit vel neutrā.non vtrāqȝ retinebit:quia ecclesia
non sustinet ꝙ vnus habeat simul plures. Similiter
de iudeo q̄ cōtraxit in iudaismo cū consobrina sua in
secūdo gradu:hoc ē scd̄m legē moysi.si postea iude⁹
Alia q̄stio. vel iudea veniāt ad fidē. Querit vtrū maneat hmōi
Af ꝙ sic. matrimoniū.videt ꝙ sic:quia pri⁹ erat matrimoniuȝ
et mō nō corrūpitur ꝑ cōtumeliā creatoris:qr vterqȝ
In oppoᵐ fidelis ē.ꝙ adhuc manet. Contra.ecclesia iudicat ta=
les ꝑsonas illegittimas ad contrahendū ꝛ mō sūt de
foro ecclesie.ꝙ non debet esse illegittimū hmōi ma=
Solutō ad primū. trimoniū. Solutio. Ad primū dicim⁹ ꝙ tñ primā de
bet retinere:cū aliis enī nō fuit matrimoniū:qr secun
dū legē naturalē vna debet esse vnius.et hec forma:
accipio vos in meas:nō ē forma cōtrahendi matrimo
niū:qr secundū legē nature est. Matrimoniū est legit
tima coniunctio maris ꝛ femine/non feminarū:sed i
cordibus gentiliū obfuscata est lex naturalis : ita ꝙ
non possunt clare videre in corde suo ꝙ vna dȝ eē vni⁹
Ad secūdū Ad secundo quesitū dicim⁹ ꝙ manet illud matrimo
niū in iudeis conuersis ad fidē nec sunt illegittie ꝑso
ne ad hoc vt maneāt in matrimonio.sed ad sic cōtra=
hendū de nouo:quando eniȝ contraxerunt erant le=
gittie ꝑsone:tunc eniȝ non erant de foro ecclesie . de
his aūt qui foris sunt:non est nostrū iudicare . cū er=
go secundū deū.i.secundū legē moysi coniuncti fue=
runt ecclesia non debet eos separare cuius nō est iu=
dicare de vinculo contracto ante conuersionē: qr tūc
non erant de foro ecclesie.

¶De ipedimentis matrimonii.

¶Aliud capitulū.

INter ipedimenta matrimonii:secūdo dicenduȝ
est de errore ꝑsone. Est autē quadruplex error Quadruplex error.
scilicet error qualitatis cū aliqua credit esse pulchra
cum tñ est turpis:vel credit esse bona cū tñ sit mala .
error fortune cū creditur esse diues que tñ est paupe᷑
error ꝑsone cuȝ credit esse maria et est alia. error con
ditionis cū creditur esse libere conditionis et est ser=
uus. duo primi errores non ipediunt matrimoniuȝ:
sed duo vltimi. Queritur autem hic de errore ꝑsone Questio.
quare ipedit per se matrimoniū potius q̄ error qua=
litatis vel fortune. Et ad hoc dicit ꝙ error qualitatis Solutio.
vel fortune non impedit consensū matrimonialē:sed
error ꝑsone euacuat consensū matrimonialē. Sed ea ꝯ hoc af.
dē remanet questio quare error ꝑsone euacuat cōsen
sū matrimonialē:et non error qualitatis vel fortune
quia tam in errore ꝑsone q̄ fortune est consensus tā=
tum conditionalis.sicut enī iste non consentit in istaȝ
nisi quia credit esse mariā:sic ille non consentiret in il
lā:nisi crederet eā esse diuitē.ergo si error fortune nō
euacuat cōsēsū matrimonialē nec error ꝑsone. Pre Secundo.
terea.probatur ꝙ in errore ꝑsone sit consensus ma=
trimonialis:quia iste dicit:accipio te in meā.et illa di
celestibus natura quidam dissolubilia: mea autẽ vo=
luntate indissolubilia: qꝛ ergo corpus glorificatũ nõ
ita porosum nõ habet tantum de nichilo ꝙ̃tum cor=
pus non glorificatum. propter hoc nõ potest penetra
Ad secũdũ ri. Ad secundo obiectum dicimus ꝙ corpus glorifica
tum replet locum corporis glorificati: ita ꝙ non reci
pit secum aliud corpus glorificatum: sed non replet
locum corporis nõ glorificati: immo recipit secũ cor
pus non glorificatum. Ad tertio obiectum dicimus
Ad tertiũ. ꝙ non poterit esse in patria ꝙ petrus velit esse iuxta
paulum et aliquando iuxta aliuz: et ita bene poterit
esse motus. in solo ei deo est perfecta eternitas i quo
nullus est motus: et in sanctis autem non erit enĩ i ip
sis aliquis motus: laudabunt enim deum non solum
mentaliter: sed etiam vocaliter: et ita poterit esse vi=
sus subtilitatis et agilitatis: sed quia non est i nobis
certum vtrum motus localis sit futurus i patria. pe
des enim domini recti sunt: vt habetur in ysa. Dici=
m⁹ ꝙ siue ibi sit futurus motus siue non: tamen erũt
ibi subtilitas et agilitas: quia in se delectabiles sunt:
sicut multe virtutes erunt in patria sine vsibus quos
modo habent: quia in se delectabiles sunt: sicut mul
te virtutes vt temperantia et patientia: de qua dicit̃
patientia pauperum non peribit in finem: tamen non
erunt ibi aliqua diuersa: insufficienter enĩ dicimus ex
ponere illam: patientia pauperum non peribit i finẽ:
id est primum patiente: immo dicimus ipam patien
Questio. tiam non perituram. Querit̃ postea de illa dote cor=
poris que dicitur passibilitas: vtrum paruuli decedẽ
Ar ꝙ sic. tes sine baptismo habituri sunt illam: videtur ꝙ sic:
quia non habebunt aliam penam nisi carentiã visiõis
dei: ⁊ hec est pena spiritualis: ergo non habebunt ali
quam penam corporalem nec poterunt habere: quia
nec deus ifliget nec alius poterit infligere: ergo non
poterunt pati i corpe: ergo non habebunt passibilita
tem corporis: et ita habebunt aliquam partem dotis
ꝯ hoc ar. Sed contra. ipassibilitas secundum ꝙ est sola priua=
tio penitentie patiendi i corpore: aut est aliqua potẽ
tia secundum quam poterimus resistere omni violen
tie: si est sola priuatio: ergo diabolus habet impassi
bilitatem: quia non patitur in corpore: ergo aliquaz
dotem habet. quod falsum est. si vero est potentia
secundum quam poterimus resistere omni violen=
tie: et hic bene videtur ꝙ duricia est potentia resisten
di sectioni tantum: et mollicies impotentia resistẽdi
sectioni tantum. et soliditas et spissitudo est potẽtia
resistendi impulsioni: impassibilitas vero est genera
lis potentia resistendi omni violentie: sicut agilitas
est generalis potentia mouendi ad omnem locũ: sed
impassibilitas est huiusmodi potentia: sed cum i cor
poribus non glorificatis nõ sit talis potentia futura:
ergo paruuli decedẽtes sine baptismo non habebũt
impassibilitatem. Item. si ipassibilitas est huiusmo= Secundo.
di potentia: sed adam ante peccatum habuit poten=
tiam resistendi omni violentie: ergo habuit talez do
tem qualem habebimus in futuro. Sed contra. im= In oppo^m
passibilitatem quam habebimus in futuro talis erit
ꝙ nullo modo poterimus mori: sed adam poterat
mori in statu ante peccatum: ergo non habuit talem
impassibilitatem. quod concedimus. Dicimus enim
ꝙ impassibilitas secundum ꝙ est dos est potentia re
sistendi omni violentie: et habet duplicẽ priuationez
scilicet moriendi et potentie moriendi: quia in futu=
ro nunꝙ̃ morientur: nec etiam poterimus mori. sed
adam ante peccatum habuit illam potentiam: cum
vnica p̃uatione. s. moriendi: et hic sub conditiõe du=
plici poterat nunꝙ̃ mori. scilicet si non peccaret: ⁊ si
non comederet de ligno vite: sed non habebat priua
tionem potentie moriendi: immo poterat mori: si=
cut potuit ex p̃dicto: et per hoc patet solutio. Ad vl Ad vltimũ
timo obiectũ dicim⁹. Et ad p̃mo obiectũ ꝙ paruuli
decedẽtes sñ baptismo nõ hẽbũt hmõi ipassibilitatẽ
nec valet hec argumentatio: non poterunt pati in cor
pore: ergo habebunt impassibilitatem: ꝙ enim nõ po
terunt non erit ex potentia corporum: sed ex iusticia
dei que nõ permittit aliquem puniri pena corporali ⁊
sensibili nisi fecerit peccatum actuale.

De dotibus animarum que sunt tres.

Dicto de dotibus corporum: dicẽdum est de do=
tibus animarum que sunt tres: scz cognitio/di
lectio/fruitio. Primo ergo videndum est vtrum sint
plures dotes ꝙ̃ iste tres. Secundo de fruitione/et de
hijs per que fruitur scz de quinqꝫ sensibus spirituali=
bus. Tertio de fructibus spirit⁹ quos enumerat apo
stolus in epistola ad gala. et de quibus facit mentio=
nem beatus Johannes in apocalipsi. Circa primum Ar primo.
probatur ꝙ plures sint dotes animarum ꝙ̃ ille tres:
quia anima modo est passibilis a timore et tristicia et
hmõi ⁊ in futuro erit ipassibilis: sed quãto anima me
lior est corpore tanta impassibilitas anime melior im
passibilitate corporis: sed impassibilitas corporis est
dos: ergo impassibilitas aĩe est dos: si dicatur ꝙ ani=
ma nõ est passibilis nisi per corpus: et propter hoc re=
mota passibilitate corporis remouet̃ passibilitas ani=
me: et sic per impassibilitatem corporis habet̃ impas=
sibilitas anime: falsuz videtur hoc: quia diabolus pa=
titur spiritualibus passionibus vt ira/inuidia/et non
per corpus: similiter et anima est passibilis spirituali
bus passionibus/⁊ non per corpus. Si dicatur ꝙ in fu Euasio.
turo erit anima impassibilis ex confirmatione carita=
tis et aliarum virtutuz: et propter hoc impassibilitas
anime non ponitur dos per se: falsum iterum est hoc
quia christus in via confirmatas virtutes habuit: ⁊ ta
mẽ animã habuit passibilem. vnde cepit iesus pauere

et tedere:et tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem.
Item.caritas consummata erit dos anime: eadem
ratione consummata iusticia erit dos aie:et similiter
de alijs virtutibus:ergo plures erunt dotes anima=
rum q̄ ille tres. Item.gratia que est caritas muta=
bitur in gloriaꝫ:similiter et alie virtutes:ergo si cari
tas et gloria erit dos:eadē ratione quelibet virtus q̄
erit in patria inq̄tum gloria erit dos:et sic longe plu
Solutio.
res erunt dotes animarum q̄ ille tres. Solutio. Ad
Ad primū
primo obiectum dicimus ꝙ anima passibilis est duo
bus modis. est enim passibilis et per viā corporis et
per viā superiorē. passibilitas quam habet ex parte
corporis tolletur per impassibilitatē corporis. ⁊ pas=
sibilitas quam habet per viam superiorem tolletur
per confirmationem caritatis. christus enim qui ī via
habuit virtutes confirmatas non habuit passibilita=
tem anime per viam superiorem:sed tantum a parte
corporis. timuit enim et horruit naturaliter morteꝫ
corporis:quia ergo impassibilitas anime derelinqui
tur ex alteris dotibus:non est dos per se:sed per con
sequens ad dotes:vel potest dici ꝙ quia impassibili=
tas corporis est de optimis que sūt in corpore ꝓpter
hoc ponitur dos corporis:licet aūt melior sit ipassibi
litas anime q̄ impassibilitas corporis:tamen qꝛ non
est de optimis que sunt in anima non dicitur dos aīe
Ad vltimū
Ad vltimū obiectum dicimus ꝙ ille tres dicūtur do
tes anime et alie virtutes non:quia dos est illud do=
num quod dat sponsus sponse ad hoc vt inde viuat.
beatus enim est vt dicitur in luca:qui mādūcabit pa
nem in regno celorum:scꝫ panem angelorū:videlicet
ipsū christum q̄tum ad vtrāqꝫ naturam:et qꝛ ex illis
tribus viuit anima immediate illis enī mouetur im
mediate in deū et nō alijs: propter hoc potius dicun
tur dotes q̄ alie virtutes:vel potest dici ꝙ sub carita
te cōprehendunṫ oēs alie virtutes:qꝛ adnexe sūt cari
tati. caritas enī benigna ē:patiens est: et propter hoc
nō ponūtur dotes per se:sed adhuc probatur ꝙ plu=
res erūt dotes aīaꝝ q̄ tres:qꝛ quelibet triū v̄tutum
aīe remunerabitur:qꝛ q̄libet in p̄senti mereṫ remune
rari:sed vis rōnalis remunerabiṫ sua dote. s. cognitio
ne:et vis concupiscibilis remunerabitur sua dote. s.
perfecta dilectione. ḡ vis irascibilis remunerabiṫ sua
dote:ḡ aliqua dos erit irascibilis:illa non erit cogni=
tio nec dilectio nec fruitio:qꝛ fruitio in cognitione et
dilectione consistit:ḡ plures erunt dotes aīaꝝ q̄ ille
tres. Iteꝫ. fidei succedet cognitio caritati perfecta di
lectio:spei cōprehensio. erimus enī cōprehensores in
patria. vn̄ sic currite vt cōprehendatis:sed qđ succe=
dit fidei erit dos ratiōali. qđ succedit caritati erit dos
in concupiscibili:ḡ quod succedet spei erit dos ī ira=
scibili. et inde vt prius. Forte dicet ꝙ cōprehēsio que
succedet spei non est aliud q̄ fruitio:et ita nō sūt nisi
In oppoᵐ
tres dotes. Sed cōtra. frui aliqua re nō est nisi delec=
tari in illa secundū se. ḡ frui deo est delectari in deo ꝑ
se:ḡ si vis irascibilis in futuro fruiṫ deo delectaṫ ī il=
lo per se et imediate:sed delectatio nō est sine motu:
dormiēs eī nō delectatur:ergo cū irascibilis fruetur
deo:vel cōprehendet mouebitur in deum:ille motus
erit alicuius virtutis que erit in irascibili: ergo ali=
qua virtus succedet spei. et hoc falsum:quia vna vir=
tus non succedit alij virtuti penitus diuerse: sed ea=
dem virtus secundū diuersos status succedit sibi illđ
vt visio perfecta visioni imperfecte:et caritas perfe=
Secundo.
cta caritati imperfecte. Item. frui erit motus perfe=
ctissimus. erit ergo alicuius virtutis:ergo si vis irasci
bilis fruetur:hoc erit per aliquam virtutem que suc
cedet spei. ⁊ hoc falsum:nichil enim succedet spei: qꝛ
spes totaliter destruetur non remanebit nec in gene
re nec in specie:fides non totaliter destruetur:rema=
Tertio.
nebit enim genus suum:scilicet cognitio. Item. tres
sunt fines ad quos tendit anima per operationes tri
um virtutum:scilicet verū:honorificum:bonū/quos
determinat salomon in xxij. prouerbi. dicens: Fines
modestie timor et gloria et vita:finis est rationabi=
lis:quia hec est vita eterna vt cognoscant te:et cetera
diuitie finis vis concupiscibilis:quia ⁊ diuitie et deli
cie idem erunt in patria:gloria siue honor finis ē vis
irascibilis:sed vis rationabilis in affectione finis sui
dotatur. similiter et concupiscibilis:ergo vis irasci=
bilis in affectione finis sui dotatur:ergo aliqua dos
Quarto.
erit in vi irascibili. et inde vt prius. Item. per spem
induetur modo vis irascibilis immediate in deum:
et delectatur motu illo. vnde apostolus. Spe gau=
dentes. sed in futuro delectabimur omnibus modis
in deo. ergo delectatio que modo est in spe erit in fu
turo:ergo vis irascibilis immediate delectabitur in
deo:ergo dotabitur sicut et alie virtutes. et inde vt
Solutio.
prius. Solutio. vt melius pateat qualiter ad predi=
Notandū.
cta respondendum est. Notandum est ꝙ vis rationa=
bilis data est ad cognoscendum summum verum et
summum bonum:vis autem concupiscibilis data est
ad hoc vt moueatur ad summuꝫ bonum:vel sine me
dio vel per medium:sine medio considerat ipsū:per
medium cōmouet ad opera per que itur ad summū
bonum:et in hijs duobus cōsistit perfecta habitudo
scꝫ in hoc ꝙ cognoscitur summum bonum et sum=
mū verum/ et in hoc ꝙ diligitur siue desideratur per
quod mouemur ad habēdū ipsum. vnde perfecta ha
bitudo cōsistit in vi rationabili per cognitionem et cō
cupiscibili per affectionem/ vel perfectam dilectionē/
et in duab⁹ simul ꝑ fruitionē/ ⁊ iste est duplex spiritus
scꝫ intellectus ⁊ affectus:quod petijt helyseus. i. eccle
sia ab Helya ascendente ī celum. i. a christo: et respō=
suꝫ est ei:si videris quādo tollar a te/fiet quod petij=
sti:qui enim vidit spiritum videt christum ad dexterā
dei patris ad quam sedet post ascensionem ad celos:
habet illum duplicem spiritum scꝫ intellectum perfe
ctum/ ⁊ affectum perfectum: vis autē irascibilis data
est ad remouēdum impedimenta que retrahunt nos
ab acquisitione summi boni/ videlicet ad debellandū
mundum/carnem/diabolum:que aduersantur nobis
cum volumus acquirere summum bonum: remune=
rabitur autem post victoriam vis irascibilis in virtu=
tibus que remanebunt in ipsa scilicet in timore/in hu
militate/et fortitudine: in timore:qꝛ vt dicit ecclesia=
sticus. Timor domini delectabit cor ī humilitate: qꝛ
Augustin⁹
subiecta erit deo prout oportebit. vnde dicit Augu=
stinus: quia iusticia erit ibi omnino subditū esse deo:
et humilitas species est iusticie:in fortitudine gloria=
bitur:quia gloriabitur de victoria quā habuit de ad=
uersantibus. vnde ī prouerbijs. Dissipat impios rex
sapiens et incuruat super eos fornicem. i. arcū trium=
phalē:quia sanctos facit triumphare de impijs/quod
est gloria sanctorum. Dicimus ergo ꝙ licet vis irasci
bilis habitura sit gloriam suam et remunerationem:
tamē nō erit ī ea aliqua dos: quia nō erit aliqua virt⁹
in ea ꝑ quā īmediate moueaṫ ī deū: spes enī totaliter
destrueṫ:qꝛ ibi nulla erit expectatio vbi oīa erūt p̄sen

Ad primū
tia. Ad primo ergo obiectū dicimus ꝙ non est simile
de vi irascibili et alijs duabus: quia in alijs duabus
erūt virtutes per quas immediate mouebunṫ in deū
Ad secūdū
in irascibili nulla virtus erit talis. Ad secūdo obiec=
tum dicimus ꝙ idem est fruitio et comprehensio: qꝛ
tunc non comprehendetur aliter q̄ cognoscendo ⁊ di
ligendo. Et ad illud quod obiciebaṫ contra hoc dici=
mus ꝙ improprie dictū est spei succedet comprehen
sio:⁊ post spem erit cōprehensio:quia nulla erit expe
Ad tertiū.
ctatio cū habebimus quod expectabamus. Ad t̄tio
obiectum patet solutio per solutioneꝫ primi obiecti
Ad quartū
Ad quarto objectum dicim⁹ ꝙ hec est distinguenda
in futuro omnib⁹ modis delectabimur in deo. si itel=
ligatur omnib⁹ modis q̄tum est ex parte dei vera est
delectabimur enim in primaveritate: luce:bonitate:
suauitate:et sic de alijs. si vero intelligatur omnibus
modis ex parte nostra:falsa est. modo enim delectabi
mur in deo expectādo ipsum:tunc aūt non delectabi
Zhocaṫ.
mur expectando:sed in habēdo. Sed obicitur: q̄a si
solū duabus viribus delectamur expectando:scilicet
rationabili et concupiscibili delectabimur in deo ī fu
turo immediate:ergo nō debent esse due dotes:scili=
cet visio et dilectio:et fruitio que ponitur tertia dos
nichil aliđ erit q̄ delectatio qua īmediate delectabi=
mur in deo:aut ergo illa fruitio erit in visione tantū:
aut in dilectione tantum:aut in vtraqꝫ: si in visiōe tm̄
probatur ꝙ potius in dilectione tantū:quia dicit au=
gusti. ꝙ frui est amore inherere alicui rei ꝓpṫ seipsaꝫ
tantum:ergo fruitio qua delectabimur in deo erit in
In oppoᵐ
dilectione tantum. Sed cōtra. delectabimur in visio=
ne pulcritudinis dei. est enim deus pulcer vt dicitur ī
canticis. Tu pulcer dilecte mi et decorus:pulcer secū
dum diuinitatem:decorus secūdū humanitatē. ergo
delectatio qua delectatur in deo non erit in dilectiōe
sed etiā in visione:sed si hoc:ergo fruitio erit in vtra
qꝫ:sed alia fruitio siue delectatio erit in visione alia ī
dilectione:et qua ratione altera erit dos:eadē ratiōe
reliqua:ergo vel vtraqꝫ erit dos vel neutra: si vtraqꝫ
ergo quatuor erunt dotes:si neutra:et hoc est cōtra
Solutio.
predicta. Solutio. tres erunt dotes sicut dictū ē due
secundū materiā:scꝫ visio et dilectio:tertia aūt perfe
ctio erit illarū:scꝫ fruitio vel delectatio:⁊ erit fruitio
proprie loquendo tantum in visione:sicut enim dicit
augustinus super illum locūm psalmi. Longitudine
dierum replebo eū et ostendā illi salutare meū. visio
dei erit tota merces quod non esset nisi fruitio eēt in
visione etiā proprie tm̄ in visione. si enī proprie eēt vi
sio in dilectione eque esset merces in dilectione vt in
visione:et ita visio nō esset tota merces:sed eēt eque
fruitio in dilectione vt in visione:eque potuit dn̄s di
xisse:hec est vita eterna:vt diligā te:sicut dixit: hec ē
vita eterna vt cognoscant te:tamen vtriusqꝫ et visio
nis et dilectionis dicitur esse illa delectatio:sed ali=
ter et aliter visionis vt in qua:est dilectiōis vt a qua:
est et a qua tenetur et augmentatur. ad hoc enī tēdit
delectatio vt per visionem delectetur in amato. vnde
vbi amor ibi oculus. et in eccle. Qui edunt me ad=
huc esurient per caritatem:habebunt enim esuriem. i.
desiderium caritatis:vt delectabilius edent:et ita pa
tet ꝙ delectatio augmentabit dilectionem que erit ī
videndo:vt in ipsa est sicut in causa.

¶ De sensibus
spiritualibus.

SEcundo capitulo:queritur de sensibus spiri=
tualibus. Circa istam questionē primo videdū
est vtrum oculis corporalibus videbitur deus in fu
turo. Secundo vtrū sensibus spiritualibus fruamur
deo. Tertio vtrū sit vnus tantū sensus spiritualis/an
Arḡ ꝑ augustinū.
quinqꝫ. Circa primum opponit augustinus in fine li=
bri de ciuitate dei hoc modo. oculis spiritualibus vi
debimus non tantum spiritualia:sed etiā corporalia
eadē ratione oculis corporalib⁹ videbimus: nō tātū
corporalia:sed etiā spūalia: et ita oculis corporalib⁹
Secundo.
videbimus deum in diuinitate sua. Item. super illū
locū iob vbi loquitur de sapientia. Nō adequabitur
ei aurum vel ⁊c. dicit glo. beati gregorij:vnius cuius
mentē ab alterius oculis mēbrorū corpulentia nō ab
scondit:aut loquitur de oculis spiritualibus aut cor
poralibus. si de spūalib⁹:similiter nec modo abscon=
dit:qꝛ corpus non prebet obstaculum visui spūali: si
de oculis corporalib⁹:ergo oculis corporalib⁹ vide=
bim⁹ aliorū mentes. eadem rōe et angelos:⁊ ipꝫ deū
In oppoᵐ
in diuinitate sua. Sꝫ contra. dicit aug. ꝙ oculis cor=
poralibus non videbim⁹ nisi corpora et formas cor
porū:ḡ non videbim⁹ spūalia. ergo oclis corporalib⁹
Tertio.
non videbimus deū in diuinitate sua. Item. dicit apo
stolus:licet is qui foris est noster homo corrūpatur:
tamen is qui intus est renouatur de die in diem. i. ꝑ=
ficit ratio de die in diē in agnitione dei. exterior autē
homo si proficit in agnitione dei:oculus eniꝫ corpo=
ris mō nō videt deū:sꝫ vis⁹ spūalis nō proficieṫ ī eis in
qb⁹ mō nō ꝓficit:sicut eī gr̄a ē ꝑfectio nature:ita glia
erit ꝑfectio gr̄e. vn̄ dicit ieronim⁹. incipies eē qđ futu
rus es. id est icipe videre deum per fidem vt postea
videas per speciem. vnde in psalmo. Misericordia
edificabitur in celis:preparabitur veritas tua in eis
hic enī habeṫ preparatio et īiciū cuius perfectio in fu
turo eradicabitur:ergo est cum visus corporalis non
habeat hic inicium videndi deū/nec hic edificetur vel
prepareṫ in futuro:q̄tū ad hoc ergo in futuro nō vide
bimus deū in deitate oculis corporalibus. Quod cō
cedimus:visus enī corporalis non perficieṫ q̄tum ad
illud ꝙ non potest: sed q̄tum ad illud ꝙ potest. vnde
cum possit videre ⁊ formas corporales ⁊ ipsa corpora
perficietur q̄tum ad hoc: videbit enim corpus christi
glorificatū quod in infinitū lucidius est sole ⁊ videbit
cetera corpora glorificata ⁊ in hoc ꝯsistit sua ꝑfectio.
Ad primū
Ad primo ergo obiectū dicimus ꝙ non valet hec ar=
gumētatio: oculis spiritualibus videbimus corpora
lia:ergo et corporalib⁹ spiritualia: qꝛ sicut dicit Boe
tius. Quicquid potest vis iferior potest vis superior
sed non ecōuerso. Est enī intellectus ymago dei et nō
est determinata natura:immo quodā modo est oīa
vnde anima potest cognoscere: sensus autē determia
Ad secūdū
ta est natura. vnde omnia accingit. Ad secundo obie=
ctum dicimus ꝙ beatus Gregorius intelligit de ocu=
lis spiritualibus ⁊ cōcedimus ꝙ in presenti membro
rum corpulentia abscondit mentē vniuscuiusqꝫ ab al=
terius oculis:non enim solum intelligit de corpulen=
tia alterius subiecti: sed etiam de corpulētia subiecti
in quo est visus spiritualis ⁊ corp⁹ corruptibile et ani
male aggrauat animam et terrena inhabitatio depri
mit sensum multa cogitatione. vnde in presenti visus
spiritualis non cognoscit spiritualia nisi sensu pream=
bulo:in futuro v̄o qn̄ corpus erit spirituale per se vi
sus spiritualis cognoscet spiritualia in speculo eterni
tatis et propria essentia.

De quinq; sensibus spiritualibus.

Secundo queritur de sensibus spiritualib⁹. sunt enim sensus spirituales quinq; sicut et corpoza les: sicut dicit origenes super leuiticum. quinq; sens⁹ corporis redimi possunt vt bonis actibus reddan tur: sicut et quinq; sensus interiores: vt mūdo corde videamus deum et audiamus quod nobis loquitur et odoremus bonum odorem christi: et gustemus il lum de quo dicitur: Hustate z videte quoniā suauis est dominus: et palpemus cum beato iohāne dever. bonite. ecce in hac auctoritate distinguuntur quin q; spirituales quibus fruimur deo. visu enim spiritua li delectamur in pulcritudine dei et auditu spirituali et symphonia dei. vnde: audiā quid dominus de⁹ in me loquatur: et odoratu spirituali i bono odore dei et gustu dulcedine dei: et tactu spirituali /in suauita te dei. Sed queritur an solis his sensibus spiritualibus fruamur deo: an etiā caritate. probatur q caritate fruimur deo: quia dicit apostolus. fructus spiritus sancti caritas: gau. pax: z cetera. ergo caritas est fructus. ergo caritate fruimur deo. Item. caritas coniūgit nos deo: ad hoc enim tendit caritas vt vniamur deo: sed dilectio est coniunctio conuenientis cum cōuemente. ergo cum caritas contingat cū summo bo no quod est conuenientissimū in caritate est summa dilectio: ergo caritate delectamur in deo: sed delectari in deo propter se est frui deo: ergo caritate fruimur deo. Item. caritas dulcissima est. vnde vulgariter di citur: nichil dulcius amore. vnde caritas significata ē per calamum aromaticum in xxxi. exodi. de quo calamo fit ruchara qua nichil dulci⁹: ergo si in dulci sit delectatio i caritate est delectatio: ergo caritas delecta tur in deo propter se. ergo fruitur deo. Item. frui est amore inherere alicui rei propter seipsam: ergo frui tio in solo amore est: ergo in sola caritate non. ergo fruimur deo sensibus spiritualibus. sed econtrario. p batur q caritate non fruimur deo: quia dicit augustinus in libro de ciuitate dei: q dilectio nō facit beatū sed fruitio: sed esse beatum est frui deo: ergo dilectione non fruimur deo. ergo nec caritate fruimur deo. Item. solis sensibus corporalibus delectamur in delectabili corporali: non enim delectamur in desiderio cibi: sed in comedendo: ergo solis sensibus spiritualibus delectamur in delectabili spirituali. ergo nō caritate. Item. delectamur in pulcritudine z symphonia et odore et dulcedine et suauitate: sed in deo non sūt alia delectabilia: et hec omnia pertinent ad sens⁹ spirituales. ergo solis sensibus spiritualib⁹ delectamur in deo: delectamur fruimur in ipso. Item. desiderū delectandi non habet corporaliter: sed mouet sensus spirituales ad delectandum spiritualiter: sed caritas desiderium delectationem spiritualem. vnde: quēad modum desiderat cerunus ad fontes aquarū. ꝛc. et illud: Concupiscit z deficit aia mea in atria domini: ergo caritas per se non habet delectationem: sed sens⁹ spirituales: scilicet fidem et sapientiam mouet ad delectandum spiritualiter. Item. cum aliquis amat aliquam rem si credit se habiturum illam delectatur: si credit se non habiturum tristatur: ergo amor ex aliq; circunstantia habet delectationez: et ex aliqua habet tristiciā: ergo secundū se nec delectationem nec tristiciam habet: ergo caritate secūdū se non delectamur in deo nec fruimur ipo. Item. auctoritas dicit q delicie caritatis ex corde trahūtur a bono: si enim diligo deū et credo q diligit me: tunc delectatio est delectabilis: aliter non. ergo caritate per se non delectamur in deo nec fruimur. Item. amor mozbus quidam est aliquis enim ardenter adeo diligit aliquam mulierē q; languescit et tabescit: multi etiā ex huiusmōi amore furiosi sunt quando nō possunt habere qō amant: et morbus iste habet curā in medicina et dietā. cū igitur aliquis amor habeat angustiam: amor sm se non habet delectationē. ergo caritas nō ex eo q amor est habet delectationē. ergo non per se: z inde vt prius. Item. caritas aut est sensus: aut non. si est. Cōtra. sētire est percipere z percipere cognoscere: sed cognitio nō ē in caritate: quia in solo itellectu est cognitio spiritualium: ḡ caritas non est sensus: et si hoc: ḡ caritas nichil sentit: ḡ non delectatur: qz delectatio non est/nisi sentiat coniunctio conuenientis cū conuenēte: ergo caritate nō delectamur in deo nec fruimur ipo.

Questio. Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto. Septimo. Octauo Nono.

In oppo⁹

Solutio.

Cō cōcedimus. vnde dicimus q solis sensib⁹ spiritualibus sine sola fide fruimur deo formatur et proprie. vñ caritas mō nō delectatur in deo nec fruit nec per fidem: nec in futuro fruet: nisi per visionē: sed verum est q caritas mō mouet fidē ad fruendū deo. vñ caritas semp habet delectationē: qz nunq; est sine fide et spe. vñ semp mouet ad fruendū et delectādū: qz vbi est amor: ibi oculus. Ad primo ḡ obiectū dicim⁹ q caritas fructus est et caritate fruimur deo effective: qz ipa mouet fidē ad fruendū et delectandū. p caritatē etiā cōseruat fruitio z delectatio in deo z augmentat. cibus enim qui cum desiderio sumitur delectabilius sumitur. vnde ipa caritas per desiderium suum remouet fastidium. vñ fruuntur nec fastidiūt quo frui magis sitiunt. Ad secōo obiectū dicim⁹ q caritas diligit nos deo: sed nō est ipsa coniūctio: qz ipsa coniūctio inuentis cum inuente est in cognitione: quia solus intellectus est ymago dei: vnde proprie loquendo in sola coniunctione ymaginis ad illud cuius est ymago est fruitio: sed verū est q caritas mouet ad illam cōiunctionē z facit illā z tenet illā in esse. vñ totum attribuit ei scz frui siue delectari. Ad tertio obiectū patet solutio. Cōcedimus q caritas dulcedinē et delectationē hz: sed nō ex se: sz ex adūcto scz ex cognitione. Ad quarto obiectū dicimus q regula hec: frui est amore inherere alicui. ꝛc. intelligēda est effective nō formaliter: p amorē enī fruimur sicut dictū est: sz per visionē z trēplationē fruimur formaliter. vñ apls ad philemonē fruite i dño: nō fruor dixit: qz cum absens erat nō fruebat: qz nō videbat bona ipsius. vñ in canticis: surgam et circuibo ciuitatem per vicos z plateas querens quem diligit anima mea: in dilectione ergo non est coniunctio: sed in visione.

Ad primū

Ad secūdū

Ad tertiū. Solutio.

Ad quartū

De numero sensuum spiritualium. Alia q̄stio.

Tertio capitulo queritur de numero sensuū spiritualiū: et dictum est q quinq; sunt sensus spirituales: sed constat q visus spiritualis habet vnam virtutem que perficit ipsum scilicet fidem: ergo auditus spiritualis habet aliam virtutem que perficit ipsum: et sic de aliis: ergo quinq; sunt. virtutes perficientes quinq; sensus spirituales: sed sensibus spiritualibus fruimur deo vt dictum est: ergo illis quinq; virtutib⁹ delectamur i deo imediate: ḡ quinq; sunt virtutes theologice/nō ergo tantum tres. Itē aliud est viciū quo delectamur in delectabili corporali scz gustū/ aliud q̄ delectamur i delectabili corporali secū

Secundo.

dum tactū: et illa vicia sunt gula et luxuria: ergo a simili per cōtrarium: alia est virtus qua delectamur in delectabili spirituali secūdum gustum spiritualem et alia qua delectamur in delectabili spirituali secūdum tactum spirituale: et ita quinq; erunt virtutes secundum quinq; sēsus spirituales. et inde vt prius. Ad hoc forte dicetur q nō est simile de sensu corporali et spirituali: quia plures sūt sensus corporales in essētia: sz licet quinq; sint sensus spirituales secundum ratiōez tamen sunt vnus sensus in essentia: scilicet intellect⁹. vnde non oportet q sint quinq; virtutes perficientes quinq; sensus spirituales: immo sufficit vna: videlicet fides: q aūt ita sit probatur multis modis. vnicū obiectum est simplex et inuariabile illorum quinq; sēsuū spiritualium: scilicet decus: ergo vnicus est sens⁹ spiritualis in essentia: quia secundum obiecta distinguūtur etiam sensus corporales. Item dicit castiodorus in libro suo de anima: viuit anima post huius vite amissionē: videt et audit tangit et alijs sensibus efficacius valet non ex parte hec intelligens: sz tota cognoscens: ergo nō ex pluribus sensibus videt audit. ꝛc. sed secundum se totam: et ita ex vno sensu spirituali. Item. dicit augustinus natura est intellectui ꝓpria videre idem q audire: olfacere q gustare: et gustare q tangere: ergo non est nisi vnus sensus spiritualis. s. intellectus. Item. dicit augustinus: crede et manduca sti: ergo per fidem māducamus: ergo per fidem gustamus et per fidem videmus: hoc est certum et per fidem audimus: quia dicit iesus vt dicit origenes: ergo idem est in essentia visus/auditus/gustus spiritualis. Item. dicit augustinus in multis locis q itellectus cum per se intelligit videt cum ab alio intelligit audit. ergo idem est auditus spiritualis z visus spiritualis. Item. sētire spiritualiter est spiritualiter percipere: et percipere spiritualiter ē cognoscere spiritualiter. sed omnis cognitio spiritualis est in intellectu: ḡ omne sentire spirituale est in intellectu: ergo omnis sensus spiritualis est in intellectu: et cōstat q non est nisi vnus intellectus. ergo nō est nisi vnus sensus spiritualis. Sed contra. dicit augustinus in libro soliloquiorū: Mirum est si lux corporalis habet oculos quos illuminat quasi diceret lux spiritualis habz oculos spirituales quos illuminat: sed eadē ratione dulcedo spiritualis habet gustum spiritualē quē delectat: et suauitas spiritualis habet tactum spiritualem quē demulcet: ḡ plures sunt sensus spirituales: nō vnus tantū. Item. dicit augustinus: visus intellectus prudentia clarescit: insipientia tenebrascit: auditus eius falsitate offēdet/veritate mulcetur/ flagrat ei equitas/fetet iniquitas/vanitate tabescit/ virtute pinguescit. ergo cum diuersa sint obiecta hic assignata: diuersi sensus spirituales debent esse in essentia.

Solutio. Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.

In oppo⁹

Solutio. vn⁹ sēsus ē sēs⁹ spūalis: scz intellect⁹. z vna sola virtus perficit sensum spiritualem: scz fides. fide enim videmus spiritualiter: fide audimus que iesus dicit. fides enī ex auditu: fide similiter adorām⁹ spiritualiter: fide enim cognoscimus q filius dei factus ē homo pro nobis: q tristis: q passus: et cum huiusmodi beneficia recolimus odorāmus bonū odorem christi tanq; sumū aromatum exeuntē ab ipso: z currimus in odorem vnguentorum eius. Item. cū huiusque per fidem cognoscimus meditamur tanq; masticando gustamus dulcedinē dei: et hoc per fidem. sīl per fidem tangimus suauitatē dei: per fidez ei cogno

Ad primū

Ad secūdū

Ad tertiū.

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

et prudentia consilio si nō ē delectatio sine percepti-
one nec perceptio sine sensu. ergo qualibet illarum
virtutum sentimus delectationem spiritualē: ergo
quelibet illarū est sensus spiritualis. et ita diuersi sē
Secundo. sus spirituales in essentia. Itē. spe delectamur in deo
immediate. vnde apostolus: spe gaudentes. et io. da
mascenus dicit. ꝙ bo. non solū habitum: sed etiā ex-
pectatum delectat: ergo spe fruimur deo: sed nō est
fruitio sine sensu spirituali vt dictum est. ergo spes
Tertio. est sensus spiritualis. non ergo sola fides. Itē. in pri-
mo ad ephe. Signati estis spiritu promissiōis sācto
qui est pignus hereditatis vestre: et alia littera dicit
arra et illud pignus est caritas: ergo caritate posside
mus hereditatem nostrā: ergo caritate fruimur deo
et non est fruitio sine sensu: ergo caritas est sēsus spi-
Quarto. ritualis. non ergo sola fides. Itē. si sola fide fruimur
deo: ergo sola fides erit fructus: ergo nō erit nisi vn⁹
solus fructus: ꝗ mentitur apls in epistola ad galatas
ponēs. xij. fructus. et beatus io. in apocalipsi qui po-
nit. xij. fructus ligni vite: ergo secundū vtrūqꝫ nō so
lum quinqꝫ sensus spirituales sūt qbus fruimur deo
In oppoᵐ sed etiā duodecim. Sed contra hec auctoritas augu
stini qui dicit ꝙ intellectu idē est videre ꝙ audire: et
olfacere ꝙ gustare: ergo sensus spiritualis nō habet
Solutio. diuersas operationes in essentia. Solutio. cōcedim⁹
sicut dictū est ꝙ in patria visio erit tota merces: ꝛ ibi
est sensus spiritualis: nō habebit nisi vnā operationē
videndo enī deū audiemus spiritualiter qui ab ipso
habemus cognitionē: et hoc erit audire videndo cō-
feremus nobis bona a deo data: et hoc erit odorari.
videndo cognoscemus internas rationes dei: et hoc
Secundo. erit gustare spiritualiter. Itē. videndo deū inflāma-
bimur amore eius de quo dicitur de⁹ noster ignis cō
sumens est: et hoc erit tangere ipsū. et sic verū est qd
dicit cassiodorus. ꝙ aīa post huius vite amissionē vi-
det/tangit/audit: nō ex partibus quasi ex plurib⁹ hec
intelligetis: sed tota cognoscens: et sicut in deo sunt
omnes nature suo modo: scilicet potētia bonitas dul
cedo ꝛ sic de alijs. ꝛ sic de illa visio habebit in se om̄e
delectamentū sine multiplicatione motuū et delecta
tionū in presentia habet quilibet sensus spiritualis
multas operationes: vnde respondemus ad primā
questionē ꝙ sensus spiritualis licet sit vnus in essen-
tia: habet tamen diuersas operationes et delectatio
nes: sicut videre albū et videre nigrū/diuerse sūt vi-
siones in specie: idē tñ habitus videndi: et sic tactus
cū sit vnus sensus: habet tñ cognoscere multas con-
trarietates: vt calidū/frigidū/humidū/siccū/leue/pō-
derosū: et cetera. Et sicut sensus interior vt dicit au-
gustinus in libro de libero arbitrio quē sensū interio
rē vocat aristote. sensū cōmunē oīa sēsata habet com
prehēdere: sic sensus spiritualis cū sit vnus oīa sensa
ta spiritualia habet cognoscere: quibus tamen sēsus
spiritualis multas habet operationes: vt patet in vi
su spirituali: quia in visu spirituali videmus bonitatē
dei: maiestatē dei: iusticiā dei: ꝛ alias virtutes exem
plares que in deo sunt et diuerse sunt iste visiones ab
eodē. et in sensu audiuimus spiritualiter et gustaui-
mus et cetera: cū enī bonitatē maiestatē cū potentia
dei ꝛ sic de alijs: cognoscim⁹ ab alio: tunc audiuimus
spiritualē q̄ iesus dicit eodē possum⁹ cognoscere per
Tertio. nos. et hoc est videre spiritualiter. Itē. cū cognosci
mur ꝙ ab alijs infūdūtur bona super creaturas ado
ramus spiritualiter: et cū illa meditamur: mastica-
mus spiritualiter et cuꝫ illis cognitis inflāmamur ad
amorē dei: tūc tāgim⁹ deū spūalit. tāgim⁹ enī calorē
dei. sic cū sētim⁹ nos leuatos supra nos tāgim⁹ leui
tatē dei. Dicim⁹ ꝗ ꝙ sensus spirituales ab inuicē dif Solutio.
ferunt et modo operandi et modo delectandi. sumit
enī ad proportionē sensuū corporaliū: sꝫ nō valet hec
argumentatio. diuerse sunt operationes: ergo diuer
se virtutes. sicut enī dictū est in questione de fide: licꝫ
sint diuersa credēda et diuerse credulitates: tñ vna est
fides: quia eadē est ratio credendi. similiter licet sint
diuerse operationes sensus spiritualis: vnica ē tñ vir
tus ꝛ vnicus tñ habitus: quia vnica est ratio credēdi
percipiendi scilicet per fideꝫ. Ad illud quod obiectū Ad aliud.
est de fide. sapientia intellectus prudentia consilio.
Dicimus ꝙ sapientia et intellectus sensus sunt: sed
non sunt sensus ꝙ fides idē enī cognoscitur per fideꝫ
et sapientiā et intellectum: sed per fidē cognoscimus
quia est per sapientiā et intellectū propter quid ē vt
parati simus reddere omni poscenti rationē de ea ī
nobis cū fide: sicut dicit beatus petrus. prudētia ꝛ cō
siliū non sunt sensus neqꝫ preceptiones: sed est prudē
tia eligentia faciendorum et in communibus: consili
um vero in magnis et arduis. Sed verum est ꝙ per
cognitionem precedentē eliguntur prudentia et con
silium: sicut habetur in ezechiele. Sub pēnis anima-
lium manus: id est sub contemplatione operationuꝫ
Ad illud quod obiectum est de caritate patet solu-
tio. Caritate enim non fruimur deo nec delecta-
mur nisi effectiue: sed caritas mouet ad fruendum
et delectandū. Ad illud quod obiectum est de spe di- Ad aliud.
cimus ꝙ spes maximā habet affinitatem cū fide. vnde
idem videt esse iste sperat se habiturū vitam eternaꝫ:
iste credit se habituꝝ vitam etnām. vnde quidam di-
xerunt spem idem esse ꝙ fidem coartatam: sed siue sit
idem siue aliud propter fidē adiunctā habet gaudiuꝫ
et delectationem. vnde spes nō est sensus proprie: sed
fides adiuncta ei.

¶ De ipsis fructibus spiritus qui sunt. xij.

Dicto de sensibus spiritualib⁹ quibus fruimur:
dicendum est de ipsis fructibus spiritus q̄ sunt
xij. sicut dicit apostolus ad gala. Fructus spūs sunt ca
ritas/gaudium/pax. ꝛc. Et beatus Io. ī apocalipsi di
cit ꝙ lignum vite affert fructus. xij. per mēses singu
los: lignū vite est sapientia eterna sexu christus filius
dei/ et sunt idē fructus ligni vite siue filij ꝛ ipsius spi-
ritussancti totius trinitatis. Circa istos fructus queri Questio.
tur quare apostolus ponat tm̄. xij. ꝛ nō plures: ꝛ vtrū
oēs illi fructus sint virtutes. ꝛ de ordie illoꝝ fructuū
probat autem ꝙ plures debent esse fructus ꝙ. xij. di-
stinguūtur enim fructus per materias: dixit enim glo
sa ꝙ caritas est dilectio dei: gaudiū ē leticia quā habe
m⁹ de bonis spūalib⁹ nobis collatis: pax est ad ꝓximū
ꝛ ꝯstat ꝙ hec distictio p materias ē: ꝗ distiguūtur fru
ct⁹ p materias/ ꝛ ꝯstat ꝙ plures sunt materie virtutū
ꝙ. xij. ergo plures sunt fructus ꝙ. xij. Item beat⁹ pe Secundo.
trus in secūda canonica sua nō assignat nisi octo fruct⁹
dicens. Ministrate sua in fide nr̄a virtutem in virtute
scientiā. ꝛc. et post hec enī si vobiscū assint et superent
nō vacuos nec sine fructu vos cōstituēt: cum ergo bea
tus petrus assignet tātum octo fructus ꝛ beatus pau
lus. xij. vel iste est superfluus/vel ille diminut⁹. Iteꝫ Tertio.
beatus petr⁹ assignat sciētiam pro fructu/beatus pau
lus non. Queritur vnde hoc. Item videtur ꝙ nō oēs Alia q̄o.

virtutes quas enumerat beatus paulus sint fructus:
qꝛ benignitas ē vt dicit glosa virt⁹ qua dam⁹ alijs de
bonis nostris/scꝫ elemosinas corporales vel spūales:
ergo benignitate nō mouemur: sed tantum in creatu
ras: similiter cōtinētia/castitate/et multis alijs: sed nō
est fruenduꝫ nisi summo ꝛ incōmutabili bono vt dicit
Augustinus: ergo illis virtutibus nō fruimur deo cū
illis nō moueamur in deum/nec illis fruimur creatu-
ra: quia hoc esset malum: ergo ille virtutes nō debēt
Secundo. esse fructus. Item obijcit de ordine: ponit enī aposto
lus caritatē primam inter fructus: et videt ꝙ bene di-
cit glosa ꝙ virtus īter fructus primatū debet habere
vt caritas sine qua cetere nō sunt virtutes/ꝛ a qua vni
In oppoᵐ uersa bona ꝓcedūt. Sed cōtra. beatus petrus ponit
fidem primam et caritatem vltimaꝫ: ergo alter illoꝝ
Secundo. inordinate enumerat. Item ipse paulus alibi dicit ꝙ
caritas est ex fide nō ficta: ergo fidem debuit ponere
Solutio. añ caritatē tanꝙ causaꝫ añ effectū. Solutio. Ad prīo
Ad primū obiectū dicim⁹ ꝙ illi fruct⁹ distiguunt p materias/ et
nō solū per materias: sꝫ etiā scdꝫ statū pfectiōis ꝛ im-
perfectionis vt patebit postea: sed nō valet hec argu-
mentatio: plures sunt materie virtutū ꝙ duodecim:
ergo plures sunt fructus ꝙ illi duodecim: licet enim
sint plures materie virtutū secundum species specia-
lissimas ꝙ. xij. tamē non sunt plures ꝙ. xij. secundum
illam diuisionem quam facit apostolus: sicut licet sint
plures species aīal ꝙ due: tamē nō sunt plures ꝙ due
secundū illā diuisionē animaliū aliud rationale/aliud
irrationale. Eiusdē enim generis contingit esse duas
diuisiones/ vnam bimembrem/ aliā quadrimēbrem:
et vtrāqꝫ sufficientē. Et per hoc patet solutio ad secū
Ad secūdū do obiectum: qꝛ nec beatus paulus est supfluus/ nec
beatus petrus diminutus: cōprehendit enī sub absti-
nentia modestiā/continētia castitatē. scientia autē nō
enumerauit per se beatus paulus: qꝛ in omnibus est.
Ad tertiū. Omnes enī virtutes discrete agūt. Ad tertio obiectū
dicimus ꝙ dupliciꝫ fruimur deo/ vno modo fruimur
deo in se/sicut per fidē/spem/caritatē: quibus imme-
diate mouemur in deū: alio modo fruimur deo in cre
atura/cum videlicet delectamur in bonitate creature
secundum ꝙ est nutus dei et via ad deū: sic enī habet
creatura plenitudinē ī se aut vanitas ē. vñ vanitas va
nitatū et omnia vanitas: et est tētatio aīe hominum/
et muscipula pedibus insipientiū vt dicit in libro sapi
entie: sed secundū ꝙ est via ad deum delectabilis est.
vnde Dauid: delectasti me dn̄e in factura tua. Et apo
stolus: fruar te in dn̄o: anima enī bene disposita in oī
Solutio. creatura inuenit dulcedinem dei. Dicimus ꝗ ꝙ illis
virtutibus quibus non mouemur imediate in deum
Ad vltimū fruimur deo ī creatura. vnde dicunt fructus Ad illud
obiectum est de ordine naturali/aliqñ artificiali. Na-
turali vt hic: beati paupes/beati mites: pauptas eniꝫ
prima est naturalit: aliquādo artificiali vt hic: sancti-
ficet nomen tuum. ꝛc. incipit enī a digniori ꝛ pfectiori
similit ꝛ apostoli edocti a dn̄o aliqñ vtebant ordie na
turali/aliqñ ordie artificiali: naturali ordine vsus est
beat⁹ petr⁹ ponēs fidē pmā: est eī fides pma scdꝫ gñā
tionem et causam: artificiali vsus est beatus paulus
ponens caritatē primā tanꝙ perfectionē omniū virtu
tum. Est enī caritas mouēs om̄es virtutes ad opera
etiā fidē: quia vbi est amor ibi ocul⁹. vnde dicit fides
operans p dilectionē nec habꝫ fides plenā dilectionē
sine caritate: vterqꝫ ergo bene ordinat diuersis respe
Secundo. ctibus. Itē dicit augustinus frui est amore inherere
alicui rei propter se: hec est diffinitio ei⁹ quod est frui
ergo omne frui est amore inherere alicui rei propter
se: ergo om̄is fruitio est ex caritate: ergo sola caritate
fruimur: ergo sola caritas est fructus: ergo superflue
enumerat apostolus. xi. fructus preter caritatē. Iteꝫ Tertio.
cū dicit apostolus ad ro. spe gaudentes et spe dele-
lectamur in deo et fruamur in eo. Querit quare non Questio.
enumerauit apostolus spem inter fructus spiritussan
cti: maior enī delectatio est in spe ꝙ in caritate secun-
dū se: quia magis delectat bonū expectatū ꝙ bonum
desideratū. Querit postea de gaudio quod est secun Alia q̄stio.
dus fructus vtrū sit virtus videtur ꝙ sic: gaudere ē in
precepto: vnde gaudete in dn̄o semper. Iterum dico
gaudete: ergo gaudere est vsus liberi arbitrij: et est
bonus vsus hoc certū est: ergo est motus virtutis: qꝛ
dicit augustinus in libro de libero arbitrio: ꝙ motus
virtutis est bonus vsus potētie: ergo cū gaudere sit
motus virtutis gaudiū est virtus: et est virtus theo-
logica: quia per illā mouemur imediate in deū: ergo
cū nō sit fides nec spes: nec caritas plures sūt virtutes
theologice ꝙ tres. Obijcit postea de pace: videt eniꝫ Iterū ar.
ꝙ non sit fructus quia pax nō est virtus: sed finis oīm
virtutū vt dicit augustinus. Itē dicit apostolus gra- Secundo.
tia et pax: ergo pax nō est gratia: sed omnis virt⁹ est
gratia: ergo pax nō est virtus nec motus virtutis: sed
sola virtute et motu eius fruimur: ergo pax nō est fru
ctus. Itē obijcit de sexto fructu scꝫ de bonitate. Est Tertio.
enī om̄s fructus bonitas: ergo bonitas non debet di
stingui ab alijs fructibus. Itē dicit glosa: ꝙ bonitas Quarto
est dulcedo mētis: sed quelibet vtus est dulcedo mē-
tis: vel in qualibet est dulcedo mentis: ergo bonitas
nō debet distingui ab alijs fructibus. Solutio. ad pri Solutio.
mo obiectū dicimus ꝙ duplex est frui. Est enī frui p- Ad primū.
fectum ꝛ frui imperfectū: sicut est in alijs delectatio-
nibus: cū enī aliquis videt aliquid pulcrū delectatur
sed illa delectatio que est in sola visiōe imperfecta est
sed cū pulcrū visuꝫ manet desideriū tūc cū aliquis de
siderat et videt vel alio modo percipit pulcrū plena
est delectatio. Eodē modo est in delectatione spūali
qꝛ in visione sūmi boni nō est plena delectatio siue frui
tio: sed videt et desiderat: tunc plena ꝛ perfecta est de
lectatio siue fruitio: si ergo intendit augustin⁹ diffini-
re frui perfectū cū dicit: frui est amore inherere. ꝛc. et
possumus dicere ꝙ terminus amore supponit solū ꝓ
caritate: vñ sola caritate fruimur pfecte tanꝙ p causā
primo motiuā: sed nō sequit ex hoc ꝙ sola caritas sit
fructus: quia fructus distinguūtur per materias: et
nō sola caritate fruimur materialiter: imo alijs vtuti
bus que mouēt ad spūalia opera quib⁹ fruimur: siue
ro frui ibi diffiniat cōmunit potest dici: ꝙ iste termin⁹
amore supponit pro qualibet virtute: quelibꝫ enī vir
tus amor est: et tunc nō valet hec argumētatio: solo
amore fruimur: ergo sola caritate. Ad secundo obie Ad secūdū
ctū posset aliquis dicere: ꝙ spes cōtinet sub longani-
mitate: qꝛ lōganimitas videt aliud esse ꝙ lōga expecta
tio: spes enī est vt habet in sentētijs: certa expectatio
future beatitudinis prouenientis ex gratia et meritis:
vñ post multa merita et multas sustinentias pro chri
sto est certa expectatio: vnde in enumeratiōe fructuū
patientia precedit longanimitatē: sed hec solutio nō
videtur esse bona: ꝙ aliud gaudiū: ꝛ alius fructus est
longanimitatis secundū ꝙ est longanimitas et alius
spei secundū ꝙ est spes: ergo alius fructus spūalis de
bet esse spes alius longanimitas: vnde dicim⁹ ꝙ sub

caritate que est primus fructus cōtinet fides/spes:ca
ritas enī secundū se non delectat:quia bonū desidera
tum nō delectat:sed desideratū et expectatū delectat
Solutio. et desideratū et visū delectat. Dicimus ergo q̄ sub ca
ritate secundū q̄ primus fructus cōtinet:fides/ spes/
et sic patz solutio ad illud quod obiectum est de spe.
Ad aliud. Ad illud quod obiectū est de gaudio Dicim⁹ q̄ gau
diū ꝟtus est : sed nō ē alia virt⁹ in essentia q̄ fides vel
caritas:sed est alius fructus : quia fructus distinguit
per diuersas materias.vnde dicimus q̄ triplex fruct⁹
est secundum triplicem materiam : caritas enim dili=
git deum:et secundū hoc est primus fructus qui dicit
caritas: et iterum caritas diligit proprium subiectuz
et secundū hoc est secundus fructus qui dicit gaudiū
quia gaudiū nō est quecūq̄ leticia: sed solū est illa le=
ticia quā habem⁹ de bonis nobis collatis : sicut dicit
glo.super hūc locū ad gala.fructus spiritus sunt cari
tas. gau.pax.ꝛc.Et super illū locū ad romanos. Nō
est regnū dei esca et potus: sed iusticia et pax et gau=
diū in spiritu sancto.Secūdo enī loco diligimus nos
post deū ꝛ gaudemus de bonis oībus proprijs:vnde
apostolus gloria nostra hec est testimoniū nostre con
scientie . Et dauid reliquie cogitatiōes diē festū agēt
tibi:caritas tertio loco diligit proximū: et sic ē terti⁹
fructus:et dicit pax.Est enī pax ad proximū: licet er=
go eadē sit virtus qua diligimus deū et nos : et pro=
ximū:tamē secūdū diuersas materias dicitur illa vir=
tus triplex fructus: sicut beatus petrus pro diuersis
fructibus enumerat fraternitatis amorē et caritatez.
Ad illud quod obiectum est de pace soluim⁹ per di=
stinctionē huius nominis pax.Est enī vno modo pax
passio mulcebris delectabilis ex cōiunctione cōuenie
tis cū cōuenienti:et sic est finis omniū virtutū: et hoc
modo nō est fructus:sed secundū eā aliquid est fruct⁹
scz vel virtus vel opus virtutis : quādoq̄ dicitur pax
ipse motus pacificans:et sic fructus est sicut dicit au=
gustinus super iohānem. q̄ pax superne iherusalem
est cōcordissima et ordinatissima societas fruendi deo
est et inuicē etiā in deo:et per hoc patet q̄ dupliciter
fruimur deo:scz in se et in creatura: similiter pax mi=
litātis ecclesie est cōcors et ordinata societas fruendi
deo et inuicē in deo:hec autē societas nō est nisi cōmu
nis voluntas fruēdi deo.ꝛc.et sic patet q̄ pax aliquā=
Ad vltimū do sumitur pro motu:et sic est fruct⁹. Ad vltimo ob
iectū dicimus q̄ bonitas nō dicit quecūq̄ dulcedo mē
tis: sed dulcedo perfecta secundū quā aliquis est mi=
tis:qui scz nec patitur nec deducitur:patiēs enim vel
abstinens est qui patitur sed nō deducitur : sicut dicit
dauid.Turbatus sum et nō sū locutus : sed qui tacet
ad aduersa et exterius et interius ille habet perfectā
dulcedinē mentis:sicut dicit iob . Nonne dissimulaui
q̄tum ad opera.nōne silui q̄tū ad verba:nōne quieui
q̄tum ad cor.Et sicut dicitur in apocalipsi. factuz est
silentiū in celo.i.in anima martyris:dū cōmitteret bel
lū draco : hoc autem quādo nec murmur resonat nec
querimonia:sed corde tacito.ꝛc.hec bonitas siue dul
cedo mentis nō est in qualibet virtute:ꝛ propter hoc
Secundo. recte distinguitur ab alijs fructibus.Item videtur q̄
insufficienter enumerat apostolus spūssancti: preter=
mittit enim cuius sunt omnes fructus . vnde dicitur
fructus iusticie/ipse etiam in epistola ad ro. ponit eaz
primo dicens:Non est regnū dei esca et potus:sed iu=
Tertio. sticia ꝛ pax ꝛ gaudium in spiritusancto. Item obijcit
de māsuetudine: dictū est enim q̄ bonitas est illa vir=
tus qua aliquis dicit mitis : sed hec est māsuetudo in
euāgelio: beati mites quoniā ipsi possidebunt terraz
ergo male distinguit apostolus māsuetudinē a boni=
tate. Item cum fides sit prima virtutum. vnde pmo Quarto.
petit capitulum:et cuz querit quare nouo loco ponat
eam apostolus inter fructus cū in principio debuerit
poni.Itez obijcitur de modestia de qua dicit glosa q̄ Quinto.
modestia est virtus q̄ ponit modum in dictis ꝛ factis:
sed hoc facit omnis virtus: quia omnis virtus est im
mediate cōsistens: ergo omnis virtus est modestia:ḡ
male distiguitur modestia ab alijs virtutibus. Item Sexto.
obijcit de castitate:dicit eniz glosa q̄ castitas est debi=
tus vsus rerū: ergo debitus vsus vxoris est motus ca
stitatis:ergo cognoscere debito modo vxorez est mo
tus continentie:eadē ratione comedere moderate est
vsus abstinētie:ergo qui comedit moderate abstinet
quod falsum est. Solutio.Ad primo obiectum dici= Solutio.
mus q̄ apostolus nō pretermittit iusticiā:quia intel= Ad primū
ligit eam in caritate: dicit enī Augustinus in libro de
perfectione iusticie q̄ pfecta iusticia caritas est:per ca
ritatem enī reddimus deo quod sibi debemus/ꝛ pro
ximo quod et debemus.vnde opera iusticie ī presenti
adequant nos ꝛ ordināt ad proximuz/et faciūt pacē ꝛ
concordiam īter proximū.vnde:iusticia ꝛ pax oscula=
te sūt:in caritate igit̄ ꝛ pace ītelligit iusticia:ꝛ.ppt̄ hoc
non nominat eam: sufficit enim apostolo nomiare ea
in quibus cōtinent omnia/vel ex quibus fiunt omnia.
Ad secundo obiectū dicimus q̄ māsuetus proprie di Ad secūdū
citur qui patit:sed nec deducit:mitis vero q̄ nec patit
nec deducitur:ꝛ sic patet differentia: sed aliquādo mi
tis sumit pro mansueto/ et ecōuerso:tamen secunduz
q̄ mansuetudo enumerat ab apostolo inter fructus:
aliter sumit: q̄ sicut dicit glosa. Māsuetudo est tra=
ctabilitas qua homo tractabilis est ꝛ paratus ad au=
xilia et consilia impendenda:sicut benignitas est virt⁹
qua aliquis paratus est ad erogationem rerū suaruz
patet ergo differentia inter mansuetudinem et boni=
tatem.Ad tertio obiectum dicimus q̄ fides duos ha Ad tertiū.
bet status/vnum secundū quem est fundamentuz. vñ
apostolus fundamentum aliud nemo potest ponere/
preter id quod posituz est quod est christus iesus.i. fi
des iesu christi:sicut dicit glosa/ꝛ beatus Jo. in apo=
calipsi dicit : q̄ primum fundamētū superne ciuitatis
iherusalem est iaspis.i.fides:secundū hunc statum fi=
des prima est inter fructus et intelligitur in caritate:
sicut dictum est: habet autē fides alium statum secun
dum quē est propugnaculū et defensio. vnde in Ysa.
fundabo te in zaphyris et ponā iaspidem propugna=
cula tua.i.fidem: et est fides propugnaculum cū non
solum cognoscimus inuisibilia:sed etiam propter q̄d
in quo modo:ꝛ hoc est cū parati sumus ad satisfactio
nē omni poscēti nos rationē:de ea que in nobis est fi=
de et spe : et hoc est cū perfecti sumus secundū dona
sapientie ꝛ intellectus: hoc autē est cū sumus in statu
perfecto cōtemplationis. Et secūdū hunc statū fides
ponit noua:cuius ratio est:q̄ vita actiua precedit cō=
templatiuā.Jacob enī prius duxit Lyam postea Ra
chelem. Dicimus ḡ q̄ tres primi fructus cōmunes ad Solutio.
vitam actiuam ꝛ cōtemplatiuā:caritate enim delecta
mur ī deo:gaudio delectamur de bonis nostris:pace
de bonis proximi:ꝛ hoc conuenit tam actiuis q̄ contē
platiuis:quinq̄ sequētes pertinēt ad actiuam vitam:
duo ad agendum scz benignitas et mansuetudo: duo
ad patiendum scz patientia et bonitas:et quia gaude

mus nō solum de bonis:sed etiā de perseuerantia bo
norum addit longanimitas: nono loco sequitur fides
perfecta que ptinet ad perfectionē contemplationis
post quā nichil sequit nisi opera perfectionis:vnde se
quitur modestia que ponit modū in factis et dictis
sicut aliquis nō peccat etiā venialiter nec in facto nec
in verbo secundū q̄ possibile est humane nature vita
re venialia : hoc autē est quādo aliquis cōsecutus est
perfectionē cōtemplationis:vnde in prouerbijs: stu=
de sapiētie fili mi: et letifica cor tuū: vt possis expro=
branti respondere sermonē:cū enī homo habet leticiā
mentis in spūalibus reb⁹ et eternis cū nō curat oppro
bria et iniurias:quia sunt trāsitoria:ideo semper mo
deste respōdet:aliter irascit et nescit sedere : quia ne=
Ad quartū scit sedere modeste:et p hoc patet solutio. Ad quar=
to obiectū dicimus q̄ non quelibet virtus est mode=
stia sic sūpta:multi enī habēt virtutes qui frequenter
peccant venialiter.xi.loco sequitur cōtinētia que ab=
stinet a licitis: sicut faciūt viri religiosi qui nō habent
propriū : vltimo sequit castitas que est debitus vsus
rerū:videlicet cū non fruimur modo nec delectamur
nisi in deo et alijs rebus vtimur:tēporalia ei ad fruē=
da sūt: corā sūt:ad vtēdū bona sūt:tūc est debit⁹ vsus
rerū:cū vere dicimus delectasti me dñe in factura tua
Et cū dicimus rēnuit cōsolari anima mea: scz in tem=
poralibus memor fui dei et delectatus sum. Ad vlti
Ad vltimū mo obiectū dicim⁹ q̄ comedere moderate est motus
abstinentie:sed non sequitur: ergo qui comedit absti
net:quia virtus abstinentie duos habet motus absti=
nere et comedere: secundū alterum habet nomē: se=
cundū reliquū nō habet:beatus autē petr⁹ in enume=
ratione fructuū ponit fidē . Prīo tanq̄ fundamentū
Secūdo ponit virtutē que est obedientia:est ibi obe
dientia virtus fidei . Tertio ponit scientiā que est in
omni virtute:quia oīs virtus discrete operat. Quar
to ponit abstinentiā sub qua cōprehendit modestiaz
abstinentiā: castitatē.Quīto patientiā quā similiter
ponit apostolus.Sexto pietatē que cōprehendit be=
nignitatē et bonitatē. Septimo et octauo fraternita
tis amorē et caritatē que est perfectio omniū virtutū

¶De dānatione reproborum.

Dicto de gloria beatorū dicendū est de dānatio=
ne reproborū. Circa quā primo videndū est de
suffragijs ecclesie:an prosint dānatis . Circa istā que=
stionē quatuor inquirēda sunt: primū est an suffragia
ecclesie prosint illis solū q̄ sunt in purgatorio an etiā
dānatis. Secūdū est q̄tū prosint illis qui sunt in pur=
gatorio.Tertiū est an suffragia facta ex caritatē p̄sint
Quartum est de igne purgatorio qualiter purget et
agat in aīas et quibus ministris.Circa primū duplex
est opinio:quidā dicūt q̄ suffragia ecclesie nō prosunt
opīo aliq̄z dānatis. Alij dicūt q̄ prosunt q̄tū ad mitigationē pe
ne:q̄ autē nō prosint dānatis probatur multipliciter
Secundo. dicit enī auctoritas:in inferno nulla est redēptio. Itē
dicit augustin⁹:si scirē patrē meū dānatū tamē nō ora
Tertio. rem pro ipō sicut nec pro diabolo. Itē corpus christi
triforme est vt habetur in sententijs : vnde fiunt tres
partes hostie. Prima pars offert pro viuis vt deus
det eis gratiā et perseuerantiā. Secūda pro illis qui
sūt ī purgatorio. Tertia offert ī gliaz actiōes p illis q̄
sunt in gloria: cū ergo missaz solēnia que sūt optima
suffragia ecclesie nō prosunt dānatis:ergo nec alia suf
Quarto fragia. Itē suffragia ecclesie nō possunt impetrare fi=
dem dānatis:nec aliquā remissionē : quia per fidē ha
bet fieri remissio:vnde in actibus: fide purificās cor=
da eorū. Itē si per aliquāta suffragia tollitur aliquā= Quinto.
tum de pena alicuius dānati: ergo per dupla maiora
suffragia:tollet duplo maius: et ita poterunt tot esse
suffragia q̄ ex toto tollet pena: ꝛ hoc ē cōtra apostolū
qui dicit q̄ deus non potest negare seipsum: negaret
autem se scz iusticiam suam si nō puniret malos. Itez Sexto.
sicut homo per venialia cremabilis est in purgatorio
sic per mortalia combustibilis est in inferno:combu=
runt autem secundū magis et minus dānati : q̄ secū=
dum q̄titatem culpe est quantitas pene. vnde ysa. in
mēsura contra mensurā cum adiecta fuerit iudicabit
eam: ḡ cum suffragia ecclesie nichil tollāt de culpa ni
chil tollunt de pena:ergo nō prosunt damnatis.So= Solutio.
lutio.si velim⁹ dicere q̄ suffragia ecclesie prosunt dā=
natis:sicut dicit Prepositinus: respōdebimus ad ob
iecta sicut ipe respondebat. Ad primā ḡ auctoritatez Ad primū.
dicimus q̄ in inferno nulla est redēptio q̄tum ad libe
rationē: est tamē aliqua q̄tum ad mitigationē pene.
Eodem modo intelligimus auctoritatē Augustini. Ad secūdū
non orarem pro ipso q̄tū ad liberationez. Ad tertio Ad tertiū.
obiectū dicimus q̄ tantū pro viuis et illis qui sunt in
purgatorio/ꝛ illis qui sunt in gloria dicit offerri cor=
pus christi/non quin prosit dānatis aliquantuluz. sed
quia specialiter pro illis tribus generibus offert:ꝛ q̄
certum est q̄ illis prodest. Ad quarto obiectum dici= Ad quartū
mus q̄ non valet hec argumētatio: suffragia ecclesie
non possunt impetrare fidem damnatis: ergo nec ali
quam remissionē:sed bene sequit:ergo nec remissio=
nem quā habet facere fides:fides enī remittit culpā/
et penam eternam : sed aliqua pars pene bene potest
remitti preter fidem formatiue per bona opera . Ad Ad quintū
quinto obiectū dupliciter potest solui: potest enī dici
q̄ suffragia ecclesie tollunt de pena quantū meruerūt
dānati dum viuerēt sibi remitti si fierēt suffragia pro
eis.Est enim meritum absolutū et meritum cōditio=
nale. vnde dicebat Prepositinus q̄ in vita sancti brā
dani cōtinet q̄ sanctus Brādanus vidit Judam ince=
dentem per prata/ ꝛ cū quereret ab eo quare nō esset
in iferno:respondit quia ad tēpus refrigerium habe=
bat propter bona que fecerat. vnde dicūt quidā q̄ an
iudiciuz suffragia ecclesie prosunt damnatis: sed post
iudicium nō proderūt. Prepositinus autē dicebat q̄
prosunt et ante iudiciū et post: remittit ergo tantum
damnatis de pena q̄tū dum viuerent meruerunt sibi
remitti si fierent suffragia pro eis:sed nō meruerūt q̄
tota pena remitteretur eis:immo quia meruerunt in
suo eterno puniuntur ī eterno dei:vel potest dici q̄ il
lud quod tollit de pena per suffragia non habet se in
aliqua proportione ad residuū. vñ nūq̄ tm̄ tollet de
pena quin plus remaneat:sicut cū aliquis peccat mor
taliter tollit aliquid de naturali habitudine:sed illud
improportionabile est residuo. vnde p peccatum nō
possunt ex toto tolli vel destrui naturalia. Ad vltimo Ad vltimū
obiectuz dicimus q̄ sicut duplex est gloria bonoz/vi=
delicet substātialis que cōsistit in visione dei:ꝛ accidē
talis que est ex conuersione hominū/vel ex consortio
sanctorū:ita duplex est pena dānatoruz:substantialis
que consistit in tristicia de carentia visionis dei et hec
pena est ignis conscientie/ de ista nichil minuitur per
suffragia ecclesie:sed de accidētali que est ignis affli=
gens corpus minuitur aliquid.vnde nō dicit ignis eo
rum non mitigabit:sed dicit non extinguet. Item re= Secundo.

gula inuariabilis et necessaria est ꝙ in paradiso equa
liter premiantur: ergo per locum a contrarijs in in=
ferno equaliter mali equaliter puniunt᷑ de necessitate
Secundo. ergo suffragia ecclesie nō prosunt dānatis. Ite₃ ligna
equaliter sicca in eodem igne equaliter comburunt᷑:
sed equaliter mali sunt ligna equalit᷑ desiccata ab hu=
more gratie: ergo in eodē igne sc₃ in igne gehēne: eq
Tertio. liter puniūtur et inde vt prius. Itē super illū locū se=
cūdo ad cor. Omēs nos manifestari oportet ante tri=
bunal christi vt recipiat vnusquisq₃ propria corporis
prout gessit siue bo. siue ma. dicit augustin⁹ cū suffra=
gia ecclesie fiant pro oībus baptisatis: pro valde bo=
nis gratiarū sūt actiones: pro nō valde malis ꝓpicia=
tiones: pro valde malis q̄lescūq₃ viuorū ꝯsolatiōes: ꝫ
sc₃ hoc suffragia ecclesie nō ꝓsunt eis qui sūt in para
diso ad augmentū glorie: ergo nō ꝓsunt eis qui sunt
in inferno ad diminutiōe₃ pene: nec ad aliō: ꝫ simplici
Quarto. ter nō prosūt. Itē illi dicuntur valde boni: qui statim
euolāt: ergo a cōtrarijs valde mali dicuntur qui sta=
tim descendunt ad infernū: sed suffragia ecclesie pro
valde malis non sunt nisi consolationes viuentium:
ergo illis qui sunt in inferno non prosunt suffragia
Quinto. ecclesie. Itē ecclesia pro oīb⁹ baptisatis facit suf=
fragia: et nō oībus prosunt vt dicit augustinus: ergo
ecclesia pro aliquibus facit suffragia quibus nō ꝓsunt
et sciēter: quia bene scit ꝙ nō oībus prosunt: scit enī
ꝙ multi sūt vocati: pauci vero electi: ergo sciēter iuti
liter laborat pro aliquibus: ergo indiscrete: et hoc in
Sexto. cōueniēs. Itē obijcit᷑ de hac oratione: fideliū de⁹ om=
niū cōditor. ⁊c. aut intelligitur tantū pro fidelibus fi
de formata: aut cōmuniter pro fidelibus siue de fide
formata siue de informi siue informata: si prīo modo
ergo nō orat ecclesia pro omībus baptisatis quod est
cōtra augustinū: si secūdo modo: ergo inutiliter orat
et indiscrete q̄tū ad illos qui sunt in inferno: illi eni₃
Solutio. nūq̄ habebūt indulgentiā. Solutio secundū opinio
nem illā que dicit ꝙ suffragia prosunt dānatis: dicen=
Ad primū dū est ad primo obiectū ꝙ nō valet hec argumētatio
Equaliter boni equaliter premiant᷑ in paradiso: ergo
equaliter mali equaliter puniūtur in inferno: et hui⁹
Prima cā duplex est causa. Prima est quia nō est locus a cōtra
rijs: bonum enim et malum nō sunt cōtraria proprie
Scda cā. loquendo. Secunda est quia gloria vel augmentum
glorie: non attenditur penes multitudinē operū: sed
penes radicē: sed remissio pene vel diminutio pene in
tendit᷑ penes multitudinē operū: caritate enī nō cre=
scēte nō maiorē gr̄a₃ meret᷑ multis bonis opibus q̄
vno solo: sed pene maiorē remissionē meremur mul=
Ad secūdū tis bonis operibus q̄ vno solo. Ad secūdo obiectu₃
soluitur per interemptionē: nō enī est necesse ꝙ ligna
equaliter sicca equaliter cōburent᷑ in eodē igne: si enī
irriget᷑ et madefiat: reliquū nō: nō equaliter ꝯburunt᷑
Eodē modo in inferno cū suffragia ecclesie sint quasi
quedā irrigationes: si pro altero equaliter malorum
suffragia fiāt: pro reliquo nō: nō est necesse equaliter
Ad tertiū. eos puniri. Ad tertio obiectū soluēdū est: sicut ad pri
Ad quartū mū. Ad quarto obiectū dicendū ꝙ valde mali secun=
dum istā opinionē dicūtur tātū illi: qui in inferno qui
nō meruerūt in vita ista ꝙ eis prodessent suffragia ec=
clesie: si post hanc vitā fierēt pro eis: vnde secūdū hoc
nō valde mali sunt nō solū illi qui sunt in purgatorio
s₃ aliqui q̄ sūt in inferno qui meruerūt q̄diu viuebāt
ꝙ suffragia prodessent eis si pro eis fierēt: oport₃ enī
vt dicit augustin⁹: ꝙ hoc meritū in hac vita sibi cōpa=
ret aliquis: vt post hanc vitā sibi prosint suffragia si ꝓ
eo fiant. Ad vltimo obiectū potest dici ꝙ pro valde Ad vltimū
malis nō orat ecclesia in generali: quia scit in genera=
li valde malis nō ꝓdesse suffragia: sed in speciali orat
pro valde malis. i. orat pro istis valde malis: vel illis
nescit enī illos esse valde malos: vnde nescit illis non
prodesse suffragia/licet illis non prosint. De hac ora=
tione: Fideliū deus omniū cōditor. ⁊c. dicimus ꝙ in=
telligitur tātu₃ pro fidelibus fide formata: quod pa=
tet per hoc quod dicitur indulgentiam qua₃ semper
optauerūt. i. finaliter: qui enim finaliter meret᷑ in suo
eterno meret᷑: et qui finaliter peccat in suo eterno pec
cat. Item dicit Augustinus in eade₃ glosa ꝙ oportet Secundo.
ꝙ quisq₃ in hac vita sibi meritu₃ ꝯparet/quo post hāc
vitam possit grauari vel releuari. Sed sicut dicit dn̄s
per Ezechielē ꝙ si auertit se iustus a iusticia sua oīu₃
iusticiarum eius nō recordabor amplius: ergo cū iste
damnatus finaliter auertat se a iusticia sua omnes iu=
sticie sue nō recordabūtur amplius: ergo per merita
presentis vite nō releuabitur/ nec per aliam secundu₃
auctoritatem Augustini: ergo suffragia ecclesie nō ꝓ
sunt damnatis. Solutio. secundum hanc opinionē in= Solutio.
telligēda est sic illa auctoritas: si auertit se iustus a iu
sticia sua oīm iusticiar₄ eius non recordabor amplius
q̄tum ad remuneratione vite eterne nō q̄tum ad re=
laxationem pene: sed secundum aliam opinione₃ que
dicit ꝙ suffragia nullo modo prosunt damnatis/ītelli=
gitur simpliciter: quia nō recordatur nec q̄tum ad re
munerationem nec q̄tum ad pene diminutionem.

¶ Qualiter possit sustineri opposita opinio.

Viso qualiter possit sustineri illa opinio que di=
cit ꝙ suffragia ecclesie prosunt damnatis: vidē=
dū est qualiter possit sustineri opposita opinio. Et pri
mo obijcit᷑ contra vtrāq₃ opinionem. Dicit enim Au Augustin⁹
gustinus ꝙ suffragia ecclesie nō prosūt nisi ei qui ī hac
vita meruit ne post hācvitam grauetur vel releuetur
ex hoc videt᷑ ꝙ nulli prosint: demōstretur eni₃ aliquis
qui est in purgatorio: iste vel meruit ī presenti vita re
leuari/vel non meruit: ergo secūdum Augustinu₃ nō
releuatur/siue fiant suffragia siue nō pro eo: si meruit
releuari: ergo releuatur siue fiāt suffragia siue nō pro
eo: et ita suffragia ecclesie nullis qui decesserūt ꝓsint.
Ad hoc dicimus ꝙ Augustinus in libro de cura agē= Solutio.
da pro mortuis dicit ꝙ duplex est meritū: simplex si=
ue absolutum: ⁊ meritū conditionale. Dicimus ergo
ꝙ iste qui ī purgatorio nō meruit absoluto merito ꝙ
releuaretur: si merito conditionali meruit releuari: si
fierēt suffragia ecclesie pro eo/cū enim decessit orat in
caritate et fecerat quandā partem penitentie sue ⁊ in
proposito habebat facere residuu₃: ꝙ ergo queritur:
aut meruit aut non meruit. Dicimus ꝙ nō meruit ab
solute: et nō sequitur/nō ergo releuatur. Meruit enī
cōditionaliter releuari. ⁊c. cōditio stabit videlicet cū
suffragia ecclesie fiēt pro eo releuabitur: si probatur
ꝙ suffragia ecclesie prosunt damnatis: q₂ dicit Augu
stinus ꝙ quibus prosunt suffragia: ad hoc prosunt vt
plena sit remissio/vel tollerabilior dānatio: ergo dam
natis prosunt. Item dicit Augustinus ꝙ ecclesia orat Secundo.
pro omnibus baptisatis. s. in hac oratione: Fidelium
deus omnium conditor. ⁊c. sed quida₃ damnati sunt
baptisati: ergo orat in illa oratione pro quibusdam
damnatis/ aut prosunt illis suffragia/ aut nō ꝓsunt: si
non prosunt: ergo ecclesia inutiliter orat ꝓ illis ⁊ hoc

scit: ergo indiscrete orat: quod est īconueniēs: si pro=
Secundo. sunt habemus propositū. Itē ecclesia orat ita: ne ab=
sorbeat tartarus/ne cadant in obscura tenebrar₄ loca:
aut hec oratio valet/aut nō valet: si nō valet inutiliter
fit: si valet: ergo ecclesia per suffragia potest liberare
animā ne cadat ī tartaru₃: ergo multofortius potest
Tertio. diminuere aliq̄d de pena ei⁹ q̄ est in inferno. Itē dt au
gustinus ꝙ incerta est pena arrij: quia icertū est quot
per eius doctrinam fuerint subuertendi: ergo si aug
mentatur pena eius qui male docuit: quia homines
corrūpūtur per prauā eius doctrinā: multo forti⁹ di=
minuit᷑ alicuius pena dānati qui bene docuit: cū per
eius doctrinā bonā edificant᷑ homines: deus enī pro=
nior est ad miserandū q̄ ad condēnandū: et ita suffra=
Quarto. gia prosunt dānatis. Itē obijcit᷑ de traiano quē beat⁹
gregorius eripuit de faucibus inferni: ergo si ad pre
ces vnius sancti liberat⁹ est totaliter aliquis a penis
inferni: multo fortius ad preces multorū sanctorum:
immo ad preces totius ecclesie liberat⁹ erit quis de
inferno a pte pene sue precipue cū dicat augustinus:
Euasio. impossibile est multorū preces nō exaudiri. Forte di
cetur ad hoc ꝙ priuilegia paucorū nō faciūt legē cō=
In oppoᵐ munē. Sed ꝯtra. dicit apostolus ꝙ deus nō potest ne
gare se: negaret autē se vt dicit augustinus: si negaret
iusticiā suā: hoc autē est si puniret non dānatos: ergo
si nō fuit cōtra iusticiā dei damnatū liberari totaliter
a penis inferni nō est ꝯtra legē vel iusticiā dei dānatū
Solutio. in parte ⁊ a parte liberari. Solutio secūdū illā opio
nē que dicit ꝙ suffragia nō prosunt dānatis Dicendū
Ad primū. est ad primo obiectū: ꝙ dānatio ibi sumit᷑ ꝓ pena tē
porali: sicut in euāgelio dicit᷑. Neq₃ tu times deū qui
in eadē dānatione es: sumitur dānatio pro pena tem
Ad secūdū porali. Ad secūdo obiectū dicendū est secundū istam
opinionē: ꝙ in hac oratione: Fideliū deus omniū con
ditor. ⁊c. iste terminus fideliū tantū pro fidelibus fi=
de formata: tamē si sumatur pro omnibus baptisatis
defunctis quorū quidā sunt dānati: non sequit᷑ propt᷑
hoc ꝙ inutiliter oret: sed inutiliter orat q̄tū ad illos
dānatos: sed q̄tū ad se vtiliter. vnde oratio mea in si=
nu meo cōuertetur: vtiliter etiā q̄tū ad illos qui sunt
in purgatorio: q₂ vt dicit augustin⁹. melius vt quidā
supersunt quibus nec ꝓsunt suffragia nec obsunt: q̄
vt desint quibus quidā ꝓdesse possunt. Tertia ratio
est quare inutiliter: q₂ licet opinio sit ꝙ nō ꝓsunt suf=
fragia dānatis: tamē nescit non ꝓdesse: et licitū est ei
velle de latitudīe caritatis: ꝙ dānatis ꝓsint: ī hoc enī
ignorat volūtatē dei: et nō cōformare volūtatē suam
Ad tertiū. volūtati diuine nisi in quibus certa est. Ad tertio ob
tectū dicimus ꝙ tartara et loca tenebrosa appellātur
maxime pene purgatorij: ꝓpter quas dicit apl's. hor=
rendum est incidere in manus dei viuentis: et dauid
Domine ne in furore tuo arguas me. ⁊c. et augusti=
nus. Domīe hic vre: hic seca: habet enī se vt dicit au=
gustinus ignis purgatorius ad penas presentes: sicut
Ad quartū ignis verus ad ignē pictū. Ad quarto obiectū de pe=
na arrij dicim⁹ ꝙ nō valet hec argumētatio: nec est a
cōtrarijs: licet videatur esse: sed hec argumētatio est
necessaria et a cōtrarijs: pena mali doctoris qui male
augmētatur in inferno cū hoīes corrūpūtur per eius
prauā doctrinā: ergo gloria boni doctoris in paradi=
so augmētatur cū homīes edificētur per eius bona₃
doctrinā et vtrūq₃ verū est: pena enī accidētalis arrij
augmētatur cū videt descendere ad inferos illos qui
corrupti sūt per eius prauā doctrinā: et gloria accidē
talis petri vel pauli augmētatur cū hoīes cōuertunt᷑
per eius bonam doctrinam/secundū illud: gaudiū est
angelis dei. ⁊c. Ad vltimo obiectū dicim⁹ ꝙ nō valet Ad vltimū
hec argumētatio: ad preces vnius sancti. ⁊c. ⁊ hoc est
quia nō est cōtra iusticiam dei aliquē reuocare a statu
culpe ad statum gratie/in quo mereatur et postea sal
uetur: sed hoc est contra iusticiam dei/ aliquid remit=
tere de pena cum nichil remittatur de culpa: nec erat
traianus dānatus diffinitiua penitus sententia: immo
ad vitam reuocandus erat precibus beati Gregorij.
Multi enim infideles prope fidem sunt: ⁊ multi infi=
deles decesserunt qui prope fidem erāt/qui nō fuerūt
damnati per diffinitiuā penitus sententiam: ⁊ reuoca
ti sunt ad vitam per preces sanctorum: q₂ forte deces=
serūt in fide īformi/vel in aliquo proposito reuertēdi
ad deum/licet insufficienti: ⁊ ideo tales decesserūt qui
possent reuocari. Ite₃ suffragia ecclesie maxime que Secundo.
ex caritate fiunt naturaliter sunt satisfactoria ⁊ pe. re=
solutoria: ꝫ cum illis qui sunt ī purgatorio impetrēt
remissionem pene/licet nō impetrēt eis aliquam gra=
tiam siue fundamentum aliquod meriti: similiter et
illis qui sunt in inferno impetrant aliquam remissio=
nem pene/licet nō impetrent eis aliquā gratiam. Itē Tertio.
suffragia ecclesie impetrāt eis qui sunt in purgatorio
accelerationē glorie: ergo eis qui sunt in īferno impe
trant dilatationem pene: sicut enim ⁊ tempus ⁊ pena
eterna est de iusticia dei: ita ⁊ tempus et pena eterna
est de iusticia dei: ergo sicut acceleratio glorie nō est
contra iusticiam dei: ita dilatatio pene non est contra
iusticiā dei et ita suffragia ecclesie impetrant aliquod
refrigerium damnatis: et ita prosunt damnatis. Ite₃ Quarto.
dicitur cōmuniter a magistris ꝙ bona opera facta ex=
tra caritatem valent ad tria/ sc₃ ad abilitationem gr̄e
et ad habendum temporalia/et ad diminutionē pene
eterne: ergo multofortius opera facta extra caritate₃
valent ad diminutionē pene eterne: ergo suffragia ec
clesie facta ex caritate valēt ad diminutionē pene eter
ne: et ita suffragia ecclesie prosunt damnatis. Itē di= Quinto.
cit auctoritas: Nulllum bonū irremuneratu₃: sed iste
damnatus multa bona fecit pro quibus non est remu
neratus ī vita sua: ergo pro illis remunerabitur post
mortem: ⁊ nō in paradiso: ergo in īferno: nō nisi q̄tu₃
ad diminutione₃ pene: ergo pena eterna potest dimi=
nui in īferno: et īde vt prius. Forte dicetur ꝙ remune Euasio.
ratus fuit pro illis in presenti: quia dicitur ī psalmo:
in custodiendis illis retributio multa: non solum pro
custodiendis/vel de custodiendis: sed etiam in custo=
diendis: q₂ dum aliquis bene agit habet quādam io=
cunditatem mentis ī qua remuneratur. Sed obijcit᷑. ꝯ hoc af
ponatur ꝙ iste damnatus fuerit ī caritate per quadra
gīta annos ⁊ ī mortali peccato nō fuerit nisi per horā
et sic decessit cōstat ꝙ illis bonis operibus que fecit ī
caritate amplius meruit q̄ illam iocunditatem ⁊ non
est remunerat⁹ nisi illa iocūditate: ergo adhuc debet
remunerari nō nisi a deo: ergo deus debet eum mag:
remunerare: sed deus facit vel faciet quicquid debet
facere: ergo adhuc remunerabit/ nō ī paradiso: ergo
in īferno: ⁊ īde vt p̄us. Item iste meruit merito abso Secundo.
luto ampliorem remissionem q̄ sit illa iocunditas: ꝫ
statim post meritum deus debuit illi ampliorē remu
nerationē: ꝫ q̄cquid fecerit postea de⁹ adhuc debet ei
ampliorē remūerationē ex q̄ nō reddit ei: sicut si aliq̄s
simplicit᷑ ⁊ absolute debet michi cētū q̄cq̄d faciā post
ea semꝑ debet michi q̄usq₃ reddiderit. Solutio. Ad Solutio.

primo obiectū dicimus ꝙ suffragia ecclesie naturali-
ter sūt satisfactoria et pene solutoria: sed nō in quocū
qꝫ subiecto: sed solū in illo in quo inueniūt fūdamētū
meriti et remissionē pene scꝫ caritatē: vnde solis illis
qui sūt in purgatorio ꝓsunt suffragia: quia in illis in
ueniūt caritatē: et nō in reprobis qui sūt in inferno.
Ad secūdū Eodēmodo soluēdū est ad secūdo obiectū: suffragia
enī ecclesie impetrāt accelerationē glorie eis qui sūt
in purgatorio: quia in eis iueniūt caritatē: damnatis
enī nō impetrāt dilationē pene: quia in eis nō est cari
tas: posset tamē dici ꝙ bene possūt impetrare dilatio
nē pene: quia nō est cōtra iusticiā dei: ꝙ dānati ad mo
mētū habeāt aliquod refrigeriū. Sed ꝙ diminuatur
de pena cū nichil diminuaꝛ de culpa: hoc est ꝯtra iusti
Ad tertiū. ciā dei. Ad tertio obiectū dicimus ꝙ improprie dictū
est. Opera facta extra caritatē valēt ad diminutionē
pene eterne: dicūt enī propter hoc valere: quia retar-
dēt peccatū ne pōdere suo trahat ad aliud: peccatum
enī quod per penitētiā nō deletur suo pōdere trahit
ad aliud nisi retardeꝛ per bona opera. Est enī pecca-
tum sicut morbus qui dicitur lupus qui cōtinue con-
sumit hoīem nisi retardetur per appositionē galline:
vel aliquid tale. Et sicut fistula que ex vno foramine
Ad vltimū facit multa foramina nisi cito cureꝛ. Ad vltimo obie-
ctū dicim⁹ ꝙ nullū bonū irremuneratū: etiā bonū fa-
ctū in mortali remunerat dn̄s: licꝫ hō nichil meruerit
illo bono opere et remuneraꝛ in iocūditate mentis q̄
generatur in mēte ex bonis operib⁹ vel remuneraꝛ in
Solutio. alio. Et cōcedimus ꝙ ille qui in caritate fuit per qua
draginta annos amplius meruit q̄ iocūditatē illam:
meruit enī vitā eternā: sed nō habebit illō qō meruit
quia destruxit per peccatū suū meritū et radicē meri
ti: scꝫ gratiā: vnde non est simile de illo cui debeꝛ cen-
tū: ille enī nō destruit causā debiti: sed simile est ī illo
qui colendo vineā alicuius meruit alios denarios: et
anteq̄ recipiat mercedē destruit penit⁹ quod facit: ta
li nō debetur qō meruit: quia destruxit meritū suū: si
militer qui multa bona ex caritate fecit: meruit vitā
eternā: sed cū peccat mortaliter destruit meritū suū
et causā meriti: vnde nō reddiꝛ ei qō meruit: destru-
xit enī vineā spiritualē dn̄i. vn̄ iere. Ad vocē loquele
grandis exarsit vinea: cōbusta sunt frutecta eius: vn̄
dn̄s per ezech. Cū auerterit se iust⁹ a iusticia sua oīm
iusticiarū suarū nō recordabor: destruxit enim illas et
reddidit sibi inutiles: sed remunerata sunt illa bona
opera in illa iocūditate mentis que longe melior est
q̄ bona temporalia: vnde matheus dicit. Nemo est q̄
relinquit domū. ꝛc. qui nō recipiet centies centū: nec
in hoc tempore domos. ꝛc. et in futuro vitā eternā
Viso qualiter possint sustineri due prime opiniones.
Dicimus sine preiudicio melioris sententie ꝙ illa q̄ di-
cit ꝙ suffragia nō prosunt dānatis ꝓbabilior est: et ma
gis cōsonat diuinis eloquijs: sicut illi auctoritati que
est in ysa. in mensura cōtra mensurā cū abiecta fuerit
iudicabit eā. Et ei que est in euāgelio: in qua mēsura
mensi fueritis remetietur vobis. Et ei que est in apo
calipsi. q̄tū glorificauit se et in delicijs fuit tantū date
ei tormētū et luctū: et etiā per simile: quia sicut in pa
radiso secundū quātitatē gratie mensuraꝛ gloria: ita
in inferno/imo multo fortius secūdū quātitatē culpe
mēsuratur pena: purior enī iusticia est in inferno q̄ in
paradiso: quia totū quod est in paradiso misericordie
attribuendū est: propter radicē meriti que datur ex
misericordia: vn̄ cū in inferno nichil de culpa diminua
tur per suffragia nichil de pena per eadē remittitur.

¶ Quantum prosint suffragia eis qui sunt in purgatorio.

Secundo queritur qualiter/et q̄tum prosint suf- Alia q̄stio.
fragia eis qui sunt in purgatorio: cōstat ꝙ pur-
gatione illi indigent: qꝛ si non indigerent statim euo-
larent. Purgantur autē vno modo per suffragia ec-
clesie: sunt causa purgationis/ꝛ non causa efficiens: qꝛ
constat ꝙ non agunt in animas eorū qui sunt in purga
torio: ergo sunt causa meritoria tm̄ purgatiōis: ergo
oportet aliud ponere causam effectiuā purgationis.
Si dicaꝛ ꝙ deus est causa effectiua purgationis illius Euasio.
sed constat ꝙ deus immediate non purgat: quia diciꝛ
in actibus: fide purificās corda eorum: ergo cum de⁹
purgat illos qui sunt in purgatorio purgat eos p̄ me
dium et non per suffragia: quia illa sunt tantum causa
meritoria: purgat eos igiꝛ per ignē purgatorij. qꝛ il-
lud mediū nō est ibi reperire ideo enim dicitur ignis
purgatorius: et sic ignis purgatorius est causa effecti
ua illi⁹ purgatorij/cuius suffragia sunt causa merito-
ria: sed sine suffragijs idem fieret: ergo suffragia nō ꝓ
sunt illis qui sunt in purgatorio. Itē illi qui transeūt Secundo.
per purgatorium ferunt secum cremabilia scꝫ lignū
fenū/stipulam: ꝛ necesse est illa cremari anteq̄ euolēt:
ergo ab alio igne: sed non igne caritatis: qꝛ ibi non est
locus merendi: ergo ab igne purgatorio: q̄ siue fiant
suffragia siue nō necesse est ꝙ ignis purgatorij cremet
onera omnia cremabilia illa que secū deferūt illi qui
sunt in purgatorio: ergo suffragia ecclesie nō prosunt
illis qui sunt ī purgatorio. Item si prosunt. Queriꝛ Tertio.
q̄tum: aut enī per aliquāta suffragia remittiꝛ aliquo-
ta pena/ aut nō: si nō cum pena purgatorij sit finita et
suffragia ecclesie non possunt demere aliquotam illi⁹
pene nichil est quod demunt respectu pene: sicut pun
ctus nichil est cū respectu linee: ꝛ ita suffragia nō pro-
sunt illis qui sunt in purgatorio. Si vero per aliquā-
ta suffragia demitur aliquota pene: q̄ per duplo ma-
iora suffragia duplo magis demetur de pena: ꝛ ita tā
ta possunt esse suffragia ꝙ tota pena demeꝛ. Sed con In oppo^m
tra. aut homo punit aut deus: sed iste non punit se: q̄
deus puniet ipsū/aut euacuabiꝛ iusticia diuina. So- Solutio.
lutio. Ad primo obiectum dicimus ꝙ suffragia eccle Ad primū
sie sunt causa meritoria purgationis eorū qui sunt in
purgatorio: et deus est causa efficiēs illius purgatio-
nis ꝛ causa immediata: purgat enī immediate ad me
rita ecclesie. Est enim quadruplex purgatio. Prima
est a macula pcti siue a similitudīe diaboli: ꝛ hāc pur
gationē facit deus mediate scꝫ fide media ꝛ alijs vir
tutibus. vnde ī actibus: fide purificans corda eorum.
Secūda purgatio est ī presenti per satisfactionem: re
manent enī vestigia pcti post purgationem a macula
et ab alijs vestigijs oportet animā purgari / et hanc
purgationem facit deus mediante penitētia: oportet
enim ꝙ homo puniat se/vel deus puniet ipsū: aliter
enī euacuaretur iusticia diuina. Tertia purgatio est ī
purgatorio/et hanc purgationē facit deus mediante
igne purgatorio. Quarta purgatio ē ad suffragia ec-
clesie/ꝛ hanc facit imediate. Salua enī est iusticia dei
ex quo satisfecerit ecclesia pro illo qui est ī purgato-
rio. Soluēdum ergo est per iteremptionem huius:
deus non purgat nisi mediate. Ad secūdo obiectum Ad secūdū
dicimus ꝙ anteq̄ euolet ille q̄ est ī purgatorio opor
tet cremari omnia sua cremabilia: sed cū fiunt suffra

gia ecclesie pro eo nō crematur igne purgatorio: sed
igne qui deus est: q̄a sicut dicitur ī deutero. deus no-
ster ignis consumens est. et ī malachia: ipse enī quasi
ignis conflans et quasi herba fullonum: ꝛ sedebit cō-
flans et emūdās quasi argentū ꝛ purgabit filios leui.
Quosdam enī purgat igne penitētie: quosdam igne
Ad vltimū purgatorio: quosdā p̄ suffragia. Ad vltimo obiectū
dicimus ꝙ tanta possunt esse suffragia ecclesie: ꝙ tota
pena demetur ei pro quo fiūt: sed sciēdū est ꝙ nō euo
lat qui est in purgatorio pro suffragijs futuris: sꝫ dū
suffragia fiunt vel facta sunt non euacuatur iusticia di
uina: si tota demiꝛ per suffragia ecclesie: homo enī di-
ciꝛ se punire si alius puniat se pro ipso: sicut si frater
meus soluat debitū quod debeo absolutus sū. Eodē
modo si ecclesia satisfaciat pro illo qui est in purgato
rio: pro absoluto habꝫ eū dn̄s: oēs enī fratres sum⁹.

¶ Utrum suffragia facta per illos qui sunt extra caritatem ꝓsint illis qui sūt in purgatorio.

Alia q̄o Tertio queritur vtrū suffragia facta per illos q̄
sunt extra caritatē prosunt illis qui sunt in pur-
Arꝙ non. gatorio. videtur ꝙ non: qꝛ nō fiunt ex caritate que so
la est radix merendi vitā eternā et remissionē pene: q̄
cū non procedāt ex radice merēdi nō sunt meritoria:
Secundo. et ita nō prosunt. Itē dt̄ gregori⁹. Cū is qui displicet
ad intercedendū mittitur: irati animus ad deteriora
prouocaꝛ: sed qui est extra caritatē displicꝫ deo: ergo
si intercedat pro alio deus ad deteriora prouocaꝛ: er
Tertio. go suffragia facta per illū nō prosunt. Itē in ysa. Cū
multiplicaueritis orationē nō exaudiā: manus enī ve
Quarto. stre plene sūt sanguine. Itē in euāgelio iohānis. pec
catores deus nō audit: et ita suffragia facta per illos
ꝯ hoc aꝛ qui sunt extra caritatē nō prosunt. Sed ꝯtra. cū dn̄s
qui est in caritate dat elemosinā per seruū qui est in
mortali illa datio meritoria est dn̄o: licet nō sit meri-
toria seruo: aliter enī decepta essꝫ ecclesia tota: ergo
datio elemosine facta in mortali prosit pro quo fit ea
dem ratione suffragia facta per illū qui est in mortali
Quinto. prosunt ei pro quo fiunt. Itē sacramenta ecclesie tm̄
valent si danꝛ a malis ministris q̄ si a bonis: ergo mis
sa pro defunctis que cantaꝛ ab illo qui est in mortali
valet ei tantū q̄tū si cātaretur ab illo qui est in cari-
tate: ergo suffragia que fiunt ab illis qui sunt in mor
Sexto. tali prosunt. Itē obijciꝛ de oratione dn̄ica et psalte-
rio que cantanꝛ pro defunctis: videtur ꝙ non prosunt
eis: quia in nulla fit mentio de defunctis. Itē solet q̄-
ri: vtrū suffragia ecclesie cū fiunt specialiter pro alio
equaliter prosint oībus qui sūt in purgatorio: an ma
gis ei pro quo fiunt specialiter: videꝛ ꝙ magis illi ꝓ
quo fiunt specialiter: quia pro illo fiunt et etiā gene-
raliter: et pro alijs tantū generaliter: ergo magis ꝓ-
sunt illi. Sed cōtra: ex eadē caritate fiūt et pro illo et
In oppo^m pro alijs: et eadē auctoritate ecclesie et eadē missa cā
tatur: ergo equaliter prosunt illis omībus quib⁹ eq̄li
ter possunt prodesse. Solutio. Ad primo obiectū di
Solutō ad stinguendū est: quia ille qui facit suffragia est publica
primū. personalis priuata: si publica sicut sacerdos valēt suf
fragia: auctoritate ecclesie siue ille sacerdos sit in ca-
ritate siue nō: quia quod facit in celebrādo missam nō
est opus hoīs sed dei: sicut ī predicto casu de seruo
et domino: si vero sit priuata persona si est in caritate
valent suffragia sine dubio: si est in mortali distinguē
dū est: an ille qui est in purgatorio pro quo ista facit
suffragia: p̄cepit vel rogauit āteq̄ decederet: ꝙ huius
modi suffragia fierēt ꝓ ipso: vel aliquis illi⁹ amic⁹ ei⁹
qui est in caritate facit illa fieri vel neutro modo: sed
si ille pro quo fiunt precepit vel rogauit fieri vel ali-
quis amic⁹ eius qui est in caritate: tūc valēt suffragia
ei pro quo fiunt: ꝛ tūc est simile de domino qui est ī ca
ritate qui dat elemosinam per seruum qui est in mor-
tali. vnde dicebat Prepositinus ꝙ licet actio serui sit Prepositin⁹
mala ꝛ demeritoria seruo tamen meritoria erit domi
no/licet diceret ꝙ mala actio nō est a deo: procedebat
enī illa actio de radice caritatis: qꝛ ab īperio domini
quod fuit ex caritate: similiter ista suffragia procedūt
quodam modo a caritate eius qui est in purgatorio.
Uel a caritate amici q̄ facit illa fieri merito modo: si
vero neutro modo sit: sed ductu rationis vel intuitu
naturalis pietatis dat iste qui est ī mortali elemosinā
pro patre suo/et facit alia suffragia posset dici ꝙ nō ꝓ
sunt patri qui est ī purgatorio: ꝛ nullum īconueniens
sequeretur. Sed nobis magis videtur ꝙ ꝓsunt pro- Alr̄ diciꝛ.
pter tres causas simul sumptas. Prima est: quia vice Prima cā
patris sui qui est in caritate facit illa suffragia. Scd̄a Scd̄a cā.
est: quia secundum doctrinā ecclesie facit illa. Tertia Tertia.
est: quia ille q̄ facit est de vnitate ecclesie ꝛ illic māda-
uit dn̄s benedictionem et vitam vsq̄ in seculum. Ad Ad aliud.
illud ergo quod obiectum est ꝙ nō procedūt illa suf-
fragia de caritate dicimus ꝙ ꝓcedunt in ītentione: qꝛ
vice illius qui est ī caritate fiunt. Ad secundo obiectū Ad secūdū
dicimus ꝙ auctoritas Gregorij sic est ītelligēda: cum
his qui displicet ad intercedendum mittitur irati ani-
mus ad deteriora prouocaꝛ contra mittentem qui sci
enter mittit īdignum: sicut cum episcopus dat parro
chiam alicui sacerdoti quē scit displicere deo: tunc de⁹
prouocatur contra episcopum: sed sacramenta q̄ mi-
nistrat populo ille sacerdos eque prosunt populo: si-
cut si sacerdos esset bonus. Ad tertio obiectū dicim⁹ Ad tertiū.
ꝙ ysa. auctoritas ītelligitur de obstinatis ꝛ rebellib⁹:
sicut illa auctoritas Hiere. si steterint Moyses ꝛ Sa-
muel coram me nō est anima mea ad populum istū.
Ad quarto obiectum dicimus ꝙ hec est falsa si gene- Ad quartū
raliter intelligitur peccatores deus non audit: et hoc
dixit cecus illuminatus. vnde glosa sup̄ illū locū: vox
est nōdum iuncti: peccatores enim deus audit vt pu-
blicanum confitentē. Ad quīto obiectum dicimus ꝙ Ad quintū
cum dicitur hec oratio fit pro defunctis: hec dictio ꝓ
quandoq̄ notat materiam cū fine et sic non cantatur
psalterium vel oratio fit pro defunctis: quandoq̄ no-
tat vicariam substitutionē/ et sic psalteriū cantatur ꝓ
defunctis: quia vice defunctorum qui substituunt sibi
vicarios/et absoluuntur a debito pene: qꝛ vicarij sol-
uunt pro ipsis. Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ ei ꝓ Ad vltimū
quo fiunt suffragia specialiter magis prosunt inq̄tū
specialiter fiunt pro ipso: sed inq̄tū fiunt generaliter
equaliꝛ ꝓsunt alijs/vel forte magis. vt dicebat Pre- Alr̄ dicitur
positinus/et ponebat exemplum in cereo qui speciali
ter accenditur pro aliquo magno viro: tamen ꝓdest
alijs qui sunt in eadē domo/vel forte magis: quia cla
rius vident. Solet queri de duobus qui sunt ī purga
torio et decesserunt in pari caritate: sed vnus est debi
tor pene vnius anni: alius est debitor pene trium an-
norum. Queritur si fiant equalia suffragia ꝓ eis vtrū q̄o incidēs
equalis secundum quantitatem fiat eis remissio pene
an inequalis. Uidetur ꝙ inequalis: quia eadē medici aꝛ ꝙ ieq̄lis
na corporalis data diuersis magis purgat illū in quo
magis inuenit purgandū: sed suffragia sunt medicina
spiritualis: ergo magis purgāt illū ī quo magis pur-

Secundo. gandum est: ꝙ plus remittitur de pena illius qui de=
bitor est trium annoꝝ. Item prelati sic faciunt relaxa
tiões: ꝗcūq; dederit aliqđ de suo ad fabricā talis eccle
sie remittitur et tertia pars penitētie: et cōstat ꝙ vna
tertia pars maior est alia: ꝙ per idem datum magis
in quantitate remittitur vni ꝙ̄ alij: licet equale secun
dū proportionē. Eadē ratione per eadē suffragia ma
gis remittitur vni qui est in purgatorio ꝙ̄ alij. Sed
In oppoᵐ contra. in equali caritate decesserūt: ergo equalit̃ me
ruerūt ꝙ sibi ꝓdessent suffragia et equalia tantū fiēt
pro eis: ergo tantū equalis fit eis remissio. Itē si ma
Secundo. gis remittit̃ illi qui magis debet: ergo sua negligen=
tia quā habuit de facienda penitētia patrocinatur ei
Tertio. et hoc falsum. Itē. si per equalia suffragia remittitur
vtriq; sua tertia: ergo si iterū ⁊ iterū fiant equalia suf
fragia pro eis: remittunt̃ due vtriq; alie tertie: et ita
eque cito euolabit iste qui debitor est pene triū ānoꝝ
sicut ille qui debitor est pene tantū vnius anni: qđ est
incōueniēs: cū tantū equalia suffragia fiant pro eis: et
Quarto. eque meruerūt suffragia sibi ꝓdesse. Itē. si suffragia
magis purgant illū in quo magis purgādū inueniūt
Eadē ratiōe ignis purgatorij magis purgat illos in
quibus magis purgandū inuenit: et ita omes qui sūt
Solutio. in purgatorio eque cito euolabūt. Solutio. licz qui=
dam dicūt ꝙ inequaliter prosint illis duobus suffra=
gia: sed equaliter secundū proportionē: tamen nobis
Ad rōnem videtur ꝙ tantū equaliter secundū quantitatē remit=
titur eis de pena: vnde min⁹ debēti remittitur tertia
pars pene: magis debēti nō remittit̃. nō est simile de
medicina corporali: quia medicīa corporalis ex vi sua
tanꝙ̄ causa effectiua purgat: sed suffragia per moduz
satisfactionis purgant: vnde cum equaliter satisfactū
sit pro illis duobus tantum equalis fit eis remissio.
Ad secūdū Ad secundo obiectū patet solutio: dictū est enī supra
ꝙ vt frequenter intelligitur relaxatio illa quam fa=
ciunt episcopi.

¶ De igne purgatorio qualiter purgat aīas.
¶ Alia questio.

QUarto querit̃ de igne purgatorio qualiter pur
get animas: et quibus ministris. videtur ꝙ nō
Arᵍ ꝙ non. possit purgare animas: quia vt dicit boetius in libro
de duabus naturis ⁊ vna persona christi: ꝙ ome agēs
agit in suū patiēs secūdū aliquid cōmune: cōmunicāt
enīz in materia formata vel saltē informi siue prima:
sed aīa cū igne purgatorij nō habet huius cōmunicā=
tiā: ergo ignis purgatorij nō potest agere in animā:
Secundo. ergo nō purgat eā. Itē. anima mouet corpus et pati
tur a corpore: quia ex corpore et anima fit vnū: sed ex
anima et igne purgatorio non fit vnū: ergo ignis ille
Alia q̄stio. nō agit in animā: ergo nō purgat eā. Querit̃ postea
Arᵍ ꝙ p ma quibus ministris fiat illa purgatio. Et videt̃ ꝙ p ma
los āgelos los angelos: quia dicit augustinus ꝙ mali angeli pu
niunt malos hoies: sicut angel⁹ percutiēs puniūt egy
Secundo. ptios. Itē. mali angeli puniūt bonos homines vt pz
Tertio. in iob. Itē boni angeli puniūt malos homines. vnde
patet in sodomitis: sz bonos angelos punisse bonos
homines non memini me legisse: ergo cū illi qui sunt
in purgatorio sint boni nō puniūtur p bonos āgelos
sed per malos: ergo mali puniūt eos: aut ꝙ ad pcipi=
tandū: aut ad purgandū: cōstat ꝙ aliqua intētione pu
niant eos: et non ad precipitandum: quia sciunt ꝙ non
possunt eos precipitare: ergo ad purgādū: et ita bo=
no fine puniūt eos: ergo diabolus aliquid facit bono
fine qđ falsum est. Solutio. Ad primo obiectū dici= Solutio
mus ꝙ illa propositio boetij vera est in eis que agunt Ad primū
naturaliter: sed nō in eis que per volūtatē et intelle=
ctū agunt: ergo cū anima agat per voluntatē et intel
lectū nō est necesse ꝙ cōmunicet cū corpore i materia
habet tantū cōmunicantiā suo modo: intellectus enī
materialis recipit species specieꝝ rerū corporaliū: hz
enim aīa duas facies: vnā superiorē in qua sunt spūa=
les potētie: aliā iferiorē i qua sunt potētie iferiores i
quib⁹ ꝯuenit cū brutis: p illas potētias mouet corp⁹.
Ad secundo obiectum dicimus ꝙ spiritualis substan Ad secūdū
tia quandoq; coniungitur corpori ꝙ̄tum ad motum
solum/et nō ꝙ̄tū ad sensum vt cum demones assumūt
corpora cōiungūtur eis ad hoc vt ipsa moueant: simi=
liter cuz anima fantastice solū modo vnit̃ spūalis sub=
stantia corpori ꝙ̄tum ad motum et non ꝙ̄tum ad sen
sum: talia enim corpora non possunt comedere: simi=
liter aīa coniungitur corpori ꝙ̄tum ad sensum tantuz
et non ꝙ̄tum ad alias proprietates: et sic coniungitur
cum igne purgatorio vt patiatur ab illo et sentiat do
lorem nec fit vnū ex illis: quia vnio habet esse ex gene
rali cōiunctione/non ex partiali: talis autem partialis
cōiunctio non iuenitur i naturis. Ad vltimo obiectū Ad vltimū
dicimus ꝙ boni puniūtur i purgatorio per malos an
gelos illos enīz in quibus iuenit diabolus expressam
suam similitudinem precipitat in ifernum: alios vero
in quibus inuenit alia vestigia sue similitudinis: sicut
sunt venialia vel debitum pene temporalis pro pecca
to mortali punit in purgatorio: in illis enī aliquid i=
uenit de suo. vnde in euangelio. Venit enīz princeps
mundi huius et i me non iuenit qcꝙ̄: et beatus Mar
tinus. Nichil enī i me funesti repies. Ad illud quod Ad aliud.
queritur/aut puniunt ad precipitādum aut ad purgā
dum Dicimus ꝙ neutro modo: sed puniunt vt puni=
ant i alia pena sistendo: qꝛ enim iuidi gaudent de pec
catis aliorū et tristātur de bonis: completa autem re
missione purgantur peccata totaliter. ꝙ eī totaliter:
quedam enī remittuntur i futuro vt inuit dominus i
euangelio dicens ꝙ peccatum in spiritūsanctum non
remittetur neq; i hoc seculo neq; i futuro. et per hoc
innuitur vt dicit glosa ꝙ peccata remittuntur in futu= Glosa.
ro: postꝙ̄ autē electi perfecte purgati sunt statiz euo=
lant i paradisum: licet aliqui stulti crediderint ⁊ predi
cauerint ꝙ vsq; in diē iudicij non itrabunt electorum
aīe in paradisum celestez: sed illud hereticū est. Dicit
enī beatus Gregorius ꝙ luce clarius est perfectoruz Gregorius
animas statim post mortem ad regionē celestiū spiri=
tuum euolare/⁊ vere luce clarius est: quia hoc potest
probari per vetus et nouum testamentuz. Dicit̃ enīz
in ecclesiastico. Volatilia ad sibi similia conueniunt a Aīe btificā
sanctis qui volant pennis virtutū ad celestes spiritus tur āte cor=
conueniūt: et ita euolant ad paradisum celestem. Itē pora.
in Ihere. Patrē vocabis me et post me ingredi non
cessabis: et constat ꝙ christus igressus est paradisum
celestez: ergo sanctorū aīe de atrio paradisi celestis. i.
de ecclesia non cessant itrare in paradisum celestem in
quem christus igressus est. Per auctoritates noui te
stamenti patet idem. dicit apostolus: cupio dissolui ⁊
esse cū christo ad quid cuperet dissolui. Item ad cor.
scimus quoniam si terrestris domus nostra huius ha
bitationis dissoluatur: qꝛ edificationem ex deo habe=
mus domū/nō manu factam: sed eternam in celis: er=
go pfecti statim post dissolutionem si nichil i eis pur=
gandum est itrant in domū non manu factam i celis.

Item in euangelio: vbicūq; fuerit corpus illuc cōgre
gabuntur et aquile: ergo vbi corpus domini est. s. i ce
lo illuc euolant. s. sancti. Item volo pater vt vbi ego
sum illic sit et minister meus: ⁊ multis alijs auctorita
tibus potest idem ostendi: ratione etiam potest idem
Rōne ꝓbat̃ ostendi. Quia mali in quibus est expressa similitudo
diaboli statim post mortem precipiuntur i infernum
vt patz in euāgelio luce. de diuite epulone epulante:
ergo sancti in quibus nichil est purgādū statim post
mortē intrāt in gloriā. Et est argumētū a maiori: qꝛ
magis se habz de⁹ ad opa mie: ꝙ̄ ad opa iusticie: alie
nū enī est op⁹ ei⁹. s. pegrinū ⁊ opus ei⁹ ab eo vt dr ysa.

¶ De die iudicij.

POst predicta pauca dicēda sunt de die iudicij tā
particularis quod fit in morte cuiuslibz ꝙ̄ gene
ralis quod fiet in generali resurrectione ideterminā=
ta est et incerta: vñ i actib⁹: nō est vestrū nosse tpa vel
momenta: et in euāgelio de die illa nemo scit neq; an
gelus neq; filius nisi solus pater: locus autem gene=
ralis iudicij determinatus est. vnde in iohele. Con=
surgant et ascendant gentes in valle iosaphat: quia
Alia q̄stio. ibi sedebo vt iudicē omēs in circuitu. Sed queritur
quare locus determinatus est et nō tēpus. Obijcit̃ de
hoc: postea dicit̃ in euangelio. Angeli nesciunt de die
Arguitur. illa: videt̃ enī ꝙ sciant: qꝛ angeli habēt cognitionē ve=
Augustin⁹ spertinā et matutinam vt dicit augustinus. Et matu=
tina cognitio est rei future: vt in verbo siue in speculo
eternitatis: cū ergo nō solū presentia cognoscant: sed
etiā futura in dei verbo in quo sunt omia: habent er=
Secundo. go sciētiā de die iudicij: vl̃ dicat̃ quare nō. Itē obijcit̃
de hoc ꝙ dr ꝙ fili⁹ nescit de die illa: falsū est eī hoc: qꝛ
filius dei est sapiētia etna: et scit quicqđ pater scit. Si
Euasio. dicat̃ ꝙ fili⁹ dr nescire: qꝛ nō facit nos scire sicut dicūt
ꝯ hoc arᵍ glose. Eadē ratiōe pater nescit et spūsanct⁹ nescit: qꝛ
Alia q̄stio. non facit nos scire. Solet etiā q̄ri de loco scz de valle
iosaphat: vallis enī illa nō poterit capere oms hoies
qui fuerūt futuri a principio mūdi vsq; in finē. Que=
Alia q̄stio. ritur etiā cū resurrectio futura sit in momēto in ictu
oculi q̄liter in momēto mali q̄ habebūt corpora pon
derosa de remotis partib⁹ poterūt venire ad vallē io
Alia q̄o saphat. Querit̃ postea qualit̃ iudicabūt sctī: dicit̃ enī
in libro sapiētie iudicabūt sctī natiōes: et in euāgelio
Sedebitis sup sedes. xij. iudicātes. xij. trib⁹ israel: sz
ꝓbatur ꝙ nō iudicabūt: qꝛ nō iudicabūt auctoritate
hoc certū est: nec iudicabūt vt cōsiliarij: qꝛ de⁹ nō indi
get cōsilio: nec iudicabūt vt ꝓferētes sentētiā: qꝛ ipse
fili⁹ dei ꝓferet sentētiā vt dr in matheo: tūc dicet rex
hijs q̄ a sinistris ei⁹ erūt: discedite a me maledicti i ignē
inetnū. Et btūs ioh. i apocalipsi. vidi filiū hoīs de cu=
ius ore exibat gladi⁹ ex vtraq; parte acut⁹. i. sentētia
Euasio. iudiciaria puniens malos in aīa et corpe. Si dicat̃ ꝙ
ꝯ hoc arᵍ. imo iudicabūt: qꝛ approbabūt iudiciū dei. Eadē rōe
minores boni iudicabūt: qꝛ approbabūt iudiciū dei.
Solutio. Solutō. Ad prīo q̄sitū dicim⁹ ꝙ ꝓpt̃ hoc dies iudicij
Ad primū. icerta ē nobis: vt sēp sim⁹ i timore dñi: ⁊ p timorē de
uitem⁹ pctā: ignorātia aūt loci nō facit ad custodiā ti
moris: et ꝓpter hoc nō nocet scire locū: noceret autē
Ad secūdū scire tēp⁹. Ad secundo obiectū dicim⁹ ꝙ angeli nichil
sciūt de illa die nisi eis reuelet̃. Angeli aūt naturalit̃
nō cognoscūt nisi ea q̄ sub ipsis sunt: sicut oēs creatu=
ras inferiores: vnde habent cognitionem in verbo de
firmamento futuro: et de alijs rebus futuris inferio=
ribus ipsis. Adam etiam in statu gratie anteꝙ̄ pecca
ret sciuit oēs naturas. vñ sciuit imponere nomia omi=
bus animalibus: sed de eis que sunt i potestate liberi
arbitrij nō habent cognitionē naturaliter: in hoc enīz
pares sumus eis. similiter de hijs q̄ supra ipsos sunt
non habent cognitionē nisi eis reuelet̃: vt supra ipsos
est scire q̄n completus erit numerus electoꝝ: nō autē
erit dies iudicij donec cōpletus sit numerus electorū
sicut dicit̃ in ꝓuer. Abijt vir via lōgissima i die plene
lune reuersurus est quādo ita erit plena ecclesia ele=
ctis ꝙ si pauciores essent electi nō esset plenissima: et
si plures/nō ꝓpter hoc magis plena: sciētiā autē hui⁹
cōpletionis posuit de⁹ in sua ptāte/⁊ ꝓpter hoc scien=
tiam de die iudicij posuit in sua potestate. vñ in actib⁹
que pater posuit i sua potestate. vñ ad hāc scientiā nō
attingūt angeli icarnationē/etiā factā ignorauerunt
multi angeli. vnde querūt in ysa. Quis est iste q̄ venit
de edon tinctis vestib⁹ de bosra. Ad illud q̄d obiectū Ad aliud.
est de filio dicim⁹ ꝙ filius dicit̃ nescire: qꝛ nō facit nos
scire: et nō est simile de patre et spiritusancto: fili⁹ enī
dicitur sapientia patris. vñ ei appropriat̃ nomē magi
stri: sicut ipē dicit i euāgelio. vos vocatis me magister
et dñe ⁊ bene dicitis: sum etenīz: qꝛ ꝙ ipse magister nr̃
est/et datus est nobis magister: ad ipm ptinet nos do
cere/nō ad prēm et spm̄sanctū ita appropriate. Ad il= Ad aliud.
lud quod querit̃ qualiter i valle Iosaphat poterunt
esse oēs hoīes Dicimus ꝙ dñs nō descendet in vallez
iosaphat sicut credūt multi pueriliter vt dicit Hiero.
sed in aere supra vallē iosaphat. vñ in actib⁹: sic veniet
quēadmodū vidistis eū venientem i celū. i. sicut ascen=
dit de mōte oliueti: sic descendet supra montē oliueti
qui est iuxta vallē iosaphat/et erūt hoies nō tātum in
terra: sed in aere. vñ aplš. Rapiemur cū illis i nubib⁹
obuiam christo in aera: i illo autē spacio poterūt esse
omnes hoies: maximū enī est qđ pz per solē q̄ bipeda
lis apparet cuz tñ lōge maior sit ꝙ̄ tota t̃ra. Ad illud Ad aliud.
quod querit̃ qualiter de remotis partib⁹ poterūt ve=
nire in momēto in vallez iosaphat Dicimus ꝙ hoc fit
merito bonoꝝ angeloꝝ q̄ in momento adducent eos
sicut dicit̃ in Daniele de Abacuc quē in momēto por
tauit angelus dñi de iudea in babilonē. Malus enīz
angelus nō habebit ibi ministeriū: imo fugeret si pos
set. vnde significat̃ per Zebedeū qui interpretat̃ fugi Figura.
tiuus: sed nō poterit fugere: qꝛ visitabit dñs i gladio
suo duro grādi ⁊ forti super Leuiathan. ⁊c. Ad illud Ad aliud.
quod querit̃ qualit̃ sancti iudicabūt Dicim⁹ ꝙ recur
rendū est ad illud q̄d dicit aplš: spūalis homo iudica=
bit oīa scz que sub ipso sunt: de equali enī vel superiori
nemo iudicat: habet enī spūalis homo quandā digni
tatē secūdū quē supposit⁹ est carnalibus hoīb⁹ ⁊ etiā
minus spūalibus: q̄ dignitas in iudicio apparebit ex
loci ponere: sedebūt enim iuxta dñm vt assessores for
me quidā a dextris/quidā a sinistris enī apparebūt in
ipso iudicio gloriosi: sicut dicit̃ i psalmo. In atrijs do
mus dei nr̃i florebūt. i. in ipso iudicio quod est atriuz
de quo itrabūt in paradisū: pacto autē iudicio trāsiēs
dñs ministrabit illis/ et itroducet ad gaudia q̄ nobis
sunt abscōdita vt fides habeat meritū: q̄ non licet hoī
loqui/vt dicit apostolus. i. nō expedit ne minuat̃ me=
ritum. ⁊ alibi: Oculus nō vidit/nec auris audiuit/nec
in cor hominis ascendit q̄ preparauit deus hijs q̄ dili=
gūt eū. Illa gaudia nobis prestare dignet̃ Iesus chri
stus dñs noster: Qui cū patre et spiritusancto viuit ⁊
regnat. Per omnia secula seculorum. Amen.

Deo gratias.

